

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QUI

AB ÆVO APOSTOLICO AD INNOCENTII III TEMPORA

FLORUERUNT;

REGUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA-VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM PÖLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO
SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES
ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM
SCRIPTURÆ TEXTUS COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM ATTENTAS
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM REGUSORUM TUM VARIEC
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTE
SIMILIS, PRETHI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES PRIMA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINÆ
A TERTULLIANO AD GRÆGORIUM MAGNUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.


PATROLOGIÆ TOMUS LX.

PRUDENTII TOMUS POSTERIOR. — DRACONTHI TOMUS UNICUS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,

- IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRÈS LA BARRIÈRE D'ENFER,
OU PETIT-MONTRUGE.

1847



ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

PRUDENTIUS.

Psychomachia.	11
Liber Peristephanon.	273

DRACONTIUS.

Carmen de Deo.	679
Satisfactio ad Gūntheritū regem.	901

QUINTI SÆCULI

POETARUM

SERIES

CONTINUATUR,

NOVAQUE ET ACCURATISSIMA ÉDITIONE DONANTUR

AURELII PRUDENTII

NECNON

DRACONTII

CARMINA OMNIA,

JUNTA ÉDITIONEM AREVALI, GLOSSAS VETERES, LECTIONES VARIAS ERUDITISSIMOSQUE
COMMENTARIOS EXHIBENTEM.

PRUDENTII TOMUS POSTERIOR. — DRACONTII
TOMUS UNICUS.

PRIX : 7 FRANCS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRÈS LA BARRIÈRE D'ENFER,
ou PETIT-MONTRUGE.

1847.


CRUCIATUS SANCTORUM MARTYRUM.

TABULA I.




Sancti martyres in crucem, capitibus ad caelum elevatis, tollebantur. Appendebantur quandoque brachiis post tergum revinctis : quorum pedibus a diaboli ministris gravia pondera vinciri aliquando solebant. Item cruci, capitibus in terram versis, affigebantur. Mulieres christianae capillis suspendebantur.

TABULA II.



A Martyr pedibus suspendebatur, igne, ut suffocaretur, supposito.
B Martyr laqueo appenditur.
C D Martyres in crucem agebantur.

TABULA III.



A Martyr funibus corpori alligatis appensus, humeros oneratos habens glebis salis, in cuius ore lignum, ad majorem poenam immittebatur.
B Martyr unco suspensus.
C Martyr ambobus pedibus appensus, cuius caput malleis contundebatur.
D Postremus denique, oneribus collo et pedibus ligatis.


TABULA IV.



A Christianis quandoque suspensis lentus ignis supponebatur ut, fumo ex illo proveniente, faucibus premerentur. Hi quidem erant, qui cum sancto Propheta Davide canere poterant : Igne, dulcissime Jesu, nos examinasti, et non est inventa in nobis iniquitas.


CRUCIATUS SANCTORUM MARTYRUM.

TABULA VI.



A SS Martyres nonnunquam, ut muscarum et fucorum aculeis excruciantur, stipitibus erectis, melle delibuti, radiisque solis exposi appendebantur.
 B Aliquando vel utroque pede, iugentibus saxis ad eorum cervices alligatis:
 C Vel altero pede, fumo supposito:
 D Vel etiam apicibus tollium manuum, eorum pedibus gravibus additis oneribus:
 E Vel demum altero quoque pede in genu deflexo, et genu ferreo injecto vinculo, altero deinde pede ferri pondere gravato.

TABULA VI.



A Cyphonis supplicium.
 B Martyres corio bovis inclusi radiis solis objiciebantur.
 C Scaphismi supplicium.
 D Martyres quandoque humi positi, radiis item solis ad maximum eorum cruciatum exponebantur.

TABULA VII.



A Martyres quandoque rotis, mucronibus undique affixis, ligati, super cuspides ferreos circumagebantur.
 B Aliquando, quibus affixi non erant prænotæ i mucrones, super cuspides item ferreos.
 C Aut saltem, ut misere vitam finirent, super ardeutes prunas.
 D Demum rotarum convexis alligati, e loco sublimi præcipitabantur.
 E Aut rotarum radiis intexti, sic ad plurimos dies, ut interirent, relinquebantur.

TABULA VIII.



A Martyres torculari premebantur, eoque rorsus modo, quo uvæ olivæque ad vinum oleumque exprimentum prementur.
 B Trochleis extendebantur.
 C Iisdem item esse abintur.

CRUCIATUS SANCTORUM MARTYRUM.

TABULA IX.



A Martyr in equuleo.
 B Martyr pendens ab equuleo.
 C Lampades accen-æ.
 D Scorpiones. } His torquendi instrumentis
 qui in equuleam agebantur excrucii aliquando
 solebant.

TABULA XI.



Duo alii iſdem modi quibus pariter SS. Marty-
 res cædebantur.

A Primum ostendit atque demonstrat,
 B Alterum: qui modus, in sanctorum Martyrum
 rebus gestis, his verbis exprimitur: *Cathomo cæ-*
datur.


TABULA X.



Medi sunt hi, quibus sancti Martyres toris, vel
 flagris, aut consimilibus cædebantur.

A Unum horum indicat,
 B Alterum,
 C Tertium.

TABULA XII.




A Martyres aliquando hoc modo lapidibus preme-
 bantur:

B Pugnis, alapis, calcibus, aliisve modis percutie-
 bantur:

C Lapidibus item quandoque obruebantur.

CRUCIATUS SANCTORUM MARTYRUM.

TABULA XXI.




A Martyritus ob Christi fidem vel pelvis detrahebatur,
 B Vel eisdem adhuc tepentibus cor et viscera extrahebantur :
 C Securi quandoque ipsorum capita contundebantur :
 D Aliqui gladio obruncabantur,
 E Alii telis configebantur,
 F Vel præcuta s. de aut consimilibus tran-verberabantur :
 G Alii ad di arum arborum ramos alligati discerpebantur :
 H Aliqui demum acutis calamis sub manuum pedumque unguibus infixis torquebantur.

TABULA XXII.



A Sanctorum Martyrum vultus notis deturpabantur :
 B Eisdem crura con'ringebantur.
 C Alii vel verarum pellibus induti, canibus objiciebantur.
 D Vel hoc qui expressus est modo } tur.
 E Alii præterea aut in puteos præcipites dabantur :
 F Aut culeo } in profluentem
 G Vel denique lumbis loculis inclusi } projiciebantur :

TABELA XXIII.



A Christianorum aliqui vel muribus redendi, ea, quam hæc figura demonstrat, forma, tradebantur,
 B Vel unus super alium perinde ac agmina locustarum in angustioribus custodiis includebantur,
 C Vel etiam immissis equitibus obterebantur.


TABULA XXIV.



A Sancti Martyres vestibus denudati vel super ferreos murices premebantur.
 B Vel sic alligati per diversa loca ducebantur,
 C Aut in calcis fornacem conjiciebantur.
 D Vel demum ex altissimis locis præcipites dabantur.



A B Dabantur Sancti Martyres in metalla :
 C Quandoque vero, præsertim nobiles, animalium
 rationis expertium pastores ac custodes consti-
 tuebantur :
 D Alii aut ad arenam fodiendam,
 E Aut ad segetes desecandas damnabantur.
 F Vel denique camelorum curæ ascribebantur.




Instrumenta Martyrii Romæ
 in cœmeteriis reperta.

Specimen codicis de quo supra in Prolegomenis Dracontii
 operum, in fine capituli VII, col. hujus tomi 640.

Rex Immenſe dñi cunctoſum conditor vñ
 Quem cunctoſoſque ſoluſ qui regit igne poliſ
 explicet ſatisfactio Dracontii ad gutham
 dñi Regem quando Lorū dñi eſſet in vinculiſ

CRUCIATUS SANCTORUM MARTYRUM.

TABULA XIII.




A Ungulae.
 B Uncus.
 C Ferrei pectines.
 His instrumentis sancti Martyres discerpebantur.

TABULA XV.




A Martyres de equuleo depositi, divaricatis cruribus, vi ad quartum aut quintum foramen distendebantur.
 B Aut viva calce, oleoque ebullienti, et consimilibus perfundebantur.
 C Vel denique nudi super testaceis fragmentis premebantur, volvebanturque.

TABULA XIV.



A Martyres torrebantur,
 B Vel tædis,
 C Vel funalibus.
 D Aut ardentibus lampadibus, quarum figura etiam in equuleo exprimitur. Tabula IX, lit. C.

TABULA XVI.



A Martyres in crate ferrea torrebantur,
 B Aliquando etiam vel in lecto ferreo,
 C Aut in ignita sartagine,
 D Aut in olla,
 E Vel in tauro æneo,
 F Et demum quandoque in Iebete.
 G Ferro hujus formæ utebantur gentiles in his SS. Martyrum carnificibus.]


CRUCIATUS SANCTORUM MARTYRUM.

TABULA XVII.



Igni tradebantur SS. Martyres vel in fossis ardentibus carbonibus refertis, Vel ad quatuor stipites alligati, Vel in cupas, Aut in rogam injecti, Quandoque vel stipitibus erectis, funibus oleo et consimilibus illitis ligati. Aut in propriis aedibus, vel carcere inclusi, Denique vel in fornacem deturbati, Aut in navim impositi. et in altum devecti

TABULA XIX.



A Urgebantur sancti Martyres de carnibus immolatis, deque sacrificii vino degustare. Qui tamen ad hoc sacrilegium perpetrandum nulla vi nullisque minis adduci unquam potuerunt.

TABULA XVIII.



A Martyres ardentibus prunis impositi volutari in eis solebant. B Nonnunquam in lectulis ferreis ligati, liquato plumbo, resina ferventi, et pice cruciabantur. C Aliquando sub axillis, ferris ignitis semiustulabantur. D Aut etiam nudis pedibus per candentes carbonem incedere cogebantur.

TABULA XX.



A Sancte Christi Virgines ignominie causa vel ad meretricum prostibula vi ducebantur, B Vel sic ad turpitudinem radebantur.

Inscriptio Dedicatoria.

SANCTISSIMO. PATRI
ET. D. N. PIO. VI. PONT. MAX.
QVI. PRO. EXIMIO. ET. SINGVLARI. STUDIO
ECCLESIASTICAE. DOCTRINAE
EXCOLENDÆ. AMPLIFICANDÆ. COHONESTANDÆ
EDITIONI. ROMANÆ. CARMINVM
M. AVRELII. CLEMENTIS. PRUDENTII
TITVLVM. SACRATISSIMI. NOMINIS. PRAESCRIBI
BENIGNISSIME. INDVLSIT
VOLVMEN. ALTERVM. QVO. CATHOLICVS. POETA
CONCVLCAT. SACRA. GENTIVM. LABEM. INFERT. IDOLIS
CARMEN. MARTYRIBVS. DEVOVET. LAVDAT. APOSTOLOS
FAVSTINVS. AREVALVS
POST. HVMMILLIMA. PEDVM: OSCVLA. BEATORVM
D. D. L. MERITO.

PRÆFATIO.

Habes, L. B., commentarium in Prudentii carmina, quæ supererant excudenda, serius fortasse quam multorum opinio, aut etiam expectatio ferebat, verum multo citius quam aut res ipsa pati debere videbatur, aut quam destinatum mihi erat ut opus ex animi mei sententia in lucem prodiret. Equidem volumen prius e manibus mihi elabi, atque in vulgus venire, haud ægre tuleram, quod ita mecum constitueram fieri posse ut aliorum qua monitis, quæ reprehensionibus doctior factus, aut nonnulla jam dicta retractarem, in meliusque converterem, aut deinceps dicenda ad severiorem judicandi normam exigere. Hujus mei consilii exstiteritne aliquis fructus, ultro aliis judicandum relinquerem, nisi rem ita esse grati animi causa præstaret profiteri. Verum, si quod aliud scriptionis genus, commentarius certe in doctissimum poetam Christianum diuturni temporis mora indiget ad maturitatem. Nam in varietate et copia argumentorum prope infinita quam multa, etiam dum aliud agimus, tempus et casus offerunt, quæ incassum alias quæreres, ac ne cogitatio quidem quærendi facile excitaretur? Quid in ipsa adeo familiari et quotidiana sermonis communicatione consilia doctorum hominum et cogitata commemorare? Romæ præsertim, ubi tam multi sunt qui in antiquitatibus sacris et profanis investigandis juvare te possint et velint, nusquam ut alibi majora adsint adjumenta ad hujusmodi rerum commentationes perficiendas. Cæterum ne tarditatis et procrastinationis arguar, aut cessasse potius videar quam temporis opportunitatem voluisse expectare, quoad opus maturesceret, aliorum demum consilio acquievi, moremque voluntati gessi. Illud etiam addebat animos, quod industriam a me in priori volumine positam multi viri graves sibi non solum gratam, verum etiam ratam fuisse haud obscura animi significatione declararunt: viri, inquam, graves, a partium studio semoti, et acri judicio præstantes, quique præterea liberam sententiam omnium maxime proferre possunt. Quamquam de me quis liberrime non judicet? qui liberiores quorumlibet hominum censuras, præjudicatas etiam non legentium castigationes, fastidia eorum qui, cum meliora fortasse facere ipsi possint, nihil tamen extricant, maluntque in republica litteraria judicia ferre quam subire, nec cohibere possim, si velim, neque adeo velim, si possim. Quo majorem gratiam his habere debeo, qui bene de me sunt meriti. Accedebat, quod cum duobus voluminibus carmina Prudentii comprehendere decrevissem, ita eorum moles mihi necopinanti accrevit, ut plura reseccare, quædam in aliud opus rejicere coactus sim. Atque id præcipuum illud est, quod ante monere volui, ne sine causa præfari videar. Quippe pollicitus fueram duas me diatribas commentario posterioris hujus voluminis præpositurum, alteram de Eversione aræ Victoriæ, alteram de Fide Prudentii in actis SS. martyrum referendis. Quibus de rebus cum locus non sit uberius disserendi, in commentariis ea dixi quæ necessaria visa sunt, et satis esse debent ad poetam explanandum, ejusque auctoritatem vindicandam. Alia quæ in utroque argumento distinctius et explicatius pertractando addi possunt. Ita separato opere complecti est animus, ut ad Prudentii interpretationem absolvendam non supervacanea sint, si accedant, neque, si absint, magnopere desiderentur. Itaque Prudentium perinde nunc edo, ac sua opera absolvere solent nonnulli architecti, qui ædibus quamvis amplissimis, et quibus nihil jam ad perfectionem et absolutionem videatur deesse, ita tamen fastigium imponunt, ut ex aliquo latere projecuras, et crepidines murorum, quasi vestigia continuandi operis, relinquunt, unde ædificium possit vel ab ipsis, vel ab aliis, si usus veniat, aliquando amplificari, et in augustiorem formam redigi. Vale.

PRÆFATIO PSYCHOMACHIÆ.

577 Senex fidelis, prima credendi via,
Abram, beati seminis serus pater,
578 Adjecta cujus nomen auxit syllaba,

A Abram parenti datus, Abraham Deo.
5 **579** Senile pignus qui dicavit victimæ,
Docens, ad aram cum litare quis velit,

GLOSSÆ VETERES.

Psychomachia, Græce; Latine dicitur animæ certamen, eo quod ibi bella si jurentur, quibus adversus vitia fidelis anima præliatur, sed textum narrationis de libro Genesis assumpta præcedit præfatio, ut sequens opus divina melius commendet auctoritas, Iso.

Versu 1. Prima, ita recte vocatur Abraham, ut scriptum est: Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam; propterea non solum pater est circumcisionis, sed et omnium eorum qui sectantur ejus vestigia fidei, I.

2. Beati, Christi sexus (leg. serus) pater existit, ut non tantum dilatione desideria crescerent, sed etiam ut ad excipiendam gratiam multis eruditionibus corda præpararentur, diuque expectata redemptione tandem adve-

niens gratior haberetur, I.

3. Adjecta, aiunt Hebræi, quod he litteram de nomine suo quod apud eos tetragrammaton est, Abræ Deus dederit; ut, qui prius pater excelsus appellabatur, postea multorum, subauditur populorum sive gentium, pater vocaretur, Iso.

5. Senile, qui in senectute datus ei fuerat; offerens filium, qui fuit senile pignus. — Pignus, pignora filii nuncupantur, eo quod in eis spes habeatur future posteritatis. — Dicavit, consecravit. — Victimæ, ad victimam, Iso.

6. Litare, immolare: lito derivatur a linio, et est frequentativum, licet alud significare videatur, I.

COMMENTARIUS.

Titulus in codice Marietti est *Incipit præfatio in Christi nomine Psychomachicæ*. In cod. Vat. C, *Incipit Liber Prudentii Aurelii Psychomachia*. In Alex., *Incipit Psychomachia liber iv*, sed fortasse est error, nam in fine dicitur *Finit liber in Psychomachia*, nisi liber iv vocetur quia quartus est ordine in eo volumine, qui idem tertius est contra hæreticos.

Versu 1. In codicibus Vaticanis antiquissimis A et B deest *Psychomachia*; adest vero in aliis compluribus, quibus hoc opus separatim comprehenditur. Cum enim plura contineat, ad vitam spiritualem dirigendam valde opportuna, monachi illud præ cæteris adamarunt, et sæpius exscripserunt; in aliis vero codicibus omnino *Psychomachia* prætermissa est, quod, ut ego arbitror, hoc carmen nimis jam vulgatum videretur. Itaque neque in Urbinate elegantissimo codice, neque in Florentino comparet. *Psychomachicæ* codices seorsum exarati in bibliotheca Vaticana sunt ii quos distinximus litteris C, E, F, G, H, L. Cum nonnullis autem operibus Prudentii *Psychomachia* existit in codd. O, BB, de quibus omnibus vide proleg. cap. 4, ubi etiam observare poteris, an et quos titulos singuli codices habuerint. De codice *Psychomachicæ* bibliothecæ Angelicæ egi eod. cap. Alia huc pertinentia dedi in not. ad præfationem Prudentii vers. 39, et in not. ad titulum *Hamartigeniæ*. In prolegom. num. 216 notavi, divisionem capitulum a Barthio judicari ex monachorum ingenio prolectam, sive, ut ille ait, monachicam. De versione *Psychomachicæ* Hispanica consule proleg. num. 119, de Græca num. 91 et 121. *Psychomachiam* quod alii *De Pugna animi*, alii *De Compugnantia animi*, vel *animæ*, alii *De Certamine virtutum et vitiorum* Latine inscribunt, non male quidem faciunt; videtamen an melius possit exponi *Pugna spiritualis*, qua inscriptione celeberrimus editus est liber Italice sine auctoris nomi e sæpius recusus, et in plures linguas conversus, et jam pridem suo auctori vindicatus V. P. Laurentio Scupo'i ord. cler. reg. Theatunorum. Conferendi tamen sunt duo alii libri Hispanici ejusdem tituli, alter *Una Lucha y Combate del alma con los afectos desordenados*, Barcinone, 1610, auctore Ludovico de Vera Carthusiano: alter *De la Perfeccion de la vida Christiana*, auctore Joanne de Castaniza Benedictino: quod opus cum titulo *Pugnæ spiritualis* Latine et Belgice reddidit. Quod autem Prudentius virtutes et vitia quasi personas in hoc poemate inducit, novum non est. Vide quæ J. C. Scali-

ger notat lib. III Poetices, cap. 3, de *Quasi Personis*, ut inopia, fama, luxuria, etc. Illud vero ante Prudentium ab alio factum non memini, totum carmen ex hujusmodi quasi personis componi. Legi dignus est libellus Emmanuelis Martini de animi Affectibus, quo Græca nomina vitiorum et virtutum exponit, postejusepistolam in editione quam Petrus Wesselingius procuravit. Tractatus de Agone Christiano existat tom. VI operum S. Augustini, et alius de Conflictu vitiorum et virtutum, qui postremus S. Isidori potius creditur esse. Alii auctorem dicunt fuisse S. Ambrosium, alii S. Leonem, Maurini Ambrosium Autpertum, quod est probabilius. Prudentius, ceriamen inter virtutes et vitia descripturus, exemplum vincendi nobis proponit Abrahamum senem fidelem. Primas enim partes ac postremas pariter habet fides in hoc triumpho, atque adeo congruenter de Abrahamo præfatur poeta. Sicut enim ille, quamvis senex, quia Deo credidit, hostes debellavit, ita nos, quamvis natura infirmi et debiles, tamen fidei scuto armati, adversarios et vitia superare poterimus. In editis ante Heinsium, Aldo, Torn., Gis., Weitzio legebatur *prima credendi via est*. Heinsius reinovit est, allegans suos codd. Favent illi Bonon., Alex. et alii. In Vat. C est abrasum verbum substantivum est. Beda de Arte metrica versum hunc exscribit sine est. Nihilominus existat est in Mar., Rat., Vienn., Prag, Vat. G et L, et aliis. Gallandius expunxit est, sed non agnoscit epexegesis: putat enim, hæc omnia regi a verbis suasit, dedit, in versu 10, quod magis poeticum est, et ad Pindari morem expressum. Totam Abrahami historiam habes cap. XI et seqq. Genesis.

3. Loc. cit., cap. XVII, vers. 9: *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham. quia patrem multarum gentium constitui te.*

4. Plerique edidi et optimi mss., *parenti*. Aldus, *parente*, cum cod. Ang. et Vat. O, BB, minus bene.

5. *Dicare victimæ est in vicem victimæ*. Quam locutionem confirmans Barthius lib. XXIV Adversar., cap. 5, *elegantium rerum thesaurum* esse Prudentium testatur, et similia dixisse Catullum, Germanicum, Martialem, Claudianum observat. Huc faciunt notanda ad hymn. 3 Peristeph., vers. 118: *Aut facibus data sumificis.*

6. *Litare* alii a *lito* derivant, alii verius a *λήτη*, *λήτα*. id est *preces, supplicatio*.

Quod dulce cordi, quod pium, quod unicum,
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nosmet cum profanis gentibus
10 Suasit, suumque suasor exemplum dedit :
Nec ante prolem conjugalem gignere,
Deo parente, matre virtute editam,
580 Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis servientis vicerit.
15 Victum feroces forte reges ceperant
Loth, immorantem criminosis urbibus
Sodomæ et Gomorrhæ, quas fovebat advena,
Pollens honore patruelis gloriæ.
Abram, sinistris excitatus nuntiis,

A 20 Audit, propinquum, sorte captum bellica,
Servire duris barbarorum vinculis :
Armat trecentos, terque senos vernulas,
Pergant ut hostis terga euntis cædere :
581 Quem gaza dives, ac triumphus nobilis
25 Captis tenebant impeditum copiis.
Quin ipse ferrum stringit, et plenus Deo
Reges superbos mole prædarum graves
Pellit fugatos, sauciatos præterit,
Frangit catenas, et rapinam liberat,
50 Aurum, puellas, parvulos, monilia,
Greges equarum, vasa, vestem, buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus

GLOSSÆ VETERES.

7. Quod, sicut Abraham unigenitum, quem diligebat, obtulit, sic offerendum Deo credat fidelis, quidquid præcipuum cordis invenerit. — Cordi, scilicet est. — Pium, dilectum, I.

9. Profanis, profanæ gentes sunt passiones animæ, et vitia sunt portenta cordis et animæ passiones, quæ cupiditas, lætitia, et ægritudo; unde et Virgilius canebat: Cupiunt, gaudentque, dolentque, Iso.

10. Exemplum, sicut ille veros reges perdidit, ita nos exterminare vitia suasit, quibus in quinque sensibus subjugati sumus. Nam Abraham spiritum bellicosum significat; quinque reges quinque sensus corporis; Loth fidem captam a vitis; quam relaxat spiritus bellicosus; cccxviii vernaculi fidem significat quæ in Nicæno concilio est constituta a cccxviii episcopis, sed x ad decalogum, vii ad octo beatitudines pertinere possunt; quæ his omnibus caret, nunquam ad prædictas beatitudines perveniet, Iso.

11. Prolem, fructum boni operis, Iso.

12. Editam, prolatam, procreatam, Iso.

13. Strage, cæde. — Bellicosus spiritus, ratio, quæ est in anima, pugnam exercens contra vitia ab harum servitute cum cor bellicosus spiritus liberaverit, erit consequens ut de matre virtute placens Deo proles creetur boni scilicet operis fructus, I.

14. Portenta, monstra, vel vitia, Iso.

15. Ceperant, merito capitur, qui cum criminosis moratur; imo delegerat immorari; contra quod Moyses ad populum, Discedite, inquit, a tabernaculis hominum impiorum; haud dubium quin dicat abire, ne et ipsi

B involvantur in peccatis eorum, Iso.

16. Immorantem, habitantem, Iso.

17. Fovebat, incolebat, diligebat, Iso.

18. Pollens, crescens, sive fulgens, vel abundans sicut scriptum est: Recordatus est Deus Abraham, e liberavit Loth de subversione urbis. — Honore, ob honorem patruis Loth pollebat, sicut scriptum est, etc., vel certe quia apud omnes Abraham propheta Dei habebatur. — Patruelis, Abrahæ, Iso.

19. Sinistris, contrariis; sinister nuntius erat qui adversa captivitatis nepotemque captum servire barbaris nuntiabat. — Excitatus, conturbatus, Iso.

21. Barbarorum, gentilium, Iso.

22. Terque senos, xviii, Iso.

24. Quem, euntem hostem divitis gazæ copia impeditum fecerat, Iso.

25. Impeditum, hostem pro hostibus posuit, singulare pro plurali, ut est illud: Venit musca gravissima. — Copiis, divitis, Iso.

C 26. Stringit, evaginat. — Plenus Deo, quoniam plenus Deo erat, ideo adversas acies facile superabat, Iso.

27. Mole, magnitudine, Iso.

28. Pellit, hic invenitur schema, quod hypozeuxis appellatur; videlicet ubi diversa verba singulis quibusque clausulis proprie junguntur. — Sauciatos, vulneratos, Iso.

30. Monilia, ornamenta, pro omni ornatu, Iso.

31. Buculas, vaccas, greges vaccarum, amenta boum, Iso.

32. Exoditus, liberatus, velox, vel solutus, Iso.

COMMENTARIUS.

7. In Vat. D, contra metrum, quod est dulce cordi. Ald., Gis. et alii vulg., quod dulce cordi est. A veteribus libris Heinsianis, a Mar., Rat., Weitz., Vatt., C, F, G, L, et aliis plerisque abest verbum substantivum est per epexegesin, ut in versu primo.

8. Scholiastes Persii ad illud Lusca sacerdos satyras ait: Solent mulieres deformes et aliqua corporis parte mancæ ad decorum ministeria se conferre. Contra laiciendum exemplo suo docuit Abrahamus.

10. Ald., mendose, suasit, et suum.

12. Mar., Rat., Weitz. cum aliis, Gis. parente. Heinsianis omnes, Alex., Vatt. F, G, et plerique alii, placentem. Fuldens. male, placente. Heinsius ait in suis esse Deo placentem cum Aldo; addit Teolius, editiones omnes Heinsio anteriores, Aldina excepta, habere Deo parente. At non solum in Aldina editione, sed in aliis etiam antiquis invenio Deo placentem, ut in Basileensi anni 1540, Coloniensi 1594, et aliis. Sichardo placet parente, quia sequitur matre virtute, ut Cicero gloriabatur, se suæ nobilitatis parentem habere laborem. Virtus mater dicitur, ut castitas mater hymno 11 Cathem. vers. 14.

14. Ald., Gis., Erfurt., Bong., Ang. cum Vatt. C, G, O, R, BB, et aliis, sævientis. Pat., Oxon., Egm., Widm., Bonon., Alex., Mar., Rat. a prima manu, et alii servientis, quo verbo simili ratione sæpe usus est Prudentius. Barthius, lib. XLIII, cap. 7 Advers.,

in quodam ms. invenerat sævientis, quod optimum putat; sed fatetur in plerisque codd. esse servientis, et explicat, nisi cor redegerit in servitutem, et ita portenta ejus, sive malignas cogitationes vicerit.

15. In Mar. error est ceperit, correctum supra ceperant. Simile mendum in Vat. C, ceperat.

D 22. Pignorus, de Servis pag. 22 et seqq., de vernæ et vernulæ appellatione edisserit: ita vocabant antiqui servos domi natos. Sed aliquando vernæ vox latiore notione pro quibuslibet servis accipiebatur, ut exemplis confirmat Pignorus.

23. Mar., pergat; supra pergant, recte.

24. Sichardus, perperam, triumphator pro triumphus. Triumphus nobilis dicitur, ut oda 1 Horatii: Palmaque nobilis.

25. Scripti Heinsiani, Alex., Vat. F, Ald., Bonon., Egm. et alii, captis tenebant. Weitzius, Gis., Mar., Rat., Vatt. C, F et alii, captis tenebat. Viennensis, captum tenebat.

26. Vienn., tunc ipse; alii, quin ipse. Erfurt. a prima manu, strinxit pro stringit.

31. Elmenhorstius in Arnobium pag. 16, buculam pro bove, juvenca, bacca ex glossis veteribus, Virgilio, Aldhelmo dici comprobatur. Ald. et Ang., vestes; alii, vestem.

32. Mar. et Bonon. cum Heinsianis, præter Puteanum; expeditus vinculis, quos sequi noluit Heinsius.

Attrita dous colla liber erigit.

582 Abram triumphū dissipator hosticij.

55 Redit, recepta prole fratris inclutus,
Ne quam fidelis sanguinis prosapiam
Vis pessimorum possideret principam.

Adhuc recentem cæde de tanta virum

583 Donat sacerdos ferculis cœlestibus.

40 Dei sacerdos, rex et idem præpotens,

GLOSSÆ VETERES.

33. Boiis, boia est apta catena colli. BACCAS nominat vincula ob rotunditatem; sed et teretes gemmæ BACÆ dicuntur; ut illud: Oneretque bacis colla rubri littoris: nam et oleæ fructus, sive lauri bacas vocamus. BAGA ferrum dicitur, quo captiva sæpe mancipia strictis collis, et manibus aguntur, Iso. — Bacis, catenis, Vat. T.

34. Hostici, hostilis.

36. Quam, aliquam. — Sanguinis, cognationis. — Prosapiam, posteritatem, progeniem; indignum quippe erat ut progeniem fidelis sanguinis pessimi possiderent principes, Iso.

37. Vis, potestas, Iso.

39. Ferculis, cibus; metaphora: escis, vel mensis, Iso.

40. Sacerdos, Melchisedech. — Præpotens, valde

COMMENTARIUS

Rat., expeditur vinculis. Plerique, expeditus nexibus.

33. Weitzius amplexus est conjecturam Gruteri artita, quasi ab arto, seu arcto. Antiqui dicebant quidem artita pro artata seu arctata, impetrata pro impetrata, dolita pro dolata. Aliqui sumunt etiam artitus pro bonis artibus instructus. Sed hoc loco attrita ab altero verum est, et a pluribus similiter usurpatum. Alcimus lib. 1, *Oppressos cophinis humeros, attritaque colla*, ut Virgil., Ovid. aliosque præteream. Egm. scribit *attrita*. Idem dicendum hymno 1 Peristeph., vers. 72: *Et chalybs attrita colla, gravibus ambit circulis*. De bacis magna est dissensio. Ita scribunt Ang., Alex., Vat. F, G, L, Egm., Pal., apud Weitzium Aldus (nam is mihi *taccis*), Put., Teol. et vetustiores Heinsiani. In Aldo, Vat. D, BB, *baccis*, quod perinde est, quamvis orthographia *bacis* magis probetur. In Rottendorpio prior est glossa: *Bacæ proprie dicuntur fructus lauri, sive racemi hederarum, sed hic pro nodis catenarum ponuntur, Bacæ vero per duo cc ministræ Bacchi sunt* Gifanius Ind. Lucret., verbo *vestis* ex veteribus libris legendum ait *bacis* aut, quod perinde est, *bagis*. Et *bagis* quidem habet Vat. O cum Erfurt. Fabricius vero vel *baiis*, vel *boiis*. Sed vocem *baia* præfert ex cod. ms. Borneri, et *baias* interpretatur folia palmarum ex S. Hieronymo, aut ramos palmarum ex veteri interprete apud Joannem evangelistam, e quorum sarculis suspicatur facta fuisse vincula, quibus colla captivorum includerentur. Sich., Vienn., *bogis*. Mar., *bois* vel *bois*. Rat., *boiis*. Vat. R, *bois*. Thuan., *boigis*. Weitzius et Giselinus, *boiis*. Giselinus advertit, Jacobum Meyerum in primo hymno Peristeph., ab eo perpurgato, voculam hanc, Plauto in *Asinaria* non incognitam, Prudentio restituisse: et recte quidem Giselinus rejicit lectionem *baccis*, si intelligatur, colla attrita *baccis* fuisse, quia monilia *baccata*, seu gemmata gestabant, antequam caperentur; quæ quidem est interpretatio *Nebrisæ*. Latinus etiam in *Bibl. select.* pro *baccis*, in *Torn.* posuit *boiis*. In *Glossario Ducangii* *boia* est compes, aut torques vincorum; ex quo conjicitur carnicæ *boias* ab *italis* vocari, quamvis alii dissentiant; pro eodem vero sumitur *boga*, *bogia*, *baga*, *bodia*. S. Hieronymus lib. v in *Jerem.* cap. xvi, ad vers. *Fac tibi vincula, et catenas*, ait, vincula et catenas illas, seu furcas ligneas, quæ collo imponendæ erant, sermone vulgari *boias* dici. Et observandum *Jeremiam* quoque loqui de captivis. Mariettus sine dubio corrigendum ait *bogis*, quod adhuc apud *Insabres* remaneat voca-

A Origo ejus fonte inenarrabili

Secreta nullum prodit auctorem sui

Melchisedech, qua stirpe, quæis maioribus

Ignotus, uni cognitus tantum Deo.

45 Mox et triformis angelorum trinitas

Senis revisit hospitis mapalia.

Et jam vieta Sara in alvo fertilis

potens, Iso

42. *Secreta, scriptura, ut Apostolus ait: Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque enim initium dierum, neque finem vitæ habens; nihil enim eorum scriptura refert: assimilatus autem Filio Dei manet sacerdos in perpetuum et figuram Dei tenuit, qui sine initio vel principio fuit, Iso.*

43. *Melchisedech interpretatur rex justitiæ: nam Græce melchos rex salech justitia, et jure, quia ipse significat Christum, qui est rex justitiæ. — Quæis maioribus, quibus antecessoribus natus, id est patribus, Iso.*

45. *Triformis, triplex, Iso.*

46. *Magalia, mapalia et magalia idem sunt, id est casæ pastorum, quæ et sagurium, Iso.*

47. *Quietam, a partibus, id est sterilis. VIETA dicitur curva; unde et vimina a curvando. — Sara, nam*

bulum *boghe* de jugo boum, quo eorum colla atteruntur. Isidorus lib. v, cap. 27: *Boia, inquit, torques damnatorum, quasi jugum boum (al. in bove) ex genere vinculorum est. Agit eo cap. de poenis in lege constitutis. Aliqui scribunt boia in S. Isidoro. Festus docet, boias fuisse tam ligneas, quam ferreas, et vinculorum genus esse. Existimo, rem eandem diversis nominibus fuisse vocatam, ut assolet, et de bacis innuit Hieronymus. Itaque sive boiis, sive bacis, sive alio quovis modo scribas, intellige catenas collo impositas, tum hoc loco, tum hymno 1 Peristeph., vers. 46: *Carcer illigata duris colla boiis impedit*. Mariettus ex hoc versu su picabatur, legendum *Astricta boiis colla liber erigit*, scilicet colla antea boiis astricta, impedita et illigata. Nihil mutandum, nam concinnius est *attrita*, ut eodem hymno 1 Peristeph., vers. 71: *Et chalybs attrita colla gravibus ambit circulis*. Notandum etiam, versum, quem Iso allegat, *Oneretque bacis colla rubri littoris* esse, Boethii lib. iii de *Consolatione*, metro 3, ubi legitur *baccis* in editione qua utor, et sermo est de gemmis.*

34. Ald., *Abraham*; alii, *Abram*.

36. Mar. a prima manu, Vat. C, F, L, cum Ald., *nequa*, quod approbavit Gifanius ex vet. lib. Idem exstat in Oxon. Sed Alex., Bonon., Vat. G et alii, necnon Heinsiani, Weitz., Gis., *nequam*. Weitzius, *prosapiem* scripsit. Non placet.

39. Vocantur panis et vinum *fercula cœlestia*, quia ea obtulit Melchisedech, et sacramentum eucharistiæ eis significabatur, ut intelliges ex glossis seqq.

41. Hic et sequens versus desunt in Put.

43. Vienn., *Melchisech*. Metrum exigit *Melchisedech*. Hoc nomen regem justitiæ significat, ut ait Iso, sed ex origine Hebraica, non Græca ut ille existimat.

44. Bonon. contra carminis leges, *uni tantum Deo cognitus*.

45. Peccat idem Bonon. contra metrum et sensum, *mox et informis* pro *mox et triformis*. De hoc angelorum hospitiō vide Dittochaum tit. 4.

46. Mar., Rat., omnes Heinsiani, Weitz., *magalia*, Alex., Gis., et alii, *mapalia*, cum Ald., et Bonon. Alii scribunt *mappalia*, ut Bong. et Vat. C. Sed *a* primum breve est apud Virg. et alios. Vide Savaronem de *mapaliis Afrorum casis*, ad Sidonium pag. 120, vel ex correctione 111.

47. Ald., Gis. in contextu, Vat. F et alii, *Et jam vieta Sara in alvo fertilis Munus j. ventæ mater exsanguis stupet*. Videlicet, et Sara mater exsanguis stu-

- 584 Munus juventæ mater exsanguis stupet, A
 Hærede gaudens, et eachinni pœnitens.
 50 Hæc ad figuram prænotata est linea
 Quam nostra recto vita resculpat pede:
 Vigilandum in armis pectorum fidelium,
 Omnemque nostri portionem corporis,
 Quæ capta scædæ serviat libidini,
 55 585 Domi coactis liberandam viribus.

GLOSSÆ VETERES.

Sarai ante vocabatur, quæ interpretatur princeps mea, id est gentis Judæorum; postea mutato nomine Sara dicta est, id est princeps, absolute subauditur, omnium gentium, Iso.—Quietam scilicet a partibus exsanguis: desierant enim ei et muliebria. Vat. T.

48. Exsanguis, sicut scriptum est: Desierant Saræ fieri muliebria, Iso.

49. Eachinni, de risu patris, non matris, dictus est Isaac, quoniam iste venerat ex dubitatione, propter quod et mulier reprehenditur; ille vero de gaudio, Iso.

50. Linea, umbra, figura, forma, ut pictorum est, futuras imagines quibusdam prius lineis adumbrare: ita omnia in figura contingebant illis, scripta autem sunt propter nos; quæ utique rectis gressibus adimplenda sunt, Iso.

51. Quam, lineam. — Resculpat, renovet. — Pede, tramite, sensu, Iso.

52. In armis, armis scilicet lucis induti portionem nostri corporis, quæ per Loth, qui interpretatur declinans, accipitur, a scædæ libidinis servitute colibeamus, adunatis introrsum viribus, ut illud: Quodcunque invenerit manus tua, constanter operare, quia neque opus, neque ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas. — Arma, arma pectorum virtutes sunt, Iso.

54. Capta, apprehensa. — Serviat, pro serviebat, Iso.

55. Domi, in te: domus nostra est mens nostra. — Coactis, collectis, congregatis, Iso.

56. Nos, scilicet docet. — Large, abundanter. Abunde

- Nos esse large vernularum divites,
 Si quid trecenti, bis novenis additis,
 Posint, figura noverimus mystica.
 Mox ipse Christus, qui sacerdos verus est
 60 Parente inenarrabili, atque uno satus,
 Cibum beatis offerens victoribus.
 Parvam pudici cordis intrabit casam,
 586 Monstrans honorem Trinitatis hospite.

domesticorum divites sumus, si cccxviii fidem Patrum inconcussam tenuerimus. — Vernularum, bonarum virtutum, virtutibus, I.

57. Trecenti, isti trecenti mysterium significant, scilicet crucis. Tau enim, qui figuram sanctæ crucis, trecentos significat. Si vis scire de decem et octo, lege arithmetica minorem numerum intra novem computabis; significat in templo Constantini cccxviii episcopos defendisse Ecclesiam Dei contra hæresim Arianorum, I.

58. Figura, in figura, Iso.

59. Mox ipse, per fidem igitur perturbationibus superatis, sensibusque corporis libertate donatis, nihilque de nobis vindicante peccato; tum demum Christus, qui sacerdos verus seipsum obtulit immaculatum Deo, victoribus dignanter occurrens, p. nem corporis, vinumque sui sanguinis offert, I.

60. Parente, ut ait propheta: Generationem ejus quis enarravit? Iso.

61. Cibum, æternam refectionem, Iso.

62. Pudici, cordis etiam pudici humiliter mentem hospita Trinitas intrare dignabitur juxta illud: Ego et Pater veniemus et mansionem apud eum faciemus. — Casam, mansuetudinem; justitiam scrutans uniuscujusque cordis, I.

63. Hospite, si nos bellum contra vitia gesserimus, tunc intrabit Trinitas habitaculis nostris, et secundabit ea filiis virtutum; hospita apud veteres feminini generis; apud nos communis generis, I.

COMMENTARIUS.

pet in alvo jam vieta munus fertilis juventæ. Heinsius ex suis scribendam ait, *Et jam vieta Sara in alvum fertilis Munus juventæ mater exsanguis stupet*, quod explicat, Saram esse fertilem in alvum jam vieta, ut præfat. Apotheos. vers. 47, ex quibusdam mss., *fertilis in herbam*. Ego quidem ingens discrimen esse puto inter has duas locutiones, *fertilis in herbam*, et *fertilis in alvum vieta*, quarum primam non respuo, alteram non probo. In membranis magna est varietas. Vienn., *Et jam quietam Sara in alvum fertile Munus venire mater exsanguis stupet*. Mar., *Et jam quietam Sara in alvum fertilis Munus venire*. Rat., *Et jam quietam Sara in alvum fertile Munus venire*, quod Weitzius expressit. Alex., *Et jam vieta Sara in alvum fertilis Munus juventæ*. Benon., *Et jam vieta Sara in alvum fertilis*; sed mendose postea, *majus juventæ*, uti etiam perperam Fuld., *Et jam fetam*. Palat. et Oxon. faciunt cum Alex. In Thuan. est *quietam*; cetera, et in Alexandrino. Fabricius Aldo assentitur. In D margine quarundam editio rum, *Et jam quietam Saræ in alvum fertile Munus venire*. Iso quietam et vieta videtur legisse. Munus juventæ pro facultate pariendi ponitur, ut a Paulino in carm. de S. Joan. Baptista: *Et venit effeto munus juvenile sub ævo*. Multi scribunt *Sarra*.

50. *Nebrissa lineam* interpretatur semitam angustam, quam vita nostra debet recto pede resculpere, hoc est, atterendo dilatari. Confer Isonis glossam. *Sculpere* artis statuarie proprium verbum est. *Resculpo* iterum sculpo, seu singo, et renovo. Eo verbo usi sunt Tertullianus, Augustinus, Roffinus. Vide Bigaltium ad cap. 5 Tertull. de Jejunio: *Nam et primus populus primi hominis resculpsit crimen*.

51. Fabr. *resculpit* pro *resculpat*.

52. S. Prosper prope fin. Epigrammat.: *Nunquam telu bonis, nunquam certamina desunt, Et quocum*

certet, mens pia semper habet.

53. Egm., Widm., Pal., Mar., Rat., *pecto is*. Alii cum editis, *corporis*. In Viennens., *Omnemque docet nostri portionem corporis*. Deest verbum *docet* in aliis, neque stare potest cum metro.

54. Ald. et Weitz. *scæde*, adverbium. Alii edidi, *scæde libidini*. E mss. alii habent diphthongum in ultima, alii non habent. Sed in multis omnino desunt diphthongi.

56. Hunc locum fuisse explicavimus cap. 20 proleg. His, qui in 318 vernaculis Abraham Patres Nicænos interpretantur, annumerandus est S. Marcus monachus sæculo iv, opusc. 10, num. 8, tom. VIII Bibliothecæ Gallianæ. Barthius observat mendum esse in suo vet. libro non esse pro nos esse.

57. Viennens., mendose, *trecentis*. In nonnullis vulg., *his novenis additis*, non bene. In glossa post verba *figuram sanctæ crucis* supple habet, vel quid aliud simile.

58. Barthius conjicit *prosint* pro *possint*. Sed optime *posint*, aut si quid velis mutare, *possunt*, ut Virgilius lib. ix Æneid.: *Si quid mea carmina possunt*.

59. In Vat. C trajectio præpostera *Mox ipse Christus, qui verus est sacerdos*. Has non dicimus varietates lectionum, sed exscriptorum errata.

60. Plerique, ut Ald., Erfurt., Widm., Bong., Giesenius Ind. Lucret., *de hiato*, pag. mihi 437, Putean., Sich., Mar., Rat., Viennens., Vat. D, F, L, O, BB, *Parente natus alto, et inenarrabili*. Magis placet Alex., *Parente inenarrabili, atque uno satus*, cum Gies. et Pal. a prima manu. Vat. G, Fuld., *Parente inenarrabili, atque alto satus*: Fabricius, *Parente natus alto, et inenarrabili*. Prima lectio proba est, ut putat Heinsius, et quartus pes tribrachys, exclusa elisione. Giesenius ex hac diversitate duas editiones operum Prudentii arguit.

62. Aug., non bene, *pudici pectoris*.

Animam deinde spiritus complexibus
65 Pie maritam, prolis expertem diu,
Facies perenni fertilem de semine.

A Tunc sera dotem possidens puerpera,
Hærede digno patris implebit domum.

GLOSSÆ VETERES.

64. Animam, quam Sara significat. — Spiritus, per spiritum intelligere vult Abraham, per animam Saram, I.

65. Maritam, syncopa, id est conjunctam, quasi maritatum, a verbo, quod est, marito, as. — Prolis, virtutum spiritualium. — Expertem, ignotam, I.

66. Fertilem, fructiferam cum bonis operibus. — Semine, si semen est verbum Dei, consequenter et filii opera sunt, quorum utique mercede in fine dominabimur; non feminam, id est non molle quid ac resolutum, sed puerum, id est, forte ac solidum parientes, ut

illud: cum autem pepererit puerum, etc., I.

67. Dotem, scilicet virtutum, vitam beatam, vel justam vitam; hos sinit intrare quos dignos probat. — Puerpera, puerum pariens, Iso.

68. Hærede digno, secundum illud: Filii tui, sicut novellæ olivarum, et alibi: Dirige filios eorum; ac paulo post: Et opera manuum nostrarum dirige super nos. — Patris, ostenditur per divinitatem et humanitatem; quæ cum sint duo, non tamen duo; sed unus est Christus, Iso.

COMMENTARIUS.

64. Ald., Gis. in contextu 4 ed., *connexibus*; alii melius *complexibus*.

65. Aldus, *piæ*, minus bene, pro *pie*. In nonnullis vulg., *expertam*; corrige *expertem*. Cauchius ex codice scripto malebat *pie maritans*.

67. Ald., Nebr., et alii vulg., *Sarra*. Plerique editi et mss., *sera*, ut ante vers. 2, *Abraham serus*, pater dicitur. In Vat. C, *sera* a prima manu, *Sarra* supra.

68. Palat., *implevit*; melius *implebit*.

PSYCHOMACHIA.

587 Christe, graves hominum semper mise- B
[rate labores,

Qui patria virtute cluis, propriaque, sed una,
(Unum namque Deum colimus de nomine trino :

GLOSSÆ VETERES.

1. Graves, magnos. — Miserate, participium a verbo miseror, aris, quod regit accusativum; hinc etiam miserans ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, Iso.

2. Patria, paterna: paterna virtus Christus est substantiva, non accidens; neque secunda qualitas Patris,

sed Filius ejus est; quia non a se, sed ab eo ipso genuit se. — Cluis, crescis, polles. — Una, scilicet substantia, I.

3. Nominis trino, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, I.

COMMENTARIUS.

1. In Rat. hic est titulus; Incipit Psychomachia liber Aurelii Prudentii Clementis de pugna virtutum atque vitiorum. In Mar., Invocatio. In veteribus aliis codd. desunt interdum tituli. Sæpius autem inscriptio libri reperitur in præfationis limine, quam in ejusdem præfationis fine. Primus iste versus ex imitatione Virgilio conformatus est lib. vi Æneid., vers. 56: Phæbe, graves Trojæ semper miserate labores.

3. In not. ad præf. Apoth. vers. 31 dixi de Prudentio aliisque Latinis scriptoribus sæpe esse superfluum; adeoque idem est de nomine trino, ac nomine trino. Heinsius legit de nomine utroque cum suis, Egm., Bonon. et Pal.: quia, inquit, de Deo Patre et Filio tantum agit. Barthius lib. I. Advers., cap. 44, reperit eandem lectionem in cod. membr. vetusto, sed conjicit legendum te nomine trino, vel potius te numine trino. Unum, ait, Deum nomine tantum trinum dicere ego non satis piæ existimo, neque consonum, i s quæ eo tempore Augustinus, Hilarius, Athanasius, Cyrillus, Hieronymus et alii infiniti de eodem mysterio scripserunt, quorum sane nullus ita loquatur... Si quis autem scriptor circumspectus in mysteriis fidei, is sane, etiamsi poeta, quod genus licent a majoribus uti dicitur, est Prudentius noster, eo etiam nomine omnium commendatione dignissimus. Verum illud Barthius errat, quod putet alios SS. Patres, Prudentii æquales, Deum nomine trino nunquam dixisse: quod enim addit, non esse satis piæ dicere, Deum esse nomine tantum trino, non repugno; sed adverbium tantum de quo ille adjunxit, quod in Prudentio non legitur. S. Gregorius Nazianzenus in tractatu de Fide, post initium: Tria, ait, nomina, et tres personas unius esse essentia, unius majestatis, atque potentia credimus. S. Paulinus Natali 9: Sic animas steriles in nomine

gratia trino, Innovat; et ibid. iterum: Fessus enim est unum trino sub nomine regem. Et epistola 12 ad Severum: Ecce velut trino colit unam nomine mentem, Sic trinum sancta mole sacravit opus. In versibus qui Claudiani nomine circumferuntur, sed, ut alibi monui, adjudicandi sunt Merobaudi Scholastico Hispano: Tu solus Patrisque comes, et Spiritus insons, Et toties unus triplicique in nomine simplex. Sequiori etiam tempore similis locutio erat in usu. Drepanius Florus, poeta supra suum sæculum, in carmine de cereo paschali: Unum quæ trino celebrant sub nomine numen, ubi imitatus videtur Prudentium. Instrumentum concessionis Ordonii III anno 955, tom. XXXIV Hispaniæ sacræ, pag. 459, ita incipit: In nomine triplo, simplo, divino, ego Ordonius nutu Dei rex, etc. Alia, quæ hoc adduci possent, attuli supra Cathem. hymn. 3, vers. 20, et præfat. Apotheos. vers. 4, ubi similes loquendi formulas contra Hincmarum delendi. Porro habent de nomine trino codd. Vat., C, D, F, G, L, R, O, BB. In cod. Vat. H, utroque a prima manu, supra trino. In Alex., utroque. Viennens., Mariet., Rat., Ald., Gis., Weitz. et veteres editi, trino, quod Chamillardus prætulit. Cellarius, Heinsii auctoritate permotus, utroque edidit, quod tenuit etiam Teolius. Confer Petrum Constantium in Vindiciis veterum codicum confirmatis, qui Gottescalcum contra Hincmarum tuetur, et Lanium de recta Nicænorum Patrum Fide cap. 33. num. 10, qui in Missali edito a card. Thomasio trina veritas in interrogationibus ad baptizatos dici observat, Berniumque refellit, quod Histor. sæculi viii cap. 7 asseruerit, Gottescalcum defendisse hanc locutionem triplex deitas: nam Lanium trina deitas dici posse ait, triplex deitas negat.

- 588** Non tamen et solum, quia tu Deus ex A
[Patre, Christe)
5 Dissere, rex noster, quo milite pellere culpās
Mens armata queat nostri de pectoris antro.
Exoritur quoties turbatis sensibus intus
Seditio, atque animam morborum rixa fatigat,
Quod tunc præsidium pro libertate tuenda,
10 Quæve acies furiis inter præcordia mixtis
Obsistat meliore manu; nec enim, bone ductor,
589 Magnarum virtutum inopes, nervisque
[carentes

- Christicolas vitiis populantibus exposuisti.
Ipse salutiferas obsesso in corpore turmas
15 Depugnare jubes: ipse excellentibus armas
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet, et tibi vin-
cat.
Vincendi præsens ratio est, si cominus ipsas
Virtutum facies, et colluctantia contra
20 Viribus infestis liceat portentata notare.
Prima petit campum dubia sub sorte duelli

GLOSSÆ VETERES.

4. Non tamen, sic in Deo credamus unitatem, ut solitudinem non admittamus. Unus est enim, non solitarius, I.

5. Dissere, ostende, vel dic. — Milite, exercitu fugare vitia, I.

6. Armata, arma, inquit Apostolus, militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Dei. — Queat, possit. — Antro, cogitatione, Iso.

7. Exoritur, excrescit, vel evenit. — Turbatis, congregatis, Iso.

8. Seditio, discordia. Caro concupiscit adversus spiritum, et retro. — Animam, cogitationem. — Morborum, vitiorum. — Rixa, contentio. — Fatigat, tribulat, I.

9. Præsidium, auxilium. — Pro libertate, quæ est ad protegendum: Absit, ut in se Christus credentes vitiis exposuerit, viribusque reddiderit destitutos, etiamsi maximis virtutibus nequaquam præditi sint, cum dicat: Noli timere, pusillus grex; benedicatque pusillis cum majoribus, state, et nolite iterum iugo servitutis contineri; alioquin qui facit peccatum, servus est peccati. — Pro libertate, bona facere, I.

10. Acies, scilicet obsistit. — Furiis, vitiis, vel suggestionibus. — Præcordia, interiora; integrum mentis ingenium, I.

11. Obsistat, contra stet. — Meliore, cælesti multitudine, vel virtute. — Nec enim, quia. — Ductor, auctor, vel dux, I.

12. Nervis, virtutibus, viribus, I.

15. Christicolas, Christianos, qui Christum colunt. — Populantibus, vastantibus. — Exposuisti, contra posuisti, non deposuisti, I.

14. Ipse, Induite, inquit, armaturam Dei. — Salutiferas, signatas. — Obsesso, circumsepta anima. — Turmas, virtutes, I.

15. Depugnare, contra vitia præcivis pugnare. — Excellentibus armas artibus, excellentibus adjuvas virtutibus, I.

16. Ingenium, ingenium potens, Christo potius vincat. Unde et Psalmista: Non nobis, Domine, sed nomini tuo da gloriam; itemque: In Deo faciemus virtutes. — Ludibria, ad ludos; immunditiam, I.

17. Potens, habens cæleste adiutorium. — Tibi, ad tuum honorem. — Et tibi, ad tuam laudem. — Vincat, tunc caro lætatur, cum vitia vincit, I.

18. Præsens, omni tempore parata ad prælium. — Cominus, contra, sine intermissione, prope; in sequenti siquidem opere contra invicem posita sunt, et repugnantia vitia, ex expugnantes virtutes: unde conjicitur, velut pictis historiis omne carmen ab auctore fuisse distinctum, I.

19. Colluctantia, obstantia, repugnantia, I.

20. Viribus, suggestionibus. — Portentata, jure vitia, portentata nuncupantur, non enim secundum naturam sunt, sed naturæ contraria. — Notare, componere, scribere, I.

21. Prima, rectissime a fide cœpit, quæ, teste Apostolo, et ini ium honorum, et virtutum est fundamentum, alioquin quidquid non est ex fide, peccatum est. — Petit, intravit. — Campum, campus est mundus, in cuius fines prædicatorum sonus exivit; nec apud eos, sed apud incredulos sors dubia videbatur. — Duelli, belli. Duellum, quasi duorum hominum bellum, I.

COMMENTARIUS

4. Cap. LXIV Isaïæ, vers. 24: Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, et nullus mecum. A Prudentio dicitur unus Deus, non tamen solus: recte, quia Isaïas eo loco, populum ab idolorum cultu revocare contendens, naturæ divinæ unitatem astruit, quod fateatur poeta noster, simul plures personas asserens.

8. Rat., Erfurt., Bong., animum.

10. Vitia non immerito dicuntur furia. Lactantius, lib. vi, cap. 21: Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinorosa præcipites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea poëtæ tres furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitant, ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. Nunc septem vitia principalia sive capitalia numerantur; olim octo recenseri consueverunt; de quo vide Theodulphum Aurelianensem Capitulum ad presbyteros cap. 51.

15. Erfurt., spoliantibus; cæteri, populantibus. Hæc ratione Simonidis error evertitur, qui Deum nobis invidisse iactabat, quod tot vitiis obnoxios esse permiserit. Nam simul salutiferas obsesso in corpore turmas depugnare jubet.

15. Egm., Pal. et Barthii codex, armis perperam pro armas. Barthius, quem nunc sæpe advocabo, de hoc suo codice et correctionibus loquitur lib. I Advers., cap. 11; item cap. 9, lib. LI; cap. 12 lib. LIV; et cap. 18 ejusdem libri. Erant autem Barthii mem-

branæ perveteres, picturisque antiquitatem referentibus exornatæ.

19. Erfurt., male, acies pro facies.

20. Vat. G, infestis; recte emendatum infestis. Post hunc versum titulus in plurimis codicibus ponitur, quanquam Prudentius nullos posuisse videatur. In Mar. et Rat., Fides. In Viennen., De Bello fidei et Culturæ deorum. Aldus, Fidei et Idololatriæ pugna: ipse scribit idolatriæ. Chamillardus, Fides et Idololatria. Weitzius et Giselinus Aldo adherent.

21. Poeta virtutes et vitia graphice describit. Multa ad hunc libellum illustrandum peti possent ex Characteribus Theophrasti cum commentariis Casauboni, quos ex mss. Vaticanis nuper auxit cl. Joann. Christophorus Amadutus, et paulo ante in sermonem Hispanum cl. Ignatius Lopez de Ayala converterat. Alia etiam philosophus Seneca posset suppeditare. Etenim de virtutibus et vitiis philosophi ethnici vere et argute aliquando disseruerunt. Sed ex sacris potissimum Litteris et Ecclesiæ doctoribus doctrinam suam hausit Prudentius: quos ego fontes dum attingo, philosophos gentiles ita laudo, ita verum interdum invenientes mirari soleo, ut homines utroque oculo captos, qui labore et industria, idemum assequantur, ut certa quadam via recte incedant, quin offendant. Prima inducitur fides dubia sub sorte duelli: ubi non credo, poetam solum respexisse ad naturam

590 Pugnatura Fides, agresti turbida cultu, A
Nuda humeros, intonsa comas, exerta l certos.
Namque repentinus laudis calor ad nova fervens
25 Prælia, nec telis meminit, nec tegmine cingi :
591 Pectore sed fidens valido, membrisque
[relectis
Provocat insani frangenda pericula belli.
Ecce lacessentem collatis viribus audet
Prima ferire Fidem veterum Cultura deorum.
30 Illa hostile caput, phalerataque tempora vittis
Altior insurgens labefactat, et ora, cruore

De pecudum satiata, solæ applicat, et pede cal-
[cal
Elisos in morte oculos : animamque malignam
Fracta intercepti commercia gutturis arctant,
35 Difficilemque obitum suspiria longa fatigant.
Exsultat victrix legio : quam mille coactam
Martyribus regina Fides animarat in hostem.
Tunc sortes socios parta pro laude coronat
592 Floribus, ardentique jubet vestirier ostro.
40 Exin gramineo in campo concurrere prompta
Virgo Pudicitia speciosis fulget in armis :

GLOSSÆ VETERES

22. Agresti, non enim ad prædicandum philosophos, sed piscatores elegit. — Turbida, irata, deformis, non secundum carnem militans. — Cultu, habitu, I.

23. Nuda, prompta ad bona opera. — Humeros, nudos habens humeros. — Intonsa, inculta; quæ non colebatur, ut virtus. — Exerta, nudata ad prælium. In carne, inquit, ambulantes, non secundum carnem militantes. — Lacertos, brachia, I.

24. Repentinus, et factus est repente de cælo sonus, Iso.

25. Nec telis meminit, non enim in sapientia verbi syllogismos Aristotelis, sive contorta Chrysippi sancti prædicatores jaculati sunt, I.

26. Valido, hujus omnino validum pectus erat, qui dicebat : An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur, Christi? — Membris, membra etiam retexerat : Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum. — Relectis, nudatis, I.

27. Frangenda, ne idololatria, atque cultura deorum ulterius coleretur. — Belli, seclī, I.

28. Lacessentem, provocantem; fidem prima ferit idololatria, cum fidei prædicatores insequitur. — Collatis, collectis, I.

30. Illa, fides. — Hostile, hostile caput labefactat,

cum reges, sive philosophi ad cultum curvantur religionis. — Caput, idololatriæ. — Phalerata, ornata, I.

31. Ora, aspicientes vana pro nihilo computantur : nam et moriuntur, cum meditantur, ut videant, I.

33. Elisos, confractos, I.

34. Commercium, mutuata vicissitudines flatuum; tæniæ. — Arctant, constringunt, I.

36. Legio, scilicet fidei. — Coactam, collectam, Iso.

37. Animarat, instigabat, animum dederat, I.

38. Socios, virtutes. — Parta, syncopa, parta, acquisita, præparata; et venit a verbo parior, I.

39. Floribus, flores sunt immarcessibilis viror æternæ mercedis; quia per sanguinis sui undam vitam æternam promeruerunt; voluptatibus. — Ardente, pro ardore dilectionis posuit. — Ostro, purpura, I.

40. Exin, deinde. — Gramineo, graminoso. — Campo, exercitium continentiae virore jugi jucundum est. — Concurrere prompta, pugnare parata, I.

41. Pudicitia, jure post fidem pudicitia ponitur; quoniam sicut integritas fidei virginitas est mentis; ita castitas carnis exordium est sanctæ operationis : hæc enim destructa, omnis virtutum fabrica ruit. — Speciosis, speciosa sunt utrinque arma lucis, ut illud : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes, I.

COMMENTARIUS.

belli, in qua fortuna plerumque dominari solet, ut Nebrissa, Weitzius et Chamillardus explicant; sed potius ad liberam hominum voluntatem, ut Iso inquit. Sichardus ait, adeo alacrem fidem describi, ut ex primo ejus aspectu facile tibi victoriam pollicearis. Alcimus Avitus de Laude virginitatis vers. 363: *At tu, virgo Dei, sanctis quam moribus ornasti, Hinc pudor, inde fides, internis fortior armis Belli geris... Hæc virtutis opes, hæc sunt solatia belli... Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.* Ubi Psychomachiae argumentum repræsentat. Iso Apostoli verba ad Rom. XIV, 23, *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est,* accipit de fide qua in Deum credimus: et ita quidem nonnulli SS. Patres eundem locum explicant. Sed hi ipsi peccatum intelligunt hoc loco dici opus inutile ad vitam æternam consequendam. Cæterum plerique melius Apostolum interpretantur de fide, sive conscientia, qua credimus aliquod opus nobis licere, ut ex ipso contextu liquet. Certum quidem est non omnia infidelium opera esse peccata, nec philosophorum virtutes esse vitia.

22. Fuld., non inepte, vultu pro cultu. Poeticam hanc fidei descriptionem Iso satis feliciter interpretatur. Addam interpretationem Ruperti Tuitiensis, qui lib. vi de Oper. Sp. S., cap. 16, ait: *Fuerunt tamen quam plurimi, qui non ejusmodi stolis (bonorum operum) adornati cucurrerunt ad confessionem sancti nominis, et adhuc recenti baptismo nitentes, nullis operum præculti ornatibus, induerunt gloriam martyrii. De talium fide quidam ita cecinit: Prima petit campum, etc.* Ubi versu 24 contra metrum legitur *calor laudis...*

23. Exerimus lacertos, seu nudamus brachia, cum operi alicui seu labori maxime expediti et intenti esse volumus. Notat Giselinus, fidem alacritate et con-

stantia communiri; idololatriam phaleris ornari: apposite.

24. Viennens., *jamque*; alii, *namque*. Put., *labor*; cæteri melius *calor*; sed Vat. F. perperam voces trajecit *calor laudis pro laudis calor*. Vide vers. 22.

27. *Pericula frangenda* ait, ut hymno 1 Cath., vers. 43: *rupto tenebrarum situ.* Sic etiam dicitur *frangere audaciam, consilia, sententiam, morbum*. Post hunc versum in Mar. et Rat. titulus est: *Cultura deorum*.

30. Tam in Mar. quam in Rat. exaratum est *tempora pro tempora*.

31. Imitatio Maronis, qui non semel lib. xi et xii, *Altior insurgens*.

32. In quibusdam vulg., *e pecudum*. Superfluum sæpe est *de*, ut monui vers. 3.

33. Weitzius; Gis., Mar., Vat. R., *in mortem*. Plerique alii nostri et Heinsiani cum Aldo, *in morte*; et Heinsius id confirmat, quia poetæ aiunt, *Oculi in morte natantes*. Ipse ediderat *in mortem*.

34. Perperam in editione Weitziana notatum ad oram arctans pro arctant.

37. Viennens., *armarat*. Fuld., *armabat*. Alii melius *animarat*. In ms. optimæ notæ, collato a Michaelae Piccarto apud Weitzium, est *armarat*.

38. Pro *tunc* habet *nunc* Vienn., Mar., Rat., Bong., Torn., Gall. et alii. Carolus Paschalis, de Coronis pag. 115, lib. ii, cap. 15, multa affert, quibus suadeat flores a poetis interdum poni pro coronis, quod e floribus confici soleant.

39. Post hunc versum titulus in Aldo, *Pudicitiae pugna*. In Mar., et Rat., *Pudicitia*; in Viennens. nullus est titulus.

40. Fabr., Gis., Vat. F. G., *gramineo campo* sicut in Nebrissa legit *prona*; alii *prompta*.

41. Omnes virtutes virgines dicuntur, præsertim

Quam patrias succincta faces Sodomita Libido A
 Aggreditur, piceamque ardentis sulphure pinum
 Ingerit in faciem, pudibundaque lumina flammis
 45 Appetit, et tetro tentat suffundere fumo.
 Sed dextram furiae flagrantis, et ignea dirae
 Tela lupae saxo ferit imperterrita virgo,
593 Excussasque sacro tædas depellit ab ore.
 Tunc exarmatae jugulura meretricis adacta
 50 Transfigit gladio: calidos vomit illa vapores,
 Sanguine concretos cœnoso: spiritus inde

Sordidus exhalans vicinas polluit auras.
 Hoc habet, exclamat victrix regina, supremus
 Hic tibi finis erit, semper prostrata jacebis:
 55 **594** Nec jam mortiferas audebis spargere
 [flamas
 In famulos, famulasve Dei: quibus intima casti
 Vena animi sola fervet de lampade Christi.
 Tene, o vexatrix hominum, potuisse resumptis
 Viribus extincti capitis recalescere flatu?
 60 Assyrium postquam thalamum cervix Holofernis

GLOSSÆ VETERES.

45. Piceamque, omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum, quæ succensa intrinsecus nidore fetent, et lumine carent; sed piceam facem appellat, quia in libidine ardor et fetor est. — Pinum, facem, I.

44. Lumina, intellectum perspicuae veritatis immun-
 dis cupit delectationibus obscurare, I.

45. Appetit, quæsit, I.

46. Dextram, immunditias blandæ persuasionis ri-
 gore propositi gravi celeriter ab aspectu depellit, I.

47. Lupæ, meretricis. — Imperterrita, petra erat
 Christus, I.

48. Ore, scilicet suo, I.

49. Exarmatae, sine armis. — Jugulum, pectus, vel

cervicem, I.

50. Gladio, repulsis igitur cogitationibus immundis,
 gladio utitur, quod est verbum Dæi; ut illud: Fornica-
 tores enim et adulteros judicabit Deus, I.

51. Sanguine, quod non potest a vigilantibus tor-
 quere, dormientibus velut invitis molitur; nec ulterius
 procedere sinitur. — Concretos, commixtos. — Cœnoso,
 sædo, lutulento. Cœnos græce lutum dicitur, I.

53. Exclamat, castitas ad suos conversa inquit, I.

54. Hic, talis; in hoc loco. — Semper, æternum, I.

58. Tene, miror, I.

59. Recalescere, revivescere, I.

COMMENTARIUS.

vero pudicitia. De fide in hymno S. Romani vers.
 352: Foresque primas virgo custodit fides. De justitia
 sive Astræa Ovidius et alii. In Mar. et Rat. titulus
 post hunc versum, Libido.

42. Mar., Sodamita pro Sodomita. In Rat. corrector
 inepus, erasis prioribus, apposuit Sodomitis erimnis,
 ita enim scripsit: quasi non licuerit Prudentio femi-
 nino genere efferre Sodomita, ut dicitur femina sacer-
 dos, testis, et similia. Aiunt dici debere Sodo-
 mitis, Sodomitidis. Testem veterem afferant qui id
 a-severit, ac Prudentii auctoritatem elevet: non enim
 grammaticis recentibus fidem præstabo, qui neque
 veteribus præsto, cum scriptor pariter antiquus est
 arguenus. Furiis faces poetæ tribuunt; libidinis
 vero faces magis propriæ sunt, ut tædæ, de quibus
 mentio infra occurrit; et dicuntur patriæ, quia ipsa
 appellatur Sodomita. De incendio Sodomitico in Ha-
 martigenia egimus.

44. Luxuriam oculos invadere, et videndi facultatem
 eripere, probe notat Peveratus ex Chrysost. homil. 2 ad Cor. I.

47. Lupa antiquis est meretrix, ex quo lupanar.
 Giselinus observat aptissimam esse antithesim faces
 sulphureas pro libidinis armis, et saxum pro velo pu-
 dicitiae, neque id a medicorum scitis alienum esse
 probat auctoritate Galeni lib. ult. de Conservanda
 Valetud. Glossa videtur trahenda e verbo saxo ad
 imperterrita.

51. Barthius lib. xxxvi, cap. 7, putat, hoc loco
 cœnoso esse a cœna, non a cœno, seu luto: et intel-
 ligit sanguinem ex cœna hesterna. Sed verius puto,
 esse a cœno, ut statim spiritus libidinis sordidus di-
 citur. Quod autem Barthius plura colligit nomina in
 osus, quæ obliterata habentur pro barbaris, nec
 auctores habent omnino improbandos, minime id
 arguit in his nominibus esse reponendum cœnoso a
 cœna, aut eo usum fuisse Prudentium hac significa-
 tione. Multa vero profert Barthius, quæ, nescio cur
 obliterata aut pro barbaris haberi existimet, ut
 ventosus, verbosus, gratiosus, luminosus, clamorosus,
 aquosus frondosus. Scaliger lib. vi Poetic., cap. 7,
 congerit nomina in osus, quibus usus est, et dele-
 ctari videbatur Horatius: cestuosus, obliviosus, peri-
 culosus, libidinosus, otiosus, luctuosus, pretiosus, dam-
 nosus, viliosus, sumptuosus, studiosus, speciosus, cali-
 ginosus, maculosus, belluosus, siticulosus, imperiosus,
 alterosus, generosus, crebrosus, plugosus laboriosus,

injuriosus, formidolosus, dolosus, tumultuosus, fasti-
 diosus, operosus, umbrosus, famosus, bellicosus, jo-
 cosus, animosus, fabulosus, ventosus, probrosus.
 Heinsius suspicatur sanioso, et a manu male feriata
 esse cœnoso, quia lutulenta libido postea dicitur. Non
 probo conjecturam. Glossam Isonis ita intellige vel
 potius corrige: κοινός Græce est communis, et quia
 ea quæ promiscuo omnium usui patent, solent con-
 taminari sordesque colligere, idcirco accipitur etiam
 pro impuro, impolluto.

52. Weitzius pro sordibus advocat Giselinam:
 intelligo primam hujus editionem, nam in secunda
 correctæ sordidus cum cæteris omnibus habet.

53. Alex., Vatt. G, II, O, BB, Heinsiani, Erfurt.,
 Palat., Mar., Rat., Hoc habet, exclamat. Sic Virgi-
 lius lib. v, Hoc habet: hæc melior magnis data vi-
 ctima divis. Terentius in Andria, Captus est, habet.
 Proverbium e gladiatorum ludo, quo indicatur ha-
 bere vulnus lethale, qui victus et vulneratus est.
 Alii aliter legunt. Vienn., Gifanius, Vatt. F, L, Hoc
 habe, exclamat, per hiatum. Ang., Hac habe, exclama-
 mat. Vat. D, male, Hoc habeto, exclamat. Aldus, Hoc
 tibi habe, exclamat, quod in contextu Giselinus po-
 suit, sed dubius, an præferret Hoc habe, exclama-
 mat, quod amplexi sunt Sich., Weitz. et alii recentiores.
 Lipsius, lib. II Sermon. Saturnal, cap. 21, agit de cla-
 more ad vulnus, Hoc habet, et Prudentium citans ait,
 Prudentius versus Psychomachia, Hoc habet, exclama-
 mat. Fortasse suum Prudentii exemplar laudat

57. Bene habet, quod Giselinum, haud ignobilem
 medicum, Prudentii interpretem audire possumus,
 cujus auctoritate poetæ doctrina illustratur. Docet
 Giselinus quod cum jecur, ut alia omnia viscera, fi-
 bris suam soliditatem debeat, v. narumque omnium fons
 sit et origo, recte per metalepsim ex istis omne genus
 libidines et cupiditates, ipseque adeo animus intelli-
 gitur, tum hic, tum aliis innumeris locis. Infra vers.
 761, quia scissa voluntas Confundit variis arcana bi-
 forma fibris; et vers. 258, Anne iudicitiæ gelidum
 jecur utile bello est? Opponit vero Prudentius lam-
 pada Christi lampadi Veneris, seu Cupidinis, de qua
 passim apud poetas.

60. Weitz. cum Erfurt. et Bong., cervixque minus
 bene pro cervix. Mar., Rat., Vienn. et alii cum Vul-
 gata, Holofernis, Heinsiani Olofernis, Aldus Olo-
 pherni. Alii Oloferui. Hanc historiam habes in libro
 Judith cap. XIII.

Carsa, cupidineo madefactum sanguine lavit, A
 Gemmatumque torum mœchi ducis aspera Judith
 Sprevit, et incestos compescuit ense furores,
 Famosum mulier referens ex hoste tropæum
 65 Non trepidante manu, vindex mea, cœlitus
 [audax.
 At fortasse parum fortis matrona sub umbra
 Legis adhuc pugnans, dum tempora nostra
 [figurat,
 595 Vera quibus virtus terrena in corpora
 [fluxit,
 Grande per infirmos caput excisura ministros.
 70 Nunquid et intactæ post partum virginis ullum
 Fas tibi jam superest? Post partum virginis, ex
 [quo
 Corporis humani naturam pristina origo

Deseruit, carnemque novam vis ardua sevit.
 Atque inupta Deum concepit femina Christum,
 75 Mortali de matre hominem, sed cum Patre
 [numen.
 Inde omnis jam diva caro est, quæ concipit
 [illum,
 Naturamque Dei consortis fœdere sumit:
 Verbum quippe caro factum, non destitit esse,
 596 Quod fuerat, Verbum, dum carnis glu-
 [tinat usum,
 80 Majestate quidem non degenerante p̄r usum
 Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
 Ille manet, quod semper erat, quod non erat,
 [esse
 Incipiens: nos, quod fuimus, jam non sumus,
 [aucti

GLOSSÆ VETERES.

61. Cupidineo, libidinoso, luxurioso.—Lavit, hu-
 mectavit, I.
 62. Torum, lectum.—Mœchi, adulteri, stupratoris, I.
 63. Sprevit, amor carnis amore Christi, tanquam
 clavus clavo extruditur.—Incestos, illicitos.—Com-
 pescuit, prohibuit, I.
 64. Tropæum, sicut etiam ipsa precabatur: Con-
 sorta me, omnipotens rex sæculorum, I.
 65. Cœlitus, divinitus, I.
 66. At, poeta.—Parum, parumper.—Fortis, scilicet
 fuit.—Sub umbra, legis Moysi, in qua occultabatur
 ritus Ecclesiæ; in infidelitate cordis. Sensus est: pro-
 pterea potuisti resurgere, quia sub umbra legis pugna-
 bat, non sub gratia, I.
 67. Tempora nostra, qualiter Christiani agere de-
 berent, I.
 68. Quibus, in quibus scilicet temporibus, I.
 69. Caput, vitiorum: ut nequissimum caput, id est
 diaboli, a suo corpore, quod erat humanum genus, C
 separaret, fierentque de vasis iræ vasa misericordiæ;
 diabolium, vel vitia.—Excisura, vercussura.—Mini-

stros, per virgines; per apostolos, qui infirmi ministri
 erant, I.
 72. Origo, peccatum, I.
 73. Deseruit, ut exspoliantes veterem hominem.
 —Carnemque, immortalitatem. Dabo vobis cor car-
 neum, etc., I.
 75. Numen, Deum; non amittendo deitatem, I.
 76. Inde, verbum Dei, quod Christus est, credendo
 sive intelligendo concipimus cum dulcedine operando,
 parimus cum labore, sed mercede cum gaudio fruimur.
 —Diva, divina vel sancta.—Concipit, in baptisate, I.
 78. Destitit, desinit; nostra, per quæ redimeremur,
 suscepit, non sua, ad quæ procheremur, amisit, I.
 79. Glutinat, conjungit, in se sumit.—Usum, na-
 turam, I.
 80. Non degenerante, illi majestati assumpta hu-
 manitas nihil contulit, nihil comminuit; neque enim
 aliquid radiis solis oculus confert, I.
 81. Trahente, majestate, I.
 85. Aucti, in baptisate, I.

COMMENTARIUS.

62. Ald., Weitz., Gis., Vat. C, Mar., Rat., Vienn.,
 et alii gemmatum. Heinsius prætulit gemmantem cum
 Put., Thuan., et priori Rott., quibus accedunt Alex.,
 et alii. Utroque modo utitur eo verbo Prudentius,
 et usi sunt alii.

64. Vienn., ex hoste triumphum.

65. Aldus ediderat mea vindex, emendavit vindex
 mea. Nebrissa correctionem non advertit, aut neglexit.

68. Ald., Thuan., Oxon., Rott., et unus Vat. apud
 Teol., terreno in corpore fluxit, unde censebat Hein-
 sius terreno in corpore fulsit. Sed quid opus est con-
 jectura, cum plerique, Mar., Vienn., Rat., Alex., et
 alii habeant terrena in corpora fluxit?

70. Vienn., illum; alii, ullum.

72. Ald., Fabr. et Gis. in contextu 2 edit., prisca
 propago. Alii, pristina origo, Cauchius, naturam pri-
 stinam origo.

75. Rott. prior, carnemque novam vis ardua sevit,
 hoc est, naturam novam carni insevit. Nebrissa sus-
 picabatur sumpsit pro sevit; et in Vienn. quidem le-
 gitur sumpsit.

74. Quod Prudentius innuptam feminam conce-
 pisse asserit, non intelligit solum Virginem conce-
 pisse, antequam desponsaretur, sed potius viri ex-
 pertem concepisse. Nubere sæpe accipi ut pro re
 venerea, ut notavi ad vers. 571 Apoth.

75. Weitzius cum solo Erfurt, mortalem de matre
 hominem; quod non est contemnendum.

76. Vienn., unde; alii, inde. Chamillardus ait:
 Mihi hoc legenti venit in mentem D. Hieronymi locus
 plane similis lib. II contra Jovinianum: Verbum caro

factum est, ut nos transiremus in verbum de carne.
 Idem locus in mentem Weitzio venerat, qui illum
 exscripsit, et alium præterea similiorem ex Athanas.
 apud Theodoret. dialog. 2 contra Hæret. c.: Quia
 Λόγος assumpsit carnem, ideo ἐθεοποίηθη ὁ ὄνθρωπος.
 Cellarius ad Latinitatem cadentem revocat divus ad-
 jective pro sanctus; non persuadet, et hoc exem-
 plum, quod adducit ex Prudentio, non minus recte
 procedit, quam quæ ipse probat. diva mater, diva
 Juno, divi penates.

77. Put., Egm., Palat., Alex., consortis; alii con-
 sorti. In Viennens. pro sumit est sumpsit, quod vide-
 tur etiam fuisse in Alex.

79. Put., duo Rottendorphii, Alex., dum carnis
 glutinat usum. Alii, carnis dum glutinat usum. De
 verbo glutino dictum est supra hymno 11, vers. 52.
 Chamillardus animadvertit, agere poetam adversus
 Photinianos et Samosatenos, qui Christum merum
 esse hominem asserebant; refutare Carpocratem,
 Ebionem, Cerinthum, qui Jesum ex Josephi et Ma-
 riæ conjugio, cæterorum hominum more, progeri-
 tum docuerunt; oppugnare Tertullianum et Antidi-
 comarianas qui credebant Mariam non fuisse post
 partum virginem. Itaque jure Psychomachiam inter
 cæ carmina reponimus, de quibus Prudentius in pro-
 logo: Pugnet contra hereses, catholicam discutiat fidem.

82. Ænigma simile theologicum de Christo a Pe-
 verato ascribitur: Sum quod eram, nec eram quod
 sum, nec dicor utrumque. Mater homo, vater est mi-
 sine sine Deus.

Nascendo in melius : mihi contulit, et sibi mansit. A
 85 Nec Deus ex nostris minuit sua : sed sua nostris
 Dum tribuit, nosmet dona ad coelestia vexit.
 Dona hæc sunt, quod victa jaces, lutulenta
 [Libido,
 Nec mea post Mariam potis es perfringere jura.
 Tu princeps ad mortis iter, tu janua lethi,
 90 **597** Corpora commaculans, animas in tartara
 [mergis.
 Abde caput tristi jam frigida pestis abysso,
 Occide, prostibulum, manes pete, claudere
 [Averno,
 Inque tenebrosam noctis detrudere fundum.

GLOSSÆ VETERES.

84. Contulit, multa bona; suam divinitatem.—Mansit, Deus, I.

85. Ex nostris, membris.—Sua, ideo nostræ humanitatis factus est particeps, ut nos suæ divinitatis participes faceret, I.

87. Dona, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det.—Lutulenta, polluta : libido semper immunditiis, ac sordibus delectatur, I.

90. Corpora, secundum Apostolum : Cætera peccata extra corpus sunt : hoc autem ipsa corpora commaculat, et corrumpit, I.

91. Abde, absconde.—Frigida, victa, I.

92. Claudere, clausa sis, I.

95. Detrudere, detrusa sis.—Fundum, tartarum, I.

94. Vada flammea. merito sulphure torquetur; et igne, qui calores hic sætidos neglexit contemnere, I.

95. Rotet, volvat, I.

97. Suo, proprio.—Regi, Christo, I.

COMMENTARIUS.

87. Heinsiani scripti, Alex., Ang., Wetz., Vienn., C Rat., Mar., Vatt. C, F, G, Sich. et alii, quod victa jaces, quam lectionem Barthius ex suis membranis præferebat. Alii queis, vel quis victa jaces. In Vat. C mendum est luculenta pro lutulenta.

88. Ang. et Vat. C, poteris; sed in Vat. C abrasa sunt priora. Etiam in Vat. D abrasum est aliquid. Vera lectio est potis es. Ald., perstringere; alii, perfringere.

89. Aldus, Nebrissa alique veteres editi, tu præceps, ad mortis iter, quod explicat Nebrissa, præceps active pro præcipitans, seu præcipitanter impellens. Peveratus eandem lectionem confirmat, quia magna libidinis et mortis consensio est; quod significabat priscus ille Romanorum ritus vendendi in æde Veneris Libitinæ ea quæ ad sepulcrum spectabant: de quo consule Kirchmanum de Fun. lib. 1, cap. 9. Codd. constanter tu princeps, sic e nostris Alex., Ang., Vienn., Rat., Mar. (ubi tamen est princeps, mendose), Vatt. D, F, G, H, L, ut alios omittam. Eandem lectionem tuentur Barthius loc. cit., et Becmanus in Manuduct. ad ling. Lat., cap. 6, ex eod. Pal., qui etiam Ciceronis verba de Amicitia producit: Amor princeps est ad benevolentiam conjungendam.

90. Uterque Rott., commaculas.

91. Ald., jam fervida, quod Nebrissenis exponit de Veneris ignea natura. Cæteri melius jam frigida. Non tamen probo Chamillardi interpretationem, frigidam vocari, quia crudelius venenum, ac magis presentaneum frigidum est. Libentius audio Isonem: FRIGIDA victa, vel potius extincta. Virgilius iv Georg.: Illa quæ dem Stygia nabat jam frigida cymba. Fracastorius Prudentium inatatur in Syphul.: Abde caput, Benace, tuo et te conde sub anne.

95. Vat. F, mendose, sulfineus pro sulphureus. In Put. semper solporeus et vertex scribitur.

97. Bong. et Sich., Christo pro regi. In Erturt. erat Christo pro glossa.

Te vocant subter vada flammea, te vada nigra,
 95 Sulphureusque rotet per stagna sonantia vortex.
 Nec jam Christicolas, furiarum maxima, tentes:
 Ut purgata suo serventur corpora regi.

Dixerat hæc, et læta Libidinis interfectæ
 Morte Pudicitia, gladium Jordanis in undis

100 Abluit infectum : sanies cui rore rubenti

598 Hæserat, et nitidum macularat vulnere
 [ferrum.

Expiat ergo aciem fluviali docta lavacro

Victricem victrix, abolens baptismate labem

Hostilis juguli : nec jam contenta pium

105 Condere vaginæ gladium, ne tecta rubigo

B 99. Gladium, gladius enim verbum Dei est, ut Apostolus, I.

100. Abluit, pœnitentiam agens.—Infectum, maculatum.—Sanies, impossibile est ut humanam mentem carneæ fragilitas non obscuret; sed inde post solidius assurgit in contemplationem, quo infirmitatis suæ memor nunquam inflatur ex bono opere.—Rore rubenti, sanguine rubro, I.

101. Nitidum, splendentem, I.

102. Expiat, mundat.—Acie, ipsas siquidem maculas cogitationis fletibus abluit piæ compunctionis.—Lavacro, baptismo, I.

103. Abolens, lavans, I.

104. Hostilis juguli, concupiscentiæ, I.

105. Condere, abscondere, intentionem scilicet casti propositi non vult celari; non vult sibi committi, sed Deo; ut luceat, et glorificetur. non in se, sed Deus, I.

98. Beda de Arte metrica hunc versum citat, et docet ita veteres pronuntiare consuevisse interfectæ, ut dactylus quinto esset loco. Non assentior: nam antiquiores grammatici diserte tradunt, nonnunquam sede quinta spondæum in versu hexametro collocari.

100. In Vat. C metri error est, cui sanies pro sanies cui. In cod. Piccarti, sanies cui ore, quod defendere videtur Piccartus ratione hiatus; sententia vero posse cui rore, nisi cui referatur ad pudicitiam. Cur autem Jordanis in undis pudicitia abluerit gladium, patet ex versibus seqq. et ex not. ad vers. 64 hymni 2 Cathem.

103. Ang., ultricem pro victricem; fortasse vera est lectio ultricem.

105. Ald., vagina. Alii plerique, vaginæ. Giselinus 2 edit. ediderat vaginæ, sed in correctionibus supposuit vagina. Idem Giselinus, ne sorde latenti Occupet ablutum rubigo scabra nitorem. Heinsius non intelligit qua auctoritate id fiat, cum omnes sui scripti et Weitziani constanter cum Aldo habeant, ne tecta rubigo Occupet ablutum scabrosa sorde nitorem. Aldus male distinguit ne tecta rubigo Occupet. Ablutum scabrosa sorde nitorem Catholico in templo divini fontis ad aram Consecrat. Giselino non placuit hæc lectio, et cum rubigo apud ipsum Prudentium alibi et apud alios primam producat, carmen alio modo reformavit, donec manuscripti, inquit, veram lectionem restituerint. Nostri omnes Mar., Rat., Vienn., Alex., Vatt. C, D, F, G, H, L, Bonon. et Ang. habent ne tecta rubigo Occupet ablutum scabrosa sorde nitorem. In solo Vat. O est lectio quæ Giselino favet, ne sorde latenti Occupet ablutum rubigo scabrosa nitorem. Ubi fortasse est mendum scabrosa pro scabra, nisi malis utramque corripi u et i in rubigo. Cæterum communis lectio retinenda est. Quid enim prohibet; primam in rubigo esse communem? A Martiali corripitur lib. II, epigr. 61, Uteris ore aliter, nimiaque rubigine captus, et ab Ovidio viii Metam. vers. 805, Labra incana situ, scabraque rubigine dentes. Scio alios

Occupet ablutum scabrosa sorde nitorem,
Catholico in templo divini fontis ad aram
599 Consecrat, æterna splendens ubi luce
[coruscet.

600 Ecce modesta gravi stabat Patientia vultu,

GLOSSÆ VETERES.

107. Catholico, in sancta Ecclesia; pudicitia gladium suum sub latere recondit.—Divini, ad confessionem divini baptismatis, I.

108. Coruscet, æterna prædicatione splendens, I.

109. Ecce, tres esse partes humanæ animæ, philosophi asserunt; videlicet rationalem, irascibilem et concupiscibilem; et ideo post fidem, qua ratione (forte ratio) regitur, et pudicitiam, qua concupiscentia refrenatur, patientia ponitur, per quam ira frangitur; ut

COMMENTARIUS

aliter legere: sed ita legi posse, nonnihil probat etymon nominis, quod est a rubeus, cujus prima brevis est. In ms. Barthii legitur, ut in aliis, sed pro ablutum est ablatum perperam: legitur etiam *in vagina*, non *vagina*.

107. In Rat. audax et ineptus corrector pro catholico posuit consecrat, et versum sequentem ita penitus erasit, ut nullum omnino supersit vestigium. Poeta narrat pudicitiam gladium consecrasse in templo; quo innuitur consuetudo illorum qui victores aut emeriti arma templis affigebant. Horatius epist. 1: *Veianius armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro*. Virgilius lib. xi: *Mezenti ducis exuvias tibi magne tropæum Bellipotens*, etc. De gladio Goliath, quo ipse a Davide percussus est, involuto pallio post Ephod, vide lib. 1 Reg. xxi, 9. Prudentius vero templum catholicum vocat, quia eo tempore templi vocabulo sere idolorum fana intelligebantur, ut liquet ex codice Theodosiano. Christiani loca ubi oraturi congregabantur appellabant ecclesias, conventus ecclesiarum, conventicula, conciliabula, oratoria, dominica, domus Dei, domus orationis, et similia. Pace Ecclesiæ reddita, et hujusmodi ædibus sacris amplificatis, paulatim templi nomen accessit. Quod autem gentiles primis Christianis objiciebant, eos nulla templa, nullas aras habere, solum arguit, Christianos non habuisse templi et altaria ea magnificentia et eo solemniori more dedicata, quo ethnici consueverant. Apud Eusebium lib. viii Hist. eccles., cap. 14, ex interpretatione Rufini Maximianus imperator concessit: *Ut rursus sint Christiani, et conventicula, in quibus orare consueverunt, extruant et reædificent; ita tamen ut nihil contra disciplinam publicam gerant*.

Quis autem primus templi nomenclaturam Christianis ecclesiis attribuisse videatur, incertum est. Aliqui aiunt S. Ambrosium. Apud S. Zenonem Veronens. serm. de psalmo cxxvi, sive potius S. Hilarium, qui verus est auctor, mentio templi de Ecclesia Christiana occurrit, nisi depravatus est locus. Vide Gothofredum in titulum de paganis cod. Theod., et Scipionem Maffei in not. ad lib. 1, tract. 5, 8. Zenonis Veronensis, et commentar. ad vers. 215 hymni 3 Peristeph. Basilicarum appellationem libentius Christiani arripuerunt. Suspendit vero pudicitia gladium divini fontis ad aram: persistit enim poeta in baptismatis gratia prædicanda. Hoc enim innunt Jordan s undæ, fluviæ lapacrum, baptisma, et nunc divinus fons. Barthius interpretatur divinum fontem baptismum, aram baptisterium, quia in eo offertur Deo, qui mundo denascitur. Posset legi ad aulam, quæ vox a veteribus de ædificiis sacris satis frequenter usurpabatur. Paulinus Nat. 10: *Feramur in aulas, Miremurque sacras veterum monumenta figuras. Et postea: Est etiam interiore sinu majoris in aula Insita cella procul*, etc. Itaque si per mss. liceret, dicerem gladium pudicitie affixum fuisse in aula, sive sacello baptisterii. Nam etiam Fortunatus lib. ii, carm. 12, baptisterium appellat baptismatis aulam. Et in in-

A 110 Per medias in-mo'a acies, variosque tumultus,
Vulneraque, et rigidis vitalia pervia pilis
Spectabat defixa oculos et lenta manebat.
Hanc procul Ira tumens, spumanti fervida rictu,
Sanguinea intorquens suffuso lumina felle,

homo diligat Deum ex toto corde, tota anima, tota virtute. — Gravi, maturo, I.

111. Vitalia, cordium penetralia, viscera scilicet hominum. — Pilis, telis, spiculis, I.

112. Spectabat, intuebatur. — Defixa, inclinuta. — Lenta, tranquilla, segura, I.

113. Procul, contra, I.

114. Sanguinea, ita Psalmista: Turbatus est, in-

B scriptione baptisterii Mediolanensis S. Teclæ apud Gruterum: *Octachorum sanctos templum surrexit in usus, Octagonus fons est munere dignus eo. Hoc numero decuit sacri baptismatis aulam Surgere, quo populis vera salus rediit*. De sacris vero baptisteriis digna legi est dissertatio Italica Antonii Mariæ Lupi S. J. cum notis, et continuatione cl. Francisci Antonii Zachariæ: ubi late disseritur de nominibus quibus baptisteria donari solebant, iis scilicet fere omnibus quibus balnea gentilium significabantur: qualia sunt baptisterium, balneum, piscina, lavacrum, colymbus, nymphæum, fons, concha, lacus, gurges, alveus, et quædam alia: quanquam de nymphæo certum non est. Alia veterum nomina multis exemplis Lupius egrè confirmat, præsertim lavacrum, fontem et piscinam, ubi disserit de symbolico nomine ΙΧΘΥΣ hoc est piscis, Jesu Christo tribui solito, quia componitur ex primis litteris harum vocum: *Jesus Christus Dei Filius salvator*, Græce scilicet prolatis. Ex quo Christiani dicti pisciculi; et in fontibus aquæ lustralis adhuc Romæ pisces apparent e marmore efficti. Tomo XLI opusculorum Calogerianorum, pag. 247, exstat dissertatio P. Anselmi Costadoni Camaldulensis: *Sopra il pesce come simbolo di Gesù Cristo presso gli antichi cristiani*.

108. Erfurt., Widm., sub luce, minus bene. Ald., Fabr., nitescat. Cæteri, coruscet. Post hunc versum in Mar. et Rat., Patientia pro titulo. In Aldo, Patientiæ et Iræ pugna. Weitzius, Patientiæ et Iræ conflictus.

109. Joseph Devonius, qui Daretis nomine bellum Trojanum decantavit, lib. 1 de Patientia, hæc habet: *Discite dura pati; sola est quæ conterit hostem Virtutesque regit patientia, sola triumphis Militat innocuis, et honcstæ consulit iræ*. Quod Barthius lib. xxii, cap. 11, expressum observat ex Prudentii Psychomachia, divinissimo, ut ait, poemate. Vide librum Tertulliani de Patientia.

110. Weitzius ridicule edidit tumultos, quod in solo Widman. cod. reperit; quasi non potuerit exscriptor ejus codicis o pro u mendose ponere.

112. Vincentus Bellovacensis, lib. xvii Speculi hist., cap. 102, de flosculis Prudentii ita hunc versum legit: *Spectabat defixa oculos, et læta manebat*; ad oram autem affigitur lenta pro diversa lectione. Editi et scripti constanter habent lenta, quod epitheton apprimè convenit patientiæ. Cicero de Orat. lib. ii, *Nimium patiens, et lentus existimor*. Constantiæ signum quoque est, quod spectet defixa oculos, ut observat Chamillardus ex Virg. vi Æneid., *Illa solo fixos oculos aversa tenebat*. Post hunc versum Mar. et Rat. habent titulum Ira. Descriptiones Iræ passim invenies apud poetas, oratores sacros et profanos, historicos. Hanc descriptionem Prudentianam imitari visus est Galterus lib. v Alexand. vers. 222. De pugna iræ consule Ambrosium lib. de Offic., e. Latantium lib. 1, cap. 9.

114. Widm., contra metrum, sanguineaque involvens.

115 Ut belli exortem, teroque, et voce lacessit. A
Impatiensque moræ conto petit, increpat ore,
Hirsutas quatiens galeato in ver ice cristas.
En tibi Martis, ait, spectatrix libera nostri,
601 Excipe mortiferum seruro pectore ferrum :
120 Nec doleas, quia turpe tibi genuisse dolorem.
Sic ait, et stridens sequitur convicia pinus
Per teneros crispata notos, et certa sub ipsum
Defertur stomachum, rectoque illiditur ictu :
Sed resilit duro loricae excussa repulsa.
125 Provida nam virtus conserto adamante tralicem
Induerat thoraca humeris, squamosaque ferri
Texta per intortos commiserat undique ner-
[vos.
Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes

GLOSSÆ VETERES.

quit, a furore oculus meus. Ut irati solent videre oculis
torvis.—Suffuso, subterfuso, I.

115. Ut, quasi.—Exortem, expertem, I.

117. Quatiens, agitans.—Cristas, summa pars cas-
sis, I.

118. Tibi, do; ad-tuum interitum.—Martis, belli.—
Spectatrix, ira patientiam increpat, I.

119. Excipe, hic est tropus, qui sarcasmus appella-
tur, id est hostilis irrisio, I.

120. Nec doleas, ironia.—Turpe, est, I.

121. Stridens pinus, sagittam intelligi vult, I.

125. Adamante, adamans Christus est.—Tralicem,
triplicem lapidem Christum possumus intelligere, I.

126. Thoraca, Græcus accusativus; lorica: lorica
fidei nimirum triplex est, ob Trinitatis confessionem,
cui adamans invictus confertur; cum in auctorem fidei,
Iesum, semper aspicitur.—Squamosa, splendida, vel

COMMENTARIUS.

117. Rat. et Vienn., galeato vertice sine m. Weitzius C
legit hirsuto, neque lectionem discrepantem notat.

119. Ald., Erfurt., Vat. H a secunda manu, seruro
in pectore. In aliis deest in.

120. Ald. et Gifanius verbo VESTIS in Indic. Lu-
cret., genuisse dolore; alii, dolorem. Vat. C a prima
manu., dolores. Erart., turpe tibi est; in aliis deest
verbum substantivum, excepto Angel., ubi male le-
gitur turpe tibi est genuisse dolorem pro genuisse.

122. Nebrissa suspicatus est tenues pro teneros haud
absurde. Sed Chamillardus non debuit ex sola con-
jectura hoc nomen in textum intrudere. Neque vero
est causa cur notus dici nequeat tener, ut dicitur
lenis, mitis.

123. Rat., recto; melius rectoque.

124. Seneca lib. III de Ira, cap. 5: Ut tela a duro
resiliunt, et cum dolore cadentis solida feriuntur: ita
nulla magnum animum injuria ad sensum sui abducit,
fragilior eo quod petit.

125. Virgilius lib. v: Lævibus huic hamis consertam,
auroque tralicem Lorica. Invicta vis patientiæ osten-
ditur. Peveratus provida virtus exponit prudentiam, ut
apud Petronium libera virtus est libertas. Non dis-
plicet hæc interpretatio, sed ita ut Providentia patien-
tiam armaverit.

126. Pro thoraca Vienn., Rat., Mar., Vat. C scri-
bunt thoracem. In Widm., mendose, thoracha. In
Bong., humeros non male pro humeris. Ita etiam Gi-
selmus. Boher., prior, indurat pro induerat.

127. In nonnullis vulg., innumeros pro intortos.
Texta squamosa ferri sunt ipsa lorica ferrea ex hamis
in modum squamarum contexta, quæ primum e loris
de corio fiebat, postea ex annulis ferreis, quibus
nervi ad majorem securitatem interponebantur, ut ex
hoc loco Nebrissa conjicit.

129. Chrysostomus, dialogo 6 de Sacerdotio, ele-
gantissime depingit prælium, pugnaeque apparatus,

Telorum nimbos, et non penetrabi e durans :
130 **602**. Nec mota est jaculo monstri sine morè
[furentis,
Opperiens propriis perituram viribus Iram :
Scilicet indomitos postquam stomachando la-
[certos
Barbara bellatrix impenderat, et jaculorum
Nube supervacuam lassaverat irrita dextram .
135 Cum ventosa levi cecidissent tela volatu,
Jacibus et vacuis hastilia fracta jacerent :
Vertitur ad capulum manus improba, et ense
[corusco
Connisa in plagam, dextra sublimis ab aure
Erigitur, mediumque ferit librata cerebrum.
140 Ærea sed cocto cassis formata metallo

B nitentia, I.

127. Commiserat, circumdederat, nexaverat, vel
succinxerat.—Nervos, circulos, I.

129. Penetrabile, nomen est pro adverbio positum,
id est, impenetrabiliter, I.

131. Opperiens, expectans, I.

132. Indomitos, inquietos.—Stomachando, ira-
scendo, sæviendo.—Lacertos, brachia, I.

133. Impenderat, fatigaverat, I.

134. Supervacuam, inutilem.—Irrita, impedita,
vel vitiosa: impedita, quia nullo modo eam vulneraverat, I.

135. Hastilia, tela, I.

137. Vertitur, ira patientiam gladio percutit, I.

138. Plagam, vulnus; caedem.—Aure, capite, I.

139. Ferit, percutit.—Librata, mensurata, I.

140. Cassis, lorica.—Metallo, æs cæteris metallis
durabilius fertur; unde etiam pro tolerantia ponitur, I.

C ubi etiam occurrit telorum imber.

130. Vienn., tacta est, et sine fine.

134. Placet magis supervacuam, hoc est dextram,
cum Vienn., Rat., Mar., Vat. G, H et aliis, quam
supervacuam nube. Aug., laxaverat, male, pro lassaverat.

136. Potiores Heinsiani et nostri, Sich., Weitz.,
jactibus. Ald., Gis. in contextu, Nebris., Vat., C, F,
G, O, ictibus. Vat. D scribit hictibus. Codex Piccarti,
ictibus et variis.

137. Vienn., in capulum.

138. Præstant ores nostri, connisa. Alii scribunt
conisa; alii connixa. Gifanius Ind. Lucr., verbo NISUS,
approbat connisa. Egm. pro plagam habet galeam :
sic Virgilius lib. x, In clypeum assurgit. His vocibus
conniti, erigi in clypeum, in jaculum, assurgere, fre-
quenter a poetis exprimitur habitus et conatus militaris.

139. Vienn., vibrata; alii, librata. Gifanius loc.
cit., verbo VOLGATA, ex vet. cod. legit vibrata, et, ut
putat, rectius quam vulg. librata: nam vibrantur
gladii, librantur missilia. Existimat autem, vim
agendi habere vibrata, ut apud Lucretium vulgata, et
apud Ciceronem epistola ad Partum aut quos poeta
quidam, Usurpata duplex cubile. Non persuadet: nam
hoc loco manus dicitur librata, non ensis, ut obser-
vavit etiam Heinsius. Libratum ab aure Virgillii est.

140. In Vat. G desideratur sed post ærea; in Vat.
F, sed cocto formata cassis metallo, renuente carmine.
Gis. 2 ed., Weitz. et alii, ærea sed cassis cocto for-
mata. Potiores nostrorum cum Alex., Ald.; Ang. et aliis,
ærea sed cocto cassis formata. In Put. error metri est
ærea sed cocto cassis informata metallo, ex quo opi-
natur Heinsius Prudentium dedisse sed cassis cocto
informata metallo, nam informare apud Maronem oc-
currit pari significatione. Ego vero non video cur
exploratus error Puteani cod. obesse debeat clare
lectioni, et a codicum auctoritate stabilitæ, sed cocto
cassis formata, aut sed cassis cocto formata: non enim

603 Tinnitum percussa refert, aciemque re- A
[tundit

Dura resultantem : frangit quoque vena rebellis
Illisum chalybem, dum cedere nescia cassos
Excipit assultus, ferienti et tuta resistit.

143 Ira, ubi truncati mucronis fragmina vidit,
Et procul in partes ensem crepuisse minutas,
Jam capulum retinente manu sine pondere ferri
Mentis inops, ebur infelix, decorisque pudendi
Perfida signa abicit, monumentaque tristia
[longe

150 Spernit, et ad proprium succenditur effera
[lethum :

Missile de multis, quæ frustra sparserat, unum
Pulvere de campi perversos sumit in usus,
Rasile figit humi lignum, ac se cuspidē versa B
Perfodit, et calido pulmonem vulnere transit.

155 **604** Quam super assistens Patientia, Vicimus,
[inquit,
Exsultans vitium, solita virtute, sine ullo
Sanguinis, ac vitæ discrimine : lex habet istud
Nostra genus belli, furias, omnemque malorum

GLOSSÆ VETERES.

141. Tinnitum, tinnitum percussa refert patientia, cum injuriis lacessita doctrinæ medicamenta non deserit. — Aciem, scilicet ensis, I.

142. Dura, cassis. — Resultantem, resilientem, vel resistantem. — Vena, cassis, I.

143. Illisum, percussum. — Chalybem, ferrum, I.

144. Assultus, ictus, vel sonitus, I.

145. Ira, gladius iræ frangitur in capite patientiæ, I.

147. Capulum, capulus sine pondere ferri retinetur; cum verba, nullas vires habentia, frustra funduntur, I.

148. Ebur, capulum : metonymia, I.

149. Perfida, prava arma. — Longe, valde, I.

151. Missile, a mittendo dictum est, quod manu C
emittitur, I.

154. Pulmonem, merito pulmonem transfigit, quæ levitatis parcere non verebatur : nec defuit exemplum in Saule qui cum mitem David persequeretur, eousque insania ejus excrevit, ut sua furens hasta conciderit, I.

156. Exsultans vitium, gaudentem iram, I.

157. Discrimine, periculo. — Istud, tale, I.

159. Militiam, ut Apostolus inquit : Cum infirmor, tunc fortior sum, et potens, I.

COMMENTARIUS.

minus bene dicitur formare quam informare.

142. Vienn., frangebat vena non probe, nam supra est refert, retundit.

143. Præcipui e nostris, Mar., Rat., Vienn. cum Weitz., Sich., cassis : scilicet, cassis ipsa cedere nescia excipit assultus. Alii, cassos assultus. Teolius non recte affirmat omnes præter Weitzium et unum Vat. habere cassos. Hæret Chamillardus, sed in contextu edidit cassos. Clarior procedit sententia cum cassos, et vena ipsa, sive cassis ex vena æris aut ferri D
intelligitur cedere nescia. In Aldo mendum est cedere pro cedere.

144. Vat. F, assultus; cæteri, assultus : neque assultus Latium est.

149. Ald. scribit abjicit; melius alii, abicit. Idem male munimenta pro monumentaque, seu monimenta que.

150. Gifanius, verbo MœNERA, MUNERA, observat Prudentium antiquitatis studiosissimum fuisse, ut probant verba densere, vagare, clepere, et hoc loco spernere pro abjicere, quod Ennii est.

155. Viennens., humo; alii, humi.

165. Gis., Rat., Gal., Vienn., vulnere anhelus.

Militiam, et rabidas tolerando extinguere
[vires.

160 Ipsa sibi est hostis vesania, seque furendo
Interimit, moriturque suis Ira ignea telis.

Hæc effata, secat medias impune cohortes,

Egregio comitata viro : nam proximus Iob

Hæserat invictæ dura inter bella magistræ,

165 Fronte severus adhuc, et multo funere anhelus :

Sed jam clausa truci subridens ulcera vultu,

Perque cicatricum numerum sudata recensens

Millia pugnarum, sua præmia, dedecus hostis.

Illum Diva jubet tandem requiescere ab omni

170 Armorum strepitu, captis et perdita quæque

Multiplicare opibus, nec jam peritura referre.

Ipsa globos legionum, et concurrentia rumpit

605 Agmina, vulniferos gradiens intacta per

[imbres,

Omnibus una comes virtutibus associatur,

175 Auxiliumque suum fortis Patientia miscet.

Nulla anceps luctamen inuit virtute sine ista

Virtus : nam vidua est, quam non Patientia

[firmat.

162. Secat, segregat, I.

163. Iob, sicut diversi diversis effulsere virtutibus, ut Noe perseverantia, Abraham obedientia, Jacob tolerantia; ita sanctus Job patientia claruit, I.

165. Funere, infirmitate, I.

167. Sudata, elaborata, I.

168. Pugnarum, castigationum, vulnerum. — Dedecus, nam Job fuit dedecus hostis, id est, vitiis, quia vincebantur ab eo, I.

169. Illum, patientia cum Job loquitur, I.

171. Peritura, prius perdita flere (forte fuere), I.

172. Globos, exercitus, I.

173. Vulniferos, vulnera ferentes. — Intacta, quia etsi corpore plerumque læditur, intentione tamen nullo modo superatur. — Imbres, per jacula, I.

174. Una, patientia, devictis vitiis, virtutibus associatur, I.

176. Anceps luctamen, dubium bellum, I.

177. Vidua est, sine patientia vero neminem perfici posse, Dominus ostendit, ubi ait : In patientia possidete animas vestras; absque possessione siquidem animæ nulla virtus aliquid efficit, I.

Heinsius ediderat vulnere, sed in addendis prætulit funere cum omnibus suis mss. Teolius mavult vulnere, quod ait habere cum edd. omnes Vat., uno excepto. Sed Aldus, et pleræque editiones ante Giselinum constanter habent funere, quod exstat etiam in codice Marietti, et in glossa Isonis, neque debuit Gallandio in Aldo displicere.

166. Vienn., vulnera; lege ulcera.

170. Ald., quæ sunt; cæteri quæque, exceptis veteribus editionibus. Giselinus hoc loco æstuat et pro captis legendum suspicatur partis. Sententia est, patientiam effecisse, ut Jobus perdita quæque multiplicaret captis opibus, sive partis. Historiam habes in ejus libro.

172. Weitz., illa pro ipsa. Fabr. et Bong., globum pro globos.

177. Ita Ald., Gis., Weitz., Mar., Rat., Vienn., Alex. a prima manu, Ang., Vat. C, F, O. Ita etiam legit Albertus Eib, vel Eyo in Marga ita poetica edit. anni 1487. Heinsius cum Thuan., et Put., et Vat. II, Virtus : et vidua est, quam non patientia firmat. In Vat. L et BB error est, Virtus namque vidua est, quam non patientia firmat. Possumus etiam alio modo dis-

Forte per effusas inflata Superbia turmas
 Effreni volitabat equo, quem pelle leonis
 180 Texerat, et validos villis oneraverat armos :
 Quo se fulta jubis jactantius illa ferinis
 Inferret, tumido despectans agmina fastu,
 Turrutum tortis caput accumularat in altum
 606 Crinibus, exstructos augetur ut addita
 [cirros
 185 Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.
 Carbacea ex humeris summo collecta coibat
 Palla sinu, teretem nectens a pectore nodum.
 A cervice fluens tenui velamine limbus
 Concipit ingestas textis turgentibus auras.

A 190 Nec minus instabili sonipes feritate superbit,
 Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
 Huc, illuc frendens obvertit terga, negata
 607 Libertate fugæ, pressisque tumescit ha-
 [benis.
 Hoc sese ostentans habitu ventosa virago,
 185 Inter utramque aciem supereminet, et phale-
 [ratum
 Circumflectit equum, vultuque, et voce minatur,
 Adversum spectans cuneum : quem milite raro,
 Et paupertinis ad bella coegerat armis
 Mens humilis : regina quidem, sed egeus alieni
 200 Auxilii, proprio nec sat confisa paratu,

GLOSSÆ VETERES.

181. Quo, ut. — Fulta, alta. — Ferinis, ferinus superbiæ habitus, ac semineus pariter, et equestris describitur, ut ab humano more, id est, a ratione degenerasse superbos ostenderet, sed neque virtute fortes, nec suimet compotes, I.

182. Fastu, superbia, I.

183. Accumularat, erexerat, I.

185. Ardua, alta, I.

186. Carbacea, candida; carbasum, genus optimi lini. — Summo, pleno, I.

189. Ingestas, immissas, vel infestas. — Textis, vestimentis, I.

190. Nec minus, superbia equitat. — Sonipes, equus; quia pedibus sonat, I.

191. Frenarier, frenata esse. — Ora, quando passivi generis verbo accusativus adjungitur, figurata locu-

B tio est, et potest subaudiri, vel habens, participium, vel per, præpositio; ut habens ora, per ora. — Lupatis, campo, I.

193. Habenis, capistris, I.

194. Hoc, superbia comminatur turbis, I.

195. Inter, humilitatis et superbiæ. — Phaleratum, ornatum, et proprie ad equum pertinet, I.

197. Adversum, contra positum; contrarium, et hic nomen est adjectivum: id est, contrarium sibi videns superbia cuneum humilitatis. — Spectans, circumspiciens. — Cuneum, populum. — Raro, paucis, I.

198. Coegerat, collegerat, I.

199. Mens humilis, humilitas sine spe caret constantia; et ideo tunc etiam non erit virtus, sed vitium: erit enim pusillanimitas. — Regina, erat, I.

COMMENTARIUS.

linguere *Nulla anceps luctamen in virtute sine ista: Virtus nam vidua est quam non patientia firmat.* Post hunc versum titulus est in Aldo, *Superbiæ et Humilitatis pugna.* In Viennensi, *De duello humilitatis et superbiæ;* In Rat. et Mar., *Superbia.* In aliis, *Superbia et humilitas.*

178. Widm. et in quibusdam vulg. ad marg., *morte;* alii, *forte,* quod verum videtur, magisque elegans.

179. Vienn., *effreno;* alii, *effreni,* quod retinendum est: quamvis enim quædam hujusmodi vocabula utroque modo proferantur, ut *inermus, inermis, hilarus, hilaris,* tamen nihil novum temere est admittendum. Giselinus margini adjecit *effreno.*

180. Gis., *ornaverat,* quod e suis ms. videtur approbare Piccartus, adducto loco Plauti, *Ornamenta Ajacis.* Pulchre superbia equo insidens describitur: nulum enim animal equo elatius.

181. Vienn. et Ang., *jactantibus.* Alii melius, *jactantius.*

185. Vides veterem consuetudinem ornandi capillos, usui nostrorum temporum haud absimilem. Exstant in museis capita et statuæ feminarum in hanc formam adornatæ. Apud veteres frequens mentio. Juvenalis, satir. 6, vers. 502, gradus, quibus in fastigium capilli attollebantur, vocat *ordines.* *Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum Ædificat caput, Andromachen a fronte videbis, Post minor est.* Ovidius de ancilla ornatrice lib. II Amor., el. 8: *Ponendis in mille modos præfecta capillis.* Videri etiam possunt Manlius, Horatius, et alii: e Christianis Gregorius Nazianzenus, Hieronymus in epist. ad Demetriadem, qui *turrutum verticem alienis capillis struere* dixit, et Tertullianus de Cultu feminarum cap. 7: *Affigitis præterea nescio quas enormitates capillamentorum, nunc in galteri modum quasi vaginam capitis, et operculum verticis, nunc in cervicum retro suggestum. Mirum, quod contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adjicere posse pronuntiatum est: vos vero adjicitis ad pondus.* Paulinus etiam dixit *turrutum caput.* Confer Carolum Paschaliu de Coronis lib. I, cap. 5, et dissertationem Antonii M. Lupi

13, tom. II, de inscriptione, quam ipse explicat, et ita legit: *Gnome, Pierinis ancilla, ornatrice elata est ante diem quintum calendas Februarias, imperatore Casare tertium decimum, Marco Plautio Silvano consulibus.* His adde Eugenium Guasco: *Dissertazione tuscolana sopra un' antica iscrizione sepolcrale appartenente ad un' ornatrice.* Romæ, 1771, in-8.

187. Fuld., in pectore.

188. Vienn., *limbi,* non bene, pro *limbus.* Elmenhorstius, in Arnobium pag. 55 ad verba Arnobii, *Imminerent frontes limbis,* allegat etiam ex Stat. in Achill., *Gemmatibus aut nectunt tempora limbis.*

189. Gis., Mar., Rat., Weitz., *ingestas.* Alex., *infestas* vel *ingestas* cum glossa *immissas.* Ang., *infestas* cum glossa *contrarias.* Ald., Widm. ad oram, Vatt. C, D, G, H, *infestas,* quod non probavit Heinsius, quamvis ita in suis omnibus mss. legeretur. Mibi non adeo displicet *infestas,* nam vestes turgescunt auris contrariis. Sich. et Vienn. pariter habent *infestas.*

190. Vienn., *instabilis.*

192. In Rat. sciolus correxerat *huc illucque frendens,* prioribus erasis.

D 193. In Vienn. desideratur *que in pressisque.*

194. Virtutes vocat *virgines,* superbiæ *viraginem,* quod aliud longe diversum est; et superbiæ quidem opera in viros magis quam in feminas cadunt.

196. Post hunc versum in Mar. et Rat. titulus *Humilitas.*

198. *Paupertinus* verbum Apuleii, Varronis apud Nonium, A. Gellii, Symmachi, Ammiani, Sidonii. Jonas episcopus Aurelianensis, lib. II de Cultu sacr. imag., Prudentium secutus est: *Paupertinæ ejus arma contemnens,* ubi male nonnulli legunt *pauperina,* vel *pauperrima.*

199. Voces hujusmodi *humilis* et *humilitas* pro virtute apud profanos scriptores non inveniuntur. Quod Spartianus ait in vita Juliani cap. 9: *Objecta est superbia, cum ille etiam in imperio fuerit humillimus,* intelligit vitium superbiæ contrarium, non virtutem inter utrumque mediam.

Spem sibi collegam conjunxerat, edita ejus, A
 Et suspensa ab humo est opulentia divite regno, 215
608 Ergo humilem postquam malesana Su-
 [perbia mentem
 Vilibus instructam nullo ostentamine telis
 203 Aspicit, in vocem dictis se effundit amarus.
 Non pudet, o miseri, plebeio milite claros
 Attentare duces, ferroque lacessere gentem
 Insignem titulis: veteres cui bellica virtus,
 Divitias peperit, lætos et gramine colles
 210 Imperio calcare dedit? Nunc advena nudus
 Nititur antiquos, si fas est, pellere reges.
 En qui nostra suis in prædam cedere dextris
 Sceptra volunt! en, qui nostras sulcare no-
 [vales,

Arvaque capta manu popularier hospite aratro
 215 Contendunt, duros et pellere Marte colonos.
 Nempe, o ridiculum vulgus! natalibus horis
609 Totum hominem, et calidos a matre am-
 [plectimur artus.
 Vimque potestatum per membra recentis alumni
 Spargimus, et rudibus dominamur in ossibus.
 [omnes.
 220 Quis locus in nostra tunc vobis se se dabatur,
 Congenitis cum regna simul ditionibus æquo
 Robore crescebant? nati nam luce sub una
 Et domus, et domini paribus adolevimus annis.
 Ex quo plasma novum, de concepto paradisi-
 225 Limite progrediens, amplum transfugit in orbem,
 Pelli o que habitus sumpsit venerabilis Adamæ,

GLOSSÆ VETERES.

201. Collegam, *sociam*. — Edita, *elevata*. — Cujus, *B*
spei, I.
 202. Opulentia, *opulentia spei ab humo suspensa*
est, quia non de deorsum repromittitur, sed desursum.
 — Divite *cælesti*, I.
 203. Ergo, *superbia iterum*. — Malesana, *vesana*, I.
 204. Vilibus, *quoniam stulta et ignobilia, et contem-*
ptibilia elegit Deus, per quæ superba quæque destrue-
ret, I.
 206. Non pudet, *per ironiam*. — Plebeio, *rustico,*
rusticano, I.
 207. Attentare, *aggredi*, I.
 208. Titulis, *gladiis*, I.
 209. Colles, *dominationes*, I.
 211. Si fas est, *si possibile est*, I.

212. En, *per ironiam dicit, id est quales*. — Cedere,
contingere, I.
 213. Sceptra, *regna*. — Qui, *quales*, I.
 214. Hospite, *alieno, quos rex superbiæ, id est dia-*
bolus vel tyrannus, invaserat aratro prædicationis, per
humilitatis prædicatores melius excoluntur, I.
 215. Duros, *scilicet nos*. — Pellere, *scilicet volunt*.
 — Marte, *bello*, I.
 216. Ridiculum, *est, Mar.*
 218. Alumni, *pueri*, I.
 219. Rudibus, *novis*, I.
 221. Ditionibus, *imperii nostris*, I.
 223. Domus, *familia*. — Adolevimus, *crevimus*, I.
 224. Plasma, *Adam*. — Concepto, *angusto*, I.
 225. Limite, *marginè*. — Transfugit, *ibat*, I.

COMMENTARIUS.

202. Giselinus putat alludere poetam ad etymon
 humilitatis, cum ait, opulentiam spei ab humo sus-
 pensam, neque probat vulgatam interpretationem,
 spem omnium rerum abundantia procreata, et e
 terra sublevatam, eo modo, quo apud Romanos re-
 cens nati in terra primum statuuntur, deinde Leva-
 næ deæ auxilio implorato tolluntur. Mihi non displicet
 Bergii apud Weitzium expositio, locum illum
 intelligi: *Beati pauperes, quia regnum Dei posside-*
bunt. Sententia hæc est, spem tantum esse in terra,
 ejus opulentiam, et dives regnum in cælo. In edit.
 Coloniensi Mariettus aut alius ad marginem e ms.
 cod. notaverat, *et suspensa ab humo: non patitur ver-*
sus, neque intelligo quid hic sibi velit hamus.

204. Vienn., Vatt. C et O, *extractam*; alii, *in-*
structam.

205. Barthius, cap. 15, Advers. lib. xxiv, obser-
 vat verissime id dictum, ut ex ms. apud Boetium:
Debilis heu! mæstos cogor in ire modos potius quam
inire modos. Ald. et Vat. C, *se fundit*; plerique, *se*
effundit, etiam Barthius. Cell., *se fundit*.

208. Sich., Weitz., Bong., *telis*. Alii rectius, *titu-*
lis. Widm. supra; *gladiis*.

209. Piccarti codex, *germine colles*.

210. Ald. Weitz., Gis. et alii, *nunc advena*. Gis. I
 edit. in contextu, et vetus codex ad marginem edi-
 tionis Weitzianæ apud cl. præsulem Reggium, *unde*
advena, non male, si aliter distinguas.

212. Imitatio Maronis ecl. 1, *Ea queis consevimus*
agros! et Æneid. lib. ix, vers. 600, *En qui nostra*
sibi bello connubia poscunt!

213. Aldus, Fabr. cum nonnullis ex nostris scri-
 bunt *nostras pro nostras*. Mar. et plerique alii, *nostras*.
 Utroque modo dicitur. Virg. eclog. cit., *Culta novalia*.

215. Ang., Vat. C, *duros expellere*.

216. Weitz., Mar., Vienn., Rat., *nempe hoc ridi-*
culum; et glossa in Mar., *est*. Alii, *nempe, o ridi-*

culum. Vienn., *non talibus horis*, male. Ald. et Erfurt.,
natalibus oris, puto, quia veteres nonnunquam aspi-
 rationem omittebant. Gloriatur superbia hominem
 ab ipso natali die in sua esse potestate.

217. Juvenalis sat. r. 7, vers. 196. *Et adhuc a*
matre rubentem.

219. Vienn., *perperam, damnatur in ossibus*. Pru-
 dentius pro *novis sæpe rudes* usurpat, quoniam ossa
 hominis recens nati recte rudia seu imperfecta ap-
 pellantur. Superbia loquitur de suis militibus seu
 vitiis, ad id genus spectantibus, quæ supra vocavit
antiquos reges.

221. Vienn., *ditioribus*, non bene.

222. Vienn., non male, *nati cum luce sub una*.
 Ang., *perperam, natis sub luce*.

223. *Domus est ipse homo; domini, qui reges ante*
dicti, diversa superbiæ vitia, siæ ei affinia.

225. Vienn., *limine progrediens*. Weitzius cum solo
 Piccarti cod., *transfluxit pro transfugit*. Vat. F, male,
urbem pro orbem.

226. Rosweyds, in notis ad Paulinum, pag. 871,
 ad illa verba, *multo bove pelleatus*, ex hoc loco Pru-
 dentii aliisque Hieronymi, Ciceronis et Propertii, ob-
 servat pelles fuisse vetustissimos habitus primo-
 rum Patrum. Weitzium non intelligo, qui ait aliam
 causam nobis oggerere sacram Genesin cap. iii, 21,
 Cyprianum, Basilium. Nisi valde me omnia fallunt,
 ex Genesi loc. cit. et SS. Patribus superbia causa fuit
 cur Adamus e paradiso exulare fuerit jussus. *Fecit*
quoque Dominus Deus Adæ et uxori ejus tunicas pelli-
ceas et induit eos. Et ait: Ecce Adam quasi unus ex
nobis factus est, sciens bonum et malum: nunc ergo ne
forte mitti manum suam, etc., et supra vers. 5, ser-
 pentis vox, quod ipsum est superbiæ præceptum:
Eritis sicut dii. Elmenhorstius in Arnobium pag. 64
 ex Lucretio illustrat similem locum Arnobii, *Amiciri*
desiderunt pellibus.

- Nudus adhuc, ni nostrā foret præcepta secutus. A
 Quisnam iste ignotis nunc hostis surgit ab oris
610 Importunus, iners, infelix, degener,
 [amens,
 250 Qui sibi tam serum jus vindicat, hactenus exsul?
 Nimirum vacuæ creduntur frivola famæ,
 Quæ miseros optare jubet quandoque futuri
 Spem fortasse boni, læta ut solatia mollem
 Desidiam pigro rerum meditamine palpent.
 255 Quidni illos spes palpet iners, quos pulvere in
 [isto
 Tirones Bellona truci non excitat ære,
 Imbellesque animos virtus tepefacta resolvit?
 Anne Pudicitiae gelidum jecur utile bello est?
 An tenerum pietatis opus sudatur in armis?
 240 Quam pudet, o Mavors, et virtus conscia, talem
 Contra stare aciem, ferroque lacerare nugas, B
 Et cum virgineis dextram conferre choreis!
611 Justitia est ubi semper egens, et pauper
 [Honestas :

GLOSSÆ VETERES.

228. Oris, *finibus*, I.
 229. Importunus, *qui in nulla re propinquus, vel aptus est: humilitatem dicit*, I.
 250. Hactenus, *hucusque*. — Exsul, *qui extra suum solum est*, I.
 251. Creduntur, *ab illis*, I.
 252. Futuri, *futura contendit evacuare, ut praesentium delectatione decipiat infelices*, I.
 254. Desidiam, *pigritiam*. — Palpent, *temperant, mulceant*, I.
 255. Quidni, *certe; quid aliud*. — Pulvere, *terra; in hoc saeculo*, I.
 256. Bellona, *bellatrix, dea belli*. — Ære, *cornu*, I. C
 258. Bello, *ad bellum*, I.
 259. Pietatis, *pudicitiae*. — Sudatur, *laboratur*, I.
 240. Mavors, *deus belli*. — Virtus, *mea; noster*

COMMENTARIUS

227. Aldus, Vat. C, supra; *nisi nostra*.
 228. Mar. et Rat., *horis*, cum Weitzio. Alii, *oris*, quod verum est. Veteres interdum aspirationem adijciebant, ubi opus non erat, ut *honus pro onus*. Contra alii faciebant, ut dixi ad vers. 246. Vatt. C, O et alii nonnulli, *hostis nunc surgit*.
 251. Gis. 1 edit., *creduntur*; in 2 edit., *credentur*, quod iterum in Animadvertendis et corrigendis mutavit in *creduntur*. Has auctorum correctiones et secundas curas multi non observant. In Vat. C, Ang., Mar., Vienn., Ald., Weitz., *creduntur*. Giselinus asserit, poetam mira imo inaudita uti miosi in irridenda spe, in qua tamen comite humilitatis opes omnes paulo ante constituerat. Verum superbiae sensa nunc exprimit, antea sua et aliorum vera sensa explicuit. D
 252. Ald., Vienn., Alex., Vat. F, Pal., Heinsiani scripti, *jubet*. Mar. Rat., Weitz., Gis. et alii, *jubent*.
 253. Vienn., *spem fortasse bonam*, minus bene. Ald., Fuld., Put., Oxon., *læta ut solatia*. Nostri potiores, Alex. a prima manu, Mar., Rat., Vienn., *læta* cum Thuan. a prima manu, Weitz., Gis. et aliis.
 254. Castigatiores Heinsiani et nostri, Alex., Mar., Rat. cum Weitz., Gis. et aliis, *meditamine*. In Vat. C, *medicamine*; supra, *meditamine*. Aldus cum nonnullis, *medicamine*.
 258. Vide not. ad vers. 57, *Vena animi*.
 242. Aldus, *cumque hanc virgineis dextram*. Conji-
 ciat aliquis, *Et cum virgineis dextram hanc conferre choreis*. In nonnullis vulg., *ac cum pro et cum*.
 245. Ald., *justitia est nam semper egens*. Alii, *justi-*

- Arida Sobrietas; albo Jejunia vultu,
 245 Sanguine vix tenui Pudor interfusus, aperta
 Simplicitas, et ad omne patens sine tegmine
 [vulnus,
 Et prostrata in humum, nec libera judice sese
 Mens humilis, quam degenerem trepidatio
 [prodit.
 Faxo ego, sub pedibus stipularum more teratur
 250 Invalida ista manus: neque enim perfringere
 [duris
 Dignamur gladiis, argenti et sanguine ferrum
 Imbuere, fragilique viros foedare triumpho.
 Talia vociferans, rapidum calcaribus urget
 Cornipedem, laxisque volat temeraria frenis,
 255 Hostem humilem cupiens impulsu umbonis
 [equini
 Sternere, dejectamque supercalcare ruinam.
612 Sed cadit in foveam, præceptis quam cal-
 [lida forte
 Fraus interciso suffoderat æquore furtim:

GLOSSÆ VETERES.

- exercitus*, I.
 241. Nugas, *inutiles*, I.
 245. Pudor, *rubor*, I.
 246. Tegmine, *clypei*, I.
 247. Prostrata, *inclinata*. — Sese, *seipsa*, I.
 248. Prodit, *manifestat*, I.
 249. Faxo, *facio*, I.
 250. Manus, *multitudo*, I.
 252. Imbuere, *maculare*, I.
 254. Cornipedem, *equum, quia formatos pedes cornibus habet*, I.
 255. Cupiens, *superbia irruere nititur super humilitatem et spem*. — Impulsu, *pectore equi*, I.
 257. In foveam, *superbia cadit in foveam*, I.
 258. Æquore, *terræ: campo, ab æquitate*, I.

tia est ubi semper egens. Justitiam egentem, honestatem pauperem vocat. ex his quæ sæpe accidunt.

244. Vienn., Ang., Vat. C a secunda manu, Rat. a manu recenti, *jejunaque*; alii, *jejunia*.

248. Vienn., *prodet*. Vat. C, abrasis prioribus, *trepidatio prodit*. Virg. lib. iv Æneid., vers. 13, *Degeneres animos timor arguit*.

249. Plautus actu 1, scena 1 militis gloriosi: *Cujus tu legiones distulisti spiritu, Quasi ventus solia, aut peniculam tectoriam*.

250. Ald., Fabr., Vat. C, *perstringere*, minus bene quam *perfringere*. Exstat etiam *perstringere* in Mar. et Rat., aliisque: sed, ut advertit Giselinus, *perstringere* est leviter tangere: hoc loco aptius cadit *perfringere duris gladiis*.

252. Ald. et Rat., ex recenti inepta correctione, *Imbuere et fragili vires foedare triumpho*. Cellarius hunc eundem errorem exscripsit; ita certe lego in 2 ejus editione, qui fortasse deceptus est ex mendo in notis 2 editionis Heinsianæ. Gravius errat Gallandus, qui mendose a Chamillardo editum ait *imbuere, fragilique viros*, et ipse, invitis musis, legit *imbuere, fragilique vires*.

253. Erfurt., *rabidum*; alii, *rapidum*.

255. Aldus male, *impulsuum bonis equini*. Pariter alii mendose apud Beermanum in Manuduct. ad ling. Lat., *impulsuum bonis equini*, aut *impulsuum bovum equini*. Nebrisseensis umbonem equinum intelligit clypeum, sive cetram ex corio equi.

256. Alex., *ruinis*; alii, *ruinam*.

Fraus detestandis vitiorum e pestibus una,
 260 Fallendi versuta opifex; quæ præscia belli
 Planitiem scrobibus violaverat insidiosis,
 Hostili de parte latens, ut fossa ruentes
 Exciperet cuneos, atque agmina mersa voraret.
 Ac ne fallacem puteum deprendere posset
 265 Cauta acies, virgis adopertas texerat oras,
 Et superimposito simularat cespite campum.
 At regina humilis, quamvis ignara, manebat
 Ulteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum
 Venerat, aut foveæ calcarat furta malignæ.
 270 Hunc eques illa dolum, dum fertur præpete
 [cursu,
 Incidit, et cæcum subito patefecit hiatum :
 613 Prona ruentis equi cævice involvitur, ac
 [sub B
 Pectoris impressu fracta inter crura rotatur.
 At Virtus placidi moderaminis, ut levitatem
 275 Prospicit obtritam monstri sub morte jacentis,
 Intendit gressum mediocriter, os quoque parce
 Erigit, et comi moderatur gaudia vultu.

A Cunctanti Spes fida comes succurrit, et offert
 Ultorem gladium, laudisque inspirat amorem.
 280 Illa cruentatam correptis crinibus hostem
 Protrahit, et faciem læva revocante supinat.
 Tunc caput orantis flexa cervice resectum
 Eripit, ac madido suspendit colla capillo.
 Exstinctum Vitium sancto Spes increpat ore.
 285 Desine grande loqui : frangit Deus omne su-
 [perbum :
 Magna cadunt : inflata crepant : tumefacta pre-
 [muntur. ?
 Disce supercilium deponere, disce cavere
 Ante pedes foveam, quisquis sublime minaris.
 614 Pervulgata viget nostri sententia Christi :
 290 Scandere celsa humiles, et ad ima redire
 [feroces.
 Vidimus horrendum membris, animisque Go-
 [liam
 Invalida cecidisse manu : puerilis in illum
 Dexterâ fundali torsit stridore lapillum,
 Trajectamque cavo penetravit vulnere frontem.

GLOSSÆ VETERES.

260. Versuta, callida artifex, I.
 261. Scrobibus, foveis, I.
 263. Cuneos, exercitus. — Agmina, virtutum, I.
 264. Deprendere, præscire, I.
 265. Cauta, clara. — Oras, summitates, I.
 267. Regina, humilitas iterum, I.
 270. Illa, scilicet superbia, I.
 271. Hiatum, scrobem, I.
 274. Levitatem, instabilitatem, I.
 276. Os, faciem. — Parce, mediocriter, I.

277. Comi, honesto, severo, ornato, amæno, I.
 278. Cunctanti, dubitanti, I.
 280. Illa, humilitas amputat caput superbiæ, I.
 284. Exstinctum, exstinctam superbiam, I.
 287. Supercilium, superbiam, I.
 288. Sublime, gloriose, I.
 289. Pervulgata, valde, I.
 293. Torsit, jecit, I.
 294. Trajectam, per trajectam, I.

COMMENTARIUS.

259. Ald., Ang., Vat. C a prima manu, vitiorum C pestibus sine e, quod necessarium certe est. In Aldo, una est : abundat verbum substantivum.

261. Heinsio placet cum Put. solo vitiaverat, et post Heinsium; Chamillardo aliisque. Sed cur displiceat violaverat cum veteribus editis, cum nostris Mar., Rat., Vienn., Alex., Vatt. C, F, G, O aliisque innumeris? Verbo vitiandi, inquis, usus est aliquando Prudentius: quasi vero verbo violandi sæpius non fuerit usus. Mihi magis placet violare planitiem scrobibus quam vitiare. Ovidius in Met., violare silvam dixit pro securi cædere.

264. Weitz., at ne; alii, ac ne. In nonnullis vulg., possit.

265. Ald., Widm. supra, Vienn., Vatt. C, L, BB, Ang., clara acies. Rat., Mar. et alii optimi, cauta, quod magis placuit Gallandio.

269. Vienn., Venerat, ut foveæ calcaret furta malignæ. In Vat. C, mendose et contra metrum, Venerat aut foveæ nondum calcarat malignæ. Ad marg. post calcarat est furta, sed nondum semper abundat.

270. Egm., Pal. et Barthius, hinc eques. Vienn., huc eques. Retine hunc.

271. In Vat. F præpostera est trajectio horum versuum: primo legitur Prona, tum Incidit. Dolum incidit, ut initio lib. II Juvenci: Jamque dies prono decedens lumine pontum Inciderat.

272. Vienn., una: lege prona. In Rat. ineptus corrector, de quo sæpe, cervice rotata superque Pectoris impressu quadripes provolvitur ipse.

273. Fabr., vectoris pressu. Ita Giselinus edidit in 2 edit., sed postea in fine correxit pectoris impressu ex mss.: quæ correctio nonnullos latuit. In priore Rot., pectoris impulsu. In Vat. F, inter dura. Communis lectio, Pectoris impressu fracta inter crura rotatur.

274. Bong., et virtus; melius, at virtus. Moderamen pro moderatione: vide Apoth. vers. 47.

275. Vienn., Mar., conspicit obtritam. Rat., Gis., Weitz., perspicit obtritam. Fuld., prospicit obstrictam. Præstantiores cum Aldo., prospicit obtritam.

276. Fuld., parte; lege parce.

280. Vienn., cruentatum, minus bene.

281. Vienn., contrahit; melius, protrahit.

282. Virgilius Æneid. x, Reflexa cervice resectum.

283. Ald. et alii, et madido.

285. Virgilius lib. x, Dixerat ille aliquid magnum. Consule Erasm. Adag., Ne magna loquaris. Corippus, lib. II, vers. 40, imitatus videtur Prudentium: Colla superborum, furiataque pectora frangis.

287. Supercilium sedes superbiæ. Vide Plinium lib. XI, cap. 37. Elmenhorstius, in Arnobium pag. 44, hunc Prudentii versum confert cum verbis Arnobii, Supercilium deponere.

289. Vienn., divulgata viget.

291. Pauci hi versus, tanquam opus Prudentii diversum et inscriptum Monomachia Davidis et Goliathi, notantur in indice, alioqui accuratissimo, bibliothecæ Casanatensis. Exstant videlicet in Criticis sacris, Londini, 1660, tom. VIII, col. 277, in fine operis: In historiam monomachia Davidis et Goliathi Reg. I, cap. XVII, inquisitio, Matthæo Horstio auctore: ubi legitur: Prudentius monomachiam his versibus in Psychomachia breviter perstringit: Exstinctum vitium, etc.

293. Pro fundali habent funali Thuan., Egm., Pal., Alex. a prima manu, Vat. H et codex Barthii, cui tamen non placuit funali. Heinsio non prorsus displicet et advertit alibi quoque Prudentium hæc voce usum fuisse, scilicet infra vers. 866.

294. Alii trajectam, alii transjectam scribunt. Plerique ex optimis, trajectam.

295 Ille minax, rigidus, jactans, truculentus, amarus, A
 Dum tumet indomitum, dum formidabile fervet,
 Dum sese ostentat clypeo, dum territat auras :
 Expertus, pueri quid possint ludicra parvi,
 Succubuit teneris bellator turbidus annis.

300 Me tunc ille puer virtutis pube secutus,
 Florentes animos sursum in mea regna tetendit,
 Servatur qua certa mihi domus omnipotentis
 Sub pedibus Domini, meque ad sublime vo-
 [cantem

615 Victores cæsa culparum labe capessunt.

305 Dixit et auratis præstringens aera pennis,

GLOSSÆ VETERES.

295. Truculentus, *torvus*, I.
 296. Indomitum, *indomite*. — Formidabile, *adver-*
bium. — Terret, *fervet*, I.
 304. Cæsa, *victa*, I.
 305. Et auratis, *humilitas ascendit in caelum : vir-*
tutes mirantur. — Aera, *accusativus Græcus*, I.

In caelum se virgo rapit : mirantur euntem
 Virtutes, tolluntque animos in vota, volentes
 Ire simul, ni bella duces terrena retardent.
 Confligunt vitiis, seque ad sua præmia servant.
 310 Venerat occiduis mundi de finibus hostis
 616 Luxuria, extinctæ jam dudum prodiga
 [famæ,
 Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
 Perdita deliciis : vitæ cui causa voluptas,
 Elumbem mollire animum, petulanter amœnas
 315 Haurire illecebras, et fractos solvere sensus.
 Ac tunc pervigilem ructabat marcida cœnam :

- B 309. Confligunt, *pugnant adhuc*, I.
 311. Jam dudum, *statim*. — Prodiga, *ostentatrix*, I.
 312. Delibuta, *uncta*. — Comas, *per*, I.
 314. Elumbem, *mollem*, I.
 315. Illecebras, *delectationes*, I.
 316. Ac tunc, *luxuria, auditis tubis, ad bellum currit*, I.

COMMENTARIUS.

295. Vat. C hunc ordinem servat *Ille minax. Dum sese. Dum tumet*. Vat. D, *Ille minax. Dum tumet. Expertus, pueri. Dum sese*. Alii ordinem hic exhibitum retinent.

296. Vienn., *indomite*, quod sapit glossema. Tres vetustiores Heinsiani, Alex., Ald., Widm. supra, Gis., *fervet*. Alii etiam veteres *terret*, nempe Mar., Vienn., Rat. cum Weitzio, et uno Cauchiano.

297. Aliqui distinguunt alio modo, *Dum sese ostentat, clypeo dum territat auras* cum Weitzio. Vat. C, *dum irritat auras*, male. In Pal., *dum territat ense*.

298. Mar. et Rat., *quid possent*.

299. Ald. et alii vulg., *armis pro annis*. Barthius mendose, *anciis*.

301. Erfurt. a prima manu, *florentes annos*.

302. Weitz. cum Put., *quia certa*.

304. Prior Boher. et Thuan. a secunda manu, *lictiores cæsa*.

305. Vat. C, *perfringens* : non placet. Ald. cum aliis, *præstringens*.

309. Post hunc versum Vienn., *De Sobrietate et Luxuria*. Mar. et Rat., *Luxuria*. Aldus, *Luxuriæ, et Sobrietatis pugna*. Giselinus, *Luxuria et Sobrietas*.

310. Lepidus est hoc loco Giselinus. Rejicit interpretationem quam dubitans Nebrissa indicavit, intelligendum id esse de ætate mundi ad occasum vergente, ut Hispaniam suam, inquit Giselinus, et Africam hac ignominia liberaret. Tum probabile existimat, poetam ex his regionibus organa luxuriæ accersivisse, cum eæ, imprimis vero Hispaniæ, auri, argenti, lanæ, aromatum, aliarumque rerum ad effeminandos mores pertinentium, copia mirifice celebres fuerint. Quæ (verba ejus audis) si suis se finibus continuissent, nunquam fortasse nos Belgæ laudem a Jul. Cæsare nobis tributam amissemus. Recte, quod Belgas laudem veterem amisisse fatetur; quod autem causam in Hispanos conjicit, fortasse nunc negaret, antiquos dominos Hispanos ab his populis laudari et desiderari observans. Illud vero Giselino assentior, poetam potius respexisse totum Occidentem, quatenus ea mundi pars ab Orientali distinguitur. Etenim ut tradit Sulpicius in Vita S. Martini, luxuriosus in Occidente magis quam in Oriente dominabatur. In Occidentis vocabulo diabolum significari plures docent. Sed cum imperium Romanum divisum tunc esset, et Orientis et Occidentis mentio passim occurreret, probabilius est Prudentium intelligere imperium Occidentale, et præcipue ejus caput Romam, ubi eo tempore insigni er effervescebat luxuria, ut fuse narrat Ammianus Marcellinus, qui inter alia ait : *Alii summum decus in carrucis solito altioribus, et ambitioso vestium cultu ponentes, sudant sub ponderi-*

bus lacernarum, etc. Mensarum enim voragines et varias voluptatum illecebras, ne longius progrediar, prætermitto... Denique pro philosopho cantor, et in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur : et bibliothecis sepulcrorum ritu in perpetuum clausis organa fabricant ut hydraulica, etc. Postremo ad id indignitatis est ventum, ut cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab Urbe præcipites, sectatoribus disciplinarum liberalium impendio paucis sine respiratione ulla extrusis, tenerentur mimarum assectæ veri, quive id simularunt ad tempus; et tria millia saltatricum ne interpellata quidem cum choris, totidemque remanerent magistris. Et licet, quocumque oculos flexeris, feminas affatim multas spectare cirratas, quibus, si nupsissent, per ætatem terjam nixus poterat suppetere liberorum, adusque tædium pedibus pavimenta terentes, jactari volubilibus gyris, dum exprimunt innumera simulacra, quæ fingere fabulæ theatrales. Quæ omnia Prudentianæ descriptioni luxuriæ apprime conveniunt. Haud equidem negaverim, illo ipso tempore luxum in Oriente effrenum etiam fuisse, ut arguitur ex his vitiis quæ Chrysostomus gravissime et concionatorio stylo reprehendit. Sed sive Antiochia, sive Constantinopolis Romæ conferatur, non dubito quin multo major fuerit licentia et corruptio morum Romæ quam in aliis Orientis urbibus.

311. Cornelius Tacitus Annal. lib. xi : *Infamie apud prodigos novissima voluptas est*.

312. Secunda in *delibuta* producitur ob metri necessitatem. Imitatus est Galterus lib. v Alex. vers. 218 : *Sanieque recenti Delibuta comas*. Rott. prior, *oculos vaga, languida vocem*, Græco more, ut *delibuta comas*. Nostri omnes cum aliis, *oculis vaga, languida voce*, excepto Cauchiano, qui illud prius habet. Heinsius edidit *oculos... vocem*; secuti sunt Cham., Gall., et Teol. Barthius cum Prudentio confert Bachiarium nostrum, qui oculos hominis lapsi *vagos* dicit, luxuriam et libidinem indicando.

313. Vienn., *edita*; melius *perdita*. Boher. prior, *cura pro causa* minus bene. *Vivendi causa* solent dici virtutes. Juvenalis satyra 8, vers. 84 : *Et propter vitam vivendi perdere causas*. Ratione contraria luxuriosis vitæ causa est voluptas.

314. Persius satyra 1, vers. 104, *Summa delumbe saliva*. Auctor dialogi de Oratore usurpavit *elumbis*.

315. Verbum solemne, cum de luxuria agitur, FRANGERE. Vide quæ notat Gothofredus ad verba *FRACTA molliter plebe*, cod. Theod. lib. vi ad legem Juliam de adulteris ex nostro poeta et aliis.

316. Rat., Mar., Weitz., Alex., ac tunc, Ald., et

Sub lucem quia forte jacens ad fercula, raucos A
 Audierat lituos, atque inde tepentia linquens
 Pocula, lapsanti per vina, et balsama gressu,
 320 Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
 Non tamen illa pedes, sed curru invecta ve-
 [nusto
 Saucia mirantium capiebat corda virorum.
 O nova pugnandi species! non ales arundo
 617 Nervo pulsa fugit, nec stridula lancea
 [torto
 325 Emicat amento, frameam nec dextra minatur:
 Sed violas lasciva jacet, foliisque rosarum
 Dimicat, et calathos inimica per agmina fundit.
 Inde, eblanditis virtutibus, halitus illex
 Inspirat tenerum labefacta per ossa venenum;
 330 Et male dulcis odor domat ora, et pectora, et B
 [arma,
 Ferratosque toros obliso robore mulcet.
 Dejiciunt animos, ceu victi, et spicula ponunt

Turpiter, heu! dextris languentibus obstupe-
 [facti,
 Dum currum varia gemmarum luce micantem
 355 Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
 Et solido ex auro pretiosi ponderis axem
 618 Defixis inhiant obtutibus, et radiorum
 Argento albentem seriem, quam summa rotâ-
 [rum
 Flexura electri pallentis continet orbe.
 340 Et jam cuncta acies in deditiois amorem
 Sponte sua versis transibat perfida signis,
 Luxuriæ servire volens, dominæque fluentis
 Jura pati, et laxa ganeorum lege teneri.
 Ingemuit tam triste nefas fortissima virtus
 345 Sobrietas, dextro socios decedere cornu,
 Invictamque manum quondam sine cæde pe-
 [rire.
 Vexillum sublime crucis, quod in agmine primo
 Dux bona prætulerat, defixa cuspede sistit,

GLOSSÆ VETERES.

317. Sub lucem, usque ad lucem. — Jacens, se-
 dens. — Fercula, lectulos, I.

319. Lapsanti, nutanti. — Balsama, balsamo uncta
 erat, quia odoris gratia sparsa fuit domus balsamo et
 floribus, I.

321. Pedes, pedestris, I.

322. Capiebat, decipiebat, I.

325. O nova, luxuria blandimentis virtutes decipit.
 — Ales arundo, velox sagitta, a rectitudine, I.

325. Emicat, exsilit, I.

327. Calathos, penos rosarum spargit, I.

328. Halitus, spiritus. — Illex, illicita peragens, I.

331. Ferratosque, colla lorica. — Toros, brachia,
 vel densitates brachiorum. — Obliso robore, fracta for-
 titudine, I.

332. Ceu victi, viri dejectis armis, sequuntur luxu-

- riam, I.

334. Currum, luxuriæ, I.

335. Bracteolis, laminis, vel filis, I.

340. Et jam, cuncta acies versis signis ad deditio-
 nem transit. — Deditiois, potestatis avaritiæ, Iso.

341. Versis, positus, Iso.

343. Ganeorum, scortorum vel cantorum, helleuo-
 num vel gulosorum, I.

344. Ingemuit, sobrietas increpat acies, suadens eis,
 ne sequantur luxuriam. — Virtus, virgo, I.

345. Cornu, de exercitu sobrietatis, I.

346. Manum, multitudinem. — Sine cæde perire,
 sine pugna decedere, I.

347. Agmine, exercitus. Iso.

348. Dux, sobrietas, I.

COMMENTARIUS.

tunc. Vienn., Gisel., Pal., at tunc. Heinsiani cum C
 diti corda.
 nostis faciunt ac tunc.

321. Vienn., nec tamen,

325. Egm., alis; lege ales.

324. Ang. minus bene nervo pulsa fuit. Put. et
 Egm. a manu prima nervum pulsa fugit. Heinsius
 suspicatur nervo impulsâ fugit, quod amplexus est
 Cellarius. Non mutaverim lectionem communem
 nervo pulsa fugit in Alex., Vatt. C, D, G, L, O, BB,
 Mar., Rat., Vienn., Ald., et aliis. In Vat. H est ner-
 vum pulsa fugit.

325. Ald., Gis., Fabr., Vat. G, framea. In Vat. C
 desideratur hic versus. In aliis et in margine Gis.,
 frameam. Amenta ex Festo sunt quibus, ut miti pos-
 sint, vincuntur jacula. Hinc amentare apud Lucanum
 et Martianum Capellam reperitur.

327. Rat., per agmina fudit.

328. Esurt., inde blanditis. Ang., inde eblanditis.
 Legendum inde eblanditis. Alii inlex, alii illex scri-
 bunt. Illex ab illiciendo, illix, aut inlex, a quo lex
 non servatur, quod vult Iso.

331. Ald., oblito; minus bene, pro obliso. Nec me-
 lius choros alter Rott. cum Bonon. pro toros: nam
 quod in quibusdam mss. exaratur thoros, nil moror.
 Gis. non omnino rejicit oblito, ut apud Virgilium,
 eclog. 9, Nunc oblita mihi tot carmina. Post hunc
 versum in Vienn., Angei., Vatt. C, L, BB leguntur
 hi duo versus: Luxuria huc violas curru delata venu-
 sto Per populos jacet, ut mala credula corda tepescant.
 Giselinus eosdem invenerat in quodam cod. ms.
 Theodori Pulmanni, et altero Daventriæ excuso, sed
 effectos recte existimavit. Giselinus vero legit cre-

diti corda.

332. Alii, deiciunt; alii, dejiciunt.

335. Bracteolis scribas, an bratteolis, contróversia
 orthographica est.

337. Vienn., dum fixis inhiant.

338. Palat., quem, scilicet axem. Alii, quam, nempe
 seriem.

339. Vienn., orbem, non bene.

341. In quibusdam vulg., perdita pro perfida; quod
 postremum longe venustius est.

342. Vienn., jubentis pro fluentis, hoc est fluxæ,
 quod proprium est luxuriæ.

343. Veterrimi Heinsiani, Vienn., Mar., Rat.,
 Weitz., Gail. et alii, ganeorum. Aldus cum Torn. et
 nonnullis aliis, ganeorum, quod non improbo, nam
 ganeum fornix est. Giselinus ait, pro voce ganeorum
 substituere quosdam ganeonum. Quorsum? inquit.
 Anne eadem leges ganeis et ganeonibus? Ganea, et
 ganeum in Græca origine scribuntur per η seu e lon-
 gum. Bechmanus de Origin. ling. Lat., verbo GANEUM,
 observat Latinos sæpe η in a commutasse, et in e
 breve, ut Gynæceum apud Terentium penultima brevi,
 Cyclopeus apud Maronem, conopeum apud Horatium
 oda 9 Epod. Ganeo est, ut ait Isidorus lib. x, luxu-
 riosus, et tanquam in occultis locis et subterraneis,
 quæ Græci ganea vocant. Post hunc versum Mar. et
 Rat. pro titulo Sobrietas.

347. Greiserus lib. II, cap. 18 de Cruce, alludere
 Prudentium ait ad morem præferendi imaginem cru-
 cis in præliis, quem morem pluribus eo loco con-
 firmat.

Instauratque levem dictis mordacibus alam,
 350 Exstimulans animos, nunc probris, nunc prece
 [mixta :
 619 Quis furor insanas agitat caligine mentes?
 Quo ruitis? cui colla datis? quæ vincula tan-
 [dem,
 Proh pudor, armigèris amor est perferre lacer-
 [tis,
 Lilia luteolis interlucentia fertis,
 355 Et ferrugineo vernantes flore coronas?
 His placet assuetas bello jam tradere palmas
 Nexibus? his rigidas nodis innectier ulnas?
 Ut mitra cæsariem cohibens aurata virilem
 Combibat infusum croceo religamine nardum,

A 360 Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ
 Ungentum regale datum est, et chrisma pe-
 [renne :
 Ut tener incessus vestigia syrmate verrat,
 620 Sericaque in fractis fluitent ut pallia
 [membris,
 Post immortalem tunicam, quam pollice docto
 365 Texuit alma Fides, dans impenetrabile tegmen
 Pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci.
 Inde ad nocturnas epulas, ubi cantharus ingens
 Despuit effusi spumantia damna Falerni;
 In mensam cyathis stillantibus, uda ubi multo
 370 Fulcra mero, veterique toreumata rore rigan-
 [tur?

GLOSSÆ VETERES.

349. Instaurat, armat. — Levem, velocem, I.
 350. Exstimulans, hortans. — Nunc, interdum, I.
 352. Ruitis, tenditis, I.
 353. Proh, interjectio exprobrantis, I.
 354. Luteolis, rubris, I.
 355. Ferrugineo, purpureo. — Vernantes, floren-
 tes, I.
 356. Palmas, scilicet vestras, I.
 357. Nexibus, doctrinis, I.
 358. Cohibens, constringens, I.

B 359. Nardum, florem, I.
 362. Syrmate, longa vestis, I.
 363. Membris, scilicet tuis, I.
 365. Tegmen, albam vestem, I.
 367. Inde, descendisti, I.
 368. Despuit, effudit, vel efflavit. — Falerni, vini, I.
 370. Fulcra, tripodes, lecti. — Mero, vino. — To-
 reumata, cælatura, vel tornatilia; toreuma, id est, cæ-
 latura, I. Tornata vasa, Mar. — Rore, lectorum, id
 est potu, I.

COMMENTARIUS.

350. Præcipui Heinsiani cum Aldo et aliis, *instimu-
 lans*. Nostri præstantiores, Mar., Rat., Alex., Gis.,
 Weitzius et alii, *exstimulans*.

351. Barthius improbat *insanus* pro *insanas*, quam-
 vis illud in suo ms. invenerit. Egm. quoque, *insanus*.

353. Vienn., *ah pudor!* alii *pro* aut *proh pudor!*
 Vienn., *proferre lacertis*. Paschalius, de Coronis lib.
 II, cap. 15, pag. 124, notat ex hoc loco florum mix-
 turam in coronis imitatione naturæ. Vide Tertallia-
 num de Coron. milit., qui inventos ait flores non ca-
 pilli ornando, sed naribus oblectandis.

355. Iso et alii veteres interpretantur *ferrugineo*,
 hoc est *purpureo*. Mariettus cum ex glossa notasset
purpureo pro *ferrugineo*, subjunxit, videndum, nun-
 quid purpura cum ferrugine. Est certe *ferrugo* pur-
 pura nigrior apud Virgilium i Georg.: *Cum caput ob-
 scura nitidum ferrugine texit*, et ix Æneid.: *Ferrugi-
 ne clarus Ibera*, ubi Servius Ponticam ferruginem,
 non Hispanicam, intelligit: alii contra.

357. Weitz., Erlut., *ac rigidus*.

359. Ang., *perperam, cum bibat* pro *combibat*. Hein-
 siani et nostri meliores, *infusum*. Vatt. BB et alius
 apud Teol., Cauchianus codex, Weitz., *infusam*. Egm.
 pro *religamine* habet *relegamine*, non recte. Sacra-
 mentum confirmationis describitur, de quo supra
 hymn. Cath. 6, vers. 128. Vide Baronium tom. I An-
 nal. pag. 249, et Joann. Laurentium Bertium lib.
 xxxii de Theol. Disc. cap. 10 de *unctionis Forma*,
 præter alios qui his Prudentii versibus sacramentum
 confirmationis explicant. Simul notat Prudentius ef-
 feminatos virorum mores, qui utebantur mitra, or-
 namento meretricum, et reticulo croceo comas invol-
 vebant. Juvenalis sat. 5: *Ite, quibus grata est picta
 lupa barbara mitra*. Sat. 6: *Sed nigrum flavo crinem
 abscondente galero*. Sat. 2: *Reticulumque comis auri-
 tum ingentibus implent*.

360. Weitz., Erfurt., *postquam*. Ita Widm. a se-
 cunda manu, sed a prima manu *post quæ*. Alii *per quæ*.

362. Vienn., *et leter*; melius *ut*. Luxus denotatur,
 quod vestis ad terram usque efflueret. Cyprianus sive
 alius, de Jejun. Christ.: *Paludamentis talaribus pavi-
 menta verrentes*.

363. Giselinus explicat *in fractis*, mollibus et effe-
 minatis, ut duæ, inquit, sint dictiones. Si jubeat scribi
in fractis, necessarium quidem id non est: nam in-

fractus unica dictio sonat etiam *fractus*. Verbum ta-
 men fluitare poscere videtur in *membris fractis*. Plu-
 rimi conjungunt *infractis*. De verbo frangere vide
 vers. 315.

364. Weitzio placuit cum solo Widm. edere *toni-
 cam*, et prætermittere *tunicam*, quod exstat in aliis
 omnibus: ridicule. Ang., *dextro* pro *docto*, non ita
 bene. Sermo est de gratia baptismatis, quam signifi-
 cant stolæ candidæ quibus recens baptizati induun-
 tur.

367. Heinsiani, excepto Oxon., et nostri potiores,
 Ang., Mar., Rat., Vat. H cum Weitz., *inde*. Multi
 alii Vatt. C, F, G, L, O, BB cum Oxon., Ald. et Gise-
 lino, *ita*, quod tenuit Gifanius ex vet. lib. in Ind.
 Lucretii. In codice Barthii, *inde*: ubi etiam vers.
 seq., *dispuit* pro *despuit*. *Inde* magis placet, et inter-
 rogatio tunc protrahitur ad versum 370, *rigantur?*
 Peveratus putat hunc locum desumptum ex VII
 Æneid.; fortasse vers. 146 et seq.

369. Ald., *Immensam cyathis stillantibus undam
 ubi multo Fulcra mero*, quod ex vet. lib. approbat
 Gifanius loc. cit., et non invenuste id dictum a docto
 poeta asserit, sicut rorem etiam vocat vinum, et in
 Dittochæo, *Unde meri veteris defunditur unda*, tetrach.
 32 vers. 128. Giselinus restituit *In mensam cyathis
 stillantibus, uda ubi multo Fulcra mero*, et observat
 in hoc poeta ex temeraria et falsa præpositionis cum
 suo casu connexionem plura fuisse corrupta. Sane in
 plerisque codd. antiquis ita inter sese verba quando-
 que sunt conjuncta, ut iudicio acri opus sit ad singu-
 las voces separandas. Non tamen negaverim Aldi,
 Gifanii et Fabricii lectionem in veteribus membranis
 reperiri, quam exhibent Vatt. C, G, L, BB, nisi ma-
 lis legere, *In mensam cyathis stillantibus undam, ubi
 multo Fulcra mero*. In Ang., mendose, *unda*. In Vat.
 H plane corruptum, *stillantibus daubis multo Fulcra
 mero*. Vienn., *cyathis stipulantibus*, quod nulli est
 usui. Ad hunc Prudentii locum videtur respexisse
 Salvianus lib. IV adversus Avaritiam: *Natant triclinio-
 rum pavimenta vino; Falerno nobili lutum faciunt,
 mensæ eorum, ac toreumata mero jugiter madent; sem-
 per uda sunt*. Ex quibus lectio *uda* confirmatur.

370. *Toreumata* pro *toralibus* accipienda monet
 Sirmondus ad Sidonium, hos versus laudans ad epist.
 2 lib. IX. Fabricius tenet, hoc etiam loco *toreumata*

621 Excidit ergo animis eremi sitis : excidit A
[ille
Fons patribus de rupe datus, quem mystica
[virga
Elicuit, scissi salientem vertice saxi?
Angelicusne cibus prima in tentoria vestris
375 Fluxit avis : quem nunc sero felicitior ævo
Vespertinus edit populus de corpore Christi?
His vos imbutos dapibus jam crapula turpis
Luxuriæ ad madidum rapit importuna lupanar :
Quosque viros non ira fremens, non idola bello
380 622 Cedere compulerant, saltatrix ebria
[flexit.
State, precor, vestri memores, memores quo-
[que Christi.
Quæ sit vestra tribus, quæ gloria, quis Deus, B
[et rex,
Quis dominus, meminisse decet : vos nobile
[Judæ.

371. Animis, *vestris*, I.
372. Patribus, *vestris*, I.
375. Elicuit, *extulit*, I.
377. Imbutos, *ductos*, I.
378. Lupanar, *prostibulum*, I.
386. Excitet, *vobis*, I.
389. Attrectare, *manu tangere prohibet*. — Regem,
Agag, I.

GLOSSÆ VETERES.

Germen ad usque Dei genitricem, qua Deus
[ipse
385 Esset homo, procerum venistis sanguine longo.
Excitet egregias mentes celeberrima David
Gloria, continuis bellorum exercita curis.
Excitet et Samuel, spoliū qui divite ab hoste
Attrectare vetat, nec victum vivere regem
390 Incircumcisum patitur : ne præda superstes
Victorem placidum recidiva in prælia poscat,
Parcere jam capto crimen putat ille tyranno :
At vobis contra vinci, et succumbere votum est.
Poeniteat, per siqua movet reverentia summi
395 Numinis, hoc tam dulce malum voluisse ne-
[fanda
Proditione sequi : si poenitet, haud nocet error.
Poenituit Jonathan jejunia sobria dulci
623 Conviolasse favo sceptri, mellisque sapore
Heu! malè gustato, regni dum blanda voluptas
400 Oblectat juvenem, jurataque sacra resolvit.

390. Incircumcisum, *crossum*, I.
391. Victorem, *Saulem*, I.
395. Votum, *voluntas*, I.
394. Per siqua, *per reverentiam juro, vel oro*, I.
396. Proditione, *traditione*. — Poenitet, *vos*, I.
399. Regni, *Philistinorum*, I.
400. Resolvit, *rumpit; quia non est occisus*, I.

COMMENTARIUS.

esse opera torno facta, politaque, quod etiam docent glossæ; sed id minus placet. Relege Salviani verba vers. sup.

371. In Rat. insulsus corrector posuit *Excidit ergo animis sitientibus ille in eremo Fons patribus*, ne scilicet secunda in eremo corripere. Historiam sacram legere poteris Exodi cap. xvi et xvii.

375. Ald., *e vertice*. In aliis abest *e*. In Vat. F, *saliente*, et in nonnullis vulg. *scissis mendum* est.

374. In quibusdam vulg., *angelicusve*. Cauchii codex, *patria in tentoria*. Heinsiani, Mar., Rat., Alex. et Vatt. C, D, G, H, L, O, BB, Weitz., alique, *vestris*. Ald., Gis., Vat. F, Ang. a prima manu, *nostris*. Ita etiam videtur fuisse in Viennensi.

375. Rat., *felicitè*, minus bene.

376. Erfurt., *de sanguine Christi*. Vides clarum testimonium catholice fidei de præsentia corporis Christi in eucharistia, cum similitudine cibi angelici manna a SS. Patribus sæpe indicata. Inter opera Cypriani sermone de Coena : *Panis iste angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica..... amplius quam manna illud eremi implet; et satiat edentium appetitus*, etc. Fabricius ait mire dictum a Prudentio *vespertinum populum* pro eo qui est extremis temporibus victurus, sumpta sermonis forma ab illis verbis, *Mane nobiscum, quoniam advesperascit*. Nullum est dubium quin populus Christianus intelligatur; sed hac alia ratione, quod per *vesperam* in sacris Literis sæpe intelligitur Christus, aut ejus adventus, et septima ætas mundi. Patres, qui has allegorias exponunt, vide indicatos a Laureto in Silva Allegor. Peveratus opinatur populum Christianum a Prudentio *vespertinum* vocari, quia post horam nonam et tempore vespertino in stationibus edebat de corpore Christi. Non ea mens Prudentii esse mihi videtur.

379. In nonnullis vulg., *viris*, male. In Rat. corrector, consuetudinis ævi Prudentiani ignarus, prioribus erasis, scripsit *idolaque bello*. Ald. ediderat recte *non idola bello*; correxit inepte *idolaque bello*. Giselinus advertit, Aldum Manutium, si usquam alibi, certe in hujus auctoris editione præsertim secunda,

diligentissimum, mediam hujus Græci vocabuli dictionibus transpositis produxisse : quod tamen ab auctore non profectum esse certo constat. Illud vero non probo in Giselino, quod litterarum Græcarum cognitionem in Prudentio desiderare videtur, cum simul fateatur, eum sui sæculi auctoritatem secutum, accentus Latini aliarumque regularum ratione habita, quantitatem genuinam neglexisse. Cur enim non poterat Prudentius scientiam sibi reservare, usum populo concedere?

385. Ald. et vet. edd., *natus homo* pro *esset homo*. Giselinus quoque in contextu *natus homo*, quod magis arridebat Gallandio, quamvis ediderit *esset homo*.

388. Adisis lib. I Regum cap. xv.

390. Vienn., *pariter*, non recte, pro *patitur*. Fabr., *neu præda*; melius *ne præda*. In glossa *crossus* idem est ac *grossus*.

391. Rat., Mar., Heinsiani (excepto priori Rott.) Gis., Weitz., *recidiva*. Ald. cum aliis vulgatis *rediviva*.

395. Ald., *nobis* pro *vobis*; quod postremum verum est. Ang. a prima manu *notum est*, recte correctum per *votum est*.

394. Fuld., contra legem matri, *per siqua moveat*.

396. In Margarita poetica Alberti Eyb. canonici Bambergensis, *si poenitet, aut nocet error*, ex veteri quorundam scribendi ratione pro *haud vel haut*.

397. Vide lib. I Reg. cap. xiv.

398. Heinsiani omnes, Pal., Fuld., Widm., Erfurt., Weitz. cum nostris Mar., Rat., Vienn., Alex., Vat. H, O, Bonon., *favo sceptri*. In Mar. glossa *id est virgæ*; in Erfurt., glossa *melle accepto per sceptrum*. Ald., Torn., Gis., *favo sumpto*. Gallandius ait, vocem *gustato* vers. seq. fortasse obstare huic lectioni *favo sumpto*. Ang., Vatt. L, BB, non male, *conviolasse favo, sumpti mellisque sapore*. Vat. D, mendose, *favo cepit*. In Vat. C, desunt hic et sequentes versus usque ad vers. 450, scilicet integro folio avulso.

399. In Vat. D error metri *mala voluptas* pro *blanda*.

400. Vienn., *jura resolvit*. Postrema pars glossæ, *quia non est occisus*, videtur spectare ad versum sequentem, *nec sors lacrymabilis illa est*.

Sed quia poenituit, nec sors lacrymabilis illa est, A
 Nec tingit patrias sententia saeva secures.
 En ego Sobrietas, si conspirare paratis,
 Pando viam cunctis virtutibus, ut malesuada
 405 Luxuries, multo stipata satellite, poenas
 Cum legione sua Christo sub iudice pendat.
 Sic effata, crucem Domini ferventibus offert
 Obvia quadrigis, lignum venerabile in ipsos
 Intentans frenos : quod ut expavere feroces
 410 Cornibus oppansis, et summa fronte coruscum,
 624 Vertunt praecipitem caeca formidine fusi
 Per praerupta fugam : fertur resupina reductis
 Nequidquam Ioris auriga, comamque madentem
 Pulverem foedat humi : tunc et vertigo rotarum
 415 Implicat excussam dominam : nam proha sub
 [axem B
 Labitur, et lacero tardat sufflamine currum.

Addit Sobrietas vulnus lethale jacenti;
 Conjiciens silicem rupis de parte molarem.
 Hunc vexilliferam quoniam fors obtulit ictum,
 420 Spicula nulla manu, sed belli insigne gerenti,
 Casus agit saxum, medii spiramen ut oris
 625 Frangeret, et recavo misceret labra palato.
 [lato.
 Dentibus introrsum resolutis, lingua resectam.
 Dilaniata gulam frustis cum sanguinis implet.
 425 Insolitis dapibus crudescit guttur, et ossa
 Colliquefacta vorans revomit, quas hauserat,
 [offas.
 Ebibe jam proprium post pocula multa cruorem,
 Virgo ait increpitans : sint haec tibi fercula tan-
 [dem
 Tristitia praeteriti nimis pro dulcibus aevi.
 430 Lascivas vitae illecebras gustatus amarae

GLOSSÆ VETERES.

405. Conspirare, coadunare, I.
 404. Viam; praebendo, I.
 405. Stipata, circumdata, I.
 406. Pendat, solvat, I.
 407. Crucem, sobrietas crucem Domini offert currui luxuriae, I.
 409. Intentans, impingens, I.
 410. Cornibus, crucis, id est vexilli. — Fronte, contra faciem offert lignum, I.
 415. Axem, antiptosis, I.

417. Addit, sobrietas lapidem jacit, et percussit os luxuriae, I.
 418. Conjiciens, jaciens, retinens, I.
 420. Insigne, vexillum. — Gerenti, magnifice regenti, I.
 421. Casus, eventus, I.
 427. Ebibe, sobrietas increpat luxuriam extinctam, I.
 429. Tristitia, acerba. — Dulcibus, luxibus, I.
 430. Vitae, tuae, I.

COMMENTARIUS.

401. Vienn., Fuld., Widm. supra, *ulla est*, cum Barthii codice.

402. Ald., Ang., Fabr., *tinxit*; alii, *tingit*, sive, ut nonnulli scribunt, *tinguit*.

408. Ald., Ang., Gall., Weitziani, excepto Pal., ac nostri praecipui cum Gis. aliisque, *quadrigis*. Recentiores edd. cum Weitz., Put., Rot., *quadrijugis*; quod minus placet Gallandio. Observa potentiam, crucis, quam saepe noster poeta, invitis haereticis inculcat.

410. Heinsiani omnes, Mar., Rat., Vienn., Vat. O, Weitz., *oppansis* aut *obpansis*. In Egm., *obpannis* emendatum per *obpansis*. Vat. L; Barthii membranæ, Giselinus cum tribus mss. et editione Daventriensi, quæ jure illi instar optimi antiqui, *oppansis*. Aldus cum aliis vulg., *expansis* aut *expassis*, quod minus probatur, praesertim cum Prudentius amet hujusmodi vocabula praepositione *ob* composita, ut *oblidere*, *obbrutescere*, *obtrudere*, *oppallesco*, quod jam pridem observarat Giselinus. Aulus Gellius *passum* a *pando* semper dici contendit lib. xv, cap. 13 a quo dissentit Gifanius Ind. Lucr., verbo *DISPANSUS*, qui adducit auctoritatem veterum codicum in hoc aliisque Prudentii et aliorum locis. Prudentius non semel *pansus* dixit. In Erfurt, i: a hic cum superiori versu legitur, *quod ut expavere coruscum Cornibus oppansis, et summa fronte renitens*; supra *coruscum* legitur *feroces*; supra *renitens, coruscum*. Ac sanè *renitens* ratione metri rejiciendum est, si sumatur pro *coruscum*.

413. Ald., *comasque madentes*; alii, *comamque madentem*.

414. Ovidius viii Metamorph., *Pulvere canitiem genitor, vultusque seniles foedat humi fusus*. Quo videtur Prudentius respexisse. Græcismum, quem Heinsius et recentiores amplectuntur cum Put., utroque Rott., et ex nostris Alex., Vat. H a prima manu, necnon cum Barthio, non agnoscunt plerique ex nostris, Mar., Rat., Vienn., Vat. F, G, L, Ald., Gis., Weitzius. Scilicet illi legunt *pulvere foedatur* pro *pulvere foedat humi*. Eum Græcismum respuit etiam Teolius, sed

non debuit affirmare nullum ejus exstare vestigium in suis mss.

415. Ald. cum nonnullis etiam vetustis, *sub axe*.

416. *Sufflamen* est machina quæ rotæ nimio impetu decurrenti supponitur, ut retineatur. De corpore ipso luxuriæ rotis implicito non male locum hunc intelligit Teolius.

418. Vienn., *prima de parte*, non bene.

419. Plerique *fors* scribunt, alii *sors*. Utrumvis elige.

421. Barthius affirmat, in suis membranæ diserte legi *medii spiramen odoris*, quod inquit, examinare velim, qui poetam nostrum post nos tractabunt. Quid alii peritiores judicaturi sint, non audeo definire. Mihi quidem nihil certius occurrit, nisi mendum esse *spiramen odoris* pro *spiramen ut oris*, qualia multa passim in codicibus veterrimis inveniuntur. Hoc ipso loco clarus error est in Vat. D, G, O, in quibus scriptum est *spiramen oris sine ut*. Fortasse hæc conjectura Barthio placeret, legendum *Casus agit saxum, medii ut spiramen odoris Frangeret*; ut nasus saxo contractus intelligatur. Sed quæ sequuntur, lectionem communem magis probant: et contra gulam in hoc certamine agitur, non contra odoratum.

422. Erfurt., *frangeret, atra cavo*. Alcimus Avitus lib. i, *Recavo sic lingua palato*.

425. Non satis intelligitur cur gula resecta. Fortasse legere præstabit *lingua resectam dilaniata gulam*.

424. Gis. 1 edit., *frustis et sanguine complet*.

428. Fuld., Erfurt., *pocula pro fercula*. Præcesserat *pocula*. De ferculis hymn. 3 Cathem., vers. 16.

429. Ald., *nimis sub luxibus*, quod in Widm. glossæ vicem sustinet. Alii, *pro luxibus*, ut Piccarti codex et Vaticanus pures F, G, L, BB cum Ang., et nonnullis Heinsianis. Barthius cum suo ms. veritatem lectionis ait esse *nimis pro dulcibus aevi*: cui consentiunt præstantiores nostri, Mar., Alex., Rat., Vat. D, H. In Vienn. erat *dolcibus*, quod perverse factum est *doloribus*. Put., Thuan., Cauch.; Weitz., Gis. in contextu, pariter *dulcibus*. Præcessit *tristitia*, hoc est amara,

Mortis, et horrífico sapor ultimus asperet hau- A
 [stu. .
 Cæde ducis dispersa fugit trepidante pavore
 Nugatrix acies. Jocus, et Petulantia primi
 Cymbala projiciunt : bellum nam talibus armis
 435 Ludebant resono meditates vulnera sistro.
 626 Dat tergum fugitivus Amor : lita tela ve-
 [neno,
 Et lapsum ex humeris arcum, pharetramque
 [cadentem .
 Pallidus ipse metu sua post vestigia linquit.
 Pompa ostentatrix vani splendoris, inani
 440 Exuitur nudata peplo, discissa trahuntur
 Serta Venustatis, collique, ac verticis aurum
 Solvitur, et gemmas Discordia dissona turbat.
 Non piget attritis pedibus per acuta fruleta

Ire Voluptatem ; quoniam vis major acerbam
 445 Compellit tolerare fugam : formido pericli
 Prædurat teneras iter ad cruciabile plantas.
 627 Qua se cunque fugax trepidis fert cur-
 [sibus agmen,
 Damna jacent, crinalis acus, redimicula, vittæ,
 Fibula, flammeolum, strophium, diadema, monile.
 450 His se Sobrietas, et totus Sobrietatis
 Abstinet exuviis miles, damnataque castis
 Scandala proculcat pedibus, nec fronte severos
 Connivente oculos prædarum ad gaudia flectit.
 Fertur Avaritia, gremio præcineta capaci,
 455 Quidquid Luxus edax pretiosum liquerat, unca
 Corripuisse manu, pulchra in ludibria vasto
 Ore inhians ; aurique legens fragmenta caduci
 Inter arenarum cumulos : nec sufficit amplas

GLOSSÆ VETERES.

431. Horrífico, amaro potu, I.
 433. Nugatrix, inutilis. — Jocus, jocus cymbala
 projiciens fugit, I.
 435. Sistro, tuba, genus symphonice, I.
 436. Lita, arma uncta, I.
 440. Peplo, pallio, I.
 441. Serta, ligamenta capitis, I.
 447. Agmen, exercitus, I.
 448. Redimicula, ornamenta, I.

B 449. Fibula, virgine pallium, I.
 451. Miles, exercitus. — Damnata, nefanda, I.
 452. Severos, graves, I.
 454. Avaritia, philargyria, id est avaritia aurum inter
 arenas legit. — Gremio, sinu, I.
 455. Luxus, delectatio. — Unca, avara, I.
 456. In ludibria, in risum nobis Christianis sit, vel
 pecunias, I.

COMMENTARIUS.

431. Fuld., Widm. supra, Oxon., horrificos sapor
 ultimus asperet haustu. Plerique, horrífico sapor ulti-
 mus asperet haustu. Sed in Vat. H, Ald., Gis., Weitz.
 et aliis asperat. Sententia nota est, amaros esse vo-
 luptatis exitus.

433. In Ang., locus, corrige jocus. De nugis et acie
 nugatrice dictum hymn. 2. Cath. vers. 32.

434. Aliqui veteres scribunt proiciunt, ut Vienn.,
 Mar. et alii.

435. Erfurt., Fuld., prælia. Et Juvenalis quidem
 dixit meditari prælia, satyra 7, vers. 128 : Statua
 meditatæ prælia lusca. Sed in Prudentio jam præ-
 cessit bellum. De sistro vide comment. ad vers. 527
 et 528, lib. II contra Symmachum. Virgilius lib. VIII
 de Cleopatra : Regina in mediis patrio vocat agmina
 sistro.

437. Weitz. cum solo Widm., et lapsum humeris
 arcum. Sed cur hic hiatus admittendus erit, dissen-
 sientibus cæteris codicibus ?

438. Erfurt., liquit, non ita bene.

439. Rabanus Maurus de sacris Ordinibus cap. 12 :
 Pompam ambitionem, sive jactantiam, et his similia
 intelligi debere propheticus sermo demonstrat, cum di-
 cit : Væ qui opulenti estis in Sion, et confiditis in monte
 Samariæ : optimates capita populorum ingredientes
 pompaticè domum Israel. Sed Clemens et Prudentius,
 disertissimus atque Christianissimus poeta, in hac si-
 gnificatione pompam posuit in libro Psychomachie :
 Pompa ostentatrix, etc. Theodulfus episcopus Aure-
 lianensis de Ord. bapt. cap. 12 hæc ipsa verba ante
 Rabanum perscripserat.

442. Fuld., concordia dissona. Heinsiani, nostri
 præcipui, Alex., Vien., Mar., Vat. D, turbat ; alii tur-
 pat cum Aldo.

443. Barthius in suo ms. legit. artitis pedibus, quod
 explicat, contractis ob sensum doloris, et confirmat
 simili lectione in præfat. Psychom., artita colla pro
 attrita, quam eo loco explosimus.

444. Lucretius lib. VI de his qui exercentur in me-
 tallis eruendis, et ad id opus damnantur, Quos opere in
 tali cohibet vis magna. Eodem fere modo Prudentium
 locutum quoniam vis major, etc., observat Gifanius

Ind. Lucr. verbo VIS MAGNA, qui addit : Eum poetam
 Christianum, quia nunc, ut opinor, fere totum vindica-
 vimus a mendis innumerabilibus, addamus et aliquot,
 ut ita dicam, manticas. Intelligit Gifanius menda quæ
 in cit. Ind. emendare studuit. Qui asserunt Gifanium
 aliam operam illustrando Prudentio impendisse, for-
 tasse ex hoc loco decepti sunt. Quid sit vis major,
 explicant jurisperiti ad leg. Ex conducto ; leg. Si mer-
 ces, § Vis major, ff. Locat. ; leg. fluminum, § Servius
 quoque de damn. infect. Intelligunt, esse vim divinam,
 quæ accidit supra omnem hominum custodiam.

446. Ang., Ald., Gifanius Ind. Lucr., Widm. a se-
 cunda manu, perdurat ; alii, prædurat. Gifanius verbo
 PER contendit, hoc articulo juncta fuisse apud vete-
 res plurima quæ hodie vel in præ, vel aliter sunt
 commutata. Sed idem posset dici de articulo præ.
 Vide hymn. S. Vincentii vers. 178, ubi occurrit ver-
 bum præduro.

447. Mar., gressibus pro cursibus.

448. Vienn., non bene. crinalis. Damna intellige
 spolia. Pignoriis, de Servis pag. 195, agit de acu
 qua sustinebantur et figebantur capilli, quæ ab Apu-
 leio dicitur etiam acus crinalis lib. VIII Metam. Cala-
 mistrum erat acus major quæ calefacta intorquebat
 capillos.

452. Fuld., non fronte ; Weitz., ne fronte : neu-
 trum placet.

453. Weitzius, flectat, quia supra ne posuit. In
 Mar. ex conibente emendatum conivente. Huic versui
 succedit in Mar. et Rat. titulus Avaritia ; in Aldo
 Avaritiæ et Largitatis pugna ; in aliis Avaritia et Ope-
 ratio. In Vienn. hoc loco nullus titulus.

454. Rat., avarities. Recte alii, avaritia, producta
 ultima.

456. Mar., Rat., Alex., Vatt. G, H, O, pulchra in
 ludibria. Hoc voluisse credo Vat. C, et codicem Pic-
 carti pulchra illudibria, de qua voce amplius quæ-
 rendum censebat Weitzius. Duo Vatt. L, et BB, pul-
 chra et ludibria. Aldus cum aliis, pulchra ad ludibria.

457. Heinsius opinatur aurique legens ramenta,
 et agi de auro nondum excocto. Non probat.

- Implevisse sinus : juvat infarcire crumenis
460 Turpe lucrum, et gravidos furtis distendere
[fiscos :
628 Quos læva celante tegit, laterisque sinistri
Velat oprimento : velox nam dextra rapinas
Abradit, spoliisque unguet exercet aenos.
Cura, Fames, Metus, Anxietas, Perjuria, Pallor,
465 Corruptela, Dolus, Commenta, Insomnia,
[Sordes,
Eumenides variæ, monstri comitatus aguntur.
Nec minus interea rabidorum more luporum
Crimina persultant toto grassantia campo,
Matris Avaritiæ nigro de lacte creata.
470 Si fratris galeam fulvis radiare ceraunis
Germanus vidit commilito, non timet ense
Exerere, atque caput socio mucrone ferire,
De consanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius extinctum belli sub sorte cadaver
475 Aspexit si forte patris, fulgentia bullis

- 629** Cingula, et exuvias gaudet rapuisse
[cruentas :
Cognatam civilis agit Discordia prædam,
Nec parcat propriis Amor insatiatus habendi
Pignoribus, spoliatque suos Fames impia natos.
480 Talia per populos edebat funera victrix
Orbis Avaritia, sternens centena virorum
Millia vulneribus variis : hunc lumine adempto,
Effossisque oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare sinit, perque offensacula multa
485 Ire, nec oppositum baculo tentare periculum.
Porro alium capit intuitu, fallitque videntem,
Insigne ostentans aliquid : quod dum petit ille,
Excipitur telo incautus, cordisque sub ipso
Saucius occulto ferrum suspirat adactum,
B 490 Multos præcipitans in aperta incendia cogit,
630 Nec patitur vitare focos, quibus æstuat
[aurum,
Quod petit arsurus pariter speculator avarus.

GLOSSÆ VETERES.

459. Juvat, *delectat.* — Crumenis, marsupiiis : *crumenia sunt proprie fragmenta auri, I.*
460. Fiscos, *succulos, I.*
461. Læva, *sinistra, I.*
464. Cura, *multitudo vitiorum, quæ avaritia nigro creat lacte, I.*
468. Crimina, *peccata.* — Grassantia, *vastantia, I.*
469. Creata, *id est vitia, vel culpa, I.*
470. Fratris, *sui.* — Fulvis ceraunis, *rubris monilibus, vel lapillis : cerauna proprium nomen gemmæ, fulvum habens colorem, nam Græce fulgor, I.*
472. Exerere, *educere, vel eripere, I.*

475. Bullis, *gemmis, I.*
480. Talia, *avaritia plurimos sternit ; alios cæcos errare sinit, I.*
482. Hunc, *quemdam.* — Adempto, *ablato, I.*
485. Baculo, *baculum non permisit portare, I.*
486. Porro, *avaritia, dum aliquid ostendit, jaculo percutere vult ; capit.* — Intuitu, *decipit visu oculorum, I.*
489. Adactum, *infixum, I.*
490. Multos, *avaritia multos præcipitat in incendium, I.*
491. Focos, *ignes, vel tartareas pœnas Stygis.* — *Æstuat, coquitur, I.*

COMMENTARIUS.

459. Fuld., *implicuisse sinus*, minus bene. Pro *infarcire* alii *insecire*, pro *crumenis* vetusti nonnulli *cruminis*. Etymon *crumenæ* dicitur esse a *κρημύω*, quia sit pendula. Glossa non placet.

460. Fuld. pro *fiscos* habet *saccos*.

461. Veteres plerique legunt *laterisque sinistri*. Heinsius edidit *laterisque ministri*, sed cum nullam variantem lectionem promat, dubium est an id casu exciderit. Chamillardus Heinsio adhæsit.

462. Barthius, Heins., *opermento* ; Ang., *adoperto*, quod postremum aperte mendosum est. Plerique nostri *oprimento*.

465. In Rott. priore, *insomnia* ; sortes. Alii, *sordes*. Prudentius *sortes* egregie dicere potuit, si ludus iste quem *lotto* vulgo appellant, tunc temporis viguisset : cui non inepte accommodes hos duos versiculos : *Corruptela, dolus, commenta, insomnia, sortes, Eumenides variæ monstri comitatus aguntur.*

466. Ald., *Eumenides furia* ; alii, *Eumenides variæ*, et in Mar. *furia* est glossema. Pro *variæ* Fabr. et Gis. *varie*. Gallandius edidit *variæ*, sed in-notis putat esse vitiosam repetitionem *variæ*, cum ex singillatim prius recenseantur. Verum id nihili est : nam Eumenides illæ dicuntur esse *variæ*, hoc est inter se diversæ. Poeta imitatur Virgilium XII Æneid. vers. 536 : *Iræque, insidiæque dei comitatus aguntur.*

467. Boetius, fortasse imitatus Prudentium, avaritiam lupo comparavit lib. iv, prosa 3.

468. In Ald. et Mar. a prima manu error est *crassantia* ; ut in Vat. C, *cessantia* ; lege *grassantia*.

479. Sive *pigneribus*, sive *pignoribus* scribas, antiquos duces sequeris. Idem de *fames*, et *famis* assero. Scribunt *fames* Vatt. C, F, G, L, O, BB. Neque obicias versum non constare : nam Gifanius, qui Ind. Lucr. ex vet. cod. legit *fames*, inde colligit Prudentium in *es* finita sæpe facere brevia. Heinsius *famis*

magis approbat. Contra Giselinus reprehendit Aldum, quod aliquando hujusmodi nomina in *is* terminaverit, ut hymn. S. Hippolyti vers. 190, *omnis adorati Pubis, eunt, redeunt.* Quippe negat Giselinus, Prudentium ad consuetudinem veterum respexisse, qui istiusmodi nominativos per *es* et *is* aliquando extulerint. Pro *impia* Pal. *improba*. Albertus Eyb., qui in Margarita poetica locum poetæ nostro dedit, legit *fames inopia*, quod mendum est carmini repugnans.

480. Vienn., *generabat* pro *edebat* ex aliquo insulso glossemate.

481. In Rat. ex *avaritia* recenti manu factum *avarities*, frustra.

484. In Put. et Ang., *offendicula*. Alii melius *offensacula* : nam, ut observat Heinsius, lex metri rejicit *offendicula* : quod enim idem putat, Prudentium de his non fuisse valde sollicitum, qui priorem in *mitra* corripuerit, et in *rubigine* primam, id non est satis idonea causa ad lectionem regulis contrariam admittendam, relicta meliori : neque prima in *mitra* necessario est producenda. Cauchianus codex habet *secum errare facit*, non *sinit*.

487. In Mar. erat *quod cum petit*.

491. Ang., male, *auram* pro *aurum*.

492. Heinsius iterum e duobus vetustissimis defendere conatur *peculator* contra carminis leges, asseritque vix locum habere *speculator*. Verum non video cur ei non placeat Nebrissæ interpretatio : *qui videt res pretiosas incendio perire.* Jam pridem Ricciolus in Indic. syllab. controvers. monuit, ex mss. codd., teste Vossio, legendum *speculator*, non *peculator*. Aldus, Gis., Weitz., recentiores præterea cum nostris omnibus codd. Mar., Rat., Vienn., Alex., Ang., Vatt. C, D, F, G, H, L, O, BB, habent *speculator*. Bonon., mendose, *speculatum*.

Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta A
 Occupat interitu: neque enim est violentius ullum
 495 Terrarum vitium, quod tantis cladibus ævum
 Mundani involvat populi, damnetque gehennæ.
 Quin ipsos tentare manu, si credere dignum est,
 Ausa sacerdotes Domini: qui prælia forte
631 Ductores primam ante aciem pro laude
 [gerebant
 500 Virtutum, magnoque implebant classica flatu.
 Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,
 Ni Ratio armipotens, gentis Levitidis una
 Semper fida comes, clypeum objectasset, et
 [atræ
 Hostis ab incursu claros texisset alumnos.
 505 Stant tuti Rationis ope, stant turbine ab omni

Immunes, fortesque animi: vix in cute summa
 Præstringens paucos tenui de vulnere lædit
 Cuspis Avaritiæ, stupuit lues improba, castis
 Heroum jugulis longe sua tela repelli:
 510 Ingemît, et dictis ardens furialibus infit.
632 Vincimur, heu! segnes, nec nostra po-
 [tentia perfert
 Vim solitam; languet violentia sæva nocendi,
 Sueverat invictis quæ viribus omnia ubique
 Rumpere corda hominum: nec enim tam fer-
 [rea quemquam
 515 Formavit natura virum, cujus rigor æra
 Sperneret, aut nostro foret impenetrabilis auro,
 Ingenium omne neci dedimus, tenera, aspera,
 [dura,

GLOSSÆ VETERES.

493. Mortalia, *homines*, l.
 494. Violentius, *fortius*, Iso, Mar.
 501. Fors, *forsitan*, Mar.
 504. Alumnos, *filios*, l.
 505. Tuti, *securi*. — Ope, *adjutorio*, l.
 507. Paucos, *de militibus*, Iso.

509. Jugulis, *pectoribus*, l.
 510. Ingemît, *stupuit, vel ingemuit*, l.
 515. Formavit, *duravit*. — Rigor, *duritia*, l.
 517. Ingenium, *hominum*. — Tenera, *omnem ætatem dicit*, l.

COMMENTARIUS.

493. Vienn., male, *omnem hominem rapit*.
 494. In vulg., *neque enim est*. Heinsius aliquando putaverat *neque ea violentius ullum*. Postea ex scriptis agnovit hiatum. Giselinus, *neque enim est*, quod placet. Ald. et Weitz. cum mss., *neque est*.
 497. *Si credere dignum est* ex Virgilio in *Georgic*.
 498. Erfurt., *fortes*, non male, pro *forte*. Nescio cur Nebrissa dubitaverit de quibus sacerdotibus veteris legis poeta loquatur: nam clarissimum est de sacerdotibus novæ legis sermonem esse, cum pugna virtutum et vitiorum in anima Christiana describatur. At Chamillardus de ecclesiastico ordine mentionem haberi lubentius autumat, quod Prudentius in luxuriæ pugna objurgaverit Hispanorum fastum, qui consiliis sacerdotum non obtemperabant. Equidem nihil video in eâ pugna ex quo argui possit, Prudentium objurgasse Hispanorum fastum, aut Hispanos sacerdotum consiliis non obtemperasse, nisi forte quod animadversum est ad versum 310. Sed aliud est in Hispania ob regionis ubertatem collocari posse *organa*; ut dicebat Giselinus, *luxuriæ*, aliud quod Prudentius luxuriam Hispanis potissimum exprobraverit, quod non nisi temere affirmabitur. Chamillardus vero cum videret vulgo objici Hispanis fastum, Prudentium, de luxuria loquentem, interpretatus est ad fastum Hispanorum respexisse. Atqui fastus sive superbiæ vitium non eo loco a Prudentio exagitur, sed luxuria et quæ inde nascuntur vitia, jocus, petulantia, lascivus amor. Nemini autem venerit in mentem, hæc vitia Hispanorum fuisse aut esse propria, cum in omnibus æque terris dominantur. Imo qui geographicas institutiones tradunt, quamvis faciles sint in vitiis virtutibusque pro libitu unicuique genti assignandis, tamen virtutem luxuriæ ejusque vitiis contrariam, nullius gentis propriam esse jactant.

499. Widm. supra, *primi ante aciem*. Neque id displicet.

501. Post hunc versum Mar. et Rat. pro titulo *Ratio*.

502. Weitzius ex M. Bergio observat, fortasse aludere poetam ad rationale Mosaicum, quod erat in pectore pontificis, suo ornatu induti. Ego nihil aliud hoc loco reperio, nisi Prudentium ecclesiasticorum famæ consuluisse, etiam dum avaritiæ crimen eis aliquatenus objicit. Sane de ratione, et mente, quibus sacerdotes sui temporis præstabant, multa vere poterat prædicare, cum nullo tempore doctiores in Ecclesia viri floruerint. Qui hac tempestate nostra

B passim, et licenter adversus ecclesiasticum ordinem debacchantur, Prudentii exemplo moniti, modestiam in ejus ordinis vitiis objurgandis poterant discere. Avaritiam vero sacerdotibus tanquam vitium eorum magis peculiare plures affingunt, certe vehementer reprehendunt. Hieronymus jure suo acrius in avaritiam ecclesiasticorum invehitur epist. 52 ad Nepotianum de vita clericorum et monachorum, quem legere juvabit. Nam quod Ammianus lib. xxvii ostentationem cupiditatemque Romanis pontificibus sæculi iv objicit, id ab homine ethnico confictum liquet, ut detraheret auctoritati, *qua potiuntur æternæ vobis episcopi*, ut loquitur lib. xv:

503. Erfurt., *objectaret*; sed *objectasset* poscit sensus, et postea sequitur *texisset*.

506. Fuld., *fortesque animo*; elegantius est *animi*.

507. Meliores Heinsiani, Barthius, Egm., Fuld., Widm., *præstringens* cum Rat., cujus glossa est *parum vulnerans*, Weitzio, et aliis. Ald., Gis., Ang., Mariett., Vat. C. alique, *perstringens*. Utrolibet modo recte dixeris, et fortasse Prudentius alio loco *præstringo*, alio *perstringo* scripsit, ut nihil dicam de exscriptoribus etiam vetustissimis, qui sæpius scribendi rationem arbitrato suo reformabant.

508. Vienn., *cassis mendum pro castis*. De *lucæ* sive *luis* vide vers. 479 in *fames*.

510. Fuld., *inguit*; cæteri, *infît*.

511. Giselinus, cum Ald. et ed. Daventriensi *præfert* melius putat quam *perfert*. Sed Aldus Weitzio, Heinsio, et mihi ait *perfert*. Hoc quoque argumentum est duplicis editionis Aldinæ. Verum Weitzius nunc lectionem eandem ac nos exhibet, aliis in locis diversam. Sæpe quidem accidit, aliquam lectionem cuidam auctori attribui, cujus vere non est: sed ejus nomen excidit, cum alius esset nominandus. Weitzius habet *refert* cum Widm. In Fuld., *profert*; in Cauch., *præfert*. Heinsiani omnes, Fabr. Widm. supra, nostri plerique, *perfert*, quod bene cum sententia procedit.

513. Erfurt., Vat. C a prima manu, *duravit*. In hoc Vat. supra *formavit*. Giselinus ad oram, *duravit*. In Fuld., *vigor æra*. Giselinus ex plerisque mss. *præfert rigor*: nam *dura rigere*, non *vigere* dicuntur,

517. Imitatio Maronis in *Georg.*, *Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum*. Sententiam eandem amplexus est Horatius lib. ii, sermone 3: *Omnis enim res, Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris Divitiis parent*.

Docta, indocta simul, bruta, et sapientia, A 530
[necnon
Casta, incesta meæ patuerunt pectora dextræ.
520 Sola igitur rapui, quidquid Styx abdit avaris
Gurgitibus: nobis ditissima tartara debent,
Quos retinent, populos: quodvolvunt sæcula
[nostrum est:

Quod miscet mundus, vesana negotia, nostrum.
Qui fit, prævalidas quod pollens gloria vires
525 Deserit, et cassos ludit fortuna lacertos?

633 Sordet Christicolis rutilantis fulva monetæ
Effigies, sordent argenti emblemata, et omnis
Thesaurus nigrante oculis vilescit honore.

Quid sibi docta volunt fastidia? Nonne trium-
[phum

GLOSSÆ VETERES.

518. Bruta, *stulta*, I.
519. Incesta, *immunda*, I.
520. Styx, *infernus, ad infernum vadit*, I.
521. Gurgitibus, *fluminibus*, I.
523. Quod miscet, *quod agit mundus mali*, I.
524. Vires, *virtutes suas*, I.
525. Cassos, *inutiles*. — Ludit, *delusa est*. — Fortuna, *felicitas nostra*, I.

- B 526. Fulva, *rubra*, I.
527. Emblemata, *figuræ, vel abundantie*, I.
528. Nigrante, *dispecto*, I.
532. Haudquaquam, *nequaquam*, I.
533. Flammante, *ardente*, I.
534. Infamem, *detestabilem*, I.
535. Numinis, *deifici*, I.
539. Succubuit, *scilicet nostra suggestione*, I.

COMMENTARIUS.

522. In Mar., *retinet*, recenti manu scite correctum per *retinent*.

523. In Rat. desideratur est, ut in plerisque editis et mss. In Ald. et Ang. exstat *nostrum est* eodem modo ac in versu superiori.

524. In Rat. fuit *quid fit*, sed factum est *qui fit*. In Mar., *qui*; ad oram, *vel quid est*. Sich., editi nonnulli, *quid*, cum Bong., ubi *quid sit*. Plerique, *qui fit*. Ang. et Vat., C, *quid fit*.

526. Ang., *forma moneæ*; lege *fulva*.

528. Weitz., *migrante*, ex Piccarti cod.; alii omnes, *nigrante*, quæ verior est lectio.

529. Ang., *fastigia*, non absurde, pro *fastidia*. Nebrissensis explicat homines, qui thesauros fastidiunt. Intelligi potest *docta fastidia, docti homines*, scilicet sacerdotes, de quibus nunc agitur, fastu, et superbia ob doctrinam elati, aut etiam pecuniam fastidientes. Ald., Alex.; Vatt. E, O, Mar., Rat., Vienn., Weitz., præcipui Heinsiani, alique, *nonne triumphum Egimus ex Schariot*. In quibusdam *egimus e Scharioth*. Mendose in Vat. G, *egimus Excarioth*; et in Ang., *Ex Scharioth egimus*. Giselinus nescio quo auctore in textu, *nonne triumpho Egimus Ischarioth*. Idem in marg. 2 edit., et in textu 1 edit., *nonne triumphum Egimus e Scharioth*. Gifanius, *triumphos egimus ex Scarioth*: nam ita veteres locutos affirmat. Vide Indicem Lucretii verbo *VESTIS*.

530. Weitz., Vatt. C, G, O, Pal. a secunda manu, *summus*, cum Sich., Vienn.; et Mar. a secunda recenti manu. Cæteri nostri et præstantiores Heinsiani cum Aldo, Giselino et aliis, *magnus*. Casus gignendi cum *magnus*, ut notatum est hymno 12 Cath., vers. 77. Heinsius observat Judam non fuisse *summum* discipulum Christi, adeoque penitus explodendam lectionem *summus*. Sed cum avaritia hoc loco orationem habeat, fortasse poeta eam inducere voluit falsis laudibus suum præclarum alumnum cumulantem. Ex Weitzii opinione, qui *summus* edidit, id ironice dici, ubi legerit Teolius, non invenio.

531. Vienn., Fuld., Widm., *foedera mensæ*.

532. Ita habent vetustiores Heinsiani. In Put., *dextraque parabside jungit*; et sic multi scribunt *parabside*. Nostri etiam, Mar., Rat., Alex.; Vatt. C, D, G, O; *dextramque parapside jungit*. In Vienn. eodem modo, sed desideratur conjunctio *que post dextram*. Consonant nostris Gifanius Ind. Lucr. in *VESTIS*, et

Egimus e Scarioth? magnus qui discipulorum
Et conviva Dei, dum fallit foedere mensæ
Haudquaquam ignarum, dextramque parapside
[jungit,

634 Incidit in nostrum flammante cupidine
[telum,

Infanem mercatus agrum de sanguine amici

535 Numinis, oblioso luiturus jugera collo.

Viderat et Jericho propria inter funera, quantum
Posset nostra manus; cum victor concidit
[Achar,]

Cædibus insignis, murali et strage superbus,
Succubuit capto victis ex hostibus auro:

540 Dum vetitis insigne legens anathema favillis,
Moesta ruinarum spolia insatiabilis haurit.

Weitzius. Ald. et Fabr., *dextramque parapside tingit*. Giselinus, *dextramque paropside jungit*, ad oram *tingit*. Multa Heinsius de orthographia hujus vocis *parapsis*, quam præfert *paropsidi*, quamvis lateatur quosdam ita distinguere, ut *paropsis* sit scutella *escaria*, *parapsis* ἐπιβάριον vel ὀψοβάριον. In glossariis veteribus *parapsis* est acetabulum majus et suffusorium, quod aliqui catinum appellant. Apud S. Isidorum, Etymol. lib. xx, cap. 4, est *quadrangulum et quadrilaterum vas, id est, paribus absidis*. Alii scribunt *absidibus*, et Paulinus dubitabat, *absis* an *absida* dici deberet. Barthius ex suo codice legit *paropside jungit*, ac negat legi posse *tingit*: non enim manum tingebat in patina, sed huic utique jungebat. Sed fortasse argute diceretur, Judam manum ipsam in patina *tinxisse*, ut sordes hominis notarentur.

534. Judæ ascribit, mercatum fuisse agrum de sanguine amici, quod acceptis ab eo argenteis principibus sacerdotum, et seniores illum fuerint mercati. Notandum etiam est loqui avaritiam, ex cujus ore non mirum est, si diverso modo, ac evenerunt, res enarrentur. Sed Prudentius potius respexerit locum ex Act. apostol. 1, 18: *Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius*. Ubi Judas dicitur figurate possedissee agrum, quia pretio, quod ipsi datum est, emptus est ager.

535. Aldus, *eliso*; alii, *obliso*. Vide supra comm. ad vers. 531.

537. Rat., *decidit*; alii, *concidit*. Pro *Achar* vel *Achar* nonnulli *Acham*.

538. Ang., *murali strage sine et*.

D 539. Historiam hanc de Achar, sive, ut in Vulgata editione legitur, *Achar*, lege cap. vii Josue, vers. 1 et seqq.

540. De voce *anathema* et quantitate penultima magna est controversia. Alii censent semper corripendam, sive donarium sacrum, sive *excommunicationem* significet. Alii corripendam docent, cum accipitur pro excommunicatione, producendam, quando rem quæ Deo consecrata est significat: nam tunc Græce per *η* scribitur, ut cap. cit. Josue aliisque in locis sacrae Scripturae. Ricciolius Ind. syllab. contr. cum Carolo Stephano et Suida tenet, utrovis sensu corripit et produci posse, cum utrovis sensu per *η* et per *ε* possit scribi.

541. Vienn., *festæ*; alii, *mœstæ*. Non absurde *festæ*

- Non illum generosa tribus, non plebis avitæ .A
 Juvit Juda parens, Christo quandoque propinquo
 Nobilis, et tali felix patriarcha nepote.
- 545 **635** Queis placet exemplum generis, placeat
 [quoque forma
 Exitii : sit pœna eadem, quibus et genus unum
 [est.
 Quid moror aut Judæ populares, aut populares
 Sacricolæ summi (summus nam fertur Aaron)
 Fallere fraude aliqua, Martis congressibus im-
 [par ?
- 550 Nil refert, armis contingat palma, dolisve.
 Dixerat, et torvam faciem, furialiaque arma
 Exiit, inque habitum sese transformat hone-
 [stum.
 Fit virtus specie, vultuque, et veste severa, B
 Quam memorant frugi, parce cui vivere cordi
 [est,
 555 Et servare suum : tanquam nil raptet avare,
- Artis adumbratæ meruit, ceu sedula, laudem.
636 Hujus se specie mendax Bellona coaptat,
 Non ut avara lues, sed virtus parca putetur :
 Necnon et tenero pietatis tegmine crines
 560 Obtegit anguinos, ut candida palla latentem
 Dissimulet rabiem, diroque obtenta furori,
 Quod rapere, et clepere est, avideque abscon-
 [dere parta,
 Natorum curam dulci sub nomine jactet.
 Talibus illudens male credula corda virorum
 565 Fallit imaginibus ; monstrum ferale sequuntur,
 Dum credunt virtutis opus : capit impia Erin-
 [nys
 Consensu faciles, manicisque tenacibus aretat.
 Attonitis ducibus, perturbatisque manipulis,
 Nutabat virtutum acies errore biformis
 570 Portenti, ignorans, quid amicum credat in illo,
 Quidve hostile notet : lethum versatile, et an-
 [ceps

GLOSSÆ VETERES.

543. Christo, *adventum Christi dicit*, I.
 544. Nepote, *Christo*, Iso.
 545. Generis, *male operandi*, I.
 546. Exitii, *perditionis*. — Eadem, *una*, I.
 549. Fraude, *in fabricatione vituli*. — *Impar, id est, Levita pugnare non debuit*, I.
 550. Nil refert, *nulla discretio est*, I.
 553. Severa, *gravis*, I.
 554. Parce vivere, *vel filiis servare*, I.
 556. Artis, *parcitatatis*, Iso.
 557. Coaptat, *conjungit*, I.
560. Obtegit, *renitens paulisper avaritia*. — *Anguinos, serpentinos*. — *Latentem, sub specie bonitatis*, I.
 561. Rabiem, *formam*, I.
 562. Clepere, *cleps fur dicitur : inde clepere, id est furari*. — *Parta, parata*, I.
 565. Imaginibus, *formis*. — *Ferale, mortale*, Iso.
 566. Capit, *decipit*, I.
 568. Attonitis, *virtutum acies dubitat, avaritiam non plene cognoscens*. — *Ducibus, virtutibus*. — *Manipulis, vexilliferis*, I.

COMMENTARIUS.

- dicuntur spolia quæ tulit *de anathemate*, etc.; C
mæsta vero ex effectu.
543. Fuld., *propinquus*, minus bene. Annotator edit. Colon. in *Juda* advertit correctum a Sichardo, sed legi non potuisse. In edit. Basil. anni 1527, ubi ad oram inveniuntur omnes correctiones Sichardo ascriptæ, invenio *jura* ad marginem pro *Juda*.
545. Vienn., *placet his quoque forma*. Sensus magis postulat *placeat quoque*.
548. Avaritia Christianos sacerdotes vocat populares Aaron eodem jure quo diaconi vocantur levitæ. Confer ea quæ contra avaritiam profert operatio vers. 606 seq.
550. Vienn., *nil distat*; quæ est glossæ in Marietti codice. Avaritia, Martis congressibus impar, ad dolum convertitur. Sententia Virgiliana est lib. II *Æneid.*, *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?* Dolus ipse ex eodem Maronis loco adumbratus est, ubi Trojani sua arma cum Græcorum armis commutarunt, ut inter hos admixti facilius stragem ederent. Vitia autem specie virtutum sæpe fallere notius est quam D
 ut probari debeat. In Vat. C corrige mendum *nil referet*.
553. In Mar. et Rat., *cultuque, et veste severa*. Weitzius cum Erf. et Widm. *vultuque, et voce severa*: sed in Erf. et Widm. supra, *veste severa*. Heinsius putavit Weitzium ex Egmondano protulisse *et voce, eumque falli, cum in Egm. sit vultuque, et veste, cum Aldo et reliquis Heinsianis, excepto priore Rott., in quo est et voce*. Sed in eo errat Heinsius, quod *Erfurtensem* codicem, a Weitzio laudatum per E, crediderit esse *Egmondanum*, qui per *Eg.* a Weitzio laudari solet. Heinsius præfert *vultuque, et voce severa*, quia hæc duo Prudentius amat conjungere, ut in hymno S. Romani, vers. 720. *Vultu, et severis vocibus sic increpat*. Exemplum non placet, quia res est
 valde diversa; et Prudentius videtur præ oculis habuisse Juvenalis locum satyra 14: *Fallit enim vitium specie virtutis, et umbra, Cum sit triste habitu, vultuque, et veste severum*. Quod cum Weitzius adverterit, non video cur ipse legerit *vultuque, et voce severa*. Cell. et Teol. ab Heinsio recedunt. In margine edition. Colon. ex cod. ms. *voce est* pro diversa lectione.
554. Rat., *memorent*.
555. Juvenalis satyra cit., *Nec dubie tanquam frugi laudatur avarus, Tanquam parcus homo, et rerum tutela suarum*.
556. Ang., *mendose, ceu scedula*.
557. Avaritiam Bellonam vocat tanquam hujus belli deam; mendacem vero, quia facta est virtus specie.
560. Apud alios *anguineos* reperies, apud alios *anguinos*.
561. Bong. et Erf., *formam*; supra *rabiem*. Ald., *intenta furori*.
562. Vienn., *et rapere est*. Græcis κλέπτως est fur, a quo κλέπτειν, et Latine *clepere*.
563. Vienn., contra legem carminis, *jacit*. Ald. et Vat. C, *jactat*. Mar., Rat., Widm., *lactet*; plerique *jactet*.
565. Vienn., Ang., Vat. C, obsistente metro, *monstrumque ferale*: quod Weitzius edidit secutus solum Bong., ac professus, in reliquis esse *monstrum ferale*.
566. In re simili Hamartig. vers. 427: *Sub fœdere falso Tristis amicitia primùm socia agmina credunt, ex Virg. lib. II Æneid.* In Aldo error est *caput pro capit*.
571. Ald. et Fabr., *voçet*; alii, *notet*. Vienn., *notet lævum*, non bene. Nebrissa in *anceps* notat *scilicet erat*. Alii cum Giselino aliter distinguunt, ut *lethum lubricet incertos visus*.

Lubricat incertos dubia sub imagine visus. **A**
637 Cum subito in medium frendens Opera-
 [tio campum
 Prosilit auxilio sociis, pugnamque capessit
 575 Militiæ postrema gradu, sed sola duello
 Impositura manum, ne quid jam triste super-
 [sit.
 Omne onus ex humeris rejecerat, omnibus ibat
 Nudata induviis, multo et se fasce levarat :
 Olim divitiis gravibusque oppressa talentis ,
 580 Libera nunc miserando inopum, quos larga be-
 [nigne
 Foverat, effundens patrium bene prodiga cen-
 [sum.
 Jam loculos ditata fide spectabat inanes,
 Æternam numerans redituro fenore summam. **B**

GLOSSÆ VETERES.

573. Operatio, largitas pugnat contra avaritiam, et spolia ejus pauperibus erogat, I.
 574. Pugnam, bellum, I.
 575. Militiæ, exercitus, I.
 576. Triste, acerbum, I.
 578. Induviis, indumentis, I., Mar.
 583. Fenore, pignore, I.
 584. Virtutis, operationis, I. — Impos, impotens,

Horruit invictæ virtutis fulmen, et impos
 585 **638** Mentis Avaritia stupefactis sensibus hæsit,
 Certa mori : nam quæ fraudis via restet, ut ipsa
 Calcatrix mundi, mundanis victa fatiscat
 Illecebris, spretoque iterum sese implicet : ro ?
 Invadit trepidam virtus fortissima duris
 590 Ulnarum nodis, obliso et gutture frangit
 Exsanguem, siccamque gulam : compressa li-
 [gantur
 Vincla lacertorum sub mentum, et faucibus arctis
 Extorquent animam : nullo quæ vulnere rapta
 Palpitat, atque aditu spiraminis intercepto
 595 Inclusam patitur venarum carcere mortem.
 Illa reluctanti genibusque, et calcibus instans,
 Perfodit et costas, atque ilia rumpit anhela.
 Mox spolia extincto de corpore diripit, auri

COMMENTARIUS.

572. Fabr., Egm., Bong., *incertus*; tunc distinctione Nebrissæ utendum est, quanquam ipse Nebrissa intelligit, aciem lubricare incertos visus. Post hunc versum in Mar. et Rat. titulus est *Operatio*.

573. Ald., *dum subito*. Fuld., *tum subito*. In antiquis editis, *miseratio*; in mss., *operatio*. Sichardus ante Giselinum hanc vocem restituit. Alcinius Avitus de Laude virginitatis eadem voce utitur, et alii antiquiores, Tertullianus, Cyprianus, Optatus Milevitanus, Paulinus; de qua voce confer Rosweydam in not. ad S. Paulinum pag. 765 et seqq. ad verba *FIDELIUM OPERATIO*. Hinc opera misericordiæ, et titulus libri S. Cypriani de Opere et Eleemosynis. Origo nominis, ut nonnulli putant, ex Marci XIV, 6 : *Bonum opus operata est*.

574. Weitzius cum Bong. et Erf., *capescit*. Scribendum cum cæteris *capessit*.

575. In vetustiore Boh., *prima duello*, quod Gallandius in notis sibi placere ait, quod præcesserit *postrema*.

576. Fabr., *tam triste*. Barthius, lib. XII Advers., cap. 41, ex hoc loco observat, Christianos *manum imponere* simpliciter usurpasse pro *absolvere* : *Extremam manum imponere* veteres dicebant, vel *summam*, aut *supremam*.

577. Vienn., *dejecerat*; melius *rejecerat*.

578. Ald., Fuld., Vat. C., *exuviis* pro *induviis*, cujus glossa in Mar. est *indumentis*. Bong., Vat. C., *multo se fasce levarat*. Vat. H., male, *induviis, multo et fasce levarat*; nec melius Vat. G., *induviis, et multo se fasce levarat*. Imitatio est Maronis ecl. 9, *Ego hoc te fasce levabo*.

580. Ald., Widm. supra, Bong., *miserando* in nonnullis vulg., *inopes*.

581. Vienn., *male prodiga*. Sensus omnino postulat *bene prodiga*.

582. Put. et Thuan., *ditata fidem*, quem Græcismum nostri præcipui, Alex., Mar., Rat., alique non agnoscunt: neque agnoverant alii ante Heinsium, qui illum expressit. In Erfurt., *aspectabat inanes*.

583. Rat., *æternam memorans*. Weitz. cum solo Erfurt. a vet. manu, *reddendo*, minus bene. De fenore in cælis redituro vide Matth. XIX, 21 et 29.

584. Ald. et vet. edd., *fulmen inopsque*, quod in Erfurt. glossam refert pro *impos*. In Vat. C. et Sich.,

Mar.

585. Hæsit, dubitavit, I.

587. Calcatrix, operatio. — Fatiscat, deficiat, I.

590. Nodis, brachiis. — Obliso, arctato, I.

591. Gulam, guttur, I.

593. Rapta, rupta, I.

596. Illa, largitas avaritiam genibus, et calcibus perfodit, I.

fulmen et inops, quod respuit ratio carminis. In aliis *impos*, cujus glossa in Mar. *impotens*.

585. In Rat. corrector aliquis inepte *avara lues* pro *avaritia*; putaverat fortasse, ultimum *a* in *avaritia* carmini obstare.

586. Erfurt., *fraudi*, quod non displicet Heinsio, qui eam lectionem ex Egmondano petit, nisi male intellexerit Weitzium, qui solum Erfurtensem per E. allegat. Vid. not. adversus 555 et 593. Aldus, Gis., Bong., Ang., Vat. C., *restat*. Heinsiani, Mar., Rat., Alex., Weitz. alique, *restet*.

587. *Calcatrix* ut *amarix*, et similia. Calpurnius usurpavit *calcator*. Apud Weitzium in glossa mendum est *speratio* pro *operatio*.

590. Aldus, *eliso gutture*. Weitzius, *obliso robore*, cum Widm., in quo supra est *guttore*. Legere præstat cum aliis *obliso gutture*.

591. Erfurt., *compressa ligabat Vincla lacertorum sub mentum faucibus arctis*. Bong., Ang., *compressa ligabant*.

593. Vienn., *sanguine rupto*; Rat., Boher. vetustior, Widm. a secunda manu, *rupta*. Weitz. cum Erfurt. (non Egmond., ut Heinsius putavit) scribere voluit *rumpita*, quod abhorret. Egmondanus et alii Heinsiani, *rapta*, quod habet Mar., Ald., Gis., Vat. C. et alii. Pal., Barth., *raptam*, velut dicat (inquit Barthius) *instar talis*, quomodo sæpissime loquitur Apuleius.

594. Ven. Beda, lib. de Arte metrica, asserit veteres extulisse *interecepto*, ut quinta sede dactylus locaretur, quod non persuadet. Vide not. ad vers. 98.

596. Erf., Vienn., *genibus, et calcibus*.

598. Nostri præstantiores. Alex., Mar., Rat., alique, *extincto*, probe. In Put., *exuncto*, in Erf., *exuto*, quod in Egm. exstare ait Heinsius, qui fortasse deceptus est Egmondanum accipiens pro Erfurtensi, quem Weitzius laudat. Fallitur etiam Chamillardus, qui *extincto* legi in ms. regio Parisiensi, sive Put. affirmat. Heinsius putat legendum *exuto*, quia Prudentius eo verbo in re simili usus est, et idem Paulinus, et Tertullianus usurparunt. Sed ea ratio non est satis efficax: siquidem similia exempla in *extincto* possent proferri. Barthius legit *exuncto*. Cellarius ex Heinsii conjectura *exuto*. Suspicio antiquum esse verbum *exucto*, quod etiam lego in Helpidio: *Curva*

- 639 Sordida frusta rudis, nec adhuc fornace A
[recoctam
600 Materiem : tineis etiam marsupia crebris
Exesa, et virides obducta ærugine nummos
Dispergit servata diu, victrix et egenis
Dissipat, ac lenues captivo munere donat.
Tunc circumfusam vultu exsultante coronam
605 Respiciens, alacris media inter millia clamat.
Solvite procinctum, justi, et discedite ab armis :
Causa mali tanti jacet interfecta, lucrandi
Ingluvie pereunte, licet requiescere sanctis.
Summa quies nil velle super, quam postulet usus
610 Debitus : ut simplex alimonia, vestis et una
640 Infirmos tegat, ac recreet mediocriter
[artus,
Explētumque modum naturæ non trahat extra. B
Ingressurus iter peram ne tollito, neve
De tunicæ alterius gestamine providus ito :
615 Nec te sollicitet res crastina, ne cibus alvo

- Defuerit : redeunt escæ cum sole diurnæ.
Nonne vides, ut nulla avium eras cogitet, ac se
Pascendam, præstante Deo, non anxia credat?
Confidunt volucres victum non defore viles,
620 Passeribusque subest modico venalibus asse
Indubitata fides, Dominum curare potentem,
Ne pereant : tu cura Dei, facies quoque Christi,
An dubitas, ne te tuus unquam deserat auctor?
Ne trepidate, homines : vitæ dator, et dator
[escæ est.
625 Quærite luciferum cœlesti dogmate pastum,
641 Qui spem multiplicans alat invitiabilis ævi,
Corporis immemores : memor est, qui condidit
[illud,
Suppeditare cibos, atque indiga membra fovere.
His dictis curæ emotæ, metus, et labor, et vis,
630 Et scelus, et placitæ fidei fraus inficiatrix,
Depulsæ vertere solum. Pax inde fugatis
Hostibus alma abigit bellum, discingitur omnis

GLOSSÆ VETERES.

601. Nummos, *denarios*, I.
603. Teneis, *pauperes*, I.
606. Procinctum, *parationem belli, vel conventum*, I.
609. Postulet, *indiget*, I.
611. Recreet, *sustinet*, I.
614. Tunicæ alterius, *significant igitur duæ tunicæ
dubitationem fidei; ut qui Christum induit, vestimenta
perfidia non attingat*, I.
615. Nec te sollicitet, *sufficit diei sua malitia*, I.

617. Ut, *quomodo*, I.
622. Facies, *imago*, I.
625. Lucifluum, *luciferum*, Iso.
626. Invitiabilis, *inviolabilis vitæ*, Iso.
628. Suppeditare, *dare*. — Indiga, *egentia*. — Fo-
vere, *refocillare*, I.
630. Inficiatrix, *negatrix, corruptrix*, I.
631. Depulsæ, *omnes*. — Solum, *pulverem terræ*, Iso.
632. Discingitur, *discessit*, I.

COMMENTARIUS.

nec exucto sulcabitur ore senectus; et fortasse inde C
Hispani dicunt *enjuto* id quod siccum est, et quasi
sine succo. Fortasse etiam *exucto* est quasi *exsucto*
ab *exsugo*.

599. Erf., Barthii codex, Palat., *recocta*, minus
bene.

600. Put., *materiam*. Idem et Egm., *tiniis*, quod
alias in optimis exemplaribus ita exaratum Heinsius
invenerat. Puteanus etiam scribit *marsupia*. Nos or-
thographiam communiorem sequimur. Aldus, men-
dose, *cinctis*, pro *tineis*. Idem Ald., Gis., Weitzius,
etiam, neque dissentit Heinsius. Fortasse verior est
lectio Vienn. et aliorum, *tineis et jam marsupia*;
sæpe in codicibus veteribus dictiones conjunguntur,
ut non facile appareat quandoque, sitne una, an
duplex.

601. Fuld., Widm.: *supra, subducta ærugine*.

604. Bong., Sich., *multum exsultante*, nullo sensu.
Ex Fuld., *tum pro tunc* notat Weitzius.

606. Rat., *justi discedite sine et*.

607. Codex Barthii mendosus hoc loco *causa mili-* D
tanti.

608. Mar., Sich., Bong., *illuvie*; rectius, *ingluvie*.

609. Weitz., *supra quam*. Ald., Gis., Ang., alii,
postulat. Vide Columbanum carmine contra Avari-
tiam. Sententia aurea est, sed pervulgata, magisque
in ore hominum quam in vita conspicua.

610. Ald., *et simplex*. Votum hoc est Pauli epist. I
ad Timoth. vi, 8 : *Habentes autem alimenta, etc.* Ve-
stis una etiam exprimitur ex consilio evangelico
Matthæi x, 9 et 10.

612. In Fuld., *non trahat ultra*. In edit. Colo-
niensi ad marginem lego Ald. *naturam*. Explicari po-
test, Non trahat extra naturam. Sed Aldus meus ha-
bet *naturæ*. Rarsus duplex editio Aldina conjici
potest.

615. Erf., *non tollito*. Fuld., *nec tollito*, non ita
bene. Expressa sententia est ex Evangelio Matth. loc.
cit.; Marc. vi, 8 et 9; Luc. ix, 5; et xxii, 55.

614. Heinsiani, et nostri præcipui, *ito*, cum Sich.,
Weitz. et aliis. Ald., Gis. in textu, *esto*, quod est
glossema in Erfurt. Weitzius excudit *tonicæ*, quia ita
legit in Bong., quod ridiculum est.

615. *Æmulatus est nostrum Columbanus: Nec te
sollicitet circumflua copia rerum*. Albertus. Eyb non
bene, *ne te sollicitet*, pejus vero vers. seq. *deserit
pro defuerit*.

616. Egm., Erf., Palat., Barthius, *cum sole diurno*.

619. Oxon., *non defore vitæ*. Vide Matth. vi, 26,
et x, 29.

623. Tres vetustiores Heinsiani, Pal., Weitz.,
Barthius, Vat. H, *addubitas*. Ald., Gis., Ang., Vatt.
C, F, G, O, et Albertus Eyb., *an dubitas*. Mar., Rat.,
Alex., Sich., Bong., Widm., *at dubitas*. Fuld., *ast
dubitas*. Vienn., *nec te*, male, pro *ne te*. Idem *deseret
pro deserat*.

624. Ald., Bong., *vitæ dator est dator escæ*. Ita
Eyb in Margarita poetica. In Aldo male interpungi-
tur *vitæ dator, est dator escæ*. In Vat. C, *vitæ dator,
et dator escæ* deest verbum substantivum est.

625. Weitzius cum solo Widm. a prima manu,
quærite lucifluum. Glossa Isonis diversa est lectio.

626. Erfurt., Ald., *alit*. Mar., Rat., Alex., Vat. H,
Barthius, Put., Weitzius, Heins., Widm. a prima ma-
nu *invitiabilis*. Rott. prior. Vienn., Sich., *insatiabilis*.
Heinsiani plerique, Ald., Erfurt., Widm. supra, Ang.,
Vat. G, Eybelius, Torn. *inviolabilis*. In Vat. BB, *in-
violabilis orbis*, supra *aliter avi*. Sententia horum ver-
sum ex Matth. vi, 35 : *Quærite ergo primum regnum
Dei, et hæc omnia adjicientur vobis*.

630. Heinsiani meliores, Alex., Mar., Weitz. alii-
que, *placitæ*. Aldus, Gis., Vat. C aliique, *placidæ*.

631. Fuld., *evertere solum*. Legendum *vertere*. Iso-
nis glossa est *pulverem pro solum*. Vide quæ notavi
ad Cathem. hymnum 5, vers. 129.

632. Ald., Vat., C, Fabr., Bong. a secunda manu
discinditur. Ita etiam in vet. lib. legit Gifanius : Sed
ex versu sequenti patet præferendum *discingitur*.

- Terror, et avulsis exhibulat ilia zonis,
Vestis ad usque pedes descendens defluit imos,
655 Temperat et rapidum privata modesti gressum.
Cornicinum curva æra silent : placabilis implet
Vaginam gladius : sedato et pulvere campi
Suda redit facies liquidæ sine nube diei,
Purpuream videas cœli clarescere lucem.
640 ~~642~~ Agmina casta super vultum sensere To-
[nantis
Arridere hilares, pulso certamine, turmæ,
Et Christum gaudere suis victoribus arce
Ætheris, ac patrium famulis aperire profundum.
Dat signum felix Concordia, reddere castris
645 Victrices aquilas, atque in tentoria cogi.
Nunquam tanta fuit species, nec par decus ulli
Militiæ, cum dispositis bifida agmina longe
Duceret ordinibus, peditum psallente caterva,
Ast alia de parte equitum resonantibus hymnis.
650 Non aliter cecinit respectans victor hiantem
Israel rabiem ponti post terga minacis,
Cum jam progrediens calcaret littora sicco
Ulteriora pede, stridensque per extima calcis

- A - Mons rueret pendente aquæ, nigrosque relapso
655 Gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo,
643 Ac refluxente sinu jam redderet unda na-
[tatum
Piscibus, et nudas præceps operiret arenas.
Pulsavit resonans modulanti tympana plectro
Turba Dei, celebrans mirum, ac memorabile
[sæclis
660 Omnipotentis opus, liquidas inter freta ripas
Fluctibus incisus, et subsistente procella
Crescere, suspensosque globos potuisse teneri.
Sic, expugnata vitiorum gente, resultant
Mystica duleimodis virtutum carmina psalmis.
665 Ventum erat ad fauces portæ castrens, ubi ar-
[ctum
B. Liminis introitum bifori dant cardine claustra.
Nascitur hic inopina mali lacrymabilis astu
Tempestat, placidæ turbatrix invida Pacis,
Quæ tantum subita vexaret clade triumphum.
670 Inter consertos cuneos Concordia forte,
Dum stipata pedem jam tutis mœnibus infert,
Excipit occultum vitii latitantis ab ictu

GLOSSÆ VETERES.

653. Iliæ, intestina. — Zonis, cingulis, I.
655. Privata, specialis, I.
656. Cornicinum, tubæ silent : gladii reconduntur
in vaginas, I.
658. Suda, serena. — Sine nube diei, perturbationis ; sine vindicta ; dies diei eructat verbum, I.
659. Purpuream, virtutum legio gaudet, victo certamine, I.
643. Profundum, altitudinem, I. Sublimitatem, Mar.
644. Dat, concordia jubet reducere vexilla in castra, I.
645. Aquilas, vexilla. — Cogi, congregari, I.

646. Nunquam, turmæ psallentium equitum, ac pedestrium, I.
647. Bifida, pina, I.
651. Ponti, maris. — Minacis, perturbationem semper imminentem significat, I.
653. Extima, exteriora, I.
655. Nilicolas, Ægyptiacos, qui Nilum colunt. Ægyptii significant diaboli instigationes, I.
656. Unda, gratia divina, per quam evaserant, Iso.
663. Resultant, exsultant, I.
667. Astu, ferro, vel astutia, I.
668. Tempestat, persecutio, I.
671. Stipata, circumdata, I.

COMMENTARIUS.

653. Pro exhibulare solum Prudentium laudat Forcellinus. Otium indicatur.
654. Weitzius cum Gifanio, vestis et usque non vestis ad usque. Gifanius verbo DISCINDO affirmat, usque pro ad usque eleganter dici ; et verbo VESTIS asserit, veteres ita usurpasse cujus ignoratio mendum in Prudentio pepererit. Displicet id Heinsio, nec mihi sane placet.
655. Erfurt., temperat et rabidum.
657. Giselinus, sedato pulvere sine et.
658. In Erf., nuda ; ad marg., suda.
640. In nonnullis vulg. agmina casta simul, cum Egm.
642. Apocalypsis III, 21 : Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo : sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus. In Mar. et Alex., arce, cum tribus veterissimis Heinsianis, quod placet : hoc est, in arce ætheris. Heinsius nescio cur suspicatur arces, cum habeat arcem in plerisque. Barthius, lib. v, cap. 12, legit arcem, et affert glossam, id est imperium.
645. Ald., Fabr., portum ; et Nebrissa interpretatur pro regno cœlesti, quia portus quo profundior, eo securior. Vera lectio patrium profundum, cujus glossa in Mar., id est sublimitatem. Vide Gifanium Ind. Lucret., verbo PROFUNDUM. Post hunc versum in Mar. inscriptio Concordia.
646. Aldus excuderat spes ; emendavit recte species. Idem, Deus ulli. Ang., decus unquam. Verior lectio nec par decus ulli.
648. In Vat. H, mendose Duceret hordinibus peditum stupere catervas.

650. Giselinus monet hunc versum non esse sententiæ superiori annectendum, ut alii inepte fecerant. Historiam sacram habes cap. XIV Exodi.
651. In nonnullis vulg., minantis.
653. Erfurt., callis ; supra, calcis.
654. Weitzius cum Erf., Widm., repulso, supra relapso tam in Erf. quam in Widm. Cæteri, relapso ; Put., relaxo.
655. Erf., Niliacos ; idem et Barthius, deprenderet imo.
656. Natatus nomine usus est Apoth. vers. 684. Eodem nomine substantive utitur Statius Silv. lib. I, silv. 5 et 5.
662. Actum hæc de re hymno 5 Cath., vers. 65 et seqq.
664. Piccarti codex, multimodis.
665. Ang., ad belli fauces castrens. Ex his carminibus colligit Barthius, militem fuisse Prudentium, vel certe ab eo scite describi portam castrensem ait, quia in castris militaverat. Confer vitam Prudentii in prolegom. Plures erant portæ in castris ; de quibus Turnebus lib. xxx Advers., cap. 24, Lipsius de Militia Rom. lib. v, dial. 5. Post hunc versum in Mar. titulus Discordia, et caractere minuto cognomento hæresis. Ita etiam in Rat.
667. In quibusdam vulg., hinc pro hic.
669. Ald., vexavit ; alii, vexaret. Apud Aldum et alios hoc loco titulus Concordiæ et discordiæ pugna.
670. Erf., non bene, inter consertos

- Mucronem lævo in laterē, squalentia quamvis A
644 Texta catenato ferri subtemine corpus
 675 Ambirent, sutis et acumen vulneris hamis
 Respuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
 Impactum sinerent penetrare in viscera telum.
 Rara tamen chalybem tenui transmittere puncto
 Commissura dedit, qua sese extrema politæ
 680 Squama ligat tunicæ, sinus et sibi conserit oras.
 Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola victæ
 Partis, et incautis victoribus insidiata est.
 Nam, pulsa culparum acie, Discordia nostros
 Intrarat cuneos, sociam mentita figuram.
 685 Scissa procul palla, structum et serpente fla-
 [gellum
 Multiplici, media camporum in strage jacebant.
 Ipsa redimitos olea frondente capillos
 Ostentans, festis respondet læta choreis :
645 Sed sicam sub veste tegit, te, maxima
 [virtus,
 690 Te solam tanto e numero, Concordia, tristi
 Fraude petens, sed non vitalia rumpere sacri
 Corporis est licitum : summo tenus extima tactu

- Læsa cutis, tenuem signavit sanguine rivum.
 Exclamat virtus subito turbata : Quid hoc est ?
 695 Quæ manus hinc inimica latet ? quæ prospera
 [nostra
 Vulnerat, et ferrum tanta inter gaudia vibrat ?
 Quid juvat indomitos bello sedasse furores,
 Et sanctum vitis pereuntibus omne receptum,
 Si virtus sub Pace cadit ? Trepida agmina mæstos
 700 Convertere oculos : stillabat vulneris index
 Ferrata de veste cruor, mox et pavor hostem
 Cominus astantem prodit : nam pallor in ore,
 Consciis audacis facti, dat signa reatus,
 Et deprensa tremunt languens manus, et color
 [albens.
 705 Circumstat propere strictis mucronibus omnis
 Virtutum legio, exquirens fervente tumultu
 Et genus, et nomen, patriam, sectamque,
 [Deumque,
646 Quem colat, et missu cujatis venerit. Illa
 Exsanguis, turbante metu, Discordia dicor,
 710 Cognomento Heresis : Deus est mihi discolor,
 [inquit.

GLOSSÆ VETERES.

673. Mucronem, sicut sicarii habent breves gladios.
 — Squalentia, nitentia, Iso. Splendentia, Mar.
 675. Hamis, circulis, I.
 676. Tenacia, firma, I.
 678. Rara, parva, vel tenuis, I.
 679. Commissura, conjunctura, vel flexura, Iso.
 689. Sicam, gladius est, in medio capulum habens,
 et hinc inde acutus, I.

691. Vitalia, viscera, I.
 692. Extima, extrema, I.
 697. Bello, ferro, I.
 702. Cominus, juxta, vel propius.—Ore, in facie, I.
 706. Exquirens, interrogans, Iso.
 707. Sectam, doctrinam, dogma, I.
 708. Cujatis, de qua gente missa esset; vel cujus
 gentis, I.

COMMENTARIUS.

675. In Rat. corrector poetices ignarus pro lævo in latere posuit latere in lævo, non advertens, postremum e recte in latere produci posse. ob duas consonantes dictionis sequentis, quod familiare est Prudentio.

674. Alii, subtegmine; alii, subtemine. Vide scriptores rei orthographicæ, sive lexicographos.

675. In Erf., mendum ambirent.

679. In edit. Colon. ad oram, Ald. conjunctura. Aldus meus, commissura.

681. Mar. a secunda manu, intulit huc vulnus, a prima manu hoc vulnus.

683. Fabr., lætos; melius nostros. Gifanius Fabricio consonat Indic. Lucr.

684. Innuit Prudentius, latenter irrepere interdum discordiam sub amicitie simulatione. Observat Weitzius, poetam attingere morem militiae, ut diversa diversi milites veste uterentur; ut alios non paucos militiae mores hoc carmine exposuit.

685. Virgilius lib. VIII Æneid., vers. 702: Et scissa gaudens vadit discordia palla, Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. Petronius in Satyrico: Et mærens lacera concordia palla. Heinsiani, Alex., Vatt. G, O, Ald., Rat. a prima manu structum et serpente, quasi instructum a seruo. Usus etiam est in hymno S. Laurentii, vers. 476: Structos talentis ordines. Mar., Rat. a secunda manu, Ang., Weitz., strictum et serpente. Vat. C, palla structum serpente. Vat. BB, et structum serpente. Gifanius apud Heinsium, et structum.

686. Mar., medio, perperam. Vetustiores Heinsiani, Alex., Vienn., Rat., Mar., Gis., Weitz., aliique, jacebant. Aldus, Fuld., Vat. C, jacebat.

687. Widm., oleo; supra olea. Pacis insigne olea est, qua discordia præcingitur sociam mentita figuram. Se-

cunda in redimitos producit, raro, et haud scio, an unico hoc exemplo. Posset legi coronatos, nam sæpe alias Prudentius corripit secundam in redimire. Sed nihil mutandum.

688. Ald., Fabr., Widm., Ang., respondit.

690. Ald., tanto in numero. Mar., tanto ex numero. Rat., et solam tanto e numero. Vienn., te solam e tanto numero. Plerique, te solam tanto e numero.

695. Giselinus in vetustis omnibus, quos vidit, invenit prospera nostra. Idem Heinsiani, et nostri. Ald. et alii vulg., pectora. Barthius quoque legit prospera nostra vulnerat, et observat. vulnerare ad res etiam inanitas trahi, ex Eutropio lib. x de Juliano: Fuerunt nonnulli, qui vulnera ejus gloriæ inferrent, et Symmacho lib. II, epist. 30: Siciliense negotium vulneratum. Similia exempla qui vis poterit invenire.

697. Mar., ferro sedasse fortasse melius, quam bello. Intellego tamen idem esse ferro sedasse ac bello sedasse; alioquin bene est bello, præsertim cum sequatur pace.

699. Widm. supra, castos pro mæstos. Arator lib. II: Sed et acrior hostis Intus erit, graviusque malum discordia portat, Quæ vulnus sub pace creat.

704. Vienn., et deprensa fut. Ald., Gis., Weitz., Ang., Vat. C, Rat., et deprensa tremit. Mar., Ang. cum tribus vetustioribus Heinsii, et deprensa tremunt. Id tenent recentiores.

703. Ald., et jussu. In Vat. C abrasum est unum verbum, sive jussu, sive potius missu, quod exstat in omnibus aliis. Ang., venerat ipsa; Mar., Rat., a prima manu, venerat illa. Cæteri, venerit illa.

709. Vienn., male, discordia discors.

710. In Rat. corrector, de quo sæpe, a Styge duco genus, prioribus abrasis, ne scilicet prima in heresis corripatur, quam toties noster corripit.

Nunc minor, aut major : modo duplex, et modo A

[simplex :

Cum placet, acrius, et de phantasmate visus,
Aut innata anima est, quoties volo ludere, nu-

[men,

Præceptor Belia mihi, domus, et plaga mundus.

715 Non tulit ulterius capti blasphemia monstri

Virtutum regina Fides: sed verba loquentis

Impedit, et vocis claudit spiramina pilo,

647 Pollutam rigida transfigens cuspide lin-
[guam.

GLOSSÆ VETERES.

714. Nunc, *interdum*. — Modo, *interdum*, Iso.

717. Pilo, *mucrone*, Iso.

718. Cuspide, *hasta*, I.

722. Cœno, *tuto*. — Exhalante, *setente*. — Cloacis,

COMMENTARIUS.

712. Vat. L et Fuld., *complacet*, male; nec melius B
Vat. D, *Cum placet acrius est, et de phantasmate visus*.

715. Vienn., Fuld., *haut innata*; alii, *aut innata*.
Apud Heinsium Thuan. a manu secunda, *animam*,
nullo sensu; Rott., *haut innata*. Mar., Rat. a prima
manu, *nomen*, minus bene. Discordia argute ait, sibi
Deum esse *numen*, hoc est, verum Deum, quoties
vult ludere, non cum serio agit. Alii distinguunt *lu-*
dere numen.

714. Ita Mar., Barthius, Put., et Thuan. cum tri-
bus Weitzii, Egm., Erfurt. et Widm., quos ipse se-
quitur. Aldus, Ang., Vatt. C, G, L, *Præceptor Belial*
mihî est, domus est plaga mundi. In priore Rott.,
Præceptor Belial mihî sit, domus, et plaga mundus.
In altero, *Præceptor Belial mihî adest, domus, et*
plaga mundi. Vat. D cum priore Rott. facit. Vatt. F,
O, *Præceptor Belial mihî, domus, et plaga mundus*. In
quibusdam vulg., *Præceptor Belial mihî fit, domus est*
plaga mundi; in aliis, *Est mihî præceptor Belial, do-*
mus est plaga mundi. Chamillardus edidit, repugnante
metro, *Præceptor Belial mihî, domus et plaga mundus*. C
Idem a Gallandio exscriptum, cui tamen magis pla-
cebat telestichium Aldi in hoc versu, *Præceptor Be-*
lial mihî est: domus est plaga mundi. At vitium car-
minis in principio versus, quem excudit, deprehen-
ditur. In Rat. corrector improbus, *Est mihî præce-*
ptor Belial, abrais prioribus: tum prisca manu,
domus et plaga mundus. Giselinus 2 edit. primum ex-
cudit, *Est mihî præceptor Belial, domus est plaga*
mundi; postea in emendatis ex unico ms. optimum
putavit, *Præceptor mihî Belial, domus et plaga mundi*.

715. Fabr., *blasphemica monstri*. Certe *blasphemia*
in plurali numero est: formandum ergo erit nomen
blasphemium. Commodianus dixit etiam *blasphemium*,
ignominium, infanium.

716. Fidei laudes egregias habes toto cap. XII
Pauli ad Hebræos. Intellige nihilominus, majorem
esse charitatem.

719. Weitzius cum solo Fuld., *furialis bestia*. Ha-
bebat hoc omnino Weitzius, ut sæpe lectionem deie-
riorem eligeret, ex unico codice desumptam.

721. Aldus, *corvisque edacibus*. Alii melius, *corvis*
quod educibus. Barthius, *ultor pro ultro*; non placet.

725. Mar. et Widm., *quod tradat*, in Mar. supra
charact. minut., *tradat*. In Put. et cæteris Heinsia-
nis, *tradat*, excepto Thuan., ubi *tradat*, quod in ple-
risque mss. et editis retinetur, nisi quod Teolius
quatuor Vatt. pro *tradat* allegat.

724. Vienn., contra metrum, *discissum feris*; in
Rat. idem, sed additum recenti manu, *que*; Weitzius
temere amplexus est *discissum feris*, non tra lectione
prætermissa, aut hac alia non mala *discissumque feris*
cum Mar., Rott., Ang. In Vat. C error metri, *discis-*
sumque fœdis.

725. Aldus ediderat *ruptis hæresis perit horrida*

Carpitur innumeris feralis bestia dextris:

720 Frustatum sibi quisque rapit, quod spargat in
[auras.

Quod canibus donet, corvis quod edacibus ultro

Offerat, immundis cœno exhalante cloacis

Quod tradat, monstribus quod mandet habere

[marinis.

Discissum fœdis animalibus omne cadaver

725 Dividitur: ruptis Hæresis perit horrida mem-
[bris.

Compositis igitur rerum, morumque secundis

fossis, lacubus vel latrinis; lacus, excipiens sordes in
medio civitatis, cloaca dicitur, Iso.

726. Secundis, *prosperis*, I.

membris, recte, nisi quod *hæresis* cum diphthongo scri-
psit. Correxit male secundis curis *ruptis perit hæresi*
horrida membris: quæ correctio Gallandium alios.
que fugit, qui contendunt Aldum legisse *hæresis perit*.
In Rat. eadem correctio recenti manu Giselinus poe-
tam defendit contra Nebrissam, qui cum accusave-
rat, quod eandem syllabam nunc longam, nunc faciat
breve: quippe Nebrissa cum Aldo legerat *perit hæ-*
resis. Præposterum verborum ordinem esse cum Gi-
selino consentio ex mss., non ea ratione quam ad-
ducit, casum nominandi suo verbo debuisse præponi.
Iost hunc versum Mar. et Rat. pro titulo, *De fide et*
concordia.

726. Inter tot varias lectiones quæ hic occurrunt
difficile est quænam verior sit definire. Lectionem
quam damus tenent Heins., Gis., Chamillardus, alii-
que vulgati, et magna ex parte consentiunt libri ve-
teres. Aldus, *Compositis igitur rerum, morumque se-*
condis In commune bonis tranquillæ plebis ad unum
Contigit hac statione frui, valloque foveri Pacificos
sensus, et in otia solvere curas. Exstruitur. Vienn. cum
Aldo, sed postquam intra tuta morari pro *tranquillæ*
plebis ad unum. Mar., Ang., *Compositis... in commune*
bonis tranquillæ plebis ad unum Sensibus in tuta valli
statione locatis, Contigit hac statione frui, valloque fo-
veri, Exstruitur. Ratishonensis, *Composito tandem*
postquam requiesse tumultu, quod est ab inepto cor-
rectore, prioribus erasis, ita tamen, ut appareat
fuisse prius compositis; aliorum nullum vestigium.
In commune bonis postquam intra tuta morari (corre-
ctor hunc versum induxit, non erasis) *Contigit ac*
statione frui, valloque teneri (totus versus est a vetere
librario, excepta voce *teneri*, quæ est recenti manu),
Pacificas virtutum acies, quas pestis iniqua Turbarat
meditata dolos, et solvere curas In commune datum
tranquillæ plebis ad unum; omnia ab inepto corre-
ctore, prioribus erasis, præter partem primæ dictio-
nis pacific, Nihil aliud notat Mariettus ex hoc codice
Rat., in quo, ut puto, sequitur *exstruitur*, etc. Put.,
Rott., *In commune bonis tranquillæ plebis ad unum*
Sensibus in tuta valli statione locatis, Exstruitur.
Egmondanus cum Giselino, sed a manu interpolatrice,
tum in margine, *Alus liber habet, In commune bonis,*
etc. (ut in Put.). Thuan. et Oxon. cum Giselino, sed
post solvere curas addunt *Sensibus in tuta valli sta-*
tionem locatis. Weitzius Giselino adheret, sed ait, *v. l.*
loque fovere pro valloque foveri. Heinsius placet Gra-
ecismus *valloque foveri pacificos sensus*. Widm., *Com-*
positis... In commune bonis tranquillæ plebis ad unum
In commune bonis, postquam intra tuta morari Conti-
git, ac statione frui, valloque fovere Pacificos sensus,
et in otia solvere curas Sensibus in tuta valli statione
locatis, Exstruitur. Versus *Sensibus in tuta* in Fuldensi
ad oram notatus est. In Erfurth., *In commune bonis*
postquam intra tuta morari Contigit, ac statione frui,

- 648** In commune bonis, postquam intra tuta A
[morari
Contigit, ac statione frui, valloque foveri
Pacificos sensus, et in otia solvere curas :
750 Exstruitur media castrorum sede tribunal
649 Editiore loco : tumulus quem vertice
[acuto
Excitat in speculam, subjecta unde omnia late
Liber inoffenso circumspicit aere visus.
Hunc sincera Fides, simul et Concordia, sacro
755 Fœdere juratæ Christi sub amore sorores,
Conscendunt apicem : mox et sublime tribunal
Par sanctum, carumque sibi supereminet
[æquo
Jure potestatis : consistunt aggere summo
Conspiciæ, populosque jubent astare fre- B
[quentes.
740 Concurrunt alacres castris ex omnibus omnes,

- Nulla latet pars mentis iners, quæ corporis ullo
Intercepta sinu per conceptacula sese
Degeneri languore tegat : tentoria apertis
Cuncta patent velis : reserantur carbasa, ne
[quis
745 Marceat obscuro stertens habitator operto.
Auribus intentis expectat concio, quidnam
Victores post bella vocet Concordia princeps,
650 Quam velit atque Fides virtutibus ad-
[dere legem.
Erumpit primâ in vocem Concordia tali
750 Alloquio : Cumulata quidem jam gloria vobis,
O Patris, o Domini fidissima pignora Christi,
Contigit, extincta est multo certamine sæva
Barbaries, sanctæ quæ circumseperat urbis
Indigenas, ferroque viros, flammaque preme-
[bat.
755 Publica sed requies privatis rure, foroque

GLOSSÆ VETERES.

727. Ad unum, ad unitatem, I.

731. Editiore, excelsiore, vel altiore, I.

732. Excitat, ext. illit, I.

744. Carbasa, pallia, I.

745. Stertens, dormiens, Iso.

746. Auribus, caritas virtutum turris alloquitur.—

Concio, congregatio.—Quidnam, cur, Iso.

755. Barbaries, gentilitas, I.

754. Premebat, ira et libido, I.

755. Privatis, speculibus.—Rure, foroque, in villis
et civitatibus, I.

COMMENTARIUS.

valloque fovere Pacificos sensus, et in otia solvere curas, Compositis igitur rerum, morumque secundis, Exstruitur. Codex sic arti, In commune bonis tranquilla et pace sicuti Sensibus ut tuta valli statione locari Contigit, ac statione frui, valloque foveri, Exstruitur. Vat. C. In commune bonis tranquillæ plebis ad unum Sensibus in tuta valli statione locatis In commune bonis postquam intra tuta morari. Reliqua, ut in Giselino. C. Vatic. D. In commune bonis tranquillæ plebis ad unum (quod est a secunda manu; sequitur a prima): Contigit, ac statione frui, valloque foveri Pacificos sensus, et in omnia solvere curas Sensibus locatis valli in tuta statione (qui ordo verborum præposterus est, et contra metrum) Exstruitur. Vat. F. Compositis.... In commune bonis tranquillæ plebis ad unum Sensibus in tuta valli statione locatis Contigit, ac statione frui, valloque foveri Pacificos sensus, et in otia solvere curas, Exstruitur. Vat. G. cum Aldo, sed inserit versum Sensibus in tuta valli statione locatis inter versus Pacificos, et Exstruitur. Vat. L. ut Vat. F, sed hac statione, et curam pro curas, et mendose sensus in otia. Vat. BB ut Vat. F, sed curam pro curas. Vat. O. cum Giselino, addito versu Sensibus, etc., ante Exstruitur. Bonon., tranquillæ plebis ad unum Sensibus in tota vallis statione locatis, Exstruitur, etc. Quis tantam in codicibus varietatem crederet? Heinsius duplicem editionem operum a Prudentio factam ex hoc loco suspicatur. D

727. Glossa aliam lectionem respicit.

750. Fuld., *construito media*, perperam. Mos Romanorum exprimitur exstruendi in castris tribunal imperatoris cespitium: de quo Lipsius de Milit. Rom., Tacitus Annal. 1: *Simul congerunt cespites, exstruunt tribunal*. Confer Vopiscum in Probo. Alii aggerem vocant, et poeta noster infra vers. 758. Pal. pro castrorum habet camporum, non ita bene.

751. Vienn., *quod, id est, tribunal*; alii, *quem locum*.

752. Mar., Angel., *in speculum*, non probo. Uterque, *inde omnia*, non male.

753. Heinsius probat *circumspicit* ex Put. Sequor reliquos, qui bene referunt *circumspicit* cum Alex., Vat. C, Prag., Rat., Vienn. Teolius ait mss. habere *circumspicit*, sed non explicat quoniam sint, et an omnes ita habeant.

754. In Put. et Egm., *huc*; in Oxon., *hinc*: neutrum arridebat Heinsio. Barthius etiam legebat in suo ms. *huc*, sed sincerius putabat *hunc*, quod tenent nostri cum Aldo et aliis. Erfurt., *tunc*.

757. Cham., *mendose, per sanctum*.

758. Dicitur ad vers. 750 de aggere, et tribunali cespitio. Hujusmodi tribunalium imagines exhibet Montfauconius tom. IV Antrq., pag. 103, qui aliquando pro opportunitate fuisse lapideis existimat.

759. In Vat. O deest *que in populosque*. In Fuldensi, *conspiciæque jubent populos*, quod Weitzio placuit.

740. Rat., *alacres e castris omnibus*.

745. Weitzius, unum Fuldensem secutus, *degenerem*.

746. Heinsius cum Put. et Thuan. prætulit *expectant*, qualia multa se restituisse ait apud priscos auctores ope membranarum. Sed cum utrumque recte dicatur, et nostri omnes Mar., Rat., Vienn., Alex., Ang., Vat. C, I, G. cum aliis mss. et editis ante Heinsium habeant *expectat*, nihil mutandum est.

748. Vienn., *victoribus add re*.

749. Vienn., *erupit*. Ald., Fabr., *primam in vocem*. Ang., *prima se voce*, contra carminis rationem, et insolita phrasi.

750. In priore Boher., *sat gloria*; alii, *jam gloria*.

752. Heinsius Weitzium arguit, quod pro *contigit* intempestive huc revocaverit *hoc habet*, de quo ad vers. 55. At Weitzius præter Widm. a prima manu, quem allegat, e nostris habet sibi consentientes Mar., Vienn., Rat. Gifanius Ind. Lucr. pag. 456, *de incisione, sive inciso* ex vet. lib. legit, *Contigit extincta multo certamine sæva*. Cum G lanio facit Vat. C. Non placet.

753. In editione Aldi, qua utor, nota est Marietti, ut opinor, quod urbis sancta videtur hic intelligi Romam, ex qua fugatam poeta dicit universam barbariem, seu gentilitatem. Confer initium lib. II adversus Symmach., *Credebam vitis, etc.*, et proleg. num. 69 et seqq.

755. Fuld., *publica jam requies*. Præclara sententia, quippe evangelica, ex Matth. XII, 28: *Omne regnum divisum contra se desolabitur: et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit*.

- Constat amicitias : scissura domestica turbat A
Rem populi, titubatque foris, quod dissidet intus.
Ergo cavete, viri, ne sit sententia discors
Sensibus in nostris, ne secta exotica tectis
760. Nascatur conflata odiis : quia fissa voluntas
Confundit variis arcana biformia fibris.
651 Quod sapimus, jungat amor : quod
[vivimus, uno
Conspiret studio : nil dissociabile firmum est.
Utque homini, atque Deo medius intervenit
[Iesus.
765 Qui sociat mortale Patri, ne carnea distent
Spiritus æterno, sitque ut Deus unus utrumque :
Sic, quidquid gerimus mentis pæ, et corporis
[actu,
Spiritus unimodis texat compagibus unus.
Pax plenum virtutis opus, pax summa labo-
[rum,
770 Pax belli exacti pretium est, pretiumque peri-
[cli.
Sidera pace vigent, consistunt terrea pace :

- Nil placitum sine pace Deo, non munus, ad aram
Cum cupias offerre, probat, si turbida fratrem
Mens impacati sub pectoris oderit antro :
775 Nec si flammicomis Christi pro nomine martyr
Ignibus insilias, servans inamabile votum
Bile sub obliqua, pretiosam proderit Iesu
652 Impendisse animam : meriti quia clau-
[sula pax est.
Non inflata tumet, non invidet amula fratri,
Omnia perpetitur patiens; atque omnia credit.
780 Nunquam læsa dolet, cuncta offensacula donat.
Occasum lucis venia præcurrere gestit
Anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.
Quisque litare Deo mactatis vult holocaustis,
Offerat imprimis pacem : nulla hostia Christo
B 785 Dulcior : hoc solo sancta ad donaria vul un
Munere convertens, liquido oblectatur odore.
Sed tamen et niveis tradit Deus ipse columbas
Pennatum tenera plumarum veste colubrum
Rimante ingenio docte internoscere, mixtum
790 Innocuis avibus : latet et lupo ore cruenta

GLOSSÆ VETERES.

756. Domestica, civilis, I.
757. Rem, statum, I.
759. Exotica, mortifera.—Tectis, coopertis, I.
760. Fissa, divisa vel separata, I.
761. Arcana, secreta.—Biformia, divisa.—Fibris,
nervis, cogitationibus, I.
765. Conspiret, confirmet, I.
775. Probat, placet, I.
776. Servans, habens contra fratrem.—Votum, vo-

- luntatem, Iso.
777. Bile sub obliqua, felle sub obscuro, I.
778. Impendisse, dare, I.
781. Donat, divinit, I.
782. Præcurrere gestit, prævenire festinat, I.
788. Tradit, docuit.—Columbis, Christianis, I.
789. Colubrum, diabolium, I.
790. Innocuis, virtutibus, vel columbis, I.

COMMENTARIUS.

759. Ald., Gis., in vestris. Heinsiani et nostri cum C
Weitzianis, in nostris. In Mar., nec secta; alii, ne
secta. Vox exotica Plautina est, ab aliis revocata.

760. Alex., Mar., Vatt. F, G, Giselinus ad marg.,
Heinsiani, fissa, excepto Thuan., in quo a manu
prima, fusa, et Rot. priore, ubi fixa. Barthius quoque
et Weitzius, fissa. Vatt. C. scissa. Erfurt., Angel.,
Ald., Gis. a prima manu, scissa. Fissum appellabatur
jecur cæsæ victimæ, quo fortasse respicit vox fibris.

761. Widm. ad oram, infundit variis, minus bene.

762. Weitz. cum solo Erfurt., conjunctet. Cur non
potius cum aliis jungat?

764. Ald., medium intervenit. Legendum medius
intervenit. Corrector ridiculus codicis Rat. fecit genus
intervenit : siquidem arbitrabatur carmen non alio
modo constare. Fuld., atque homini, atque Deo me-
dius : non displicet. Ex hujuscemodi loquendi for-
mula, atque sententia natum est vocabulum mediator
de Christo. Vide Cath. hymn. 11, vers. 16.

765. Carneus nomine usus etiam est in Apoth.

771. Boetius imitatus videtur Prudentium lib. iv,
metro 6 : Si vis celsi jura tonantis Purâ solers cernere
mente, Aspice summi culmina cœli. Illic justo fœdere
rerum Veterem servant sidera pacem.... Hæc concordia
temperat æquis Elementa modis, etc.

773. Testis hujus rei Matthæus, cap. v, vers. 23.
Plerique, probat. Heinsius cum Thuan. rectus putat,
et tenet probet.

775. Ald., flammivomis. Melius flammicomis cum
scriptis. Sic Marius Victor lib. ii in Genesim : Crinita
incendia late Extendens. Et Juvenus lib. iv : Ignico-
mæque ruent stellæ, et paulo post : Ornata accinctæ
tædarum flammicomantum. In editione Parmensi
mendum est flammicolis, quod in nota repetitur.

777. Bile obliqua est perfida, dolosa, ut carmen
obliquum. Consule lexica. Sententiam vide apud
Paulum, I ad Corinth. xiii. 5. In Ald., Fabr. et Rat

manu correctoris improbi, prosit Iesu. In not. ad
vers. 764 observavi correctoris Ratisbonensis auda-
ciam, qui genus pro medius invehit, ut Iesus esset
trisyllabum.

779. Pergit poeta sententiam Apostoli ex eodem
capite complecti.

781. Egm. et Pal., contra offensacula. Barthius,
qui ita in suis membranis reperit, Non puto, inquit,
CONTRA a librariis excogitatum.

782. Rursus Apostoli expositionem vides ex cap.
iv Ephes. vers. 23.

785. Fuld., concitus; rectius, conscius.

784. Giselinus hoc loco monet, particulam quis-
quæ, ut ipse scribit, facilius intelligentiæ causa ita a
se fuisse positam, quamvis putet, Prudentium scri-
ptum reliquisse qui que Sane præstitisset non mu-
tare, quod Prudentium scripsisse fatetur Giselinus :
et mihi quidem difficilius intellectu videtur quisquæ,
quam quisque. Adis not. ad hymn. vii Cathem.,
vers. 216.

786. Giselinus edit. 1 ad oram, facta ad donaria :
et advertit in Commentariis edit. 2, donaria esse vel
munera Deo consecrata. vel loca his muneribus
destinata : loca dici posse sancta, dona vero non
item, quod commendari debeant ab integritate et
innocentia offerentis, adeoque hoc sensu facta ad do-
naria legi posse. Nihil moveor ea distinctione : etiam
dona sancta dici valent non per se, sed quia Deo di-
cata.

787. Put., puro pro liquido.

789. Giselinus Ind. Lucr., verbo Vestis, observat
Lucretium dixisse vestis aranæ, vestis anguis, ut Vir-
gilius mira venustate exuvie anguis, et non minore
elegantiâ Prudentius hoc loco vestis plumarum : quam
tribuit draconi, sive serpenti aligero, hoc est
dæmoni.

790. Hoc etiam ex Matth. vii, 15 : Attendite a fal-

- 653** Lacteolam mentitus ovem sub vellere A
[molli,
Cruda per agunos exercens funera rictus.
Hæc sese occulant Photinus, et Arrius arte,
795 Immanes feritate lupi : discrimina produnt
Nostra, recensque cruor, quamvis de corpore
[summo,
Quid possit furtiva manus. Gemitum dedit
[omnis -
Virtutum populus, casu concussus acerbo.
Tum generosa Fides hæc subdidit : Imo se-
[cundis
800 In rebus cesset gemitus : Concordia læsa est,

Sed defensa Fides : quin et Concordia sospes,
Germanam comitata Fidem, sua vulnera
[ridet.

654 Hæc mea sola salus : nihil hæc mihi
[triste recepta.

- Unam opus egregio restat post bella labori,
805 O proceres : regni quod tandem pacifer hæres
Belligeri, armatæ successor inermus et aule
Instituit Salomon : quoniam genitoris anbeli
Fumarat calido regum de sanguine dextra.
Sanguine nam terso, templum fundatur, et ara
810 Ponitur, auratis Christi domus ardua tectis.
Tunc Jerusalem templo illustrata, quietum

GLOSSÆ VETERES.

- 795.** Produnt, ostendunt, I.
796. Recensque, factus a discordia, I.
797. Furtiva, occulta ; hoc ideo dixit, quia discordia
latenter eam vulnerabat, I.
798. Casu, concordia, I.
799. Secundis, prosperis, I.
800. Cesset, nunc, I.

- B** **802.** Sua, propria, I.
804. Opus, domus. — Restat, nobis faciendum, I.
805. Proceres, virtutes. — Tandem, olim, I.
806. Belligeri, David, I.
807. Instituit, carnaliter. — Genitoris, David, I.
808. Regum, gentilium, I.

COMMENTARIUS.

sis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Vide etiam cap. x, 16 : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, etc. Quod autem Pal. legit ovibus pro avibus, falso id legit : nam illud pertinet ad sententiam priorem de avibus innocuis, et dracone.

795. Vienn., *anguineos* ; Anz. a prima manu, *anguinos*. Legendum *agninos* ab *agno* ; qua voce utuntur Horatius, Plautus et alii. Barthius observat, *funera* esse *cædes*, latrocinia et pestilentiam apud L. Septimium de Bello Trojano. Lactantius, sive alius de Passione dominica : *Sum factus homo, atque horrentia passus Funera*.

794. In Rat., *sese ostentant* : quæ lectio Marietto non displicebat, quia supra etiam vers. 688 de discordia *ostentans*, etc., cum tamen se occultaret. Argutius ista quam verius dicuntur, nisi fallor. Discordia ostentabat capillos olea frondente redimitos, quamvis falsam virtutis speciem induerit. Arius et Photinus *hac arte* feritatem suam occultabant.

798 Virgilius lib. v, vers. 700 : *Casu concussus acerbo*, et vers. 869 : *Casusque animum concussus amici*. Ut autem ego puto, poeta Hieronymi verba legerat dialog. adv. Lucif. num. 19 : *Ingemuit totus orbis, et Arianum se esse miratus est*. Ponitur a Prudentio scite *populus* pro quacunque multitudine. Exempla vide in Lexicis.

799. Vienn. *cum generosa* ; Aldus, *tunc* cum aliis. In nonnullis, *tum*.

804. Ex Heinsianis solus Thuan., *sed defensa fide* ; cæteri, *fides*. Non in elligo cur recentiores, Chamillardus aliique vulg. amplexi fuerint *fide* : nam concinnior est sententia *Concordia læsa est, sed defensa fides* ; quin et *concordia sospes germanam comitata fidem sua vulnera ridet*. Et *fides* quidem legitur in Mar., Alex., Weitzio cum suis, Sich., Rat., quamvis non ita clare, aliisque. In Vatt. C, G, *file*, quod exstat in Vat. F a manu secunda. Giselinus, Aldum et Nebrissensem secutus, legit *fide*, etsi alii haberent *sed defensa fides*, quia, inquit, *fides* jam victrix defensione hic non indigebat, quam rationem arripuit etiam Teolius, putans probatioris Vatt. habere *fide*. Sed nihil inde conficiant : nam asseritur, defensam ab omni vulnere esse fidem, læsa concordia ; ideoque sequitur *quin et concordia*, etc.

805. Amulatus est Maronem lib. iv, vers. 262 : *Nihil illo triste recepto*.

801. Præstantiores Heins., Rat. a prima manu.

Fabr., Vat. G, Picc., Alex., *egregio*, cum Gis. et aliis, Rat. supra, Mar., Vienn., Ald., Weitz., Vatt. C, F, et alii *egregium*. Utrumlibet teneas, licet, sive *opus egregium*, sive *egregio labori*.

805. Vienn., *tantum* ; melius, *tandem*.

806. Vienn., *belliger*, mendose. Sermo est de Salomone *pacifero* hærede regni sub Davide *belligeri*. In duobus veterrimis Heins., in Egm. et Pal., quos Weitzius est secutus, *inermus*. Idem in Vatt. F, L, et Alex., ubi exaratur *inhermus* ; et in codice Barthii, qui *inermus* scitius esse dicit quam *inermis*. Equidem *inermus* libenter ego, ut apud Virgilium *vulgus et pectus inermum*, non tamen improbaverim *inermis* in Ald., Mar., Rat., Vienn., plurimis Heinsianis, Gis., Vatt. C, BB.

807. In nonnullis vulg. ad marg., *instruxit Salomon*.

809. Erf., *jam terso*. Vat. C, trajecit verba ; metrumque evertit, *fundatur templum, et ara*.

C **811.** Alii scribunt *Jerusales*, alii *Jerusalem*, alii *Hierusalem*, sive *Hierusates*. Cauchius ex suo codice annotarat *Jerusale*, quod probare videbatur ; Aldus, *tunc hic Jerusalem*. Giselinus, *tunc et Jerusalem*. Optimi et plerique sine *et*, et sine *hic*. Aldus, *lustrata* pro *illustrata*. Alex., Vat. O, Mar., Rat., Heinsiani, *quietum*, cum Weitzio et Giselino. Alii, *quieto*. Giselinus 1 edit. et ad oram 2 ed., *Hierusalem templo tunc illustrata quieto*. De quantitate syllabarum in *Jerusalem* non disputo. Barthius singularem lectionem ex suis membranis profert, *Tunc templo Hierusalem illustrata quieto Suscepit jam diva Deum*. Fridericus Besselius, Miscellan. syntagm. pag. 51, legit *quietum*, et recte explicat de arca, quæ a Salomone primitus illata templo est, ut sedem ibi fixam haberet, lib. 1 Reg., cap. 4, vers. 7 : *Timuerunt Philisthim dicentes : Venit Deus in castra*. Arcam, a Jeremia sepultam, nondum inventam esse, neque in secundo templo fuisse, neque a Tito in triumpho portatam, plerique interpretes affirmant. Eam intra arcem Titi esse expressam non solum aliqui interpretes Prudentii docuerunt ad vers. 538 Apoth., sed multi etiam scriptores antiquitatum Romanarum, ut alios omittam. Sed diligentissimus Villalpandus, re accuratius inspecta, deprehendit, arcam in arca Titi non exhiberi : eos, qui aliter scripserunt, deceptos fuisse aut falsis aliorum narrationibus, aut quia ipsi arcam videntes mensam, quæ ibi cernitur, putarunt esse arcam. Nonnulli non in parte, in qua est mensa, sed in parte adversa arcam collocant. Nilominus Villalpando as-

- 655** Suscepit jam diva Deum, circumvaga A
[postquam
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.
Surgat et in nostris templum venerabile castris :
815 Omnipotens cujus sanctorum sancta revisat.
Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalangas
Culparum prodest, hominis si filius arce
Ætheris illapsus, purgati corporis urbem
Intret inornatam, templi splendentis egenus?
820 Hactenus a'ternis sudatum est cominus armis :
Munia nunc agitet tacitæ toga candida pacis,
Atque sacris sedem properet discincta juvenus.
656 Hæc ubi dicta dedit, gradibus regina su-
[perbis

- Desiluit, tantique operis Concordia consors,
825 Metatura novum jacta fundamine temp'um.
Aurea planitiem spatiis percurrit arundo
Dimensis, quadrent ut quatuor undique frontes,
Ne commissuris distantibus angulus impar
Argutam mutilet per di sona semetra normam.
830 Auroræ de parte tribus plaga lucida portis
Illustrata patet : triplex aperitur ad austrum
Portarum numerus : tres occidualibus offert
657 Janua trina fores, toties aquilonis ad
[axem
Panditur alta domus : nullum illic structile
[saxum ;
835 Sed cava per solidum, multoque forata dolatu

GLOSSÆ VETERES.

812. Diva, divina, I.
815. Arca, quæ signat carnem Christi, I.
815. Cujus, templi. — Sancta, sanctas animas, I.
816. Phalangas, vitia, multitudines, I.
817. Filius, Christus, I.
818. Purgati, in baptismo, I.
819. Egenus, carens, I.
820. Sudatum, dimicatum est. — Cominus, juxta, I.
821. Munia, cantica, officia domus. — Agitet, faciat.
— Tacitæ, tranquillæ, I.
822. Sacris, Christi. — Pr. peret, acceleret. — Dis-
cincta, a bello, I.
825. Regina, fides. — Superbis, gloriosis, vel pul-
chris, I.
824. Desiluit, a solio, I.

- B 825. Fundamine, aliud fundamentum nemo ponere
potest, etc., I.
826. Planitiem, campum templi, I.
827. Frontes, quatuor anguli, I.
828. Commissuris, conjunctionibus. — Distantibus,
imparibus mensuris, I.
829. Argutam, subtilem, angustam. — Mutilet cor-
rumpat. — Semetra, semis mensura ; pendens lapillus, I.
— Dissona, dissonantia. — Semetra, mensuras, Vat. T.
830. Auroræ, oriens significat pueros, auster juve-
nis, occidens maturitatem, aquilo decrepitam, I.
831. Austrum, meridiem, I.
835. Solidum, soliditatem. — Multo, in alto. — Do-
latu, foramine, I.

COMMENTARIUS.

sentior : nam in recentioribus imaginibus arcus Titi
arca nusquam describitur. Vide Riberam in Haggæum, C
cap. 1, num. 15 et seqq., qui ipse videns arcum,
aliquando deceptus est.

815. Post hunc versum in Erf. collocatur vers.
820 : *Hactenus alterius*, etc., postea *Nam quid terri-
genas*.

816. Rat. a prima manu, Egm., *nunquid*. Giselinus
ediderat *nunquid*, sed in Emendatis reposuit *nam
quid*, quod non videtur advertisse Heinsius. Plerique
veteres habent *phalangas*. Nihilominus lego *phalan-
ges* in Alex., Vat. C, F et aliis. Fuld., *phalanga*.

818. Mendose Vienn., *illapsus*.

819. Rat., *intret* ; ali, *intret*. Lactantius in Epit.
divinar. institut., cap. 8 : *Evacuetur omni labe pectus,
ut templum Dei esse possit, quod non auri, nec eboris
nitor, sed fidei et castitatis fulgor illustrat*. Confer
hymnum S. Romani, vers. 341. Hæretici locis hujus-
modi abutuntur, ut ornatum templorum refellant :
ineptissime, non enim quia melior est ornatus cordis
quam templi, continuo colligas rejiciendum orna-
tum templi, quem Prudentius noster sæpius laudat. D

820. In vulg. nonnullis, *hactenus alterius*.

821. Gifanius Ind. Lucr., pag. 362, in verbo Mœ-
NERA, asserit, studiosissimum fuisse antiquitatis Pru-
dentium : et ex quodam vet. hb. legit *mœnia nunc
agitet pro munia*, ut in Lucretio *mœnera pro munera*.
Alii melius *munia*. In Vat. F, *Menia nunc agitet*. Egm.,
munia nunc agit en, quod Barthius, in suo ms. reper-
tum, putabat optimum.

822. Ald., Alex., Mar., Rat., Vienn., Vat. F,
Ang., Widm., Weitz., duo veterissimi ex Heinsianis,
atque sacris sedem. Sich., *adque sacri sedem*. Pak,
adque sacris sedem. Oxon., *atque sacri sedem*. Gis.,
atque sacris sedem ; qui Giselinus asserit, antea legi
adque sacri sedem. *Ridicule* (inquit). *Sedes enim non-
dum erat delecta : equo igitur properaretur ? Pro dis-
cincta multi veteres apud Heinsium non bene distin-
cta*. Barthius legit *properat discincta juvenus ; Pru-*

dentius, ait, *felicitatem suorum temporum alludit, et
indicat.... ipse nullo non nomine, tempore, loco, stu-
dio commendabilis*. Intellige felicitatem, de qua men-
tito recurrit i contra Symmach., vers. 545 et seqq.
Post hunc versum titulus in Mar. et Rat., *Ædificium
fidei et concordie* : de quo vide prol. g. num. 65. Weit-
zium eandem inscriptionem apposuit.

824 Heinsiani, Aldus, Gifanius Ind. Lucret., v rho
Dissiluit, Mar., Weitz., *desiluit* vel *dissiluit*. Giseli-
nus, Rat., Cellar., Teol., *desiliit*. Mar., *concois pro-
consors*, quod postremum verius est.

825. Vienn., male, *meditatura novum*. Rat. non
melius, *metitura*. Thuan., *læto* pro *jacto*. Mibi hæc
lectio non arridet ; et *læto fundamine* suspicatur Hein-
sius. Quanto melius *jacto*, quod est in reliquis omni-
bus ? Vide Apocalyps. cap. xii.

827. Vat. D, ridicula traiectione, *frontes undique*.

829. Vienn. et Rat., *mutilet argutam*. Magis con-
gruit metro *argutam mutilet*. Giselinus et Aldus, *sym-
metra*, quod sequi maluit Gallandius et Fabricius ex-
plicat *distantiam eandem habentia*. Heinsiani fideliores
semetra : et, ut observat Heinsius, *semetra* videtur
poeta symmetricis contraria facere. Vocabulum est
dimidia ex parte Latinum, ut *primoplastas*. In Fuld.,
semeta ; in Rat., *semetra* ; in Ang., *argutam normam
mutilet per dissona*, ubi aliquid desideratur. Mar.,
Alex., Vat. C a secunda manu, D, F, L, O, BB.,
Argutam mutilet per dissona semetra normam. Nebrassa
docet normam Hispanis esse *el cartabon*, non *carbu-
ton*, ut alicubi mendose editum est.

832. In Rat. imperitissimus corrector pro *occidua-
libus* posuit *qua sol occidit*.

833. Fabr., *totidemque aquilonis*.

834. In Egm., *strictile saxum*, crediderim mendum.
Thuan., *nullum hic cum hiato*.

835. Chamillardus nomen *dolatus, dolatus*, apud
veteres inauditum asserit. Sed audivitne ipse omnes
veteres ? legitime omnia quæ scripserunt ? Apuleius
dixit *dolamen* eadem significatione. In Erfurt., *dolata*

Gemma relucenti limen complectitur arcu,
 Vestibulumque lapis penetrabile concipit unus.
 Portarum summis inscripta in postibus auro.
 Nomina apostolici fulgent bis sena senatus.
 840 Spiritus his titulis arcana recondita men is
 Ambit, et electos vocat in præcordia sensus,
 Quaque hominis natura viget, quam corpore
 [toto
658 Quadrua vis animat, trinis ingressibus
 [aram
 Cordis adit, castisque colit sacraria votis :
 845 Seu pueros sol primus agat, seu fervor ephesos

A Incendat nimius, seu consummabilis ævi
 Perficiat lux plena viròs, sive algida borreæ
 Ætas decrepitam vocet ad pia sacra senectam :
 Occurrit trinum quadrina ad compita nomen,
 850 Quod bene discipulis di-ponit rex duodenis.
 Quin etiam totidem gemmarum insignia tex-is
 Parietibus distincta micant, animasque colorum
 Viventes liquido lux evomit alta profundo.
659 Ingens chrysolithus, nativo interlitus auro,
 855 Hinc sibi sapphirum sociaverat, inde beryllum,
 Distantes que nitor medias variabat honores,
 Hic chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi

GLOSSÆ VETERES.

836. Limen, introitum. — Arcu, fornice, I.
 839. Senatus, nominibus apostolorum; per quorum prædicationem Spiritus sanctus amplectitur arcana cordis, Iso.
 840. Titulis, nominibus apostolorum. — Recondita, occulta hominum, I.
 841. Ambit, circumdat, intrat. — Præcordia, in B anima, I.
 842. Natura, hominis, I.
 843. Quadrua, quatuor elementa, quæ animant hominem, ignis, aer, terra, aqua : quatuor partes mundi. — Vis animæ, status vitæ. — Trinis, sancta Trinitas, vel triplicis naturæ est, id est, rationabilis, concupiscibilis, irascibilis. — Aram, sedem. Iso.

845. Agat, nutriat : qui in pueritia sunt. — Ephesos, juvenes, qui in juventute sunt, I.
 846. Ævi, qui in senectute sunt, I.
 849. Occurrit, his singulis. — Numen, trinus Deus, per quatuor latera domus, I.
 850. Disponit, ordinavit. — Duodenis, quos in quadratum orbem misit, I.
 851. Insignia, ornamenta, I.
 852. Animasque, splendores, qui figurant animas. — Colorum, diversorum, I.
 853. Evomit, emisit, Iso.
 855. Hinc, ex uno latere, I.
 856. Honores, sapphiri et berylli, I.
 857. Hebes, in splendorem, I.

COMMENTARIUS.

foratu pro forata dolatu. In Vat. G a secunda manu, forata dolatu, prioribus abrasis.

836. Mar., lumen; supra caractere minori, limen. Apocalyps. xxi, 11, dicitur : *Et lumen ejus simile lapidi pretioso, tanquam lapidi jaspidis, sicut crystallum* : Giselinus ait, videri poetam legisse : *Et limen ejus simile lapidi pretiosissimo, tanquam jaspidi, crystallizanti*; cæteroque in de suo januæ descriptionem affinxisse. Præmiserat vero Giselinus, vix esse, qui hanc allegoriam rectius et venustius accommodarit. Pro arcu Put. actu. Non placet *relucenti actu*; et arcu habent Mar., Rat., Vienn., Alex., Vatt. C, D, F, aliique præter editiones veteres. Sermo est de duodecim portis cælestis Hierusalem Apocal. loc. cit., vers. 21 : *Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas, et singulæ portæ erant ex singulis margaritis*. Itaque singulæ portæ ex singulis margaritis ingentibus constabant, quæ margaritæ perforatæ aditu præbebant. Huc respexit Prudentius, non ad vers. 11, ut putavit Giselinus. Vide comment. Ludovici ab Alcazar.

838. In quibusdam vulg., summus; legendum summis.

840. Hic locus ex Pauli verbis intelligitur ad Ephes. ii, 18 et seqq. : *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites, et advenæ; sed estis cives sanctorum, et domestici Dei; superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. In quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu.*

841. Prior B. eh., intrat, et electos.

842. Erf., qua hominis. Weitzius, qua corpore, cum Mar. et Rat.

843. Mar., Rat., Sich., vis animæ : ita Weitzius, qui propterea legit *qua corpore toto*. Tunc *quadrua vis animæ aram cordis adit*. Nebrissa quadruam hanc vim interpretatur quatuor hominis ætates.

845. Egm., mendose, seu pueros sub primus agat.

847. Erf. a prima manu, lux alta, non absurde. Duo vetustiores Heinsiani, Alex. a prima manu, Ald., Mar., Weitz., borreæ : idem fere est berræ in Gis.

borreæ in Vat. L et Ang. Alii, boreæ, ut Erf., Fabr., Egm., tres Heinsiani, Vatt. C, F, et alii. In Widm., borreæ et boreæ; in Vat. D, boræ; in Vienn. et Rat., boreæ; in Mar. algidæ borreæ; supra bene correctum *algida* Gronovius, Observat. eccles. cap. 5, plorare jubet nescio quem codicem, ex quo ostentatur boreæ algida sive; Græci et βόρρης et βορέας dicunt. In Teolio mendum puto seu pro sive algida borreæ. Idem Teolius videtur sensisse, in nullo ms. Vat. extare borreæ, quod falsum est. Carmini magis consonat borreæ : et ita legitur apud Paulinum in oda ad Nicetam : *Te patrem dicit plaga tota borreæ.*

848. Vienn., fovet pro vocet.

849. Potiores ex Heinsianis cum Aldo, Vatt. F, L, G, a prima manu, nomen. Gis., Weitz., Mar., Rat., Vienn., Alex., Vat. C, numen, quod Iso amplectitur. Heinsio rectius videtur nomen, quod mihi etiam placet. In Vat. O, *Occurrit numen quadrina ad compita trinum.*

852. Nove et mire dictum animæ colorum viventes pro vivis coloribus.

853. Gifanius Ind. Lucr. ait Prudentium sine dubio Virgilii locum ex lib. ii Georg. imitatum : *Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus undam*. Sic lux evomit.

854. Weitzius scribit *chrysolitus*, quia ita reperit in Widm. Sed nonne fuisset melius *chrysolithus* cum cæteris?

855. Corrector audacissimus in Rat., abrasis prioribus, substituit *et beryllum*, ne prima in *beryllum* corripere. Eam corripuit Fortunatus, et Fridegodus in Vita S. Wilifridi num. 46, *Protinus admissio micuit syntagma beryllo.*

856. Fuld., Pal., *variatur* pro *variabat*. Heinsius edidit *variatur*, sed varias lectiones non adnotavit, ut solet, cum a vet. edd. recedit. Heinsium Chamillardus, et Teolius secuti sunt; Cellarius et Gallandus restituerunt *variabat*.

857. Ratisbonensis corrector de quo nuper, iterum insectiam suam prodit *Chalcedon hebes hinc perfunditur*. Weitz., scripti Heinsiani, Pal., Alex., *hic chalcedon*. Ald., Gis., Mar., Rat., Vienn., Vat. F, Gall. et alii, *hinc chalcedon*. De his gemmis vide interpretatio-

Lumine vicino : nam forte cyanea propter
Stagna lapis cohibens ostro fulgebat aquoso.

860 Sardonychen pingunt amethystina : pingit iaspis
Sardonium juxta appositum, pulcherque to-
[pazon.

Has inter species smaragdina gramine verno
Prata virent, volvitque vagos lux herbida fluctus.
Te quoque conspicuum structura interserit,
[a dens

865 **660** Chrysoprase, et sidus saxi-stellantibus
[addit.

GLOSSÆ VETERES.

858. Propter, juxta cyaneum stagnum, in quo iste
lapis invenitur, l.

859. Stagna, aquas. — Lapis, hyacinthus. — Cohi-
bens, coagulans. — Ostro, nam purpureum colorem
habet, l.

862. Species, colores. — Smaragdina, smaragdus
viret, l.

865. Voluit, facit. — Fluctus, splendores, l.

COMMENTARIUS.

861. Egm., Pal., Alex., Put., Sardium, quod vix
hoc loco ferri posse pronuntiat Heinsius, qui præfert
Sardoum cum Thuan., nam a Sardinia sardous lapis,
et Sardoa herba dicuntur. Heinsium ex cod. Regio
edidisse Sardoum affirmat Teolius; sed animadver-
tendum, regii codicis nomine apud Heinsium intelligi
Puteanum, ubi est Sardium. In Ang., Sardonium.
Ald., Gis., Weitz. cum Mar., Rat., Vienn. et aliis,
Sardonium. In altero Rott., Sardon ibi appositum.
Pro appositum Gis. et Fabr. appositus. Gifanius ex
vet. lib. tucur topazion, per episynalæpham; posse
id stare non nego, sed male in aliis legi topazon, non
asentior. Apud Venantium Fortunatum lib. i de
partu Virg., Quando ravimentis alba topazus inest.
Fortasse Prudentius dixerit masculino genere topa-
zus, vel topazos.

862. Hic quoque Weitzius singularem unius codi-
cis Egm. lectionem voluit tenere, scilicet smaragdina..

865. Ang., vomitque vagos. Metrum rejicit vomit.
Herbidus pro colore herbeo, seu viridi apud Ovidium,
Columellam, Plinium, Plautum, Sardonium, Paul-
num et alios.

865. Pal., Vat., C et nonnulli ex vetustioribus
Heinsianis, saxi stillantibus, quos audiendos non
esse, monet Heinsius. Alii chrysoprase, alii cryso-
prase scribunt. Venantius Fortunatus lib. iii Vitæ S.
Martini ait: Quæ palla ex humeris mixto chryso praso-
beryllis. In Glossario Cangii, aucto et illustrato opera
Maurinorum, dubitatur an mixto auro, seu chryso
cum prasoberyllis, an vero unica vox chrysopraso-
beryllis. In codice ms. S. Germani Parisiensis ita le-
gitur: Quæ palla ex humeris mixto chrysophara be-
ryllis: quo pacto obscurior est versus. Ego opinor,
Venantium loqui de chrysopraso, sed ita ut intellet
chrysoprasus, is: adeoque verba ita sunt separanda
mixto chrysoprase beryllis. In quantitate syllabarum
discrepant Prudentius et Fortunatus, quod in hujus-
modi nominibus Græcis minime est mirandum. In
postremâ editioe Fortunati Romæ procurata legi-
tur mixto chrysopraso beryllis. Sed o in auferendi casu
a Venantio corripit, quis credat?

866. Post hunc versum nihil est aliud in exemplari
bibliothecæ Viennensis, quocum Mariettus supervora
contulit: qui asserit, hoc Psychomachia fragmentum
satis corruptum, et negligenter scriptum, neque
alia Prudentii carmina in eo codice inveniri.

868. Virgilius i Æn., vers. 641: At domus interior,
etc. Cap. ix Proverb., vers. 1: Sapientia ædificavit
sibi domum; excidit columnas septem.

869. Weitzius ridicule, ut solet, cristalli edidit, so-
lius Widm. auct. ritate permotus, cum in aliis scri-

A Stridebat gravidis funalis machina vinclis,
Immen-as rapiens alta ad fastigia gemmas.
At domus interior septem subnixâ columnis
Crystalli argentis, vitrea de rupe recisis,

870 Constructur, quarum tegit edita calculus af-
[bens

In conum cæsus capita, et sinuamine subter

661 Subductus conchæ in speciem, quod mille
[talentis

Margaritum ingens, opibusque, et censibus
[hastæ

864. Structura, lapidum, l.

866. Funalis, in fune pendens. — Machina, domus. l.

867. Fastigia, ad cælum: nam ædificatam domum
B aa cælum trohebant, l.

869. Recisis, sectis, l.

870. Quarum, columnarum. — Calculus, corona, l.

871. Capita, summitates, l.

875. Margaritum, calculus, l.

batur cristalli. In Mar., Rat., Palat., Widm., Egm.
supra albens. Aldus cum aliis argentis: quod magis
placet, nam statim versu proximo calculus albens.
Crystallus algens, quia ex gelu concrecere dicitur.
Vide Cath. hymn. 2, in not. ad vers. 71.

870. Heinsius cum Egm., et Pal., quadrum pro
quarum, scilicet quadrum in conum, uti etiam in cod.
vet. legisse Barthium Heinsius affirmat. Barthii lo-
cum non invenio: et quamvis Heinsius ex Pascha-
sio Radberto proferat quadro sub cardine cæli, et ex
Herico Altissiodorensi lib. ii de Vita S. Germani,
quadrum lignum, quadrus orbis, nihilominus sequor
codices optimos, Heinsianos, omnes, Mar., Rat.,
Alex., Vat. C, F, G, Ald., Gis., Weitz. aliosque;
quarum tegit, etc. Sensus vero optimus est quarum
C (columnarum) ed ta capita tegit calculus albens in co-
num cæsus. Iso nobiscum facit: QUARUM, columnarum.
Recentiores, Cham., Cell., Teol. Heinsium ducem
sunt secuti. Gallandius vero mendum putavit, in Cha-
millardo quadrum.

871. Pal. scribit in quonum. Conus est cacumen,
sive capitellum magis dicere, cum sicut ex peri-
pheria in unum punctum plures lineæ assurgunt.
Ald. et Vat. C, sinuamina.

872. Ald., subducium conchæ in speciem; alter
Rott., ducto concharum in-speciem, Weitzius, ductus
concharum in speciem, cum Erfurtensi. Communior
et verior lectio, subductus conchæ in speciem; in Vat.
C, in specie.

875. In Aldo error margaritarum pro margaritum.
Margaritum neutro genere recte dici ex Servio, Var-
rone, fragmento epistolæ Augusti, aliisque probat
Burmannus tom. I Antholog., pag. 413. S. Hieronymus
æpe ita locutus est. Giselinus e duobus Pul-
manni apographis restituit opibusque, et censibus ha-
stæ Addictis, neque rejiciendam censet aliam lectio-
nem in suo opibusque, et viribus arcæ Adductis. Prius
illud approbat Heinsius cum Put. et Egm. In cæteris
ejus erat opibusque, et viribus hastæ, vel arte, vel
haustæ: unde conjiciebat Cauchius opibusque, et jure
sub hastæ Addictis, merito improbante Heinsio. Weit-
zium in Egm. legit hasta, non hastæ. Fuld. et Widm.,
viribus hausta; ita etiam Erf., supra hausta, quod
exstat in Palat. Fabr., arte adductis Ald., opibus
et viribus arte adductis. In quibusdam apud Weitz.,
arcæ adductis. Mar. et Rat., opibusque, et viribus hau-
ste addictis. Alex., opibusque, et viribus hastæ addi-
ctis, cum glossa JURIBUS, hoc est belli, vel victoriæ;
HASTÆ, scilicet renditioni, vel captioni. Vat. C, opibus-
que, et viribus arte adductis: idem subd. cure in Vat.
D. Notandum enim est, in codicibus mss. veteribus

- Addictis, ani nosa fides mercata pararat. **A**
 875 Hoc residet solio pollens Sapia, et omne
 Consilium regni celsa disponit ab aula,
 Tutandique hominis leges sub corde retractat.
 In manibus dominæ sceptrum, non arte poli-
 [tum :
662 Sed ligno vivum viridi est, quod stirpe
 [recisum,
 880 Quamvis nullus alat terreni cespitis humor,
 Fronde tamen viret incolumi : tum sanguine
 [tinctis
 Intertexta rosis candentia lilia miscet,
 Nescia marcenti florem submittere collo.
 Hujus forma fuit sceptri gestamen Aaron
 885 Floriferum : sicco quod germina cortice trudens,
 Explicuit tenerum spe pubescente decorem,

GLOSSÆ VETERES.

875. Solio, *calculo*. — Sapia, *Deus*, I.
 878. Dominæ, *sapientia*. — Non arte, *non aureum*
fuit, I.
 882. Miscet, *huic sceptro ad ornamentum affixit*, I.
 883. Florem, *proprium*. — Collo, *summitati*, I.
 885. Trudens, *emittens*, I.

- Inque novos subito tumuit virga arida fetus.
663 Reddimus æternas, indulgentissime do-
 [ctor,
 Grates, Christe, tibi, meritosque sacramus ho-
 [nores
 890 Ore pio : nam cor vitiorum stercore sordet.
 Tu nos corporei latebrosa pericula operti,
 Luctantisque animæ voluisti agnoscere casus.
 Novimus, ancipites nebuloso in pectore sensus
 Sudare alternis conflictibus, et variato
 895 Pugnatum eventu, nunc indole crescere dextra,
 Nunc inclinatis cervicibus ad juga vitæ
 Deteriora trahi, seseque addicere noxis
 Turpibus, et propriæ jacturam ferre salutis.
 O quoties animam, vitiorum peste repulsa,
 900 Sensimus incaluisse Deo : quoties tepesfactum

- B** 886. Spe, *florendi*, I.
 891. Pericula, *vitia*. — Operti, *occulti*, I.
 893. Ancipites, *humanos*. — Nebuloso, *obscuro*, I.
 895. Indole, *spe vincendi*. — Dextram, *nostram*, Iso
 896. Cervicibus, *virtutibus*, I.
 900. Tepesfactum, *defectum*, I

COMMENTARIUS.

sæpe non satis distingui, legendumne sit *juribus* an *viribus*. Vat. F, *opibusque*, et *juribus arte additis*; ita etiam Vat. G a prima manu. Vatt. L, BB, *opibusque*, et *viribus arte additis*. Ex his omnibus rejicierte debet *additis*, quod metro advenatur. Gifanius ex vet. lib. præfert *opibusque et viribus hastæ addictis*, et *censibus* glossam sapere affirmat. Heinsius contra pulcherrimum putat *censibus*. Mihi non displicet *juribus*. Existimo præterea omnino legendum *hastæ*: in Ang. erat *viribus....additis*, et desiderabatur ea vox. In Bonon., *viribus astu et addictis*. De verbo *addicere* pro *vendere* vide comment. ad vers. 77 hymni 2 Perist.

874. Salmasius, qui in Jul. Capit. pag. 90 ex codice Put. legit etiam *opibusque*, et *censibus hastæ addictis*, explicat deinde, quid sit *animosa fides*; scilicet quæ pretio non parcat, ei impensas minime veretur, ut *animosus homo* in cod. Theod., et *animose comparare* apud Suetonium. Weitz., Mar., Rat., *parabat*. Prudentius attingit parabolam ex cap. XIII Matth., vers. 45 et 46 : *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti lonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam*. Hinc intelligitur quid sit *opibus*, et *censibus hastæ addictis*, seu *venditis*, nimirum homo fide animosus vendidit omnia quæ habuit, et emit illud margaritum, sive regnum cælorum.

876. In altero Rott., *concilium*.

878. Ang., *nec arte; lege non arte*. Paschalius, de Coronis cap. 8, lib. III, notat, in sceptris apponi consuevisse lilia, aut rosis, aut utrumque.

879. Ita Heinsiani, Erfurt., Widm., Weitz., Alex., Vat. O, Mar., Rat. et Bononiens. In Ald., Gis., Vatt. C, L, *Sed lignum vivum est, viridi quod stirpe recisum*; quam lectionem admittendam negat Gallandius, quia vers. 881 dicitur *Fronde tamen viret incolumi*. Fuld., Pal., *Sed lignum vivum, viridi est quod stirpe recisum*. Vat. C, *Sed lignum vivum viride est, quod stirpe recisum*. Vat. F, *Sed lignum vivum viridi de stirpe recisum*. Ang., *Sed lignum vivum, viridi quod stirpe recisum est*. In Put., mendose, *recisos*; in Thuan. et Oxon., *Sed lignum vivum viridi est, quod stirpe reciso*. Salmasius, teste Heinsio, locum veteris grammatici codici Put. ascripserat, quem opinatur ad hæc ipsa Prudentii allusio: *Stirps in significatione scobolis feminino genere dicitur. Sed cum materiam significat, masculino modo stirpem recisum dicitur*.

runt. Quod ego non puto. Quintilianus lib. I, cap. 6, ait poetas metri necessitatem excusare, nisi si quando varian', nihil impediens in utroque modulatione pedum, qualia sunt : *Imo de stirpe recisum*. Locus indicatur Virgilii XII vers. 298 : *Cum semel in silvis imo de stirpe recisum*. Virgilium, qui de sceptro quoque loquitur, æmulatur Prudentius.

881. Ald., *tunc sanguine*; alii *tum*. Vat. C, *perperam, te*.

882. In Widm. supra, *intertexta*, ut in cæteris; in textu, *intertexta*, quod nescio cur Weitzio arriserit.

884. Crucem Domini (nam hoc est sceptrum hactenus descriptum) virgæ Aaron comparat S. Augustinus serm. 51 append. : *Omnès ergo principes tribuum habeant necesse est virgas suas; sed unus est solus, sicut Scriptura dicit, verus pontifex ille, cujus Aaron sacerdos præferebat figuram. Hujus ergo virga germinavit. Sicut enim virga Aaron germinavit in populo Judæorum, ita crux Christi floruit in populo gentium*. Plura in eadem rem egregie Augustinus, sive potius Origenes. De virga Aaron vide Numeror. cap. XXII. In Aaron duas primas ex Hebræo idiomate corripit, plerique aiunt. Ricciolius credit secundam a Prudentio produci, quia Hebraice minus est brevis quam prima : siquidem secunda est *patach*, sive *a* breve, prima *chafes patach*, scilicet *a* brevissimum. De his uberius in Proleg.

885. Gis., Weitz., Vat. F, *florigerum*. Heinsiani et plerique nostri, *floriferum*. Pro *germina* habent *germen* Thuan., Oxon., Erf., Egm., Fuld.

887. Ald., *viruit virga*, cum nonnullis vulg. Post hunc versum in Mar. et Rat. titulus *Gratiarum actio*.

893. Ang., *nebuloso pectore sine in*.

895. Giselinus suspicabatur *dextra*, quamvis edidisset *dextram*; ac reipsa invenit *dextra* in cod. co Pulmanni. Confirmant *dextra* Put., Thuan., duo Rott., Cauch., Egm. Sed nostri plerique cum Aldo et Weitzio, *dextram*; sic Mar., Rat., Alex., Vat. C, F, Ang. Præterea *dextra*, scilicet *indole*. Iso mavult *dextram*, ut ex glossa colliges.

896. Put., Egm., Palat., Vatt. G, H, L a prima manu, *virtutibus*, quod supra est in Widm., et glossæ v. cem s. bit. Ed. ti et plerique mss., *c. r. vicibus*.

897. Fuld., *flammi*; cæteri, *noxis*.

899. Weitz., *repulsa*, non male; sed plerique alii, *repulsa*, melius.

900. Egm., mendose, *inclausisse Deo*. Fabr., *tepesfactus*, male

Cœleste ingenium post gaudia candida tetro A
Cessisse stomacho! servant bella horrida, servant
Ossibus inclusa: fremit et discordibus armis

664 Non simplex natura hominis: nam vi-
[scera limo

905 Effigiata premunt animum: contra ille, sereno
Editus afflatu, nigrantis carcere cordis
Æstuat, et sordes arcta inter vincla recusat.

Spiritibus pugnant variis lux, atque tenebræ.
Distantesque animat duplex substantia vires:
910 Donec præsidio Christus Deus adsit, et omnes
Virtutum gemmas componat sede piata.
Atque, ubi peccatum regnaverat, aurea templi
Atria constituens, texat spectamine morum
Ornamenta animæ: quibus oblectata decoro
915 Æternum solio dives Sapia regnet.

GLOSSÆ VETERES.

902. Bella, virtutum et vitiorum, Iso.

903. Ossibus, humanis, I.

906. Editus, emissus vel factus; spiritus hominis.—
Cordis, carnis, I.

908. Lux, atque tenebræ, spiritus et vitia, I.

910. Præsidio, ad præsidium, I.

912. Ubi, prius, I.

De 12 lapidibus. — In jaspide ergo fidei viriditas, in sapphiro spei cœlestis altitudo, in chalcedone flamma charitatis internæ figuratur. In smaragdo autem ejusdem fidei fortis inter adversa confessio, in sardonico sanctorum inter virtutes humilitas, in sardio reverendus martyrum cruor exprimitur. In chrysolitho vox spiritualis inter

miracula, in beryllo prædicantium perfecta operatio, in topazio eorundem ardens contemplatio monstratur. Porro in chrysoprasso beatorum martyrum opus pariter et præmium, in hyacintho doctorum cœlestis ad alta sublevatio et propter infirmos humilis ad humana discensio, in amethysto cœlestis semper regni in humilium animo memoria designatur. Singulique lapides pretiosi singulis sunt fundamentis deputati; qui licet omnes perfecti, quibus civitas Dei nostri in monte sancto ejus ornatur atque fundatur, spiritualis gratiæ sunt luce fulgentes: alii tamen per spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii gratia sanitatum, alii genera linguarum, alii fides in eodem spiritu, etc., Iso.

COMMENTARIUS.

901. Weitzius e ms. Piccarti notat post gaudia candida retro.

902. Ald. et nonnulli vulgati cum Picc.; cessisse e stomacho. Vera lectio est cessisse stomacho, neque ullum codicem dissentientem reperimus.

903. Simili ratione Ald., Giselin. et alii, ossibus, atque inclusa fremit. Heinsiani, Erf., Egm., Widm., Pal., Mar., Rat., Ang., Alex., Vatt. F, G, H, L, Ossibus inclusa: fremit et discordibus armis. Fuld. et Palat. distinguunt, Ossibus, inclusa fremit et discordibus armis.

905. De verbo effigio vide hymnum 10 Cathem., vers. 4, circa exsequias. Put., animam, cui adhæret Vat. C. Alii, animum.

905. Aug. male, nigrantis in carcere cordis. Vat. C,

nigrantis carcere cordis. Alii, nigrantis carcere cordis.

909 Erf., distantes animo. In Vatt. L, O, distantes animat. In Vat. D est locus vacuus duobus versibus post hunc idoneus; tum sequitur Donec præsidio.

910. Paschalius, de Coronis pag. 124, lib. II, cap. 15, intelligit flores mystico sensu esse has gemmas virtutum.

911. Picc., Gis. ad oram, sede beata. Vat. O, male, sede privata. Confer pulcherrimum hymnum, Cœlestis urbs Hierusalem.

915. In Vatt. F, L, regnat; alii, regnet. In Marietti codice, Explicit liber Prud. de Psychomachia. In Vat. C, Explicit liber Prudentis. In Vat. F, Explicit liber Prud. de Sichomachia. In Vat. D, Explicit liber.

DITTOCHÆUM.

TESTAMENTUM VETUS.

665 1. Ad. m et Eva.

Eva columba fuit tum candida, nigra deinde

C **666** Facta, per anguinum malesuada fraude
[venenum,

GLOSSÆ VETERES

1. Eva columba, sunt tetrasticha.— Tum, primo, I.

COMMENTARIUS.

1 et 2. Hoc opus Aldus vocat Dittochæum; et non video cur alii titulum mutaverint, et de novo inveniando cogitaverint. In Prag. inscriptio est *Dicia Prudentii Aurelii*: versus omnes sunt continuati absque ullo titulo. In Mar., *Incipiunt tituli historiarum per Adam et Adam* (legendum per Adam et Evam). In cod. Vat. A nullus titulus, et negligentissime omnia scripta. In Vat. B, *Tituli historiarum per Adam et Evam*; ita etiam in Rat. In Alex., *Incipiunt tituli historiarum*; ad marginem caractere veteri, sed minutiori, *Iste liber Dittochæum vocatur, id est duplex refectio*. In Urbinate cod., *Incipit liber Dittochæus, qui continetur in titulis historiarum*. In Vat. I, *Incipiunt tituli historiarum per Adam et Eva*. In Vat. Q desunt tituli. Alia vide proleg. cap. 3, 4 et 5, ubi de operibus Prudentii agitur. In Mar. ponitur Dittochæum post odem *Immolat Deo Patri*, quæ est epilogus in Aldo et in nostra editione. In Vat. B ponitur post librum Peristephanou. Chamillardus cum aliis *Enchiridion* inscribit, et addit nonnullos cum Fabricio hoc poemation tribuere Amœno cuidam ignoto

prisca poetæ, alios cum Sichardo Sedulio, quia scilicet cultius hoc poema est cæteris carminibus Prudentii. Ante Chamillardum Philippus Labbeus asseruerat, hoc carmen cæteris Prudentii præstare, ideoque Prudentio a multis abjudicari. Idem affirmat Bailletus in *Judiciis Sapientum de Prudentio*. Aldus in *Vita Prudentii* contrarium testatur: *Διττοχαιον, duplex cibus, διττὸς duplex, et ὄχη cibus. Sunt enim tituli historiarum Veteris et Novi Testamenti, atque hinc puto Dittochæum, hoc est, duplicem cibum appellatum hunc librum a Prudentio. Sed quoniam non sic excultus est et elaboratus hic liber, ut cæteri a poeta compositi, sunt qui non esse Prudentii dicunt. Ego vero ipsum a cæteris separare non sum ausus, tum quia Gennadium, qui post divum Hieronymum scripsit de viris illustribus, Dittochæum a Prudentio compositum dicit, tum etiam quia in antiquissimo codice cæteris Prudentii operibus insertus et hic erat libellus, et pro DITTOCHÆUM, DITTOCHÆUM titulus, scriptorum culpa, quod conjicio facile, quia interpretatum inibi est antiquissimis characteribus, DUPLIX REFECTIO PRO DUPLIX*

667 Tinxit et innocuum maculis sordentibus A

[Adam.

Dat nudis siculna draco mox teg uina victor.

2. Abel et Cain.

5 Fratrum sacra Deus nutu distante duorum

GLOSSÆ VETERES.

3. Tinxit, *insecit*. — Maculis, *peccatis*, I.

4. Tegmina, *alias perizomata*, I.

5. Nutu distante, *discretiva potestate*, I.

Æstimat, accipiens viva, et terrena refu-

[tans.

Rusticus invidia pastorem sternit. In Abel

Forma animæ exprimitur : caro nostra in mu-

[dere Cain.

COMMENTARIUS.

CIBUS. De hoc titulo antiquissimo in codd. et interpretatione vide proleg., præsertim toto capite quarto. Heinsius ex suis notat : In glossa Oxon., *Iste liber proprie Dirochæum vocatur* : in Oxonio altero codice, *Incipiunt tituli historiarum Aurelii Prudentii Hispaniensis, quod Dirocheum de utroque Testamento vocatur*. In Thuan. sub titulo *Historiarum* citatur initio operis, ubi index poematum Prudentianorum exhibetur. Et sub finem hujus poematis, *Explicit Tituli historiarum*. In Cauch., *Tetrasticha de Veteri et Novo Testamento*. Heinsius *Diptychon* inscribit ex conjectura Gifanii, negatque setum Prudentii esse : sed quod Aldum idem censuisse affirmat, fallitur, ut ex verbis Aldi patet. Ex Thuan. cod. lemmata tetrastichorum expressit Heinsius, quo vetustius aliud exemplar non viderat. Sichardus ait, se inscriptionem vulgatam hujus libri mutasse, nixum exemplaribus veteribus, quæ non habent *Dittochæum*, sed *Enchiridion* : fateatur vetustissima quæque exemplaria in eo mire convenire, ut Prudentio adjudicent hoc opus, sed suspicatur esse Sedulii, aut Amœni cujusdam, cujus nomen præteritum viderat in vetusto codice Argentoratensi. Hunc codicem fuisse Weneri Wolfini Argentoratensis refert ipse Sichardus in præfatione ad omnia opera. Fabricius non recte ait, Sichardum in ea esse opinione, ut opus sit Sedulii : nam dubius est Sichardus. Quod autem Fabricius in hæsitatione putat sequendum, quod libro antiquo teste probaretur, adeoque carmen Amœni adjudicandum, non sibi sibi constat, nam versus Dittochæi passim laudat sub nomine Sedulii, et aliunde fatente Sichardo vetustissima quæque exemplaria Prudentio illud attribuunt. Verum exemplaria nostra vetusta ab exemplaribus Sichardi dissident, nam *Di tochæum* habent, non *Enchiridion*. Existimo etiam, Prudentio nomen Amœni adhæsisse ex ipso opere, quod *amœnum* ab aliquo dictum fuerit. Weitzius ex codice, ut videtur, Goldasti Dittochæum hac inscriptione, et versibus antiquis decoravit : *Prudentii Amœni Diptychon, sive Tituli historiarum Veteris et Novi Testamenti. Incipiunt Tituli libri manualis amœni*. Reliquos versus habes in proleg. num. 244. Non dubito quin auctor vetus horum versuum *Manuale amœnum* vocaverit, sive librum manuales amœnum. Aliquis intellexit *Manuale Amœni*, ut *Facetus* quidam poeta nunc nominatur, quia in principio carminis anonymi vox *facetus* occurrit. Ex Gennadio quidem elogium petiit, ut cernere licet proleg. cap. 3, ubi eadem sunt verba *Exceptis personis*. Eadem fere ratione *Enchiridii* appellatio est conficta, quod liber facile manu gestari posset, sive esset manualis; et cum eo lemmata, seu tituli historiarum contineantur, *tituli historiarum* est vocatus. Minus mirum est vocabulum *tetrastichorum*, quod ex genere carminis petitur : solet enim in antiquis codicibus Prudentii genus metri singulis carminibus affigi. In Rat. cod. elogium Prudentii ex Gennadio refertur, et cum in Gennadio plerique *Dittochæum*, nonnulli *Dirocheum* legant, Rat. habet *χειροχαιος*, addita glossa, *i. e. manuales librum*. Itaque dubius hæsi aliquandiu, an *Chirochæum* a Prudentio scriptum crederem : sed *Di-tochæum* non mutandum decrevi. Hoc opusculum sæpius est seorsum editum, et in Bibliotheca Patrum inter opera Prudentii, et sub

Amœni nomine, ubi carmina esse interpolata, monuit Heinsius. Prisca manu in scriptis nusquam reperi inscriptionem *Diptychon*, seu *Diptychion*, ut restituendum suspicatus est Gifanius Indic. Lucr. pag. 359, verbo *MARE MAGNUM*, quia in jure occurrit multa mentio *Diptychi* et *Diptychii*, non quod in veteribus membranis hanc lectionem seu ejus vestigium inveniit, ut Cellarius asseruit : ait enim Gifanius, in vet. lib., et in Gennadii Vita Prudentii esse *Dittocheum*, *Dirocheum*, *Chirocheum*. Giselinus etiam agnovit hæc quibusdam vocari *Chirocheum*, quod *manuale* vertebant; sed auctoritate sui cod. et alterius Buslid. prætulit titulum *Tetrasticha de Veteri et Novo Testamento*; cujus similes sunt inscriptiones in Ausonio et aliis. Glossas hujus opusculi deprompsi ex Manuali biblico sacre Scripturæ edito anno 1610, de quo vide proleg. cap. 4. Quamvis enim Joannes Fabricius Biblioth. Lat. vet. lib. III, cap. 2, num. 20 affirmet, eas glossas in Weitzii Prudentio obvias esse, falsum tamen id est, nam Weitzius ignorans eas glossas, quæ ante prodierant, ex cod. ms. pauca sumpsit, ut conferenti utrasque fiet manifestum. Labbeus, in Nov. Biblioth. mss. pag. 64, codicem ms. hujus operis Prudentiani laudat, qui emendatior erat *Tetrastichis Manualis biblici Goldasti*. Imagines rerum, quas Prudentius describit, exstare plures depictas in antiquorum Christianorum sepulchris observare potes tom. III Antiq. Christ. doctissimi viri P. Thomæ Mariæ Mamachii, pag. 50 et seqq., ubi explicationes et significationes adducit. Barthius, cap. 12 lib. VII Adversar., ex multis locis similibus arguit, auctorem Dittochæi esse Prudentium, ex quo nos proficiemus, plura alia addentes. Eva primum candida columba, tum nigra dicitur, ut Psych. vers. 787, *Niveis tradit Deus ipse columbis* : nam quod ait Barthius, alibi Prudentium dixisse de Paulo, *Corvos mutare columbis*, hoc in ipso Dittochæo exstat vers. 192. Vide cap. 2 Genes. Plurimi vers. 2 scribunt *anguinum*, alii *anguineum*. Non semel hoc vocabulo usus est Prudentius. Pro *malesuada* habent *malesuasa* Vatt. N, Y, Z, AA, BB, CC, quos minime sequar.

4. In uno Vat. reperit Teolius *Mox draco dat nudis siculnea tegmina victor*. In Vall. exstat *dat nudis siculnea mox draco tegmina victor*. Barthius observat non esse ex textu sacri libri, sed ex interpretatione Judæorum, quod draco, seu Satanas Adamo et Evæ texuerit velamina siculnea. At pro nostro poeta responderi potest ejus verba esse *dat victor draco tegmina*, non quod texuerit, sed quia causa fuit peccati, ex quo tegmina siculnea consecuta sunt.

Titulus 2 abest a Vat. B. In Vatt. A, D, Alex., *Abel et Cain*. In Mar., Rat., Vat. J, *Cain et Abel*. Ald., et Thuan. *De Abel et Cain*. In Vallicellano nulli sunt tituli tetrastichis præfixi. Vide Genes. IV.

6. Gold., *occipiens*, mendam puto, pro *accipiens*. De hac historia Prudentius in præfat. Hamartigeniæ, ubi vers. 5 : *Hic terrulentis, ille v'vis fungitur*. In hymno Exsequiarum caro terrea, spiritus vivus dicitur, et in Hamartigenia caro exemplo Caini exprimitur et exponitur.

Titulus 3 in Vatt. B, I, Mar., Rat., et Thuan., *Arca Noe*. In Vat. A, Ald., *De Noe et diluvio*, cum Alex. In Vat. D, *De arca Noe et diluvio*. Vide Genesis cap. VII.

5. *Arca Noe.*
Nuntia diluvii jam decrese ntis ad arcam
10 Ore columba refert ramum viridantis olivæ :
668 Corvus enim ingluvie per fœda cadavera
[captus
Hæserat : illa datæ revehit nova gaudia pacis.
4. *Ad ilicem Mambre.*
Hospitium hoc Domini est, ilex ubi frondosa
[Mambre
Armentale senis pertexit culmen : in ista
45 Risit Sara casa, sobolis sibi gaudia sera
Ferri, et decrepitum sic credere posse mari-
[tum.
5. *Monumentum Saræ.*
Abraham mercatus agrum, quo conderet ossa

- A Conjugis : in terris, quoniam peregrina mo-
[iatur
669 Justitia, atque fides : hoc illud millibus
[emptum
20 Spelæum, sanctæ requies ubi parva favillæ est.
6. *Somnium Pharaonis.*
Bis septem spicæ, vaccæ totidem Pharaoni
Per somnum visæ portendunt dispere forma
Uberis, atque famis duo per septennia tempus
Instare : hoc solvit patriarcha, interprete Chri-
[sto.
7. *Joseph a fratribus agnitus.*
25 Venditus insidiis fratrum puer : ipse vicissim
Cratera in farris sacco clam præcipit abdi,
Utque reos furti Joseph tenet, auctio fallax

GLOSSÆ VETERES.

14. Pertexit, vel protexit, I.
16. Ferri, dari, I.
17. Quo, ut, I.
19. Hoc illud, scilicet est, I.

20. Spelæum, spelunca, I.
22. Portendunt, significant, I.
25. Uberis, ubertatis, I.
26. Cratera, scyphum, I.

COMMENTARIUS.

2. Heinsius lib. 1 Advers. posth., cap. 6, corrigi B
vult *datæ* pro *datæ*. Nihil opus est correctione. Teo-
lius in verbo *hæserat* notat, Prudentium legisse juxta
LXX, *Qui* (corvus) *egrediebatur, et non revertebatur.*
Sed cur non juxta Vulgatam, quæ eodem modo
legit?

Titulus 4 in Gisel. et Thuan., *Ilex Mambre.* Vatt.
B, I, Rat., Mar., Weitz. *Ad ilicem Mambre.* Alex.,
De Abraham et hospitio ejus. Vat. D, *De hospitio Sa-*
ræ. Aldus, *De Abraham et hospitio.* Vide Genes.
cap. xviii.

13. Vat. A, hæc pro hoc, male. In uno Vat. desi-
derari hoc advertit Teolius, quod pariter abest a
Vallie. Interpretes plures putant Abrahamum Do-
minum ipsum, non angelos, hospitio excepisse, et
SS. Trinitatis mysterium agnoscunt. In eadem sen-
tentia est Prudentius Arotheos. vers. 28 et seqq.,
ubi Abraham hospes Christi, hoc est Verbi di-
citur.

14. Vat. A, mendose, *armentale s enim.* Rat., Weitz., C
Gold. apud Weitzium supra, *prætextit.* Prag., *præ-*
textit. Mar., *pertexit.* Ald., Gis., Urb., *protexit.* Gol-
dasto in Manuali biblico, *pertexit*, quod ex eodem
Goldasto in textu indicavit Weitzius. Alexandr. quo-
quo *pertexit*, ut alios omittam. *Culmen* aliquando su-
mitur pro vili casa, ut apud Virgilium ecloga 1,
Pauperis et tuguri congestum cespite culmen. Conler
not. hymn. 1 Cath., vers. 14, *Stantes sub ipso cul-*
mine.

15. In Vall., *gaudia tarda*, et pro diversa scri-
ptura *sera*.

Titulus 5. Plerique optimi, *Monumentum Saræ*
pro titulo 5, nisi quod nonnulli scribunt *Sarræ.* Vat.
D, *De Abraam et agro empto.* Aldus, *Abraham agrum*
emisse. Gene. xviii.

17. Weitz., Gis., *mercatur*, cum Pal. et Goldasto
Weitzii. Scripti fere omnes *mercatus*, sed in non-
nullis mendose additur verbum substantivum *est*,
nam *mercatus agrum* dicitur per epexegetim. Contra
metrum vero est *mercatus est agrum*, quod in uno
Vat. invenit Teolius. Heinsius cum Thuan., Egm. et
nonnullis aliis, *cui conderet*, quod Aldus expresse-
rat. Nostri plerique *quo*, ut Mar., Rat., Prag., Vall.,
Vatt. I et Y. In Vat. D, *in quo.* In aliis tamen est
cui, ut Alex. et Vat. A. Etiam in nonnullis nostris
est *mercatur* a secunda manu, scilicet in Mar. et
Rat. Teolius edidit *quo*, sed in notis ad hunc ver-
sum et ad vers. 165 Psychomachix videtur præ-
ferre *cui*.

18. Vat. A et Palat., *moratus*, perperam.
19. In uno Vat. apud Teol., *hoc illi millibus em-*
ptum.

20. Vall. contra metrum, *sepulcrum* pro *spelæum.*
Favilla pro defunctorum, quorum corpora non com-
buruntur, reliquis alibi etiam a poeta accipitur. Vide
Cath. hymnum *Omni ora*, vers. 100, et hymn. *Ex-*
sequiar., vers. 142.

Titulus 6 est *Somnium Pharaonis* in plerisque.
Aldus, *Pharao somnium vidisse.* Vat. D, *De somno*
Pharaonis. Adis Genesis cap. lxi et hymnum 6
Cath., vers. 57.

21. In Rat., Prag., Goldasto apud Weitzium, Vat.
uno apud Teol., *spicæ et vaccæ*, quod tenuit Weit-
zium. In reliquis *spicæ, vaccæ.* Vall., *spicæ et totidem*
vaccæ.

22. Giselinus ad oram, *portendunt visæ per som-*
num. Ita Sichelus.

23. In Bong. et Vat. I, *tum* pro *duo.* In Mar. etiam
dum, vel *tum*, supra *duo.* Pro *uberis* Vat. A *verbe-*
ris, mendose.

24. Hoc etiam sæpissime a Prudentio usitatum,
ut Christum pro Deo, et Verbo divino ponat. Vide
Cath. hymn. 4, vers. 68.

Tituli 7 lemma in plerisque, *A fratribus agnitus*
Joseph, vel *Joseph a fratribus agnitus*; hoc secundo
modo habent Vatt. B, I, Alex., Mar., Rat. In Vat.
D, *De Josephi venditione a fratribus.* Consule Genes.
cap. lxiv.

25. Vat. B, *venditur.*

26. Vat. A, male, *in terris sacco.* Fabr., Pal.,
Cratera in fratris sacco. Weitzius *crateram* cum Urb.
Giselinus cum Goldasto in Manuali biblico et multis
mss. vet., *cratera.* Aldus quoque *cratera*, et a Weit-
zio allegatur pro *fratris sacco*; apud me habet in
farris sacco. Codices Vatt. recentiores, ut D, N,
AA et alii, *in fratris sacco.* Alii, *farris sacco*, ut I,
Q. I, Vat. D, et Vallie., *in sacco fratris.* Vat. B,
Mar., Rat., Prag., *Crateram in farris sacco.*

27. Heinsiani, Mar. a prima manu, Urb., Alex.,
Vatt. A, I, Weitzius, Gisel. ad oram, Vallie., *auctio*
fallax, quam lectionem probant verba sequentis
versus *veniaque pudescunt*, nempe *venia* a Josepho
data ob auctionem seu venditionem ipsius, quæ tunc
prodita fuit et manifestata. Legunt *actio fallax* Vatt.
B, D, N, Q, Mar. a secunda manu, Rat., Prag.,
Widm. et alii, qui intelligunt actionem, qua Jo-
sephus fratres, rei gestæ ignaros, aliquandiu fe-
sellit.

670 Proditur, agnoscunt fratrem, veniaque A
[pudescunt.

8. *Ignis in rubo.*

Sentibus involitans Deus igneus ore corusco

50 Compellat juvenem, pecoris tunc forte magi-
[strum.

Ille capit jussus virgam : fit vipera virga.

Solvit vincla pedum : properat Pharaonis ad
[arcem.

9. *Iter per mare.*

Tutus agit vir justus iter, vel per mare ma-
[gnum.

Ecce Dei famulis scissim freta Rubra debi-
[seant,

55 Cum peccatores rabidos eadem freta mergant.

Obruitur Pharaon : patuit via libera Mosi. B

10. *Moses accepit legem.*

Fumat montis apex divinis ignibus : in quo

GLOSSÆ VETERES.

53. Tutus agit, *protectus agit.* — Vel per mare,
vel etiam, I.

57. Montis apex, *Sinai*, I.

58. Saxorum pagina, *tabulæ*, I.

671 Scripta decem verbis saxorum pagina
[Mosi

Traditur, ille suos suscepta lege revisit :

40 Forma sed his vituli so'us Deus, et Deus aurum.

11. *Manna et coturnices.*

Panibus angelicis alben tentoria patrum.

Certa fides facti : tenet urceus aureus exin

Servatum manna ; ingratiss venit a'tera nubes,

Atque avidos carnis saturat congesta coturnix.

12. *Serpens æneus in eremo.*

45 Fervebat via sicca eremi serpentibus atris,

Jamque venenati per livida vulnera morsus

Carpebant populum : sed prudens ære politum

Dux cruce suspendit, qui virus temperet, an-

[guem

13. *Lacus myrrhæ in eremo.*

Aspera gustatu populo sitiente lacuna

50 **672** Tristificos latices stagnanti felle tenebat.

48. Cruce suspendit, *propter figuram mysticam*, I.

49. Lacuna, *fossa aquæ*, I.

50. Tristificos, *amaros*, I.

COMMENTARIUS.

28. Gis. ad marg., *veniaque pudescunt* cum plerisque; in textu *vanique pudescunt*. Hoc verbo usus est Prudentius Cath. hymn. 2, vers. 26, et Apoth. vers. 776. Teolius ex uno Vat. notat *veniamque petiscunt* pro *petissunt*, vel *petessunt* cum glossa *poscunt*. In Vall., male, *veniamque poscunt*, cujus glossa *petunt cum pudore* videtur facta pro *pudescunt*.

Titulus 8 in fere omnibus *Ignis in rubo*. Aldus *Mosem rubum vidisse ardentem*. Res narratur cap. iii et iv Exodi.

29. *Deus igneus* Prudentianum est, ut hymn. Cath. Circa exsequia, *Deus, ignee fons animarum*, et sæpe alias. Confer not. in vers. 1 ejus hymni. Hanc eandem historiam poeta noster complexus est hymno 5 Cath., vers. 51 et seqq., ubi similes phrascs. Vide etiam Apotheos. vers. 55 et seqq., *Sed tamen et sentam*, etc.

Titulus 9, *Iter per mare*, ex scriptis et editis. Aldus, *Pharaonem in mari submersum*. Legi potest cap. xiv Exodi.

53. Idem poeta Cath. hymno 4, vers. 46, *O semper pietas, fidesque tuta*. Cyprianus in epistola ad Donatum extrema laudat *mentem in Deum solidam, fidem tutam*, quem locum frustra sollicitat Gronovius Observat. eccles. cap. 3, nam, rectissime *fides tuta* dicitur. *Mare magnum* passim apud poetas, e Græco sumptum; de quo Gifanius Indic. Luer., verbo *MARE MAGNUM*. Celebris est hic titulus cujusdam veteris hullæ, et nunc Romæ recentis poematis Italici. In Vall. legitur *vel per mare Rubrum*, quod est glossema.

54. Vat. A, mendose, *scissum* pro *scissim*. Bong., *sensim*. In hymno S. Vincentii, vers. 842, *Rubrum salum deliscere*.

55. Ald., Prag., Alex., Vallic., *rapidos*; in aliis, *rabidos*.

In 10 titulo lemma *Moses accepit legem* cum Alex., Vatt. B, I, Mar., Rat., et Weitzio; in Giselino et aliis, *accipit*. Aldus, *Mosi legem datam*. Relege cap. Exodi xix et xx, et Cath. hymnum 7, vers. 56 et seqq.

57. Vall., *Montis fumat apex*.

59. Error Vat. A, *rejussit* pro *revisit*.

40. Egm., Vat. A, *vitulis*, male, nam forma vituli Deus erat Hebræis.

Titulus 11. *Manna et coturnices*. Aldus, *Manna*

in deserto datum. Habes historiam Exodi cap. xvi, et Psychom. vers. 374, ubi occurrunt eadem fere verba *angelicus cibus et tentoria*.

44. Torn., *conjecta coturnix*. Hymno 5 Cath. multi ex his titulis comprehenduntur. In eo hymno, vers. 101 et seqq., de nube coturnicum, quam hic iterum refert.

Lemma tituli 12, *Serpens æneus in eremo*. Alii, *æneus*. Ita in Rat., sed recenti manu, prioribus abrais. Aldus corrigendus est *in eremo* pro *in eremo*. Consule cap. xxi Numerorum.

45. Aldus, *Aspide sicca malo via deservebat eremi*; eodem prorsus modo Rat. recenti manu, prioribus erasis. Emendationes hujusmodi ineptis illis correctoribus debentur, qui ea quæ non intelligunt, audacter corrigunt. Nolebant, secundam in *eremi* corripi, et eam ob rem novum versum invexerunt. In Vat. B recenti manu factum est *acris* pro *atris*, et interpungitur versus *Fervebat via sicca eremi serpentibus; acris, Jamque venenati*.

46. In Urb., Pal. ac nonnullis aliis, *per vulnera livida*.

48. In Vat. A, *virus qui temperet*. In Vat., B, *qui verus*, sed factum *qui virus*. Vat. I, Weitz., *virus ut temperet*. Communior lectio, *qui virus temperet*.

Titulus 13, *Lacus myrrhæ in eremo* in Vat. B, Mar., Rat., Weitz., Thuan. In quibusdam scribitur *heremo*, ut in Vat. I. Giselinus habet *Lacus deserti amarus*. Aldus, *Moses aquas amaras per lignum in dulcedinem vertit*. Alex., *Lacus amara in eremo*. Videndum caput xv Exodi, et hymnus 5 Cath. de novo lumine vers. 95. Loco cit. Exod., vers. 23, id habetur : *Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ : unde et congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem*. Hinc Alexandrini inscriptio : *Lacus amara, fortasse Lacus mara*; in aliis, *myrrha*, quod ea sit amara. S. Paulinus epist. 27 ad Victricium : *Quibus (epistolis) mentem nostram de peccatis amaram, quasi myrrham illam in manu Moysi per lignum mysterii, etc.* Et Natali 8 : *Quo myrrham tr stem sacri dulcedine ligni In populi potus crucis immutavit imago; et mox, Quasi tristitia myrrhæ Poeta hominem mutat*. Prudentius cum hic, tum alibi usurpat *tristificos, contristare*, ut amarum significet. Vide Rosweydam in not. ad Paulin., pag. 863.

Moses sanctus ait : Lignum date, gurgitem in A
[istum
Conjicite: in dulcem vertentur amara saporem.

14. *Elim lucus in eremo.*

Devenere viri, Mose duce, sex ubi fontes,
Et sex forte alii vitreo de rore rigabant

55 Septenas decies palmas : qui mysticus Elim
Lucus apostolicum numerum libri quoque
[pinxit.

673 15. *Duodecim lapides in Jordane.*

In fontem refluo Jordanis gurgite fertur,
Dum calcanda Dei populis vada sicca reliquit.

GLOSSÆ VETERES.

53. Moysi, pro *Moyse*, Iso.

54. Vitreo, *lucido*, Iso.

55. Septenas decies, *septuaginta*, Iso.

56. Pinxit, *figurat*, I.

B 62. Meretrix, *al. meritrix*. — Tanta fidei vis, *est*,
vel erat, I.

64. Offert, *scilicet seipsa*, I.

COMMENTARIUS.

51. Vat. u. us apud Teol., *gurgite in isto*, quod re-
peritur etiam in Vallic.

52. Plerique veteres scribunt *conicite*, non *conjicite*;
quæ tamen nunc est orthographia communior. Vat. I,
concite, et supra *et*, ut sit *concite*, et in *dulcem*. Bon-
gars., *Concite*, et in *dulces vertentur amara sapes*.
Legendum *conjicite*. Fabr., *Conjicite*, in *dulces verten-*
tur amara sapes.

Titulus 14 in Vat. B, *Elim locus in eremo*. Ita
Alex., Mar., et Vat. I cum Weitzio et aliis. Rat. et
Thuan., *Elim lucus in eremo*. Aldus, *De XII fontibus*
et LXXX palmis (legendum *LXX*). Giselinus, *Fontes*
duodecim, et palmæ septuaginta. Vide cap. xv Exodi.

55. Aldus, *Mosi duce*; alii, *Mose duce*, aut *Moyse*.
Teol., *Moysi duce*, nescio an data opera.

55. Aldus ediderat *qui mysticus elim*; correxit *qui*
mysticus olim: præstitisset non emendare. Scriben-
dum quidem est *Elim*: sed Egm. habet *elim*; alii
Elim, quod amplector cum Vulg. edit. sacræ Scri-
pturæ.

56. Egm., *locus*. Ratio metri postulat *lucus*. Apo-
stolicus numerus in duodecim fontibus signatus; nu-
merus discipulorum, qui quodammodo apostolicus
potest appellari, in palmis septuaginta. In Vulgata
quidem legitur, septuaginta duos fuisse discipulos:
sed in textu græco solum est ἐβδομήκοντα, septua-
ginta: de qua controversia vide Brugensem ad cap. x
Lucæ, vers. 1, et criticos sacros. Nos Vulgatæ le-
ctionem præferimus, et a Prudentio aliisque minorem
numerum negligi defendimus. S. Ildefonsus cap. 9
de itinere deserti, tomo I PP. Toletanorum, p. 256,
Inde venit ad duodecim fontes aquarum dulcium, et
septuaginta palmarum, quæ nobis ostendunt duodecim
apostolos, et septuaginta discipulos, etc. Alia habet
Ildefonsus, quibus Dittochæum possit illustrare. Con-
fer Isidorum, Quæst. in Exod. cap. 21, et quæ ex
eo exscribit S. Martinus Legionensis, serm. 2 de Na-
tali Domini, § 20, pag. 297 et seq., t. m. I operum,
quæ ex autographo notis illustrata publicavit Segov-
iæ 1782 eminentissimus D. D. Franciscus Antonius
de Lorenzana, archiepiscopus Toletanus, primas
Hispaniæ, suis aliorumque scriptis editis de Ecclesia
benemerentissimus, nunc ipsum, dum hæc edimus,
merito suo ac summo omnium plausu in sacrum car-
dinalium collegium cooptatus.

In titulo 15 lemma *Duodecim lapides in Jordane*,
quod exstat in Vat. B et I, Alex., Mar., Rat., Thuan.
et aliis. Giselinus, *Lapides duodecim in Jordane*.
Aldus, *Filii Israel Jordanem transeunt, et ex eo lapi-*
des colligunt. Vide cap. iv Josue, et Cath. hymn. 12,
vers. 177, ubi *refluens annis* dicitur, et Hamartig.
vers. 482, *Si ripis reflu Jordanis*.

58. Wid., *populus*, non bene, pro *p. pulis*. Vat. B,
Rat., Mar., Prag., Weitz., Urb., Vat. I, *reliquit*.

Testes his seni lapides, quos flumine in ipso
60 Constituere patres, in formam discipulorum.

16. *Domus Raab meretricis.*

Procubuit Jericho: sola stant atria Raab.

Hospita sanctorum meretrix (tanta est fidei vis)

Incolumis secura domus spectabile coccum

674 Ignibus adversis in signum sanguinis
[offert.

17. *Samson.*

65 Invictum virtute comæ leo frangere Samson

Aggreditur; necat ille feram: sed ab ore leonis

Mella fluunt: maxilla asini fontem vomit u!tro.

Aldus, Alex., Gis. et alii, *relinquit*.

60. Sich., Gisel. ad oram, Fabr., Egm., Bong.
supra, *ad formam*. Vall., *in forma*.

Titulus 16, *Domus Raab meretricis*, Thuan.,
Raab meretrix. Giselinus, *Domus Rahab*. Aldus, *Raab*
in Hierico speculatores recepit. Cap. II Josue.

61. Ald., Fabr., Gisel. ad marg., *sola astant*; me-
lius reliqui *sola stant*. Giselinus simile hoc putat li-
centiæ illi *via sicca eremi* supra vers. 45, sed fallit-
tur; nam ob *st* dictionis sequentis vocalis brevis sæpe
producitur.

62. Nonnulli antiqui scribunt *meritrix*. Giselinus
putat, posse hunc versum contra omnium codicum
fidem ita inverti, *vis tanta fidei est*, quamvis Pruden-
tius aliis in locis semper secundam corripuerit.
Scripti constanter, *tanta est fidei vis*, excepto Gol-
dasto, qui in manuali biblico legit *tanta fidei vis*.
Paulinus non semel secundam produxit, et in re si-
millima carm. de S. Joanne Bapt. habet: *Auscultat*
nato genitrix (vis tanta fidei). Ita legerem in Pruden-
tius, si aliquando is e in *fidei* produxisset, aut si mem-
branæ paterentur. Carolus Cangius Adnotat. in offic.
Cicer. laudat hemistichium Prudentii *levisque fidei*,
et reprehendit sciolos, qui ausi sint ita mutare *fidei*
quoque plenus. In operibus quæ exstant Prudentii hu-
jusmodi hemistichium non comparet. Parrhasius vers.
428 Passionis Romani legit *Aliter preabor, quam*
fidei ut militent: sed scripti et alii edui quos vidi ha-
bent *fidele*. Iso apud Goldastum in glossis legit *tanta*
fidei-vis, aut *vis tanta fidei*, nam addit *est*, *vel erat*
pro glossa.

63. Weitz., Ald., Gis., Vall., et alii vulg., *inco-*
lumi secura domo, cum Alex. a prima manu. Goldas-
tus, a Weitzio laudatus, Vat. B, Urb., Rat., Mar. a
prima manu, *incolumis secura domus*, et in Vat. B
glossa *domus esse genitivum*, ut intelligamus, Raab
esse securam domus incolumis, vel quod domus in-
columis esset servanda. In Prag., *Incolumis, secura*
domo, quod habet Mar. a secunda manu. *Spectabile*
coccum vocat poeta funiculum coccineum, quo specu-
latores e fenestra suspensi fuerunt: de quo cap. et.
Josue.

Titulus 17. Ald., Vat. B, Mar., Rat., *Samson*.
In Thuan., *Samson leonem necat*. Gis., Weitz., *Sam-*
son's lo. In Vat. A desideratur hoc tetras icon, ut
etiam in Vat. I. Deerat quoque in Alex., sed subje-
ctum est in fine paginæ. Barthius Prudentio adju-
dicandum censet, quamvis in suo codice illud non in-
venerit. Abest præterea ab Egm. et Palat. apud
Weitzium. Historia exposita patet cap. xiv et xv Ju-
dicum.

67. Ald., Weitz., Heins., Teol., *asinæ*; alii, *asini*,
quod verius est: nam sæpe in hoc loco sacra pagina
asinum, non *asinam* vocat.

Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus. A 80

18. *Item Samson.*

Ter centum vulpes Samson capit, ignibus ar-
[mat,

70 Pone faces caudis circumligat, in sata mittit
Allophylum, segetesque cremat. Sic callida
[vulpes

Nunc heresis flammam vitiorum spargit in agros.

19. *David.*

David parvus erat, fratrum ultimus, et modo
[Jesse

675 Cura gregis, citharam formans ad ovile
[paternum:

75 Inde ad delicias regis; mox horrida bella
Conserit, et funda sternit stridente Goliath.

20. *Regnum David.*

Regia mitifici fulgent insignia David:

Sceptra, oleum, cornu, diadema, et purpura,
[et ara.

Omnia conveniunt Christo: chlamys, atque
[corona,

GLOSSÆ VETERES.

70. Pone faces, *post, juxta*, l.

71. Vulpis *pro vulpes*, l.

72. Nunc heresis, *scilicet, quæ*. — In agros, *id est, Ecclesiæ*, l.

73. Et modo, *et quantum*, l.

75. Inde ad delicias, *scilicet formans, id est addu-*

COMMENTARIUS.

68. Asino stultitiam indicari notum est.

Lemma tetrastichi 18. *Item Samson* in Vat. B, Mar. et Rat. Aldus, *De Samson*. Giselinus *Samsonis vulpes*. Thuan., *Samson vulpes capit*. Alex., *Samson*. Legesis caput xv Judicium.

69. Egm., *mendose, trecentum*.

71. Hac voce *allophylus* usus est Prudentius Hamartig. vers. 500. Vide notas. Hic pro *Philistæis* ponitur. Aldus, ut prima in *heresis* non esset brevis, ita hos versus reformavit: *Allophylum, segetesque cremat, nunc heresis ignes, Callida quæ vulpes, vitiorum spargit in agros*. Reclamant scripti, et consuetudo Prudentii, qui primam in *heresis* semper corripuit. Pro *vulpes* alii *vulpis*, ut sæpe dictum est. Fabr., *quæ callida vulpes*.

Titulus 19. *David* in Rat., Mar., Vat. B et I, Weitzio et aliis. Aldus, *David pastor ovium in regem evadit*. Thuan., *David Goliath sternit*. Giselinus, *David pastor*. Lege lib. I Regum xvi et xvii.

73. Vat. A, *Jessem*; melius *Jesse*.

74. Weitzius ex Egm. notat hanc lectionem variantem *olive*; ego voco mendum pro *ovile*.

76. Alii *Gohan*, alii *Goliath* scribunt. Pugnam Davidis poeta descripsit Psychom. vers. 291 et seqq., ubi ait *fundali stridore*, quod nunc dicit *funda stridente*.

Tetrastichon 20. *Regnum David* in Mar., Rat., Vat. B, I, Weitzio et aliis. Aldus, *David rex ungitur*. Thuan., *De regno David*. Giselinus, *David rex*. In Alex. hoc lemma et nonnulla alia sequentia desiderantur.

77. Egm., Vat. A et Q, Alex., Heinsiani, *mitifici*. Plerique nostri, *mirifici*, ut Vat. B, Q, Mar., Prag., Rat., Urb., Vall., cum Ald., Weitz., Giselino aliisque multis. Itaque id retineri posset, licet non negem, verbo *mitificus* poetam usum aliquando. Paschalius, de Coronis pag. 47, lib. I, cap. 15, hos versus laudat.

78. Mar., Vat. I, *oleum, et cornu*; alii, *oleum, cornu, sine et*.

80. Hoc quoque vocabulum Prudentianum est *altar*

80 *Virga potestatis, cornu crucis, altar, olivum.*

21. *Ædificatio templi.*

Ædificat templum sapientia per Salomonis
Obsequium: regina Austri grave congerit au-
[rum.

Tempus adest, quo templum hominis sub pec-
[tore Christus

Ædificet, quod Graia colant, quod barbara
[ditent.

676 22. *Filii prophetarum.*

85 Forte prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa, cecidit discussa bipennis.
Gurgite submersum est ferrum: sed mox leve
[lignum

B Injectum stagnis, ferrum revocabile fecit.

23. *Captivitas Israel.*

Gens Hebræorum peccamine capta frequenti,

90 Fleverat exilium diræ Babylonis ad amnes:
Tum patrios cantare modos præcepta recusat,

ctus, l.

80. *Altar, crucis*, l.

84. *Gaza, bona operatio*. — *Barbara, inculti mo-*
res, l.

90. *Exilium, scilicet suum*, l.

pro *altare*, hymn. S. Cassiani vers. 100, et hymna S. Eulaliæ vers. 212. In Glossario nomine Isidori est *altar* et *altare*. Utuntur hac voce Alcuinus, Beda et alii.

C Titulus 21 est *Ædificatio templi* in Vat. B, I, Mar., Rat., Gis., Thuan., Weitz. Aldus, *Salomon templum ædificat, et regina austri munera offert*. Vide lib. III Regum vi et x.

83. Egm., *sub tempore Christum*. Vat. A, *sub pectore Christum*. Vera lectio, *sub pectore Christus*.

84. Aldus, Gis. in textu, Palat., Alex., *quod Graia colant, quod barbara ditent*, et in Alex. glossa *GRAIA, id est Græca*. Ex Egmondano citat Weitzius, *quod Ia, fortasse quod dia*, nam in V. l. A est *quo dia colant, quo barbara ditent*, nescio quo sensu. In Vat. N, *Quo Gaza colat, quo barbara ditent*, et glossa *Quo, id est templo*. Urb., Vat. B, I, Q, Iso et alii cum Weitz., *Quod Gaza colat, quod barbara ditent*. Consonant Mar. et Rat. In Prag. *quod Gaza colit, quod barbara ditent*. Gis. ad marg., Goldastus in Manuali biblico, *quod Gaza colentum barbara ditent*. Hoc ipsum in Aldo esse Weitzius refert; non tamen sic exstat in mea editione. Scharodus habet *quod Gaza colant, quod barbara ditent*. In Vall., *quod Gaza colat, quod barbara dicet*, cum glossa *sanctificet*. Sed *dicet* a verbo *dico, dicas*, repugnat carmini. Gallandius *Gaza mendum esse* putabat.

Tetrastichon 22. Aldus, *De filiis prophetarum ligna cadentibus*. Weitzius, *Filii prophetarum ligna cadunt*; cæteri, *Filii prophetarum*. De quibus agitur lib. IV Regum vi.

Titulus 23. *Captivitas Israel* in plerisque. Aldus, *De captivitate Hebræorum*. Confer lib. IV Regum xx, et psalmum cxxxvi.

89. Hæc quoque vox *peccamen* Prudentium redolent.

90. Teolius observavit in uno Vat., *ad arces*. Sed *ad amnes* verum est ex psalmo laudato. De hoc hemistichio *diræ Babylonis ad amnes* vide proleg. num. 74, in nota.

91. Scharodus, *dum patrios*. Goldastus apud Weitzium, *Tum patrios cantare modos præcepta, recusat*

Organaque in ramis salicis suspendit amaræ. A
24. *Domus Ezechiae.*

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per
[annos

Præscriptum proferre diem, legemque obeundi

95 Tendere : quod gradibus, quos vespera texerat
[umbra,

677 Lumine perfusis docuit sol versus in or-
[tum.

TESTAMENTUM NOVUM.

25. *Gabriel ad Mariam.*

Adventante Deo descendit nuntius alto

Gabriel Patris ex solio, sedemque repente

Intrat virginem. Sanctus te Spiritus, inquit,

100 Implebit Maria : Christum paries, sacra virgo.

26. *Civitas Bethlehem.*

Sancta Bethlem caput est orbis : quæ protulit
[Iesum,

Orbis principium, caput ipsum principiorum.

GLOSSÆ VETERES.

93. Hic, in hac domo, I.

94. Præscriptum, ætatis, I.

95. Tendere, prolongare. — Gradibus, lineis. —

Urbs hominem Christum genuit : qui Christus
[agebat

Ante Deum, quam sol fieret, quam lucifer esset.

678 27. *Magorum munera.*

103 Hic pretiosa magi sub virginis ubere Christo
Dona ferunt puero, myrrhæque, et thuris, et

[auri.

Miratur genitrix tot casti ventris honores,

Seque Deum genuisse hominem, regem quoque
[summum.

28. *Ab angelis pastores admoniti.*

Pervigiles pastorum oculos vis luminis implet

110 Angelici, natum celebrans ex virgine Christum.

Inveniunt tectum pannis, præsepe jacenti

Cuna erat, exsultant alacres, et numen ado-
[rant.

29. *Occiduntur infantes in Bethlehem.*

Impius innumeris infantum cædibus hostis

COMMENTARIUS.

Organa, quæ in ramis salicis suspendit amaræ. Idem habet Vat. I. Melius alii distinguunt præcepta recusat, *Organaque.*

92. In uno Vat. apud Teolium amaræ exstat pro amaræ. De salice amara vide quæ notat Savaro ad Sidonium pag. 119 ex Virgilio, *salices-carpetis amaræ*, ex Vitruvio, Plinio et Columella.

Titulus 24. Weitz., Mar., Vatt. B, I, *Domus Ezechiae*. Giselinus, *Domus Ezechiae regis*. Aldus, *De Ezechia rege*. Thuan., *De rege Ezechia*. In Rat. nullus titulus. In Urbinatæ trajecta sunt hæc duo tetrasticha, primo loco ponitur *Domus Ezechiae*, secundo *Captivitas Israel*. Lege lib. IV Regum xx.

95. Aldus, Alex., Egm., Giselinus, *quod gradibus, quos vespera texerat umbra*. Et Giselinus quidem advertit, antea legi *tot gradibus quot*, quasi ipse primus restituisset, quod jam Aldus excuderat. Vatt. B, N, Urb., Mar., Prag., Rat. alique, *tot gradibus quot*. Alex. cum Giselinus facit. Heins., *umbram* : secuti sunt alii.

96. Prag., *lumine profusis*, vel *præfusus*. Alii, *perfusus*. Vall., *lumine perfuso*.

Post hoc tetrastichum in Vat. B, et Mar., *Incipit de Novo Testamento*. Vat. I, Weitz., Rat., *Finit Vetus Testamentum. Incipit Novum Testamentum. Maria et angelus Gabriel*. In Aldo solum id est *Adventus Domini*. In Thuan., *Testamentum Novum. Annuntiatio dominica*. Giselinus, *Testamentum Novum. Gabriel ad Mariam*. Alii aliter. Ea quæ sequuntur, usque ad titulum 59, exposita sunt Cath. hymn. 9, 11, 12, et Apoth. vers. 650 et seqq. Capitulum Evangeliorum tantum indicabo. Annuntiatio dominica Lucæ cap. I narratur.

100. Etiam hæc ea tem quantitate Prudentius *Maria* dixit Apoth. vers. 645, et Psych. vers. 88. Pro *implebit* habent *implevit* Ald., Egm., Pal., Thuan., Oxon., Heins., Teol. et alij. *Implebit* magis congruit verbis Evangelij. In Rat. aliena et recenti manu, prioribus erasis, *O Maria, implebit*, ineptissime. Prudentius in verbis Lucæ videtur accipere *Spiritum sanctum* pro Verbo, ut fusius de eam ad vers. 266 lib. II in Symmach.

Titulus 26 *Civitas Bethlehem*, seu *Bethlem*, seu *Bethlehem* in Mar., Vat. B, Rat., Gis., Thuan., Weitz. aliusque. Aldus, *Bethlem caput orbis*. In Vat. I, *Civitas Bethel* a prima manu. recte emendatum a secunda

manu. Consule cap. II Matth., ubi *Bethlehem* scribitur, sed poetis contractione uti licet.

101. Aldus probe ediderat *Sancta Bethlem caput est orbis, quæ protulit Iesum* : secundis curis improbe correxit *quæ protulit ipsum*. Prudentius non semel ex duabus primis *Iesum* unam longam fecit. Pro *Bethlem* alii scribunt *Bethlehem*, quod non reprehendo : nam synæresis fieri potest.

105. Mar., Rat., *hominem Iesum*.

104. Prag., Mar. a prima manu, Gold. in textu, *ante Deum*, male.

Tetrastichon 27. *Magorum munera*. Aldus, *Magi dona ferunt*. In Epiphaniæ hymno et Apotheosi hæc de magis historia simillimis verbis exponitur ex cap. II Matth.

108. Ald., Gis. in textu, *regemque supremum*. Scripti nostri, Heinsiani et Weitziani, *regem quoque summum*.

Titulus 28, *Ab angelis pastores admoniti* in scriptis cum Weitzio. Aldus, *Nuntiat pastoribus natum Christum*. Giselinus, *Angeli a pastores*. Vide Lucæ cap. II.

110. Ald., Pal. et alij, *De virgine*. Mar., Rat., Vat. I, Weitz. alique, *Ex virgine*. Giselinus, *E virgine*.

112. Barthius observat, adeo tenacem phræseos esse Prudentium, ut *cuna* in singulari numero repetiverit ex Cath. hymno 11. Sed in eo hymno, vers. 93, legi solet *Et virgo feta, et cunulæ*, ut in notis docuimus.

Lemma tetrastichi 29, *Occiduntur infantes in Bethlehem*. Ita Rat., Ald., Alex., Thuan. In Vat. I et Gold. Manuali biblico, *Occiduntur in Bethlehem infantes*. Giselinus, *Infantum in Bethlehem cædes*. Vat. B et Mar., *Occisio infantium in Bethlehem*. Weitzius, *Occiduntur in Bethlehem pueri*. Historiam habes Mat. h. cap. II.

113. In Thuan., *cædibus noctis*, emendatum actis. Alii, *hostis*. Herodes impius hostis dicitur etiam a Sedulio in hymno abecedario, *A solis ortus cardine*, scilicet, *Hostis Herodes impie*, pro quo nunc recitamus, *Crudelis Herodes, Deum Regem venire quid times?* ut metri ratio constet. Sed ut alias in Hymnodia Hispanica monui, dicitur restituere posset, *Herodes hostis impie* : atque ita fortasse Sedulius scripserit ; ita certe edidit Fabricius in poetis Christianis, sed, ut puto, ex conjectura Erasmi, non ex fide codicum.

Perfurit Herodes, dum Christum quærit in illis, A
 115 Fumant lacteolo parvorum sanguine cunæ,
679 Vulneribusque madent calidis pia pe-
 [ctora matrum
 30. *Baptizatur Christus,*
 Perfundit fluvio pastus Baptista locustis,
 S Ivarumque favis, et amictus veste cameli,
 Tinxerat et Christum : sed Spiritus æthere
 [missus
 120 Testatur tinctum, qui tinctis crimina donat.

GLOSSÆ VETERES.

117. Perfudit fluvio, *subaudi populum, I.*
 121. Pinna, *sancta Ecclesia, vel penna, sicut Maximus, posito exemplo, qui ambulat super pennas, I.*

51. *Pinna templi.*
 Excidio templi veteris stat pinna superstes.
680 Structus enim lapide ex illo manet an-
 [gulus, usque
 In sæclum sæcli, quem sprerunt ædificantes;
 Nunc caput est templi, et lapidum compago
 [novorum.
 32. *Ex aqua vinum.*
 125 Fœdera conjugii celebrabant auspice cœtu
 Forte Galilæi : jam deerant vina ministris

COMMENTARIUS.

115. Sæpe voce *lacteolo* utitur Prudentius; in re eadem vers. 699 Passionis Romani: *Tenerumque duris ictibus tergum secent, Plus unde lactis, quam cruoris, defluat.* Juvenalis de hædulo satira 11, *Qui plus lactis habet, quam sanguinis.* Ausonius de Ostreis epist. 7, *Carnem lacteoli sanguinis indicat.* Hartmannus Sangallensis in festivitàte Innocentium poetam nostrum æmulatus est: *Salve, lacteolo decoratum sanguine festum.*

116. Prag., *adis pro calidis.*

Titulus 30, *Baptizatur Christus*, ex Vatt. B, I, Mar., Rat., Alex. In Aldo, *Christus in Jordone baptizatur.* Idem in Gisellino. Thuan., *Christus baptizatur.* Lege in caput Matthæi.

117. Mar., Rat., Vallic., Vat. I, Alex. a prima manu, Thuan., *perfudit*, quod ex suis amplexus est Weitzius. Alii, *perfundit*. Et syllabam et rem imitatum esse Prudentium ex hymno Jejunantium, monet Barthius ad hæc verba *pastus Baptista locustis*. Certe; sed cur alia quantitate *locustis* efferre debuit? Juvenecus pariter lib. 1, *Arvis qui solitus ruralibus esse locustas.* In Copa Incerti, sive Virgili legebatur: *Nunc vero in gelida sede locusta sedet.* Burmannus, tom. I Anthol., pag. 716, cum aliis vult legi *lacerta*, sed rationem non afferunt cur debeat *o* in *locusta* esse longum. Fabricius. Comment. in poet. Christ., ait eos qui *locustas* putant esse Hispanorum *ragustas*, nondum probasse. Fabricius fortasse voluit dicere *langostas*, nam Hispanis nihil est *ragustas*.

118. Goldastus in Manuali biblico, *silvarum favis*, sine conjunctione *que*, quam exigit carmen. Male etiam Aldus, *amictu* pro *amictus*, et ridicule Vat. A, *cami li* pro *cameli*.

119. Teolius ex uno Vat. indicavit *tinxit* pro *tinxerat*. At metrum non patitur *tinxit*.

120. Vat. unus apud Teol., *qui cunctis*, quod ego invenio in Vallic.

Titulus 31, *Pinna templi*, magno codicum scriptorum et editorum consensu. Confer Matth. cap. XXI, et psalmum CXVI, vers. 22: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.*

121. In nonnullis vulg. *prima* mendum pro *pinna*. Barthius late exponit vulgarem traditionem veterum de pinna templi. Christiani quemdam lapidem, qui templi pinna olim fuit, sepositum habebant pro lapide illo angulari, cujus similitudine dixerit de se Dominus, se nimirum ex seposito lapidem factum esse angularem. Unde religio, an superstio, velut dicti quoddam testimonium lapidem quemdam angulis conspicuum commonstrabat. Quod Barthius colligit ex hoc Prudentii loco, et ex Itinerario vetustissimo Burdigalensi, quod Petrus Pithœus edidit, ubi hæc legere licet: *Ibi est et lapis angularis magnus, de quo dictum est: Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes. Item ad caput anguli et sub pinna turris ipsius sunt cubacula plurima, ubi Salomon palatium habebat.*

B Fragmenta ejusdem lapidis, quem *revolutum* dicebant, cum sanctis reliquiis pari veneratione colebantur, referente Gunthero monacho apud Canisium tom. V Antiquit. Eadem traditio usque ad recentiora tempora duravit, ut liquet ex Petro Bellonio, Observat. lib. II, cap. 85. Illud Barthio ultro concedo, verba sacræ paginæ, quibus Christus dicitur lapis angularis, de ipso esse intelligenda, *ut ornamentum domus, vivus lapis*, et similia per figuram dicuntur. Et Prudentius quidem videtur ita de Christo sacra testimonia explicare, ut traditionem illam agnoscat. Cæterum nihil aliunde obstaret, quominus Dominus similitudine ejus lapidis, quem Christiani veteres ostendebant, dixerit Matth. XXI, 42: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli; et vers. 44: Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem vero ceciderit, conteret eum: cujus rei fama ad posteros permanaverit.* Cæterum si quis malit affirmare, Prudentium in hoc versu minime agnoscere traditionem illam vulgarem de lapide angulari superstite, neque, me invito, id affirmabit, neque facile revincetur.

125. Aliqui vulg., Vatt., N, Y, Z, AA, *sperunt; velustiores, sprerunt.* Giselinus a 1 oram 2 ed., *quem Judæi reprobarunt.* Aliter scripti.

124. Sich., Ald., Rat., Prag. a secunda manu, Mar., Alex., Vatt. A, B, I, Q. Weitz. cum suis mss., *et lapidum compago novorum.* In Prag. a prima manu, *et lapidum compago priorum.* Giselinus in textu, *et laterum compago duorum.* Heinsiani et Giselinus, ad marg., *et lapidum compago duorum.* quod exstat in Vall., Vatt. N, Y, Z, AA, BB. Barthius præfert *laterum compago duorum.* *Faciet enim, inquit, protuberantem angulum duobus sibi junctis eminentior, unde et lapis offensio-nis dicitur.* Sed recte procedit *lapidum compago novorum*, nam Christus caput est novi templi (Ecclesie) et *compago lapidum novorum*, ex quibus templum hoc consurgit, tanquam ex vivis et electis lapidibus. Ad Ephes. II, 19 et seq.: *Estis cives sanctorum, et domestici Dei: superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.*

Titulus 32, *Ex aqua vinum* in Alex., Thuan., Ald., Weitz. In Rat., Vat. I, *Aqua vinum.* Vat. B, Mar., *Aqua in vinum conversa.* Giselinus, *Vinum ex aqua factum.* Vide Joann. cap. II. Angelus M. Bandinius edidit Florentiæ anno 1746 Observationes in antiquam tabulam eburneam sacra quedam D. N. J. C. mysteria anaglyphico opere exhibentem. Anterior tabulæ hujus facies miraculum exhibet, quo Christus aquam sex hydriis contentam in vinum convertit.

126. Vatt. B, I, Rat., Weitz., *forte Galilæis jam deerant; cæteri, ut edidimus. Prag., deerant jam.* Giselinus ex vet. cod., pag. 458 l. d. Lucr. in *synecphronesi seu episyndalœpha* communem lectionem tenuit.

Christus vasa jubet properanter aquaria lym- A
[phis

681 Impleri; inde meri veteris defunditur
[unda.

33. *Piscina Siloa.*

Morborum medicina latex, quem spiritus horis
130 Eructat variis, fusum ratione latenti,
Siloam vocitant: sputis ubi collita cæci
Lumina Salvator jussit de fonte lavari.

34. *Passio Joannis.*

Præmia saltatrix poscit funebria virgo
Joannis caput, abscissum quod lance reportet
135 Incestæ ad gremium matris: fert regia donum
Psaltria, respersis manibus de sanguine justo.

682 35. *Per mare ambulat Christus.*

It mare per medium Dominus, fluctusque li- B
[quentes

GLOSSÆ VETERES.

127. Vasa aquaria, *hydrias*, I.
128. Inde, *vel unde*.—Meri veteris, *vinii nobilis*, I.
129. Latex, *scilicet erat*.—Spiritus, *scilicet ventus*,
vel flatus, I.
131. Siloam, *id est missum*, I.
134. Lance, *disco*, I.

COMMENTARIUS.

127. *Vas aquarium* Varro dixit. Vide *Lexicon Forcellini*.

128. Gifan. loc. cit., verbo UNDA, legit *unde meri veteris defunditur unda*, et notat, doctum hunc poetam vini undam dixisse, ut *Psych.* vers. 370 *rorem* vocat vinum. Glossa Rat. interpretatur *undam* copiam magnam. Plerique habent *inde meri*; Giselinus *unde*. Fabr., *perfunditur*, pro quo alii *defunditur*, alii *diffunditur*, alii *disfunditur*. In Vat. A mendum in signe ordo pro *unda*.

Titulus 33, *Piscina Siloa*, consentientibus plerisque scriptis, et editis. In cod. Vat. I, *Piscina Syloa*. Legendum cap. ix Joann., et Apoth. vers. 680.

129. Ald., Egm., *latet, quam*. Pal. et Vat. A, *latet, quem*, cum Heinsianis. In Vatt. B, I, Mar., Prag., Rat., Alex., Weitz., Gis. et aliis, *latex, quem*. Teol. in uno Vat. invenit *latet, quem* correctum per *latet, quam*. Aliqui habent *oris*, sed legendum *horis*.

130. Fabr., Ald., *fusam*, scilicet *medicinam*, quod ex correctione exstat in uno Vat. apud Teol.

132. Alex. a prima manu, *jussi*; Egm., *jussis*, mendose.

Tetrastichon 34, *Passio Joannis* in plerisque. Giselinus, *Cædes Joannis*. Weitzius *Passio Joannis Baptistæ*. Consule cap. xiv Matth.

133. Diligentiam Giselini in secundis curis effugit hoc mendum *salvatricæ* corrigendum per *saltatricæ*. Prag., *posuit, male, pro poscit*.

134. Aldus ita interpungit, *Joannis caput abscissum quod lance reportat. Incestæ gremium ad matris fert regia donum Psaltria*. Giselinus, Alex., Vat. A, *reportet*. Vat. B, Mar., Prag., Rat., *reportat*.

135. Fabr., Gis., *in gremium*.

136. Rat., Sichardus, Mar., Weitz., Urb., Vatt. B, I, Q, CC, *saltria*. Prag., Gis., *psaltria*. Alex., *psalteria*, correctum *psaltria*. Aldus, *psaltria*. Vatt. D, N, *saltatrix sparsis*; Vall., *salta*, et supra *saltria*. Præfero *psaltria*. Macrobius lib. ii Saturn., cap. 1: *Non desuere qui psaltriam intromitti peterent, ut puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine, et saltationis lubrico exerceat illecebris philosophantes*. Ita etiam vocant Livius et Quintilianus. Vide *Bulengerum*, de *Conviviis*.

Titulus 35, *Per mare ambulat Christus*. Aldus, *Per mare ambulasse Christum*. Gis., *Christus per mare ambulat*. Ex Matth. cap. xiv.

Calce terens, jubet instabili descendere cymba
Discipulum: sed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, et vestigia firmat.

36. *Dæmon missus in porcos.*

Vincla sepulcrali sub carcere ferrea dæmon
Fregerat: erumpit, pedibusque advolvitur Iesu.
Ast hominem Dominus sibi vindicat, et jubet
[hostem

Porcorum furiare greges, ac per freta mergi.

37. *Quinque panes et duo pisces.*

145 Quinque Deus panes fregit, piscesque gemellos:
His hominum large saturavit millia quinque.

683 Implentur nimio micarum fragmina
[corbes

Bis seni: æternæ tanta est opulentia mensæ.

38. *Lazarus suscitatus a mortuis.*

Consciis insignis facti locus in Bethania

135. Incestæ, *maculata, vel stuprata*, I.
136. Saltria, *saltatrix*, I.
138. Calce, *pede*.—Instabili, *vento jactata*.—Cymba, *nave, aliter cymba*, Iso.
139. Discipulum, *Petrum*.—Plantas, *scilicet ejus*, I.
144. Furiare, *in furias agere*, I.

138. Pro *cymba* alii *cumba*, alii *cimba* habent.

139. Apud Weitzium Giselinus, *mortales*; sed alium Weitzius voluit indicare, nam Giselinus habet *mortalis*. In Oxon., *plantis*. Vide not. vers. seq.

140. Gifanius Ind. *Lucr.*, verbo MARE MAGNUM, legit *mergitat*, non *mergit, at*. Giselinus, *mersitat*. In Egm., *plantas mergitur* eleganti Græcismo, ut putat Heinsius. In Oxon., *plantis mergitur*. Apud Weitzium in unis Gold., *mergitat*; in Pal., *mergitur*. Aldus, Weitz., Mar., Rat., Prag., Alex., multiqua Vat., *mergit, at*. Aldus, *manum tegit*; alii, *manum regit*; nonnulli, *manu regit*, ut Vatt. D, Z, AA, et Rott., quod Heinsius non audet damnare: nam in simili versu Virgilii in *Æneid.*, *Trunca manum pinus regit, et vestigia firmat*, in pervetustis exemplaribus non paucis invenerat *manu*: et Prudentius Virgilium imitatus est.

Tetrastichon 36, *Dæmon missus in porcos*, ex scriptis et editis, Aldus, *Dæmonium missum in porcos*. Vide Matth. viii, Marci v, Lucæ viii.

142. In Rat. recenti manu, prioribus erasis, *pedibus revolutus Iesu*: de quo corrigendi vel corruptendi potius genere sæpius locuti sumus.

144. Vatt. B, I, Mar., Rat. a prima manu, Sich., Gis. in textu, Weitz., *furiare*: quod æmulatus videtur Theodulfus de eadem re, *Das pecorum furiare greges, justissime judex* apud Heinsium. Horatius lib. i, od. 25. *Quæ solet matres furiare equorum*. Heinsiani, Ald., Pal., Vall., Alex., Urb., Vatt. D, Q, Z, *raptare*. Vat. N, *captare*, Vat. A, *reputare*, quæ duo postrema penitus sunt rejicienda. In Mar. glosa GREGES, *id est, per greges*.

Titulus 37. *Quinque panes, et duo pisces*, consentientibus omnibus editis et scriptis quos vidi.

147. Fabr., Gis., *minimo*. Alii, etiam Gifanius Ind. *Lucr.* verbo *Visu*, pag. 450, *nimio*. Dicit autem *nimium fragmen*, quod superfuisse, quasi superfluum, ut notat Mariettus. Hæc et alia de Christi miraculis simillimis verbis in hymno *Omni hora* et in Apoth. explicari, ante monui.

148. Egm., mendose, *opitulentia* pro *opulentia*.

Titulus 38, *Lazarus suscitatus a mortuis*, ex præstantioribus mss., Aldo, Weitzio, et aliis. Gis., *Lazarus suscitatus*. Lege Joann. xi. Cætera desunt in Vat. A, qui corruptissimus est in aliis quæ adsunt.

150 Vidit ab inferna te, Lazare, sede reversum. A
Apparet scissum fractis foribus monumentum,
Unde putrescentis redierunt membra sepulti.

39. *Ager sanguinis.*

Campus Hacheldemach sceleris mercedē nefandi
Venditus, exsequias recipit tumulosus humandas.

155 Sanguinis hoc pretium est Christi. Juda emi-
[nus arctat
Infelix collum laqueo pro crimine tanto.

684 40. *Domus Caiphæ.*

Impia blasphemi cecidit domus alta Caiphæ:
In qua pulsata est alapis facies sacra Christi.

Hic peccatores manet exitus: obruta quorum
160 Vita ruinosis tumultis sine fine jacebit. B

GLOSSÆ VETERES.

153. Acheldemach, aliter Acheldama, nomen agrī,
id est, ager sanguinis, Iso.

154. Exsequias, corpora, I.

159. Hic peccatores, hic, id est talis, I.

41. *Columna ad quam flagellatus est Christus*
Vinctus in his Dominus stetit ædibus, atque
[columnæ
Annexus tergum dedit, ut servile, flagellis.
Perstat adhuc, templumque gerit veneranda
[columna,
Nosque docet cunctis immunes vivere flagris.

42. *Passio Salvatoris.*

165 Trajectus per utrumque latus, laticem, atque
[cruorem

685 Christus agit. Sanguis victoria: lymphæ
[lavacrum est.

Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
Contiguus: negat ille Deum, fert iste coronam.

43. *Sepulcrum Christi.*

Christum non tenuit saxum, non claustra se-
[pulcri:

COMMENTARIUS.

Titulus 39, *Ager sanguinis*. Aldus, *Ager Acheldemach*. Factum narrat Matthæus cap. xxvii.

153. Aldus, *Acheldemach*. Mar., *Acheldema*, sed additum *ch*, ut sit *Acheldemach*, quod exstat etiam in Prag. In Rat., *Acheldemac*; in Gis., *Haceldema*. Weitzius, *Hacheldemach*. In Vulgata, *Haceldama*; quod in textum posset induci. Mazochius vol. III Spicileg. Bibl., pag. 55, probat, adhuc medio sæculo XII hunc campum retinuisse nomen *Haceldama*, in eoque peregrinos fuisse tumultatos.

155. Aldus perperam, *Judæ munus arctat Infelix collum laqueus*. Vat. Q, Gis. ad oram, *Judæ nimis arctat Infelix collum laqueus*. Gis. ad marg. pro diversa lectione, Gifanius in MARE MAGNUM Ind. Lucr., *Juda nimis arctat Infelix collum laqueo*. In Nomsio, *Judæ minus arctat Infelix collum laqueus*. Vat. D, O, N, *Judas minus arctat Infelix collum laqueus*. Vat. Y, AA, CC, BB, *Judas minus arctat Infelix collum laqueo*. In editione Parmensi male interpungitur: *Juda minus arctat Infelix collum laqueo, pro crimine tanto*. Vera lectio est *Juda minus arctat Infelix collum laqueo*, quam tenent Alex. (in quo supra est *laqueus*), Mar., Rat., Prag., Vat. B, I, Z, Urb., Gis., Weitz., Vall. et alii. Frustra conjicit Heinsius *Judæ manus arctat Infelix collum laqueo*. Frustra Gifanius putat, Prudentium non ita locutum *Juda*; ut enim dicit *Helia*, *Belia*, et similia, sic *Juda* dicere potuit. Eleganter *minus* ponitur ad significandum, *Judam* suspensum periisse. In passione Romani vers. 109, *Eviscerandum corpus eculco minus Pendere*. Cathem. hymno 9, vers. 109: *Hunc minus aere ab alto*. Mariettus pro *minus* suspicabatur *munus*, id est pretium. Sed repugnat metrum.

Titulus 40, *Domus Caiphæ*. Consule Matth. xxvi.

157. Ald., Urb., Alex. a secunda manu, Heins., Teol., *ecce*; alii, *alta*, cum Mar., Vat. B, I, Rat., Prag.

159. Aldus, *mendose, peccatoris*.

Tetrastichon 41. Giselinus, *Columna, ad quam Christus flagellatus est*. Alii ut posui in textu. Vide Marci xv.

161. Vat. B, D, I, Prag., Rat., Mar., Weitz., atque *columnis*. Alex., Urb., Gis., Ald., Pal. et alii, *columnæ*, quod magis placet: nam infra *veneranda columna*.

162. Vat. I, Rat. a prima manu, Mar. a prima manu, Weitz., *annexum tergum*. Pro *servile* in Mar.

161. Stetit, aliter stetit.—Atque columnis, scilicet his, I.

165. Per utrumque latus, poetica exaggeratione rei, I.

erat *servire*, et glossa scilicet potuisset; postea factum *servile*.

163. De templo venerandæ Columnæ lego apud S. Hieronymum epist. 27, de Locis Hierosolymit.: *Ostendebatur illic columna, ecclesiæ porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur et flagellatus*. Hinc intelligis, quid sit *templumque gerit*. Beda in medio ecclesiæ suo tempore fuisse testatur. Meminit quoque columnæ hujus et miraculorum Gregorius Turonensis in lib. de Gloria martyrum. Vide Lipsium lib. II de Cruce cap. 4, ubi probat, *solitos ad columnam verberari*. Ea sacra columna nunc Romæ exstat in templo S. Praxedis. Quippe facile hæc memoria inter pios Christianos ad nos usque potuit et debuit conservari.

164. Egm., *immunes*, male, pro *immunes*.

Titulus 42 idem in omnibus quos vidi, *Passio Salvatoris*.

165. In aliis, *transjectus*; in aliis, *trajectus*. Conjectura quorundam, legendum *Trajectusque latus dextrum*, ne scilicet utrumque latus dicatur *trajectum*, explosa est in not. ad hymn. Cath. 9, vers. 86, ubi hanc singularem sententiam expendimus. Vel ex hoc solo tetrasticho asseri potest, Prudentium Dittochæi esse auctorem, sibi ubique constantem. In edit. Colon. ad marg. ex vet. lib. notatum est, *laticemque cruorem* pro diversa scriptura, sed *laticem, atque cruorem* vera est scriptura. Gaspar Sagittarius edidit dissertationem de lancea, qua perforatum est latus Jesu Christi; de qua locutus sum in comment. loc. cit. Nonnulli eum vocant Carolum Sagittarium, quod nominis ejus sola prima littera exprimi soleat C. Sed ea littera indicat Casparem, pro quo nos frequentius Casparem dicimus.

166. In Gold. glossa Agr., *fudit*. Aldus, *victoria sanguis*. Alii plerique, *sanguis victoria*. In Aldo deest verbum substantivum est post *lavacrum*. Per sanguinem, qui e latere Salvatoris fluxit, martyrium, per aquam baptismum indicari multi aiunt. Orientius apud Martenium tom. V Anecd., *Martyrium sanguis sibi vindicat, unda lavacrum*.

Tetrastichon 43 deest in Aldo, Torn. et in multis codd. mss. Vide Matth. xxviii; et de resurrectione sanctorum qui dormierant, cap. xxvii, vers. 55. Versus hi non videntur Prudentiani; sed constat nihilominus ex antiquis monumentis, sepulcrum et resurrectionem pingi et sculpi olim consuevisse. Exemplo

170 **686** Mors illi devicta jacet : calcavit abyssum. **A**
Sanctorum populus superas simul ivit ad oras,
Seque dedit multis tactuque oculisque pro-
[bandum.

44. *Mons Oliveti.*

Montis Oliviferi Christus de vertice sursum
Ad Patrem rediit, signans vestigia pacis.

175 Frondibus æternis præpinguis liquitur humor :
Qui probat infusum terris de chrismate donum.

45. *Passio Stephani.*

Primus inquit Stephanus mercedem sanguinis,
[imbri

Afflictus lapidum : Christum tamen ille cruentus
Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus. O primæ pietas miranda coronæ!

687 46. *Porta speciosa,*

Porta manet templi, Speciosam quam vocita-
[runt,

Egregium Salomonis opus : sed majus in illa
Christi opus emicuit : nam claudus, surgero
[jussus

Ore Petri, stupuit laxatos currere gressus.

47. *Visio Petri.*

185 Somniat illapsus Petrus alto ex æthere discum

GLOSSÆ VETERES.

175. Frondibus æternis, *semper virentibus*, I.

176. Probat, *confirmat*, I.


177. Imbri, *grandine*, Iso.

179. Fraudis, *crimini*, Iso.

184. *Damnatos currere gressus, debilitatis sibi pedibus.* — *Damnatos, debiles*, Iso, Vat. I. *Laxatos*, Prag.

COMMENTARIUS.

sit nummus vetus cum Græca epigraphe *Anastasis*, **B**
sive resurrectio, sepulcro, militibus exterritis, etc.,
quem beneficio eminentissimi Stephani Borgiæ, an-
tiquitatum omnium studiosissimi et peritissimi, hoc
ipso tempore in sacrum cardinalium collegium ascrip-
tū, delineatum hoc loco repræsentō, ut iudicium fa-
cilius ferri possit.



Ex ære Vilitris in Museo Borgiano.

De simili nummo diu litigarunt Joannes Tristanus a
S. Amante et Jacobus Sirmondus. Eundem expendit
Franciscus Vavassorius cap. 2 de Forma Christi, et
parum exacte delineatum e suo museo cl. Victorius
exhibuit in comment. de Nummo æreo, ubi de anti-
quis imaginibus Christi disputat; et templum rotun-
dam vocat quod nos sepulcrum Christi diximus.
Sirmondus enim existimat, esse templum *Anastasin*
a veteribus dictum, et in loco resurrectionis erectum.

Titulus 44, *Mons Oliveti*. In Aldo, *Mons Olivetum*.
Lege cap. 1 Actuum apost.

175. Egm. et Gis. ad oram *oliveti* pro *oliviferi*.
Latinius recte *oliviferi* posuit pro *oliferi*, quod reperit
in Torn.

174. Heins., Gis. ex vet. lib. ita interpungunt,
*signans vestigia pacis Frondibus æternis : præpinguis
liquitur humor*. Non placet : nam poeta videtur intel-
ligere vestigia quæ Christus, ad Patrem ascendens, **D**
dicitur impressa reliquisse : quæ *pacis* vocat, ad mon-
tem oliviferum alludens, et effectum ascensionis con-
siderans. Postea frondibus olivarum manasse humo-
rem ait, qui donum chrismatis significaverit. Appel-
lat autem *frondes æternas* olivæ, ut Virgilius lib. II
Georgic., *Palladia gaudent silva vivacis olivæ*, ut my-
sticum sensum præteream. Sic hymno 42 Peristeph.,
vers. 34 : *Fronde perennem chrismatis feracem* de
oliva, melius quam alii *fontem*. De vestigiis in vertice
montis Oliveti impressis plura exstant Patrum testi-
monia, Augustini, Paulini, Severi Sulpicii, Optati,
Bedæ, quorum loca indicat Calmetus in Dict. Bibl.

175. In Rat. a prima manu, *linquitur*, recte emen-
datum per *liquitur*.

Titulus 45, *Passio Stephani*. In Vat. B, I, Mar.,
Rat., Weitzio, *Passio S. Stephani*. Vide cap. VI et VII
Act. apostolorum.

177. Vat. B, I, Mar., Prag., Rat., *imbri*. Ald.,
Gis., Alex., Urb. et alii, *imbri*, more Lucretii et an-
tiquorum. Omitto Weitzium, qui, nescio ex quo co-
dice, *yembre* edidit. In hymno S. Laurentii, vers. 371,
Stephanus per imbrem saxæum.

178. Mar. a prima manu, *cruenta*.

180. Mar., Sich., Vat. B, I a prima manu, Q, AA,
Rat., Weitz., Vall., Gold. a prima manu, *miseranda*.
Multo magis probo *miranda* cum Ald., Gis., Alex.,
Prag. et aliis. *Primam coronam* vocat protomartyrem
Stephanum, pulchre alludens ad ejus nomen. Bembus
in hymn. ad S. Stephanum falso ait, minores nomen
Stephano ex martyrii corona fecisse : nam ante mar-
tyrium Stephanus vocabatur.

Tetrastichon 46, *Porta speciosa*. Ex cap. III Act.
apost.

181. Prag., minus bene, *speciosa*.

182. Manebat superstes pars atrii gentium a Salo-
mone constructi. Vide Villalpandum lib. III de Tem-
plo, cap. 9. Porta vero illa *Speciosa* ex ære Corinthio
fuisse a Josepho dicitur.

183. In multis antiquis mss., *clodus* ex usu veteri
pro *claudius*.

184. Ald., Gis. in textu, Alex., Torn., Gall., Rat.
pro diversa scriptura, Prag. pro glossa, *laxatos*. Vat.
B, I, Q, AA, Urb., Mar., Prag., Rat. a prima manu,
Thuan., Weitz., Torn. in margine, Heinsius et alii,
damnatos. In Vat. I glossa, *debiles*. Confer glossam
Isonis. Heinsius ex *laxatos*, et apud Egm., *laxatus*,
conjecit *laxatos* : quanquam putat, eleganter et poe-
tice omnino dici posse *damnatos* gressus, ut Hamar-
tig. vers. 650 : *Danna aures, Pater alme, meas*. Teo-
lius conjecturæ Heinsii adhæsit, advertens tantum
duos Vatt. habere *damnatos*.

Lemma tituli 47, *Visio Petri*. In Mar. et Rat.,
Somnium Petri. Lege cap. X Act. apost.

185. Solent mystici visionem etiam claram, in men-
tis excessu a Deo infusam, *somnium* appellare. Pru-
dentius, semper sui similis, de Apocalypsi Joannis
evangelistæ hymn. 6 Cath., vers. 143 : *Tali sopore
justus Mentem relaxat heros*. Cum enim visiones fere
contingant in ecstasi seu alienatione mentis a sensibus
corporis, congruenti vocabulo visiones per similitu-
dinem *somnia* dicuntur. Somnium Epimenidis Cre-
tensis philosophi ad annos 57 aut 50, ut alii dicunt,
neon cujusdam pueri apud Plinium lib. VII, cap. 57,
ad annos 57 per mentis excessum explicant, qui eas
historias credunt : ac similiter dicunt, qui tuentur,
septem sanctos Dormientes somno captos in spelunca
ad ducentos fere annos revera dormisse, quod cl.
Joseph Simonius Assemanius tom. I Bibl. Orient.,

Confertum omnigenis animalibus. Ille recusat A
Mandere : sed Dominus jubet omnia munda
[putare.

Surgit, et immundas vocat ad mysteria gentes.

688 48. *Vas electionis.*

Hic lupus ante rapax vestitur vellere molli :

190 Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.

GLOSSÆ VETERES.

188. Surgit, e somno, I.

192. Et ore potens, scilicet fit, Iso.

Mox recipit visum, fit apostolus, ac populorum
Doctor, et ore potens corvos mutare columbis.

49. *Apocalypsis Joannis.*

Bis duodena senum sedes pateris, citharisque,
Totque coronarum fulgens insignibus, agnum

195 Cæde cruentatum laudat : qui evolvere librum,
Et septem potuit signacula pandere solus.

COMMENTARIUS.

pag. 335 et seqq., multis rationibus conatus est per-
suadere. Vide hymanum 10 Cath., not. ad vers. 56.
S. Bernardus de sublimi animæ contemplatione ex-
plicat somnum sponsæ in Canticis cantic., ut dixi in
comment. ad vers. 77 hymn. 6 Cathem.

Titulus 48, *Vas electionis.* Giselinus, *Paulus vas
electionis.* Adisis cap. ix Act. apost.

189. Prag. et Rat., *vestitus.* Nomina et adverbium B
locum præsentem demonstrantia, ut *hic, in his ædi-
bus,* et similia, ostendunt hos titulos pro picturis quæ
in templis exhiberi solebant fuisse compositos, ut
dictum est num. 66 proleg. S. Paulinus de hujusmodi
pictura Nat. 9 : *Quæ super exprimitur titulis, ut littera
monstret Quod manus explicuit.* Ex eodem Paulino
intelligitur cur duplicis Testamenti pictura duplex
cibus, sive Dittochæum possit appellari : *Qui videt
hæc vacuis agnoscens vera figuris, Non vacua fidam
ibi pascat imagine mentem.*

190. Prag., *fit dempto.*

195. Qui evolvere, vel quia volvere, Iso.

191. Vatt. AA, BB, *fit apostolus apostolorum,* per
peram et contra metrum. Paulus doctor populorum
dicitur, ut in hymn. SS. Apostolor. Petri et Paul.
gentium magister.

Tetrastichon 49, *Apocalypsis Joannis.* Visio expo-
nitur ex Apocalypsi cap. iv et v.

195. Ald., Mar., Rat., Prag., Vat. B, I, Gis. in
textu, Weitz. et alii, *qui evolvere.* Alex., Thuan,
Urb., Vat. Q, Egm., *qui volvere.* Gisel. ad marg., *quia
volvere.* Diversa lectio in Vall. et Vatt. Y, Z, AA, BB,
CC, *qui solvere.* Et placet hæc lectio, quæ propius
accedit ad Apocalypsis verba : *Aperire librum, et sol-
vere signacula ejus.* Cæterum gravior est auctoritas
codicum, in quibus est *evolvere* : et *evolvere* pro *ape-
rire* recte de volumine dicitur. In Vat. I, post ulti-
mum versum, *Expliciunt tituli historiarum.* In Goldasti
Manuali biblico hoc ipsum, et postea, *Sequuntur
glossæ Isonis.*

PRÆFATIO LIBRI PRIMI

CONTRA SYMMACHUM.

689 Paulus præco Dei, qui fera gentium
Primus corda sacro perdomuit stylo,
Christum per populos, ritibus asperis

C Immanes, placido dogmate seminans,
5 Immansueta suas ut ceremonias
Gens pagana Deo sperneret agnito,

GLOSSÆ VETERES.

1. Paulus, *quia grande negotium est vincere vipeream
linguam tanti oratoris, præmisso exemplo Pauli apo-
stoli, quem vipera momordit, sed non læsit, etiam ipse
invocat divinum auxilium contra vipereum documen-*

tum, Prag.

2. Stylo, *prædicatione,* Iso.

4. Immanes, *feroces, vel crudeles.* — Seminans,
docens, I.

COMMENTARIUS.

Inscriptionem apposui quam habet Mar. In Vat. A,
nullus est titulus. In Alex., *Incipit contra orationem
Symmachi liber I.* Ald., *contra Symmachum liber I.*
Egm., *Contra Symmacon.* Boher. prior, *Contra ora-
tionem Symmachi.* In Vat. T, qui glossemata continet,
Contra Symmachum lib. I. Nunc de præfatione. Ali-
cubi a primo verbo hic liber vocatur *Paulus.* Vide alia
cap. 4 proleg. Juretus et Grangæus peculiaribus com-
mentariis hos libros illustrarunt. Ansaldo sermone
Italice convertit, de quibus a nobis dictum cap. 3
proleg. Juretus elegantissimos hos libros dicit, eisque
Symmachi rationes accurate refelli, atque convelli
affirmat. Usus est vetustissimo codice, ex cujus col-
latione varietates Scripturæ exhibet.

V. 1. Nomen *præco Dei* apostolis a primis Ecclesiæ
sæculis tribuebatur, ut cernere licet in Vita S. Petri,
quæ S. Clementi attribui solet. Sæculo iv videtur
fuisse in nonnullis Ecclesiis *præco*, qui fideles ad ec-
clesiam convocaret. B. Eusebius episcopus Alexan-
drinus in oratione de Die dominico : *Vocat ad eccle-
siam præco (ὁ χήρυξ), omnes somnum obtinent et in-
firmitatem.* Prudentius Paulum *præconem Dei* nominat,

Petrum vero in præfatione lib. II, *summum discipu-
lum Dei,* ut unicum Ecclesiæ caput innuat.

4. Oxon., *placito dogmate.*

5. Egm., *et, male, pro ut.* Ald. et Teol. scribunt
cærimonias; melius *ceremonias*, aut *cerimonias*, ut
metro consulatur. Heinsio non displicet *jam mansue'a*
in priori Rott. Potest etiam accipi *immansueta* pro
mansueta, ut *infractus* pro *fractus.* Giselinus ait, in
excusis duo esse verba *in mansueta*, quod vitium pu-
tat contigisse ex inepto illo et aspero scribendi modo
immansueta, inlustris, inludo, inradio, et auctoritate
Virgilii, Ciceronis, M. Scauri, Prisciani, Servii con-
trariam scribendi rationem tueri conatur. Nunc ple-
rique aliter sentiunt, et *adpellare*, aliaque asperiora
me non rivali libenter scribunt.

6. Mar., *mens pagana.* Melius *gens*, agitur enim de
apostolo gentium. *Paganus* pro ethnico et gentili, sive
idolorum cultore, accipitur a Christianis scriptoribus.
Orosius lib. I, cap. 1 : *Præceperas mihi uti adversus
vaniloquam pravitatem eorum qui alieni a civitate Dei,
ex locorum agrestium compitis, et pagis pagani vocan-
tur, sive gentiles, etc.* Alii alias rationes hujus signifi-

690 Actus turbinibus forte nigerrimis,
Hibernum pelagus jam rate debili
Et vim navifragi pertulerat noti.
10 Sed cum cærulei prælia gurgitis
Jussisset Domini dextra quiescere,
Ad portum fluitans cymba relabitur,
Exponitque solo littoris uvidi
Contractos pluvio frigore remiges.
15 Tunc de littoreis sepibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Convectant, rapidos unde focos struant.
Fascem quisque suum congerit ignibus,
Expectans calidi luxuriam rogi.
20 Paulus, dum fragiles cogere surculos,
691 Et densere foci congeriem studet.
Incautam cumulis inseruit manum,
Torpebat glacie pigra ubi vipera,
Sarmentis laqueos corporis implicans,
25 Quæ postquam intepuit fomite fumeo,
Laxavitque ferox colla rigentia,

A Jam flecti facilis, rettulit ad manum
Vibrato capite spicula dentium.
Inærentem digiti vulnere mordicus.
30 Pendentemque gerens Paulus inhorruit.
Exclamant alii, quod cute livida
Virus mortiferum serpere crederent.
At non intrepidum terret apostolum
Tristis tam subiti forma periculi.
35 Attollens oculos, sidera suspicit,
Christum sub tacito pectore murmurans,
692 Excussumque procul decutit aspidem.
Abjectus coluber verberat aera,
Atque oris patuli solvit acumina.
40 Mox omnis sanies deserit, et dolor,
Ceu nullo laceram vulnere, dexteram
Siccatusque perit vipereus liquor
Hydrum præcipitem dum rotat impetus,
Arsurum mediis intulit ignibus.
45 Sic nunc post hiemem, vimque truceis freti,
Quo jactata ratis tunc sapientiæ est,

GLOSSÆ VETERES.

7. Actus, *auctus*. — Turbinibus, *tempestatibus*, I.
8. Hibernum, *tempestuosum*. — Debili, *infirmum*, I.
9. Navifragi, *naufragium facientis*. — Pertulerat, *passus est*. — Noti, *venti*, I.
10. Prælia, *tempestatem*, I.
11. Dextra, *potestas*, I.
12. Cymba, *cumba Latine, Græce CYMBA*, I.
14. Contractos, *fatigatos*. — Pluvio, *pluviali*, I.
15. Algidi, *frigidi*, I.
16. Propere, *festinanter*. — Brachia, *sarmenta*, I.
18. Congerit, *comportat*, I.
19. Luxuriam, *abundantiam*, I.
21. Congeriem, *palmitum*, I.
24. Laqueos implicans, *involvens*, I.
25. Intepuit, *incaluit*. — Fomite, *igne*, I.
26. Laxavit, *erexit*. — Rigentia, *ante rigentia frigore*, I.

27. Facilis, *post calorem*, I.
28. Spicula, *acumina*, I.
29. Mordicus, *mordaciter, id est in mordendo; ad verbum*, I.
31. Quod, *eo quod*. — Livida, *nigra, livore plena*, I.
32. Mortiferum, *trahendo*. — Serpere, *creocere, inde serpens*, I.
36. Murmurans, *orans*, I.
37. Aspidem, *aspides vocamus omnes serpentes minores*, I.
45. Hiemem, *post persecutionem*, Vat. A. *Post persecutionem regum et imperatorum gravissimam: figura mystica*. — Truceis freti, *asperum mundi*, Iso.
C 46. Ratis, *Ecclesia, vel fides sanctæ Ecclesiæ: allegorizat, quid significaverit illa tempestas, quid dextera manus Pauli, quid morsus serpentis*. — Sapientiæ, *Christi*, I.

COMMENTARIUS.

cationis investigant, et tradunt. Vide comment. ad vers. 448 hujus lib. I, et Gothofredum ad tit. cod. Theod. de Paganis. Quod ait Prudentius *Deo agnito*, fortasse respicit DEUM IGNOTUM Atheniensium, de quo in Actis apostolorum.

7. Historia hæc refertur cap. xxvii et xxviii Act. apost. Virgillii est *Tempestatibus actus*, et XI ÆN., *Nigro circumdata turbine corpus*.

9. Prag., Urb. male *naufragii*. In nonnullis vulg., *naufragi*, contra metrum.

10. Poetice venti in mari *certare*, et *præliari* dicuntur, quod multis exemplis patet.

12. Nonnulli scribunt *cumba*. Portus hic indicatus est insulæ Melitensis.

13. Vat. A, male, *littoris solo*. Nec melius Urb., *exponit solo*.

14. Heinsius sine idonea ratione mavult *contactos*, uti apud Virgilium et Phædrum. Agnovit postea apud Phædrum etiam legi *Musca contracta frigore*. Teol. ex conjectura Heinsii edidit *contactos*. Præcesserat Cellarius. *Pluvium frigus* Maronis est in Georg.

15. Rat., Prag., Mar., *e littoreis*.

16. Brachia vitibus attribuit Virgil. II Georg., *Tunc brachia tende*.

19. Pal., *expectant*, minus bene.

20. Egm., *congere*, corrupte.

21. Ald., Widm. supra, Bong., Urb., vulg., *densare*.

23. Grangæus notat, proprie viperam feminam hic

vocari, quæ incuriosius postea *coluber, asp'is, hydrus*, dicitur. Auctor Act. apost. vocat *ἑχιδνα*, scilicet viperam feminam.

24. Vat. A a prima manu, *laqueis*, male.

34. Cell. et Teolius, *jam subiti*. Teol. ad marg., *tam subiti*, quod habent plerique edd. et mss.

35. Rat., *at tollens*. Mos hic attollendi lumina in cælum communis etiam erat ethnicis. Virg. IV ÆN., *oculos attollere*.

36. Vat. A, *perperam, substracto pectore*. Chamillardus hanc phrasin *Christum murmurans* ferre non potest. *Hæc phrasis*, ait, *tam insolens mihi videtur, tam dura et barbara, ut vix credam alium ea usum*. At vero insolens non est accipi verbum *murmuro* hac significatione, scilicet loquendi submissa voce, ita ut sonus aliquis audiatur, non autem verba intelligantur. Ovidius VI Metamorph., *Quodque licet, tacito venerantur murmure numen*; et lib. XI, *Flebile lingua Murmurat exanimis*. Vide Peristeph. hymn. 1, vers. 17, *Voce murmur fuderit*.

37. Vat. A, Egm., Palat., *discutit*. Heinsius mallet *depulit, vel dispulit*, quia præcessit jam *excussum*.

38. Vat. A, *objectus coluber*.

41. Mar., contra metrum, *dextram*.

42. Vat. A, vitiose, *vipereus liquor*.

46. Ald., Mar. a prima manu, Rat. pro diversa lect., *sapientia*. Alii, *sapientiæ*; sed Heins. nullam varietatem animadvertit.

Cum sub sacricolis territa regibus,
 Vix panso poterat currere carbaso,
 Afflictosque suos turbine sæculi
 50 Vectarat, rabidis fluctibus innatans,
 Morsum vulnificum lex pia pertulit.
 Occultabat enim se prius abditum
 693 Virus, nec gravidum protulerat caput,
 Contentum involucris, atque cubilibus
 55 Subter comprimere clausa silentia.
 Sed dum forte latens impietas riget,
 Dextram justitiæ pigra momorderat,
 Succensi stomacho fellis inæstuans.
 Heu, quam catholicam nil prope profuit
 60 Puppim nasse sacri remigio styli,
 Quem Paulus variis gentibus edidit
 Vix portu placido tuta quieverat
 Victrix, edomitis mille furoribus:
 Vix astricta suis jam retinaculis
 65 Vectores stabili condiderat solo:

A Erumpit subito triste periculum.
 Nam, dum præcalidos igniculos sibi
 Solvendis adolent et senio, et gelu,
 694 Dum virgas steriles, atque superfluas
 70 Flammis de fidei palmite concremant,
 Ut concreta vagis vinea crinibus
 Silvosi illuviem poneret idoli,
 Palpavit nimius perniciem tepor.
 Seps insueta subit serpere flexibus,
 75 Et vibrare sagax eloquii caput.
 Sed dextra impatiens vulneris irritos
 Oris rhetorici depulit halitus,
 Effusum ingenii virus inaniter
 Summa Christicolis in cute substitit.
 80 Salvator generis Romulei, precor,
 B Qui cunctis veniam das pereuntibus,
 Qui nullum statuis non operis tui
 Mortalem, facili quem releves manu,
 Hujus, si potis est, jam miserescito

GLOSSÆ VETERES.

47. Sacricolis, sacrilegis, I.
 48. Carbaso, doctrina apostolorum, I.
 51. Morsum, hæreticam doctrinam. — Pia, Christiana. — Pertulit, passa est, I.
 52. Abditum, sub Constantino, I.
 54. Involucris, involucribus, I.
 56. Impietas, quæ intelligitur per viperam, I.
 58. Succensi, invidi. — Stomacho, iracundia, I.
 60. Nasse, natasse. — Styli, sacræ prædicationis, I.
 61. Edidit, scripsit, I.
 62. Tuta, puppis, I.
 65. Condiderat, commendaverat. — Solo, firmæ fidei, Iso.
 67. Igniculos, caritatis, I.
 68. Adolent, incendunt. — Senio, mundi, id est

adolorum. — Gelu, sine caritatis ardore, I.
 69. Superfluas, frigore infidelitatis, Iso.
 71. Concreta, nata. — Crinibus, virgis, I.
 72. Poneret, deponeret, I. — Idoli, pro idoli, Mar
 73. Palpavit, invenit. — Perniciem, errorem. — Tepor, calor, vel negligentia, I.
 74. Serpere, cæpit, I.
 75. Eloquii, hæreticorum, I.
 76. Dextra, justitia. — Irritos, vacuos, I.
 77. Rhetorici, eloquentis, I.
 82. Qui nullum, qui nullum fecisti, qui non egeat tua gratia, I.
 83. Releves, a peccatis, I.
 84. Hujus, Symmachi, si est prædestinatus ad vitam, Vat. A. — Si potis, si possibile est, I.

COMMENTARIUS.

47. Juretus in suo cod. reperit *sacricolis*, sed addit, C defendi posse, quod in quibusdam vulg. est *sacrilegis*.
 48. In nonnullis vulg., *vix passo*, quod non est ubique rejiciendum. Gifanius contra A. Gellium verbo DISPANSUS contendit, a *pando* non semper dici *passum*, sed vel *id*, vel *pansum*.
 50. Mar. et Rat. pro div. script., minus bene, *veaxarat* pro *vectarat*. Prag., Rat., Mar., Weitz., Fabr., Widm., Gis., *rapidis*; melius videtur *rabidis*, quod habent alii.
 52. Ait Prudentius fidem Christianam sub imperatoribus ethnicis jactatam, et territam fuisse, et post illam tempestatem periulisse morsum vulnificum. Etsi enim occultabat se virus abditum idololatriæ sub principibus Christianis, tamen erupit iterum, videlicet in oratione Symmachi. In Rat. abasis prioribus, hic et seq. versus ita legebantur, *se prius abdita. Viro nec nec gravidum protulerat caput*, quod totum ineptum est.
 54. Vat. A erasis quæ prius fuerant, *Contentum implicitis vipera nexibus*. Id ideo factum, ne tertia in involucris corripatur: de quo vide proleg. Alex. a secunda manu *involucris*.
 55. Mar., Rat., Ald., Tornæs., Widm. supra, *quo premeret*: Palat., *cum premeret*. Alii, *subter comprimere*, stylo Prudentiano, ait Heinsius, scilicet producto e postremo in *comprimere* ratione cæsurae.
 59. Vat. A, *catholica*, male. Egm., *quam propero fuit*. Pal., *quam properum fuit*.
 60. Alii *puppem*, alii *puppim* scribunt. Gis., *enasse*; Heins. suspicatur *innasse*.
 61. Rat. a prima manu *quam*, minus bene.

63. Rat., *laboribus*; eadem manu pro div. lect., *furoribus*. Mar., male, *domitis*. Fortasse legendum et *domitis*.
 64. *Retinacula* pro fune navis Propertius, Virgilius et alii.
 65. *Vector* dicitur tam qui vehit quam qui vehitur. Heins. conjicit *crediderat solo*.
 66. Ald. *erupit subito*.
 69. Vat. A, *cum virgas*.
 70. Joann, cap. xv, de palmite qui non manet in vite, et in ignem mittitur.
 71. *Crines*, ut *comæ* de vineis poetice. Vat. A, male, et *concreta*.
 72. In Rat. audax corrector, abasis prioribus, *idoli illuviem poneret impij*.
 75. Rat., Weitz. scribunt *perneciem*.
 74. De emendatione hujus versus scilicet *seps* pro *spes* multa a nobis dicta sunt cap. 22 proleg. Chamillardus interpretatur *SEPS INSUETA sepes nova*. Cellarius exscribit Isonis glossam *SERPERE cæpit*. Puto intelligi posse *insueta* pro *assueta*: nam Prudentius non semel usurpavit *insuescere* pro *assuescere*.
 84. Heins. edidit *si potis est*, sed magis probare videtur *si potis es*, quod vidit in altero Rott., et existat etiam in Vat. A. Sed plerique habent *si potis est*, quod defendit Gifanius in Ind. Lucr. verbo *VRIDANS*, et intelligi potest, *si potis est Symmachus relevari, vel misericordiam consequi*. Gifanius explicat *si potis est*, ut in Terentio et antiquis, *si potest, si poterit* pro *si fieri potest*. Heinsius putat tunc dicendum *si pote est*, non *si potis est*. At posse etiam dici *si potis est* pro *si fieri potest*, ostendit Forcellinus in Dict.

- 85 **695** Præruptam in foveam præcipitis viri. A Obtestor, jubeas, ne citus impetus
Spirat sacrilegis flatibus inscius, Arsurum mediis inferat ignibus.
Erròresque suos indocilis fovet.

GLOSSÆ VETERES.

85. Præcipitis, *cadentis*, I.
86. Spirat, *pugnat*, I.

87. Fovet, *nutrit*, I.
88. Obtestor, *rogo, ut*, I. *Precor*, Rat.

COMMENTARIUS.

87. Vat. A a prima manû corrupte, *indocibilis*. Diver-
sam vel potius contrariam significationem videtur
habere *indocilis* hymn. 3 Cath., vers. 111.

89. Redit ad vers. 44, *Arsurum*, etc. In Mar., *Ex-
plicit præfatio*. De causa vero cur Prudentius hos
duos libros contra Symmachum scripserit, quanquam
animus est uberius olim disserendi, pauca nunc di-
cam. Augustus post Actiacam pugnam curiam Juliam
in honorem Julii Cæsaris extruxit, in eaque collo-
cavit statuam et aram Victoriæ, ut senatores illuc
convenientes thure ac mero supplicarent. Primus
Constantius Constantini Magni filius eam aram di-
ruit: non ita multo post reposuit Julianus Apostata, **B**
nec Jovianus et Valentinianus Senior, Christiani im-
peratores, removerunt. Gratianus, Valentiniani Se-
nioris Filius, non solum ejusmodi aram diruit, ve-
rum etiam sacerdotibus gentilibus Romanis ac virgi-
nibus Vestalibus emolumenta præstari solita negavit.
Symmachus anno 382 gentilium senatorum nomine
aram Victoriæ et emolumenta sacerdotum restitui a
Gratiano postulavit; sed Damasus pontifex Romanus
ad Ambrosium Mediolanensem episcopum libellum
plurium senatorum Christianorum misit, qui nihil se
tale mandare affirmabant. Itaque, agente Ambrosio,

Symmachus ne auditus quidem fuit. Sed post Gra-
tiani obitum Symmachus Valentiniano Juniori, Gra-
tiani fratri, Relationem suam pro ara Victoriæ sa-
cerdotumque privilegiis obtulit; quam Ambrosius,
memor legationis, biennio ante sibi a Damaso man-
datae, duplici libello refutavit. Valentinianus Ambro-
sii consilium secutus est, neque aliter profecto fecit
Theodosius, cui postea *intimata fuit senatus legatio
hujusmodi*, oblata, ut ex his verbis Ambrosii colligi-
tur, eadem Relatione Symmachi vel summa rationum
quibus innitebatur. Iterum Valentiniano legatio missa
in Gallias, nihil extorquere potuit, etiam absente Am-
brosio. Postea vero Eugenius tyrannus, cum genti-
lium petitioni semel et iterum restitisset, tamen
tertio postulanti annuit. Theodosius, Eugenio
anno 394 profligato, ejus acta pro superstitione pa-
gana rescidit. Sub Honorio sæculo v ineunte cum
Gothi Italiam invasissent, Symmachus, occasione
hinc arrepta, iisdem rationibus quibus prius usus
fuerat, de ara Victoriæ repetenda agere cœpit, cujus
conatus Prudentius penitus repressit. Colligitur au-
tem ex Prudentio, statuam Victoriæ tanquam Urbis
ornamentum diutius permansisse: quod confirmat
Claudianus in Panegy. de vi consulatu Honorii.

CONTRA SYMMACHUM

LIBER PRIMUS.

- 696** Credebam vitiiis ægram gentilibus Urbem C
Jam satis antiqui pepulisse pericula morbi,
Nec quidquam restare mali, postquam medicina
Principis immodicos sedarat in arce dolores.
5 Sed, quoniam renovata lues turbare salutem
Tentat Romulidum, Patris imploranda medela
[est,

- Ne sinat antiquo Romam squalere veterno,
Neve togas procerum fumoque, et sanguine
[tingi.
Inclytus ergo parens patriæ, moderator et orbis
10 Nil egit, prohibendo, vagas ne pristinus error
Crederet esse deum nigrante sub aere formas:
Aut elementorum naturam, quæ Patris ars est

GLOSSÆ VETERES.

1. *Ægram*, dicit propter idola. *Urbem*, *Romam*, I.
4. *Principis*, *Constantini*. — *Immodicos*, *magnos*.
— *In arce*, *in principatu*, *in Roma*, I. *Roma*, Vat. A.
6. *Patris*, *omnipotentis Dei*. — *Medela*, *auxilium*,
I. 0.
7. *Squalere*, *sordescere*. — *Veterno*, *morbo*, *veter-*

- nus morbus est qui et intercūs*, I.
8. *Tingi*, *pollui*, I.
9. *Parens*, *Constantinus*, Rat. *Constantinus*, propter
nimiam pietatem vocat eum parentem, I.
10. *Egit*, *profuit*. — *Error*, *cultura deorum*, I.
11. *Formas*, *idola*, *dæmones*, I.

COMMENTARIUS.

In Mar. et Rat. exstat titulus quem ascripsi. In **D**
Urb., *Explicit prologus. Incipit liber I*. Prudentius
libro primo idololatriam impugnat, altero Symmachi
rationes diluit.

3. Prag. scribit *nec quitquam*, et sic semper. Alii,
nec quicquam.

4. Cellarius cum Isonne intelligit Constantinum. Ex
tota carminis serie clare colligitur hunc principem
esse Theodosium. Vide vers. 529 et seq. hujus libri.

5. Innuat poeta, post Theodosium novos exstitisse
conatus pro idololatria.

6. *Patrem* hic intelligo Deum cum Isonne.

7. *Veternus* sumi solet pro somno nimio, sive in-
expugnabili fere dormiendi necessitate. A *vetus* fit
veternus, et argute ait Prudentius antiquum veternum,

arguens veteres errores. Isoni non assentior, quan-
quam aquam intercutem *veternosam* recte dixit Ar-
nobius lib. 1, id est veterem.

9. Iterum redit sermo de Theodosio non de Con-
stantino.

10. Vat. A., Egm., Pal., *vagus*, minus bene. Vocat
formas vagas. Ritus gentilitius vocatur *error veterum*
leg. 17, tit. 10, lib. xv de Paganis cod. Theod.

11. Egm., Pal., *credent*, male.

12. Aldus, mendose, *natura*. Recte dictum *Patris
ars est*, quia etsi Deus arti alligandus non sit, tamen
mirabili artificio operatur. Paulinus Nat. 7, *Arte
creatoris, qua totum perficit orbem*. Hinc Deus *artifex*
mundi solet vocari.

- 697** Omnigeni, summa pro majestate sacraret? **A**
 Vir solus, cui cura fuit, ne publica morum
 15 Plaga cicatricem summa leviter cute clausam
 Duceret, et latebram tabentis vulneris alte
 Impressam, penitusque putri de pure peresam,
 Juncta superficies, medico fallente, foveret.
 Sed studuit, quo pars hominis generosior intus
 20 Viveret, atque animam lethali peste piatam
 Nosset ab interno tutam servare veneno.
 Illa tyrannorum fuerat medicina, videre,
 Qui status ante oculos præsentibus, ac perituris
 Competeret rebus, nec curam adhibere futuris.
 25 Heu, male de populo meriti, male patribus
 [ipsis
 Blanditi! quos præcipites in tartara mergi
 Cum Jove siverunt, multa et cum plebe deorum. **B**
 Ast hic imperium protendit latius ævo
698 Posteriore, suis cupiens sancire salutem.
 30 Nimirum pulchre quidam doctissimus, Esset

- Publica res, inquit, tunc fortunata satis, si
 Vel reges saperent, vel regnarent sapientes.
 Estne ille e numero paucorum, qui diadema
 Sortiti, ætheriæ coluerunt dogma sophiæ?
 35 Contigit ecce hominum generi, gentique togatæ
 Dux sapiens; felix nostræ res publica Romæ
 Justitia regnante viget: parete magistro
 Sceptra gubernanti: monet, ut deterrimus
 [error,
 Utque superstitio veterum procul absit avorum,
 40 Nec putet esse deum, nisi qui super omnia sum-
 [mus
 Emineat, magnique immensa creaverit orbis.
 Num melius Saturnus avos rexisse Latinos
699 Creditur, edictis qui talibus informavit
 Agrestes animos, et barbara corda virorum?
 45 Sum deus, advenio fugiens, præbete latebras,
 Occultate senem, nati feritate tyranni
 Dejectum solio: placet, hic fugitivus, et exsul

GLOSSÆ VETERES.

14. Solus, *primus*, I.
 17. Pure, *putredine*, I.
 19. Studuit, *Constantinus*. — Quo, *ut*. — Generosior, *nobilior*, I.
 20. Lethali, *mortali*, I.
 22. Tyrannorum, *antiquorum regum*. — Videre, *ut videretur*, I.
 24. Competeret, *conveniret*. — Futuris, *animæ*, I.
 28. Hic, *Constantinus*, I.
 29. Suis, *Romanis*. — Sancire, *constituere*, I.
 30. Quidam, *Plato*, I.
 32. Sapientes, *scilicet reges*, I.

33. Ille, *Constantinus*, I, Rat. — Diadema, *regiam potestatem*.

34. Sortiti, *consecuti*. — Ætheriæ, *cælestis*, I.

35. Togatæ, *pacificatæ*, I. *Prudentius contemporaneus fuit Theodosii et Valentiniani. Potest autem credi, durasse usque ad mortem Theodosii, cujus duo filii, Honorius et Arcadius, successerunt in imperio: incertum quem horum nominet ubi ait, Contigit, Vat. A.*

39. Avorum, *Arianorum*, I.

43. Informavit, *instruxit*, I.

46. Tyranni, *Jovis*, I

COMMENTARIUS.

15. Perstat in eadem metaphora morbi et medicinæ, qua eo tempore auctores frequenter utebantur.

18. Egm., Pal. contra metrum, *medico favente*. Laudat Theodosium, quod radicatus idololatriam extirpare studuerit.

21. Vat. A, *Posset ab. Rat., servare veterno*. Barthius lib. XII Advers., cap. 8, hunc Prudentii locum confert cum simili alio Claudiani lib. II in Eutropium, *Ulcera possessis alte suffusa medullis*, etc.

22. Chamillardus tyrannos interpretatur esse Constantium, Julianum, Valentem, Valentinianum Seniore, rituum veterum fautorem. Teolius addit Magnentium. Sed probabilius Prudentius tantum loquitur de tyrannis quos Theodosius superavit, Maximo et Eugenio, et quos iterum *tyrannos* appellat vers. 410 et 465. Et Constantii quidem plures ac gravissimæ leges exstant cod. Theod. De paganis contra ethnicorum sacrificia, templa et simulacrorum cultum. Facilius credam Magnentium hoc loco una cum Eugenio et Maximo tyrannum appellari.

23. Egm., Pal., *quis status*.

25. Vat. A, *ceu male*; melius *heu*.

27. Capella lib. v, *Vulgusque minorum Cælicolum trepidat*.

28. Videtur loqui de vita æterna. Prag., minus bene, *prætendit*.

30. Celeberrima Platonis sententia, de qua vide Barthium lib. xx, cap. 18. Sed caute Prudentius loquitur de his qui *ætheriæ coluerunt dogma sophiæ*.

31. Post hunc versum in Prag. deest una pagina usque ad vers. 116.

34. Vat. A, *ætheria*, minus bene.

35. Sich. et Gis. I ed. ad oram, *est operæ pretium pro contigit ecce hominum*.

36. Romam vocat *nostram*, quia patria erat communis. Sed potest id trahi ad eludendâs rationes pro

C Cæsaraugusta, vel Calagurri, de Prudentii patria certantibus.

37. In Rat., *fidet*, sed videtur fuisse *fiet*. Manu recentiori, *viget*.

38. Bong. a prima manu, Rat., *deterrimus*. Ald. alique edd. et mss., etiam tres codd. Gifanii, et unus Jureti, *deterrimus*, quod rectius putat Gifanius. Gis. I ed. etiam *deterrimus*, sed in ed. 2, *deterrimus*, quod expresserunt Fabr. et Heins., quamvis hic ex mss. nihil adnotaverit. Idololatria dicitur deterrima superstitio leg. 20 cod. Theod. de Paganis.

39. Vat. A, *atque superstitio*. Isonis glossa non placet. Avos aio esse Romanos veteres, vel Italos, idolorum cultores. Infra vers. 180. *Hæc Italos inducit avos*.

41. Post hunc versum inscriptio est in Mar., Rat. et aliis, *De Saturno*. Deest in Vat. A. Alii ad marg. notant *Saturnus*, sive *De Saturno*, et ita in titulis seqq.

D 42. Egm., *avus* pro *avos*. De hac fabula aliisque quas Prudentius memorat et gentilibus objicit, videri possunt præter poetas et poetarum interpretes antiqui mythologi Hyginus, Palæphatus, Fulgentius Placides, Phornutus, Albricus philosophus, Aratus, Apollodorus. E recentioribus in hoc argumento elaborarunt Lilius Gyraldus, Natalis Comes, Joannes Seldenus, Joannes Gerardus Vossius, Banierus in opere Gallice edito Parisiis 1738, alique innumeri. Isonis explicationes minime sunt contemnendæ. Discrepant sæpe auctores in eadem fabula exponenda: quod mirum videri non debet, cum in narrationibus historicis hoc ipsum frequenter accidat. Saturni schemata pauca supersunt. Ejus imaginem integram exhibet Montfauconius lib. I tom. II Antiq., pag. 30. In nummis quoque consularibus senili capite conspicitur cum falce a tergo posita.

45. Vat. A, *cum Deus*, non bene,

Ut lateam : genti, atque loco Latium dabo no-
[men.]

50 Vitibus incurvum, si qua est ea cura, putandis
Procudam chalybem, necnon et mœnia vestri
Fluminis in ripa statuam Saturnia vobis.

Vos nemus, appositasque meo sub honore sa-
[crantes]

(Sum quia nam cœlo genitus) celebrabitis aras.
Iude deos, quorum patrias, peccata, sepulcra

GLOSSÆ VETERES.

49. Putandis, amputandis, Iso.

50. Procudam, excudam, fabrico falcem. — Chaly-
bem, falciculam ad secandas vites, I.

52. Nemus, scilicet meum, I.

53. Cœlo genitus, cœli filius, I.

55. Minores, posteri, Vat. A.

56. Profugus, Saturnum dicit. — Equina libido,
Saturnus concubuit cum Philyra nympha; quibus Opis
supervenit, qui, ne deprehenderetur, convertit se in
equum : ideo dicitur Tuscis adhinire puellis, I.

59. Olympi, Olympus, quasi Ololampus, totus in-

COMMENTARIUS.

48. Virgilius lib. viii totam hanc fabulam enarrat :
Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus
in oris. Minucius in Octavio : Itaque latebram suam,
quod tuto latuisset, vocari maluit Latium, et urbem
Saturniam de suo nomine. Arnobius lib. iv, Lactan-
tius lib. i, cap. 14, Tertullianus Apologet. cap. 10
hoc ipsum gentilibus exprobrant.

49. Egm., Pal., male, cura potandis.

51. Oxon., perperam, Saturnia nobis.

53. Vat. A, tum quia; lege sum quia. Gallandius
notat, quoniam interrogative usurpari apud veteres.
Ita quidem plerumque accidit; sed sine interrogatione
per pleonasmum recte dicitur quia nam : Sic Plautus
Amph. act. ii, sc. 2, vers. 54 : Quia enim sero
advenimus. Saturnus Cœli et Terræ filius putabatur.
Hinc veteres dicebant, cœlo eos descendisse, qui im-
provise apparebant, et terræ filios vocabant ignotos
homines. Auctor est Minucius. Terræ enim et cœli fi-
lius, quod apud Italos esset ignotis parentibus prodi-
tus : ut in hodiernum inopinato visos cœlo missos, igno-
biles et ignotos terræ filios nominamus. Vide Muretum
lib. xiii Var., cap. 7; Tertullianum Apologet. cap. 10,
cum notis Heraldii; et Lactantium lib. i, cap. 2.

54. Heinsius ait, potiores habere patria spectata
sepulcra, quod alii perperam interpolant, nec recte
Cauchium in patria. Juretus in suo libro invenit quo-
rum patrias, peccata, sepulcra, quam lectionem veram
esse defendit, quia Prudentius ridiculos deos esse
arguit, de quorum patria, sive ortu, vita scelerata et
obitu, sive sepulcris constat, ut arguit etiam Lactan-
tius lib. i Divin. instit. Weitzius legit quorum patrias
spectare sepulcra. Mar., patrias, spectata sepulcra.
Rat., patriam, spectata sepulcra. Urb., patria spectare
sepulcra, quod videtur fuisse in Egm. et Palat. In
Widm. et Bong., patria, sed non explicat Weitzius
an sequatur spectare, an aliud. Lectio codicis Jureti
mihi videtur præferenda. Pro inde Vat. A unde. A
Saturno origo deorum in Italia repetitur. Tertullianus
Apolog. cap. 10 : Ante Saturnum deus penes vos
nemo, ab illo census totius vel potioris vel notioris di-
vinitatis.

55. In ora codicis Jureti pro div. lect., minore,
quod vitiosum est. Minores pro posteris accipiunt
Lucretius, Plinius et alii. In re nostra Arnobius
lib. v : Falciferum vetustas edidit prisca, et minorum
transmisit ætati. De usu æris in statu fuse Juretus
ex Plinio, Isidoro, Cassiodorio et aliis. Adde Bulen-
gerum, de Pictur. et Statuar. lib. ii, cap. 11, quod
est De statu ære fusa.

56. Equinam libidinem et adhinire de immodica li-

A 55 700 Scimus, in ære hebetes informavere mi-
[nores :

Advena quos profugus gignens, et equina libido
Intulit Italiæ. Tuscis namque ille puellis
Primus adhinivit simulato numine mœchus.

Mox patre deterior silvosi habitator Olympi

60 701 Juppiter incesta spurcavit labe lacænas :
Nunc bove subvectam rapiens ad crimen ama-

[tam :

census, I.

60. Spurcavit, stupravit. — Lacænas, Græcas mu-
lieres. Lacæna civitas est Græciæ, ex qua fuit Leda.
Jovis, versus in cygnum, vitavit Ledam matrem Hele-
næ, quæ ovum peperit, unde nati sunt Pollux et Castor
et Helena, I.

61. Nunc bove, Jovis voluit concumbere cum Eu-
ropa; ideo convertit se in bovem pulchrum; et sic vi-
tavit eam. — Subvectam, Europam, quæ uxor Phœ-
nicis. — Crimen, stuprum, Iso.

bidine usurpari observant Barthius, Turnebus aliique
critici. Sed præterea Prudentius respicit fabulam, de
qua Iso et Hyginus fabul. 138 : Saturnus... in Thracia
cum Philyra Oceani filia in equum conversus concubuit,
quæ ex eo peperit Chironem centaurum. Propius ad
Prudentium Virgilius in Georg. : Talis et ipse jubam
cervice effudit equina Conjugis adventu pernix Saturnus,
et altum Pelion hinnitu fugiens implevit acuto. Vale-
rius Flaccus lib. v, vers. 152 : Philyræque a nomine
dicta Littora, quæ cornu pepulit Saturnus equino.

58. Egm., minus bene, simulato nomine mœchus.

C His quæ de Saturno narrantur contrarium videtur
esse quod ait Juvenalis sat. 6 : Credo pudicitiam, Sa-
turno rege, moratam in terris, visamque diu. Certe pa-
rum sibi constant poetæ in sæculi aurei felicitate de-
scribenda. Ovidius i Fast. : Vix ego Saturno quem-
quam regnante videbam, Cujus non animo dulcia furta
forent. Post hunc versum in Rat., Mar. et aliis titulus
est De Jove.

59. Heinsius ait, pessimo exemplo Weitzium Be-
cmani conjecturam sinuosi admisisse in contextum
pro silvosi, quod de Olympo recte dicitur, ut fron-
dosus et opacus. Hoc monitum sequi debuerunt, qui
Heinsii conjecturas nonnunquam sine ulla causa ado-
ptarunt. Ex glossa Isonis emendari potest Isidorus
lib. xiv, cap. 8 : Dictus autem Olympus, quasi olo-
lampus, id est, quasi cœlum. Melius glossa, id est, to-
tus incensus, vel potius lucidus aut splendidus. Isidorus
ex Virgilio citat nubes excedit Olympus, quod in Vir-
gilio non reperiri notat Grialius. In Lucano hoc he-
mistichium invenio lib. ii. Jovem in monte Olympo
habuisse, docet historia hinc fabula de Jove in
cœlo regnante. Vide Lactantium lib. i Divin. instit.,
cap. 11.

60. Heinsius in Gis. improbat incestas, quia potio-
res habent incesta. Ald. et Urb., incestas. In Rat. est
incesta, sed glossa pollutas. In glossa pro Lacæna ci-
vitas est Græciæ lege vel intellige Lacedæmon, vel, ut
in nonnullis dictionariis hæc urbs nominatur Lacon,
nam lacæna est mulier Spartana. Leda, Helena, Her-
mione, feminae Lacedæmonicæ, infamia impuditiæ
laborarunt.

61. Vat. A, tunc pro nunc. Pro bove scribunt bœ
Rat., Mar. a prima manu, Widm. a prima manu.
Weitzius expressit etiam boe, quia Colerius ad Valer.
Max. pag. 568 in suis membranis ita scribi affirmat.
Adverte, has membranas easdem esse quas sub Mar.
nomine laudamus. Pro subvectam habent subjectam
Widm., Bong., Mar., Rat., Gis. 1 ed. ad marg. In
editione Parmensi mendum est ad crinem pro ad cri-

Nunc tenera pluma levior, blandosque susurros A
 In morem recinens suave immorientis oloris :
 Capta quibus volucrum virguncula ferret amo-
 [rem.
 65 Nunc foribus surdis, sera quas, vel pessulus
 [arctis
 702 Firmarat cuneis, per tectum dives amator
 Imbricibus ruptis, undantis desuper auri
 Infundens pluviam gremio excipientis amicæ :
 Armigero modo sordidulam curante rapinam,
 70 Compressu immundo miserum afficiens cata-
 [mitum,
 Pellice jam puero magis indignante sorore.

GLOSSÆ VETERES.

62. Tenera, *cygnea*, I.
 63. Immorientis, *olor*, dum moritur, dulces dat so-
 nos; vel perpetui et immortalis, quia sidus in cœlo
 est, I.
 64. Capta, *decepta*. — Quibus, *susurris*. — Vir-
 guncula, *Leda uxor Thesei*, I.
 65. Surdis, *clausis*. — Pessulus, *vectis*, I.
 66. Dives amator, *Jovis*, I.
 67. Imbricibus, *tectis*, I.
 68. Amicæ, *Danae uxoris Acrisii*, I.
 69. Modo, *nunc*, I.
 70. Miserum, *stupratum*. — Afficiens, *comprimens*.
 — Catamitum, *Ganymedem* : *catamitus et succuba*
unum sunt, I.
 71. Pellice, *concupina*. — Indignante sorore, *indi-*
gnabatur Juno, soror Jovis, Heben sororem suam de

Hæc causa est, et origo mali, quod sæcla vetusto
 Hospite regnante crudus stupor aurea finxit,
 Quodque novo ingenio versutus Juppiter, astus
 75 Multiplices, variosque dolos texebat, ut illum,
 Vertere cum vellet pellem, faciemque, putarent
 Esse bovem, prædari aquilam, concumbere
 [cygnum,
 703 Et nummos fieri, et gremium penetrare
 [puellæ.
 Nam quid rusticitas non crederet indomitorum
 80 Stulta virum, pecudes inter, ritusque ferinos
 Dedere sueta animum, diæ rationis egenum?
 In quamcunq̄e fidem nebulonis callida traxit

B ministerio depositam, et Ganymedem loco ejus susce-
 pisse, I.
 73. Hospite, *Saturno*. — Crudus, *incultus, novus,*
indigestus. — Stupor, *stultitia*. — Finxit, *sub Saturno*
aurea sæcula fuerunt, quia pax optima fuit, I.
 76. Pellem, *suam transferendo*. — Faciemque,
suam, I.
 77. Esse bovem, *cum vitiavit Europam*. — Præ-
 dari, *cum rapuit Ganymedem*. — Concumbere, *Alcme-*
nam. — Cygnum, *per cygnum*, I.
 78. Et nummos, *imbrem aureum nummos vocat, vel*
pecuniam quam dedit custodibus, I.
 81. Dedere, *sponte sua tradere*. — Diæ, *divinæ* : *diæ,*
nobilis, eugenes unum sunt, I.
 82. Nebulonis, *deceptoris*, I.

COMMENTARIUS.

men. Jovis imagines, quibus hæc fabula, aliæque re- C
 præsentantur, exhibet Montfauconius lib. II Antiquit.
 tom. I.

62. Heinsius cum suis scriptis, codex Jureti, Egm.,
 Palat., nunc tener, ac pluma levior. Ald., Mar., Rat.,
 Gis., Weitz., Fabr. et alii, nunc tenera pluma levior. Vat.
 A, tunc tener, ac. Arnobius lib. IV, Juppiter ipse rex
 mundi nonne a vobis infamis est isse per innumeras
 species, et petulantis amoris flammis servilibus obum-
 bravisse fallacis? Nunquid a nobis aliquando con-
 scriptus est, libidinosus ut perficeret furta, modo esse
 in aurum versus, modo in satyrum ludicrum, in dra-
 conem, in alitem, in taurum? Vide quæ notat El-
 menhorstius ad Arnobium pag. 91. Tertullianus in
 Apolog. Jovem vocat plumatum amatorem, quia in
 cygnum conversus ob amores Ledæ, et in aquilam,
 ut Ganymedem raperet. Alia est sententia Chamil-
 lardo, qui hunc versum referri mavult ad Jovem
 conversum in cuculum, ut Junone potiretur, aut in
 aquilam, ut Asteriem comprimeret. Quod plerique de
 Leda narrant, alii de Nemese referunt. Nonnulli Le-
 dam post mortem nomine Nemesis accepisse tradunt. D

64. Vat. A, minus bene, rapta pro capta. Fabr.,
 volucrum, quod merito rejicit Heinsius. Gronovius
 conjiciebat volucrum amantem. Gis. 2 ed., volucrum,
 sed correxit volucrum de solo olore, ut explicat.

65. Vat. A, Tunc foribus surdis sura quas ve, per-
 peram.

66. Thuan., Vat. A., codex Jureti firmarant, quod
 tenuit Heinsius. Ald. et nostri alii, firmarat. Tertul-
 lianus in Apolog. hanc etiam fabulam tangit. Julius
 Firmicus de errore prof. relig. : Adulterio delectatur
 aliquis, Jovem respicit, et inde cupiditatis suæ sementa
 conquirat, probat, imitatur, et laudat, quod deus suus
 in cygno fallit, in tauro rapit, ludit in satyro, et ut
 liberalis in flagitiis esse consuescat, quod inclusam
 auro largiter fluente corruerit. Hinc nata fabula est.
 Quod custodes Danaes auro corrupti fuerint, in im-
 brem aureum conversum Jovem poetæ finxerunt.

69. Egm., Pal., Vat. A, causante rapinam. Notum
 est, armigerum Jovis esse aquilam.

70. Rat., cod. Vat. A, Mar., meliores Heinsiani,
 Sich., Gis., Fabr., Widm., Pal., Bong., afficiens,
 Ald., Gis. in contextu 1 ed., cupiens. Gifanius, verbo
 AFFIGERE sive ADFIGERE, ex optimo vet. lib. affigens,
 quod placuit Weitzio. Vat. A scribit Catamintum;
 idem nomen in Julio Firmico legebatur corrupte
 Cantamitus. Ald., Catamytum; plerique Catamitum;
 aliqui Catamithum. Cicero Philip. 2 : Ego ut te cata-
 mitum ostenderem, etc. De catamitis sive mollibus
 plura Barthius lib. XXIII Advers., cap. 7.

71. Vat. A, mendose, quam puero. Rat. scribit
 pellice cum uno l.

74. Vat. A, male, quotque novo.

75. In Cell. edit. 2, illam, mendose.

77. Vat. A, Weitz., concumberé. Heinsius cum re-
 centioribus hoc ipsum, sed non explicant quorum
 codicum auctoritate. Gis., Fabr., Mar., Colerus loc.
 cit., Rat., concingere; in Rat. Glossa addita, pro
 concinere causa metri, quod ridiculum est, supra pro
 div. Scriptura, concumbere. Mariettus retinendum
 putat concingere, hoc est, quasi alis complecti. Ovi-
 dius lib. VI Metamorph. : Fecit olorinis Ledam recu-
 bare sub alis. Aldus a Weitzio laudatur pro concingere;
 sed ego in Aldo, Gis. 4 ed., aliisque vulg. invenio
 confingere, quæ non est spernenda lectio.

78. Mar., apud Heinsium alter Rottend., Rat. a
 prima manu, Weitz., Gifanius verbo NINGUERE ex tri-
 bus vet. lib., serere, quod elegantissime dictum, ait
 Gifanius. Malo fieri cum aliis.

79. Rat., vitiose, rusticitans.

80. Heinsius cum Thuan., ritusque, quod perperam
 in rictus mutasse Gifanium affirmat. Juretus quoque
 in suo cod. reperit ritus. Exstat nihilominus rictus in
 Mar., Rat., Urb., et, ut videtur, in Alex. a secunda
 manu, et in vulgatis exstabat ante Gifanium. Imo
 Gifanius referens hunc versum ait : pecudes inter
 rictusque (hic in 2 vers. legi RITUSQUE).

81. Gif., verbo DIVA, legit degere, et divæ. Ald.,
 Mar., Weitz., Toro, et alii, divæ rationis. Codex Ju-
 reti pro div. lect., diæ, quod tenent plerique.

82. Vat. A, Pal., inepte, callida struxit.

- Nequitia, infelix facilem gens præbuit aurem. A
 Successit Jovis imperio corruptior ætas :
 85 Quæ docuit rigidos vitiis servire colonos,
 Expertes furandi homines : hac imbuit arte
 Mercurius, Maia genitus : nunc magnus habetur
 Ille deus, cujus dedit experientia fures :
 Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ
 90 **704** Traditur exstinctas sumptæ moderamine
 [virgæ
 In lucem revocasse animas, Cocytia lethi
 Jura resignasse, sursum revolantibus umbris .
 Ast alias damnasse neci, penitusque latenti
 Immersisse chaos : facit hoc, ad utrumque pe-
 [ritus
 95 Ut fuerit, geminoque armarit crimine vitam ; B

GLOSSÆ VETERES.

85. Rigidos, *stultos, fortes*, I.
 87. Mercurius, *magus fuit astutissimus ; qui magicos thesauros inveniebat ; propter thesauros enim homines fures sunt.* — Maia, *mater Mercurii. Maia et Electra sorores fuerunt filiæ Atlantis : ex Maia Græci venerunt, ex Electra Trojani*, I.
 89. Thessalicæ, *quia ibi magicâ ars abundabat in qua iste valde peritus.* — Magiæ, *magicæ artis*, I.
 90. Virgæ, *caduceo : per virgam et serpentem homines magicis artibus suis resuscitasse dicitur, atque necasse*, I.
 91. Lucem, *hanc vitam.* — Cocytia, *infernalium*, I.
 92. Resignasse, *resolvisse.* — Umbris, *animabus* I.
 94. Ad utrumque, *ad vitam et mortem*, I.
 95. Gemino, *mortificandi et vivificandi*, I.

C

COMMENTARIUS.

83. Post hunc versum Mar., Rat. et alii pro titulo *De Mercurio*.
 86. Lact. lib. I Divin. Instit., cap. 10, *Fur ac nebulo Mercurius quid ad famam sui reliquit, nisi memoriam fraudum suarum?* Confer Elmenhorstium in Arnobium pag. 89 et 98.
 89. In Rat. sciolus aliquis, ab rasis prioribus, *Thessalicæ magiæ doctissimus ille*. Heinsius edidit *Thessalicæ*, sed notavit in Thuan. esse *Thessaliæ*, ut Arcadius pro *Arcadicus*, et talia complura. Cellar. et Teol. tenuerunt *Thessaliæ*. Liberius a Jesu tom. I Posthum., col. 761, affirmat, necromantiæ artem apud Hispanos in pretio fuisse ob clarum auctoris nomen, Mercurii scilicet Trismegisti, teste Prudentio lib. I contra Symmachum. Arbitror, non alium locum, nisi hunc, a Liberio indicari. At Prudentius hoc loco nihil de Hispanis, nihil de Mercurio Trismegisto. S. Isidorus lib. vii Etym., cap. 9 : *Prudentius quoque de Mercurio sic ait : Traditur exstinctas*, etc. Eisdem versus ex Isidoro desumit S. Martinus Legionensis tom. II, pag. 23. Sed in hoc mendum est *Traditur hinc exstinctas ASSUMPTO moderamine*. In Abraxæis a superstitionis hæreticis sæculi II exhibebatur Mercurius cum inscriptione *Michael*. Vide Montfauconium tom. II Antiq., pag. 366.
 92. Ratione cæsurae e postremum in *resignasse* producit. De his legendus Virgilius iv *Æneid.*, et Horat. od. 10 lib. I.
 93. Pal., Egm., *alia*, male, pro *alias*. Editor operum S. Martini Legionensis notavit, in ms. esse *alios*.
 94. Vat. A, *ad utrumque paratus*; et fortasse imitatio est Virgilii II *Æneid.* *Atque in utrumque paratus*.
 96. In S. Martino Legionensi mendum *excitare* pro *excire*; quod proprie de re magica dici, notatum alibi est, ac multis constat exemplis. Juretus recte rejicit *murmure nam magno* in quodam cod. De murmure magico vide Apoth. vers. 477. Consule etiam Lactantium, lib. VII, cap. 13, et quæ multa ejus adnotatores congerunt. Nimium essem longus, si vel nominare tantum vellem criticos omnes qui hos Prudentii versus laudant.
 98. Vat. A, Pal., *vita idem*, male.
 101. Vat. A, *mendose, aligeres*. Post hunc versum titulus *De Priapo* in Rat., Mar. aliisque.
 102. Oxon., corrupte, *foratus* pro *formatus*. Heinsius inde arguit fortasse scribendum *tornatus*, ut ita jungantur æneus et ligneus, sive saxeus. Tornari enim non ligna tantum, sed etiam saxa dicebantur. Chamillardo placet conjectura. Non video cur lectio codicum debeat sollicitari. Nam in Oxonio *foratus* error est ex *formatus*, non ex *tornatus*. Hos versus et historiam de Priapo illustrat Vulpus ad carm. 18 Catulli.
 103. Vat. A et codex Jureti, *angusta* pro *augusta*, quod verum est. Inter hujusmodi affinia nomina sæpe mutatio accidit. Chamillardus Numæ arcem intelligit Janiculum, ubi Numa sepultus est, vel domum Numæ, quæ in Vestæ templum mutata fuit. Malo accipere de Roma ipsa; ac docte mentio facta Numæ, qui, ut ait Lactantius lib. I Divin. Instit., cap. 22; *harum vanitatum apud Romanos auctor et constitutor fuit*. Cæterum interpretationi de templo Vestæ favet, quod fascinus a Vestalibus colebatur.
 104. Ald. et nonnulli vulg., *quondam* pro *quidam*. Juretus *quidam* dictum ait quasi in contemptum. Veteres in summum odium alicujus ne nominandum quidem censebant. De Hellespontico Priapo videndus Arnobius, lib. III.
 107. Barthius, lib. X Adv., cap. 2, legit ex aliquo codice *ruricolos*, sed cum in antiquioribus invenisset *rusticolas*, coniecit *lustricolas*: nam lustra densa et obscura ferarum latibula sunt, ubi scorta initio habitabant, dicta propterea lupæ. Postea urbanæ eorumdem speluncæ appellatæ etiam sunt *lustra*. Heinsius non videtur legisse aut intellexisse Barthium: ait enim, Barthio arridere *ruricolos* Juretus etiam alicubi invenit *ruricolos*, sed ex suo codice emendavit

Et densas sepes obscena cubilia inire :

706 Indomitum intendens animum, semper-
[que paratum

110 Ad facinus, nunquam calidis dabat otia venis.
Hic deus e patrio prænobilis Hellesponto
Venit adusque Italos sacris cum turpibus hor-
[tos :

Sinum lactis, et hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac ruris servat vineta Sabini,

115 Turpiter affixo pudeat quem visere ramo
Herculeus mollis pueri famosus amore

GLOSSÆ VETERES.

110. Otia, securitatem, I.

111. Hic, talis : per ironiam dicit. — Hellesponto, Hellespontus est civitas in Lampsaco insula, I.

113. Sinum, vas in quo mulgetur. — Quotannis, B
singulis, I.

114. Vineta, a vinea, viteta a vite, dumeta a dumis.
— Sabini, Italici, oppidum Italiæ, I.

115. Turpiter, ramum enim gerit in manu, unde videtur vineas defendere et hortos sibi commissos. — Pudeat, unumquemque, I.

116. Mollis, stuprati, I.

117. Ardor, amor, minna. — Jactata, pro in jactatione fatigata ; naufragio. — Efferbuit, arsit. — Argo, nave, I.

118. Maris, masculini. — Nemea sub pelle, Colchida : nam Nemea, filia regis Colchorum, quam illa Herculi dedit. Hercules cum Pallantea, Evandri filia, concubuit sub pelle leonis, qui in Nemea silva captus

COMMENTARIUS.

rusticulas. In nonnullis vulg. est rusticolas, et erat etiam in Aldo, sed is correxit rusticulas. Ex editis solum invenio ruricolos in Fabricio. Codd. mss. alii, rusticolas, ut Alex. et Urb. ; alii rusticulas, quod præferendum videtur, et exstat etiam in Cicerone, Martiali, Ausonio, quasi diminutivum a rusticus. Teolius edidit rusticolas, et existimat, a Prudentio rusticolas lupas fortasse accipi pro puellis quæ pecorum pastui invigilant. Lactantius lib. I Divin. Instit., cap. 20, de Lupa nutrice Romuli : Fuit Faustuli uxor, et propter vulgati corporis vilitatem Lupa inter pastores, id est meretricæ, nuncupata est, unde etiam lupanar, dicitur. Vat. A, male, salictas.

108. S. Paulus fornicem seu lupanar videtur appellare simpliciter cubilia ad Rom. XIII, 13 : Non in cubilibus, et impudicitis, etc.

109. Cum recte procedat sensus, nescio cur Heinsius lectionem codd. sollicitare voluerit, conjiciens Indomito intendens animo, semperque parato. Gronovius nervum pro animum reponi malebat.

111. Sicb., Mar., Weitz., et patrio. Lampsacus urbs est sita e regione Callipolis in Chersoneso Thraciæ ad Hellespontum fretum, quo Chersonesus ab Asia sejungitur. Glossa plane corrupta est, ut fere in omnibus aliis descriptionibus geographicis.

112. Vat. A, sacros, a prima manu. Codex Jureti, Egm., Pal., Vat. A, cultoribus pro cum turpibus, quod postremum retineri debet. Sacra turpia sunt Priapeia, de quibus Meursius lib. v de Festis Græcorum, et Montfauconius lib. I Antiquit. tomo I, part. 2.

113. Weitzius scribit quodannis, quia ita invenit in Egm. Cur non quotannis, cum ita alii scribant ? Versus hic Virgilii est eclog. 7 : Sinum lactis, et hæc te liba, Priape, quotannis Expectare sat est, custos es pauperis horti.

114. Intelligo rus Sabinum Horatii.

115. Egm., Pal., vitiose, puderat pro pudeat. Grangæus et Heinsius ramum intelligunt partem obscenam. Iso de ramo, quem gerit in manu, exponit. Horatius lib. I, satira 8, de Priapo sui ruris : Nam fures dextra coercent Ast importunas volucres

A Ardor, et in transtris jactata efferbuit Argo.

707 Nec maris erubuit Nemea sub pelle fo-
[vere

Concubitus, et Hylan pereuntem quærere cæ-
[lebs.

120 Nunc Saliis, cantuque domus Pinaria templum
Collis Aventini convexa in sedè frequentat.

Thebanus juvenis superatis fit deus Indis,
Successu dum victor ovans lascivit, et aurum
Captivæ gentis revchit, spoliisque superbus

125 Diffluit in luxum cum semiviro comitatu,

GLOSSÆ VETERES.

est, Iso.

119. Hylan, nec erubuit ille cælebs, id est cælestem (forte cælibem) vitam ducens. — cælebs, abstinens, I.

120. Saliis, saltationibus : salii dicuntur, qui tripudiantes aram circumeunt Herculis : require fabulam in Virgilio : dicti ab exsiliendo. — Domus, familia. — Pinaria, Pinarius et Potitius sacerdotes Herculis fuerunt, I. — Saliis, saltationibus, Rat.

121. — Aventini, mons dictus ab adventu avium : nam ex Tiberi fluvio emergentes, excelsa ipsius montis petunt, I.

122. Thebanus juvenis, Liber pater, I.

123. Successu, prosperitate. — Lascivit, luxuriose egit, I.

125. Diffluit, dissolvitur in luxuriam. — Semiviro, castrato : nam castratum habuit secum quemdam, mollem et enervem, I.

C in vertice arundo Terret fixa. Virgilius lib. IV Georg. : Et custos surum, atque avium cum falce saligna. Huic versui in Rat. et Mar. subjicitur inscriptio De Hercule.

116. Barthius, lib. XXI, cap. 15, Adv., ait, pulchre Prudentium Herculis Græcum nomen Latinitate donasse, ut Horatius Ulysseum, Virgilius Achilleum. At hoc loco Herculeus adjectivum esse debet, scilicet ardor Herculeus, nisi pro ardor legatur arsit. Sensus est : Ardor Herculeus fuit famosus amore mollis pueri. Horatius lib. I, od. 3, Herculeus labor.

117. Thuan., jactata serbuit Argo. Vat. A, jacta, mendose, et efferbuit Argo. Mar., Prag., Rat. a prima manu, jactata efferbuit Argo. Alii, jactatæ efferbuit, vel serbuit Argo. Heinsius opinatur jactatæ efferbuit Argo ; Barthius contendit, legendum jactatæ efferbuit Argo, ita ut Argo non declinaverit. Urb., male, ardor in transtris. In glossa nescio quid sit minna, nisi forte intelligatur nigma, aut mimax, hoc est, mixtura ignea adeo violenta, ut etiam sub aqua arderet. Vide Macri Hierolex.

D 118. Vat. A, corrupte, nec mea suppelle. Ald. et Vulg., Nemea pelle. Mar., Nemea sub pelle. Rat., Prag., Jureti codex, Nemea sub pelle, ut castigarunt Gifanius et Heinsius. Sic VIII Æneid. ; Nemea sub rupe, ex codd. emendatis. In Vat. A error metri efferbuit pro erubuit.

119. Nonnulli scribunt Hylan, et cælebs. Arnobius lib. IV, Hylan nescio quis diligit. Firmicus de Error. prof. relig., Valerius Flaccus lib. III Argon., Hyginus fab. 207.

120. Salii sacerdotes erant Herculis et Martis. Virg. VIII Æneid. : Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis. De domo Pinaria idem Virg. : Et domus Herculei custos Pinaria sacri. Vide Macrobius, Servium, et alios.

121. Post hunc versum in Mar. et Rat. inscriptio De Libero, qui et Bacchus. Deest in Aldo et nonnullis aliis.

125. Rat., defluit. Codex Jureti, in lusum, ex veteri more scribendi. Lactantius lib. I, cap. 10 : De-

Atque avidus vini, multo se proluit haustu,
 Gemmantis pateræ spumis, mustoque Falerno
708 Perfundens bijugum rorantia terga ferarum.
 His nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris
 150 Cæditur, et virides discidunt ore chelydros,
 Qui Bromium placare volunt: quod et ebrîa
 [janstunc
 Ante oculos regis satyrorum insania fecit,
 Et fecisse reor stimulis furialibus ipsas
 Mænadas, inflammante mero in scelus omne
 [rotatas.

A 135 **709** Hoc circumsaltante choro, temulentus
 [adulter
 Invenit expositum secreti in littoris acta
 Corporis egregii scortum: quod perfidus illic
 Liquerat incesto juvenis satiatus amore.
 Hanc jubet assumptam fervens post vina Neæ-
 [ram
 140 Secum in deliciis fluitantis stare triumphî,
 Regalemque decus capitis gestare coronam.
 Mox Ariadnæus stellis cœlestibus ignis
 Additur: hoc pretium noctis persolvit honore

GLOSSÆ VETERES.

127. Musto, novo. — Falerno, mons vini optimi feraræ, I.

128. Perfundens, jactabat vinum in equos. — Ferarum, nam tigrîdes in curru ejus esse feruntur, I.

129. Caper, quia contrarius est vitibus, I.

130. Discidunt, mordent. — Chelydros, serpentes, I.

131. Bromium, Bromius minister fuit Liberi. Bromius, id est Bacchus, a bromo, id est cellario; vel a bruma, in qua multum comeditur; cui etiam caper immolatur, quia vineis valde nocet, I.

132. Satyrorum, satyri rustici sunt, eo quod saturari libidine nequeunt; vel poetæ, qui nunquam sapientia saturantur, I.

134. Mænadas, feminas, quæ et Bacchæ, id est insanientes. — Rotatas, præcipitatas, I.

135. Temulentus, a temeto, id est vino antiquo, I.

136. Acta, in viriditate; amœnitas littorum; acta, loca arenosa, vel amœna: nam ACTE Græci dicunt littus, I. amœnitate, Rat.

B 137. Scortum, Neæram, I. Ariadnem, filium Minois, quam Theseus reliquerat, Vat. A.

138. Incesto, illicito, vel polluto, Iso.

139. Neæram, pellicem vel concubinam, I. Neæram dixit, quasi communem amicam, Rat.

142. Ariadnæus, Ariadnem, natam Minois regis Cretæ, Liber pater in conjugium accepit; propter cujus honorem inter astra locata est, vel uxor Liberi fuit; quam cum accepisset, attulit Vulcanus coronam, in qua erant septem lapides: quam Liber ob amorem Ariadnæ in cœlo collocavit: quam modo coram dicunt. — Ignis, amor, minna, I.

143. Honore, propter honorem, I.

COMMENTARIUS.

latus enim Cretam cum semiviro comitatu, nactus est impudicam mulierem in littore. Imitatio Maronis in Æneid.: At nunc ille Paris cum semiviro comitatu.

126. Vat. A a prima manu, hastum, corrupte.

127. Becmanus, in Manuduct. ad ling. Lat. cap. 6, correxit pateræ pro pateræ, quod in nonnullis vulg. exstabat. Ald., Bong., Torn., Widm., et alii veteres, multo. Sed verius videtur musto Heinsio cum Egm., Cauch., quia præcesserat multo haustu. In Alex. etiam et Jureti codice est musto, et in Widm. supra novo, ut musto respondeat. Mihi non displicet multo, nam sæpe Prudentius hujusmodi repetitionibus utitur. Imitatio Virgilio lib. 1: Ille impiger hausit Spumantem pateram, et pleno se proluit auro.

128. Rat. a prima manu, male, injugum pro bijugum. Tigrîdes et lynces curru Bacchi tribui solent.

130. Prag., minus probe, creditur pro cæditur. Prag., Widm. supra, Rat. a secunda manu, chelydros. Bong., Widm., celindros. Rat. a prima manu, chelidris. Legendum cum aliis chelydros. Ita etiam habet Mar., sed supra chelyndros cum glossa pilos. Martinus Roa lib. II Sing., part. 2, cap. 10, ostendit vini et colubri similitudinem, et explicat Proverbiorum locum: Vinum mordebit, ut coluber. Hinc Baccho dicatus est draco; caper vero illi cædebatur, quia nocet vitibus. Virgilius lib. II Georg.: Non aliâ ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur, et veteres ineunt proscenia ludî. Arnobius lib. V: Bacchanalia etiam prætermittantur immania, quibus nomen omophagiis Græcum est: in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplexatis vos anguibus, atque, ut vos plenos dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oris dissipatis. Vide etiam S. Augustinum de Civit. Dei lib. VII, cap. 21, et Julium Firmicum de Error. prof. relig. Prudentius hoc peculiare narrat, quod mænades non solum colubris coronarentur, verum etiam eos ore comprimerent: hoc enim est discidunt, sive, ut in codice Jureti legitur, descidunt, quasi colubros lacerarent dentibus. Barthius lib. XI Advers., cap. 15, putat legendum in Arnobio ophiophagiis, uti etiam in Clemente Alexandrino, cujus verba traduxit Ar-

nobius. Sic Prudentius recte ait ore discidunt, nam ophiophagia sonant dilacerationes seu devorationes serpentium: qualia non pauca hodie quoque a præstigiatoribus fieri videmus. Etsi autem chelydri virides dicantur etiam racemi in speciem serpentium circumpendentes, aliud tamen arguunt verba Prudentii.

C 131. Mar. a prima manu, itemque Rat. a prima manu, placere; recte emendatum placare, quod metrum et Latinitas exposcit.

134. Nonnulli scribunt mænadas. Pal., mendose, rotatus. De his vide Catulli carmen Nupt. Pelei et Thetidos.

135. Prag., hic pro hoc. Ricciolius in Indice syllab. controversis multis probat, primam et secundam in temulentus esse communem. Barthius loc. cit. contendit legendum merulentus, quod mihi non persuasit.

136. Juretus rejicit arca pro acta; nescio autem ubi invenerit arca. Notat, actam esse secretum et amœnum littus, et olim lupanaria in littoribus fuisse constituta, unde videri potest defluxisse nomen Gallicum, bordeau.

D 137. Vat. A, vitiose, cortum et illis pro scortum et illic. Perfidus hic juvenis fuit Theseus.

138. Egm., liquerat ingesto.

139. Vat. A, male, Neærem. Bong., mendose, Neætram. Antonius Delrius Comm. in Herculem Oct. Senecæ observat, hoc loco Ariadnem a Prudentio vocari Neæram, quia meretrices bene habitas, et succi plenas, quas Attici pugiles, Romani vocabant Neæras. Tibullus, Horatius aliique passim hoc appellant nomine meretrices, aut suas amicas.

142. Rat. scribit Ariadneus; Prag. ariagneus. De corona Ariadnes plura ac varia Hyginus Poetic. Astronom. lib. II, cap. 5. Paschalius de Coronis cap. 9, lib. I, de hac ipsa corona Ariadnes astris addita fuse disserit. De voce minna in glossa vide comment. ad vers. 117.

143. Heinsius conjicit honoræ, scilicet noctis; Gronovius, hunc... honorem per epexegesin, persolvit hunc honorem, pretium noctis. Mihi clarior videtur lectio codicum, hoc honore persolvit pretium noctis.

Liber, ut ætherium meretrix illuminet axem. A
 145 Tantum posse omnes illo sub tempore reges,
 710 Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi,
 Ut transire suis cum sordibus induperator
 Posset in æternum cœli super ardua regnum.
 Regia tunc omnis vim majestatis, et omnis,
 150 Parva licet, cœli imperium retinere potestas
 Credita; thure etiam ducibus, parvoque sacello
 Impertitus honos: quem dum metus, aut amor,
 [aut spes
 Accumulant, longum miseris processit in ævum
 Mos patrius. Cœpit falsæ pietatis imago
 155 Ire per ignaros nebuloso errore nepotes.
 Tum quoque, quæ vivis veneratio regibus ante
 Contigerat, functis eadem jam munere lucis
 Cessit, et ad nigras altaria transtulit urnas.
 Inde puellarum ludibria, pignora, partus,
 160 Et furivus amor juvenum, et deprensa jugalis

GLOSSÆ VETERES.

146. Ducebat, æstimabat. — Ineptia, stultitia, I.
 149. Regia, aula, I.
 154. Mos patrius, fuit, cum dicebant: Hos colue-
 runt patres nostri, et ideo nos similiter, I.
 155. Nebuloso, mendaci, I.
 157. Lucis, vitæ, I.
 158. Cessit, contigit, I. — Urnas, sepulcra, I, Rat.
 159. Ludibria, erant: puellæ, cum audissent it
 egisse, ludebant, et ad libidinem magis excitabantur, I.
 160. Furivus, stuprum. — Jugalis, matrimonialis,
 vel legalis, I.
 163. Meminisse, scilicet solita est, Iso.
 166. Præstringam, commemorabo. — Gradivum,

711 Corruptela tori: quoniam regalibus aula
 Fervere tunc vitis solita est, nec perdita luxu
 Divorum soboles sancti meminisse pudoris.
 Atque ut, Roma, tuos cœlesti ex sede pa-
 [rentes,
 165 Queis te semideam jactant auctoribus ortam,
 Præstringam breviter, Gradivum, vel Cytheream,
 Ille sacerdotem violat: contra illa marito
 Succubuit Phrygio: coitus fuit impar utrique.
 Nec terrestre deam decuit mortale subire
 170 Conjugium, nec cœlicolam descendere ephenum
 Virginis ad vitium, furtivoque igne calere.
 712 Sed Venus, Augusto de sanguine femina, vili,
 Privatoque viro vetitum per dedecus hæsit.
 Et, si Rhea sacram lascivi Martis amore
 B 175 Lusa pudicitiam fluviali amisit in ulva,
 Crediderim generosæ aliquem stirpis, sed eum
 [dem

Martem. — Cytheream, Venerem, I.

167. Ille, Mars. — Sacerdotem, Rheam Silviam,
 sacerdotem Palladis, de qua nati sunt Remus et Romu-
 lus. — Illa, Venus, I.
 168. Phrygio, Anchisæ, I. Trojano Anchisæ,
 Vat. A, I.
 169. Deam, Venerem, I.
 170. Cœlicolam, Martem, I.
 172. Augusto, nobili. — Sanguine, Jovis, I.
 173. Privato, pauperi, Anchisæ, I.
 175. Ulva, herba, I.
 176. Crediderim, ego Prudentius. — Generosæ,
 nobilis, I.

COMMENTARIUS.

144. Prag., non male, arcem pro axem.
 145. Thuan., illo sed tempore.
 146. Prag., dicebat ineptia; Palat., fatuque doce-
 vat. Utrumque potest defendi. Muretus lib. xviii Var. C
 Lect., cap. 9, laudat ineptia, ineptiæ ex Terentio et
 Prudentio contra grammaticos, qui inepte ineptiam
 dici vetant, ineptias jubent.
 147. Induperator pro imperator Ennius, Lucretius,
 Juvenalis aliique.
 148. Rat., possit; melius posset.
 151. Urb., thura; Egm., Widm. supra, tura; ali-
 cubi turæ, et cura et ducibus, vitiose. Egm., Pal.,
 Widm. supra, Rottend. prior, parvusque. Opinatur
 Heinsius parilisque. Jureti codex, thura, et ducibus
 parvusque.
 152. In nonnullis vulg. mendose, imperitus honor.
 Vat. A et Jureti codex, non bene, aut honor pro
 aut amor.
 156. Ald., Bong., Gis., Heins. et recentiores, tum
 quia. Weitzius cum plerisque suis, Mar. a secunda
 manu, Rat., tum quoque. Prag. hoc ipsum voluit in tu
 quoque. Rectior videtur sensus tum quoque. Senten-
 tia est Lactantii lib. 1, cap. 15.
 159. Gronovius volebat pignora, raptas, quæ con-
 jungi ita possunt (ait Heinsius), ut raptus sit secun-
 dus casus. Prudentius intelligit filios et partus puel-
 larum non nuptiarum. In plurimis vet. codd. scribi-
 tur pignera, cum sermo est de liberis et affectibus:
 quod Juretus confirmat his Agræti verbis: Pignora
 verum, pignera liberorum et affectionum.
 160. Gronovius conjiciebat defensa jugalis. Sed me-
 lius est deprensa. Alii scribunt deprehensa.
 162. Barthius, lib. lvi, cap. 9, ait, fervere vitis
 summa elegantia a Prudentio dici, quæ parum tamen
 attenditur a plerisque, quia frequentissime usurpa-
 tur. Utuntur servo, is Propertius, Valerius Flaccus,
 Petronius et alii. Illa differentia statuitur inter servit

et servet, quod servit est quod nunc æstuat, fervet
 quod diu tenet fervorem. Lucilius apud Quintilianum
 lib. 1, cap. 6, al. 10: Fervit aqua, et servet, servit nunc,
 fervet ad annum
 163. Huic versui in Rat., Mar. et aliis subjicitur
 inscriptio De Marte, et Venere, Junone, et Cybele, aut
 Cybelle, ut in quibusdam scribitur.
 164. Mar. a prima manu, ut Romanos; recte emen-
 datum ut, Roma, tuos.
 165. Weitz., Widm. supra; Gifanius loc. cit.,
 verbo Auctus, ex vet. lib. emendatissimo auctam pro
 ortam.
 166. Ald., Gis., Alex., Urb., et alii, perstringam.
 Weitz., Heins. cum suis, codex Jureti, Mar.; præ-
 stringam, quod Heinsius putat esse Prudentianum.
 Alii Cytheream, alii Cytherean, alii Citheream scribunt.
 168. Ald., Gis., Widm. supra, Bong., Mar. et
 alii, succumbit.
 169. Duo Rottendorph., Widm. supra, Bong. a
 secunda manu, codex Jureti, mortalis obire, quod
 tenuit Heinsius, quia terrestre et mortale idem sonant.
 Cham., Cell. et Teol. cum Heinsio faciunt. Gis. et
 nonnulli vulg., mortalis inire. Ald., Sich., Weitz.
 cum suis, Fabr., Urb., Mar., Thuan. aliique He-
 nsiani et nostri, mortale subire. Gifanius loc. cit., verbo
 EPIETHETA GEMINATA, ex vet. lib. legit mortale subire,
 et Servium aliosque grammaticos reprehendit quod
 vitiosum in versu esse docuerint, duo uni nomini at-
 tribui epitheta, cum sæpe Virgilius et Lucretius id fe-
 cerint, Ennius et antiquissimi sæpissime, quod ta-
 men non est probandum. Exempla ipse congerit, et
 videri alia possunt apud Vulpium in Comment. Ga-
 tullii vers. 4 præfat., ut alios omittam.
 171. Mar., Prag., furtivo igne.
 174. Prag., male, Citherea sacram.
 175. Widm. supra, mendose, nisa pro lusa. Vat.
 A, minus bene. misit, et a prima manu, in ulvam.

- Moribus infamem, compressa virgine per vim, A
 Se dixisse deum, ne stuprum n̄minis ullus
 Objicere auderet turpi, miseræque puellæ.
 180 Hæc Italos induxit avos vel fama, vel error,
 Martia Romuleo celebrarent ut sacra campo,
 Utque Palatinis Capitolia condita saxis
 Signarent titulo proavi Jovis, atque Pelasgæ
 713 Palladis, et Libyca Junonem ex arce vo-
 [carent,
 183 Cognatos de Marte deos, Veneris quoque nudum
 Accirent proceres Erycino e vertice signum.
 Utque deum mater Phrygia veheretur ab Ida,

GLOSSÆ VETERES.

180. Induxit, *decepit*, I.
 181. Martia, *campus Martis Romæ*. — Sacra, *sacrificia*, I.
 182. Capitolia, *templa*. — Condita, *constructa*, Iso. B
 183. Titulo, *memoriæ*. — Pelasgæ, *græcensis*, B
græcæ. Pelasgi dicuntur Græci, a Pelasgo ductore.
Græco nominati, I.
 184. Palladis, *Minervæ*. — Libyca, *Africana*, I.
 185. Cognatos, *parentes Martis*. — Nudum, *clurum*,
vel purum, quia nuda Venus pingebatur, I.
 186. Accirent, *vocarent*. — Erycino, *Eryx mons*.

COMMENTARIUS.

180. Tertullianus cap. 4 de Idolol. : *Omnia igitur colit humanus error præter ipsum omnium conditorem*. Minucius pariter tradit Romanos omnia omnium falsa numina coluisse, quem ad locum plura disserunt Elmenhorstius, Ouzelius, Wowerus, Rigaltius. Sententia hæc erat Romanorum, *omnes deos colendos esse sapienti*: idcirco verum Deum et religionem Christianam aversabantur, quod hic cultus cultui falsorum deorum esset contrarius. Hinc intelliges, imbecillum esse argumentum nonnullorum qui putant exaggeratas esse persecutiones Romanorum in Christianos, quia Romanorum religio omnes religiones admittebat. Siquidem aliæ gentes ita deos suos venerabantur, ut non negarent alios coli debere. Contra Christiana religio bellum omnibus idolis indixit. Accedebat implacabile Judæorum in Christianos odium, quo sæpe ethnicos instigatos compertum est.

181. Hæc sacra *equiria* dicebantur, quæ erant ludi in honorem Martis, in campo Martio per cursum equorum celebrati. Ovidius in Fastis lib. iii.

182. Cellar. et Teol. notant, montem Palatinum diversum esse a Capitolino, adeoque laxè sumi pro quolibet colle Romano. Pro Jove Capitolino sumi, *Capitolia* observatum est vers. 444 Apoth. Chamillardus ait accipi *Capitolia* pro quovis templo sublimi et insigni, maxime Jovi dicato. Sed recte addit templum Jovis Capitolini posse dici conditum saxis Palatinis, quia montis Palatini saxis fuerit exstructum. In templo Capitolino tria erant delubra, medium Jovis, dextrum Minervæ, lævum Junonis, ut comprobatur Donatus lib. ii de Urbe Roma, cap. 4.

183. Juppiter pater Martis fuit; hinc proavus Romanorum. Chamillardus proavum vocari ait, quia Veneris fuit parens. Sed sermo hic est de diis cognatis ex Marte, ut vers. 185.

184. Juno a Carthaginiensibus maxime culta. Virgilius lib. i *Æneid*.

185. Displicet Heinsio quod Barthius curis secundis ad Claudianum castigare voluerit *cognatos det Sparta deos*. Giselinus explicat, deos contingentes sese mutuo, quod sorte bellica victi similiter Romam traducti essent. Sed suspicatur legendum *cognatos de matre deos*, hoc est Castorem et Pollucem, natos ex eodem ovo, quod Leda, a Jove compressa, peperit. Hæc conjectura multum arridet Chamillardo. Ego puto, a Prudentio clare vocari Jovem, Palladem et Junonem deos Romanorum cognatos de Marte, sive

- Bacchica de viridi peterentur ut orgia Naxo :
 Facta est terrigenæ domus unica majestatis,
 190 Et tot templa deum Romæ, quot in orbe sepulcra
 714 Heroum, numerare licet : quos fabula
 [Manes
 Nobilitat, noster populus veneratus adorat.
 Hos habuere deos Ancus, Numitor, Numa,
 [Tullus.
 Talia Pergameas fugerunt numina flammæ.
 195 Sic Vesta est, sic Palladium, sic umbra Penatium
 [tum
 Talis et antiquum servavit terror asylum.

— Vertice, *de vertice*, I.

187. Mater, *Opis, quæ in Ida monte colebatur*, I.

188. Viridi, *quia viret olivis, vel vitibus*. — Orgia, *sacrificia*. — Naxo, *mons, vel insula, ubi Bacchus colebatur*, I.

191. Manes, *deos inferni*, I.

193. Ancus, etc., *hi fuerunt principes Romanorum*, I.

195. Sic Vesta, *talis*. — Sic Palladium, *tale est templum Minervæ*, I.

196. Terror, *divinitas*. — Asylum, *domum refugii*, I.

ex parte Martis.

186. Celeberrimum Veneris templum erat in monte Eryce in Sicilia.

187. Vide Ovidium lib. iv *Fastor*.

188. Alter Rott., *Bacchia*. Vat. A, mendose, *Bacchida*. Naxus insula Baccho dicata.

189. S. Leo in serm. 1 de SS. Petro et Paulo. *Diligentissima superstitione habebatur collectum (Romæ) quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum*.

190. Weitzius cum suis, Thuan., alter Rott., Prag., Rat., Gif., verbo *Aucus*, ex vet. lib., *quot in orbe sepulcra* : quod omnino verum esse ait Heinsius. Ald., Gis., Mar., Vat. A, Urb., Teol. et alij, *in urbe*. Juretus approbat *in urbe sepulcra Heroum*. Sed falso putat omnes libros et vulgatos et veteres ita habere, excepto quodam deterioris notæ, ubi legit *quot in urbe sepultos Heroes*. Advertit, templa paganorum primum fuisse sepulcra, ut docent Clemens Alexandrinus, S. Cyrillus Alexandrinus, Julius Firmicus, Arnobius et alij. Kirchmannus lib. ii, cap. 16 de *Funer. Rom.*, hinc confirmat plurima olim sepulcra intra Urbem exstitisse, præsertim clarissimorum virorum et virginum Vestalium. Eutropius fortasse de sepulcris imperatorum loquitur, cum ait de Trajano : *Solus omnium intra Urbem sepultus est. Ossa collata in urnam auream in foro quod ædificavit sub columna sita sunt*. Inanis quorundam opinio est urnam illam auream supra columnam fuisse collocatam; neque dubito quin adhuc sub columna sit. Cæterum mihi multo magis placet *in orbe*. Id enim objicit poeta Romanis, quod heroes omnes, quorum in orbe exstant sepulcra, templis venerarentur.

191. In Prag. pro *manes* videtur esse *inanes*; Egm., *manens*, lege *manes*. Conjectio *quot fabula manes* : ita enim procedit sententia Romanos colere quotquot fabula jam mortuos nobilitaverat. Horatius lib. i, Od. 4 : *Jam te premet nox, fabulæque manes*.

192. Prudentius populum Romanum vocat *nostrum populum*, quamvis Romæ natus non fuerit. Non ergo ratio hæc satis est efficax, ut Cæsar Augustanus, aut Calagurritanus censeatur.

193. Vat., corrupte, *Tellus*, pro *Tullus*.

194. Prag., vitiose, *fugierunt*.

195. De Palladio vide vers. 544 lib. ii; de Penatibus vers. 965 ejusdem lib. ii in Symmach.

196. Ald. et nonnulli alij, *terra asservavit asylum*. Heinsius aliquando putabat *reservavit terror* : Grono-

Ut semel obsedit gentilia pectora patrum
 Vana superstitio, non interrupta cucurrit
 Ætatum per mille gradus. Tener horruit hæres,
 200 Et coluit, quidquid sibimet venerabile cani
 Monstrarant atavi: puerorum infantia primo
 Errorem cum lacte bibit: gustaverat inter
 Vagitus de farre molæ: saxa illita ceris
 Viderat, unguentoque Lares humescere nigros.
 205 **715** Formatum fortunæ habitum cum divite
 [cornu,
 Sacratumque domi lapidem consistere parvus
 Spectarat, matremque illic pallere precantem.
 Mox, humeris positus nutricis, trivit et ipse

GLOSSÆ VETERES.

203. Molæ, *mola genus sacrificii de farre et sale.* — B
 Illita, *polita*, I.
 204. Unguento, *cum oleo.* — Lares, *ignes*, I.
 205. Fortunæ, *deæ.* — Divite cornu, *id est aureo.*
Fortuna fertur habere in dextra manu cornu, quod
nymphæ omnibus bonis repleverint, I.
 208. Trivit, *osculatus est*, Rat.
 211. Persuasum, *certum, speratum*, I.
 215. Insulsum, *stultum, imprudentem*, I.

COMMENTARIUS.

vius, *sacravit terror.* Non est sollicitanda lectio communis *antiquum servavit terror asyllum*; in Oxon. *antiquam*, minus bene. Virgilius lib. viii: *Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asyllum Rettulit.* Post hunc versum Mar., Rat. et alii pro titulo: *Unde error invaluit.*

198. Vat. A et Prag., *una superstitio.*

199. Juretus notat, passim ab optimis scriptoribus horrorem et venerationem simul conjungi.

201. Rat., *monstrarent.* Ald., Weitz., Palat., Gis., C
 Heins. et alii, *primo.* Mar., Prag., Rat. et alii Weitziani, *prima.*

204. Mar. scribit *unguento.* De consuetudine veterum ungenti terminos, sive lapides qui pro terminis erant, dicam ad lib. ii. Hoc eodem sensu explicari valet *saxa illita ceris* vers. super., ut alibi ostendi: quanquam intelligi etiam potest, statuas ipsas ceris versicoloribus, quod ab antiquis usitatum est, fuisse pictas. Janus Rutgersius Var. Lect. lib. v, cap. 4, multa affert, quibus suadet, *genua incerare deorum* nihil aliud esse nisi vota affigere cera in femore, ex Apuleio et Juvenali, satira 9: *Quando ego figam aliquid?* Satis in hanc rem evidentia sunt verba Luciani in Philopseude de quadam statua: *Multi ante pedes ejus oboli jacebant, ac alia quoque numismata, nonnulla argentea cera ejus cruri affixa; laminæque ex argento, vota alicujus.* Potest igitur ita etiam exponi hic locus, præsertim quia sæpe vota votis superaddebantur. Lucretius lib. vi, *Nec votis nectere vota.* D
 Olearius ad Philostrati Heroica, cap. 2, not. 13, pag. 673, hunc Prudentii locum explicat, et distinguit eos qui deos inungebant honoris causa, et qui genua deorum incerabant, sive saxa ceris illinebant, scilicet cera tabulam affigebant quæ vota contineret. Philostrati verba de statua hæc sunt: *Atterendoque eam et tempus, et illi, ita me amet Juppiter, qui inungere solent, aut vota cera affigunt, speciem immutarunt ejusdem.*

205. Arnobius lib. vi sæpe *habitum* usurpat de forma statuarum: *Mulciber fabrilis cum habitu: aut fortuna cum cornu, pomis, ficis, aut frugibus autumnalibus pleno.*

206. *Lapidem* pro simulacro Arnobius, Minucius, etiam Livius accipiunt. Primis temporibus lapides et stipites pro simulacris deorum habitos, multi opinantur. Sed stipites, lapides et columnæ, quæ pro diis colebantur, ut ego quidem existimo, plerumque aliqua rudia lineamenta humanæ formæ præferabant

A Impressis silicem labris, puerilia vota
 210 Fudit; opesque sibi cæca de rupe poposcit,
 Persuasumque habuit, quod quis velit, inde
 [petendum.

716 Nunquam oculos, animumque levans rationis ad arcem

Rettulit: insulsum tenuit sed credulus usum
 Privatos celebrans agnorum sanguine divos.

215 Jamque domo egrediens, ut publica festa, diesque
 Et ludos stupuit, celsa et Capitolia vidit,
 Laurigerosque deum templis astare ministros,
 Ac Sacram resonare viam mugitibus ante
 Delubrum Romæ (colitur nam sanguine et ipsa

214. Privatos, *pauperes*, I.

216. Capitolia, *templa*, I.

218. Sacram viam, *Sacra via est Romæ, sicut et Latina: in ea via reconciliati sunt Sabini et Romani.*
 — Mugitibus, *a mugitibus scilicet boum vel ovium.* — Ante, *coram se*, I.

219. Delubrum, *templum Veneris et Romæ deæ pari altitudine se extollebant.* — Et ipsa, *ironia*. I.

209. Egm., Pal., Vat. A, codex Jureti, *impressit:* quæ lectio defendi potest simili loco Propertii lib. i, eleg. 16: *Osculaque impressis nixa dedi genibus.* Pro alia lectione facit S. Hieronymus epist. 3. ad Rufinum: *Quam illud os, quod mecum vel erravit aliquando, vel sapuit impressis figerem labiis?* Confer notationes Woweri, Elmenhorstii, Heraldii, Rigaltii et Ouzelii ad hæc Minucii verba: *Manum ori admovents, osculum labiis pressit.*

210. Heinsius conjecit *cæsa* pro *cæca*. Hanc conjecturam secutus est Cellarius. Teolius etiam *cæsa* expressit, et utrumque in Vat. esse confirmavit. Mariettus solum vidit *cæca* in suis, et id mihi magis placet; quia scilicet *cæca* et *surda* simulacra solent dici. Rat. et Weitz. cum suis, *opemque*, non male.

211. Fabr. Bong., *quid quis.* Egregie probat Prudentius, ethnicos ex errore cœpisse deos colere, ex præjudicatis, et præconceptis a tenera ætate opinionibus in eodem cultu perstitisse. Simili arguendi ratione nonnulli impii homines veritatem religionis Christianæ infirmare conantur: sed ineptissime. Nam Prudentius prius ostendit cultum deorum aperto mendacio et errore cœpisse: tum addit vers. seqq., gentiles nunquam rationes sui cultus ad trutinam revocasse, sed solum ob usum et consuetudinem in superstitione perstitisse. At religio Christiana illico qualis esset, patuit, neque erroribus invalescentibus aucta est. Eam, quamvis multa obscura tradentem et difficilia præcipientem, homines jam adulti aliisque religionibus innutriti susceperunt. Nunc quidem plerique in ea nati educatique sunt; sed nihilominus argumenta quibus ejus veritas demonstratur obvia passim sunt, et omnem dubitationem valent expellere.

212. Ald., Torn., mendose, *non qui*, pro *nunquam.* Egm., Palat., Vat. A, codex Jureti, *animamque.*

215. Mar. a prima manu, *namque domo.*

216. Virgilius, Cassiodorius et alii, *Capitolia celsa.* Confer glossas.

217. Rat. a secunda manu, *lanigeros.* Retine *laurigeros.*

218. Ald., *at Sacram*; alii, *ac Sacram.* In Mar. et Rat. post hunc versum lemma *De simulacro Romæ, et variis simulacris.* Alii solum, *De simulacro Romæ.*

219. Smyrnei primi templum urbis Romæ tanquam deæ statuerunt. Alabandenses secuti sunt exemplum, et ludos anniversarios addiderunt. Adrianus in Urbe iusa struxit Veneris et Romæ templam. Vide Lip-

220 **717** More deæ, nomenque loci, ceu numen, A
 [habetur,
 Atque Urbis, Venerisque pari se culmine tollunt
 Tempia : simul geminis adolentur thura dea-
 [bus),
 Vera ratus, quæcunque fiant auctore senatu,
 Contulit ad simulacra fidem, dominosque pu-
 [travit

225 Ætheris, horrifico qui stant ex ordine vultu.
 Illic Alcides, spoliatis Gadibus, hospes
 Arcadiæ fulvo ære riget : gemini quoque fra-
 [tres
 Corrupta de matre nothi, Ledeia proles,
 Nocturnique equites, celsæ duo numina Romæ,
 230 **718** Impendent, retinente veru, magnique
 [triumphi

GLOSSÆ VETERES.

222. Deabus, Romæ et Veneri, I.
 223. Vera ratus, infantia puerorum, vel omnis pa-
 ganus, I. Scilicet puer, de quo supra, Vat. A.
 226. Illic, in templo Romæ. — Alcides, Hercules.
 ab Alcæo patre. — Gadibus, Gades sunt insulæ juxta
 Britanniam, quas Hercules spoliavit, ibique Geryonem
 interfecit. — Hospes, Evandri, I.
 227. Riget, illic stat. — Gemini, Castor et Pollux,
 scilicet stant, I.

228. Corrupta, ignobili. — Ledeia, epexegetis, filii
 Ledæ, I.
 229. Nocturni, quia in nocte splendent, et quia do-
 mitores equorum erant. Equites, quia forte adhuc vivi
 nocte equitabant; vel propter duas stellas dicit, quæ,
 dum moventur, equitare videntur, I, Vat. T.
 230. Impendent, scilicet curvi. — Retinente, scilicet
 cursum, quo utebantur, Vat. T. — Retinente veru, id
 est sagitta, Vat. S.

COMMENTARIUS.

sium lib. III de Magnit. Rom. imp., cap. 6, et Pati-
 num imper. Roman., numism. pag. 5, ubi exhibet
 numismata cum inscriptione ΘΕΑ ΡΩΜΗ, et plura ad-
 dit de cultu Romæ exhibito a Synnadensibus, Teme-
 nothuranis, Amorianis, Ancyranis. Prudentius lo-
 quitur de templo quod Adrianus Veneri, Æneadum
 matri; et Romæ, quasi ejus proli, statuit. Donatus,
 de Urbe Roma lib. III, cap. 5, putat idem fuisse tem-
 plum cum duabus ædiculis: Teolius cum Ciampinio
 tenet fuisse duo diversa, sed simul juncta, et postea
 in ecclesiam SS. Cosmæ et Damiani conversa. Clau-
 dianus alio in loco templum Romæ videtur collocare
 lib. II Stilic., videlicet in monte Palat.: *Conveniunt
 ad tecta deæ, quæ candida lucet Monte Palatino.* Ser-
 mo est de Romæ templo. In hortis S. Mariæ Novæ,
 sive monasterii S. Franciscæ Romanæ exstant adhuc
 muri duorum templorum quæ inter se unita erant,
 quæ alii putarunt esse Isidis et Serapidis, alii Solis et
 Lunæ. Famianus Nardinus lib. III, cap. 12, Romæ an-
 tiquæ, pro certo habuit hæc esse templa Veneris et
 Romæ. Cl. Carolus Fea, qui in eadem erat opinione,
 hunc mihi monstravit, remque ita se habere
 plane persuasit. Ut enim adhuc apparet, pari culmi-
 ne hæc duo templa se tollebant; et ita inter se post-
 eaque parte adhuc conspiciuntur unita, ut in ipso medio
 muro quo conjunguntur magnum pateat ostium arcu-
 atum; ac fortasse in hoc ostio ara communis cre-
 cta erat, qua geminis simul deabus thura adolebantur.
 Exstant hæc duo templa in monte Palatino, unde in
 viam Sacram prospectus erat: non enim via Sacra
 arcum Titi intercurrebat, ut nonnulli putant, sed eo
 fere loco procedebat quo nunc est ecclesia S. Mariæ
 Novæ: qui locus olim multo erat humilior et de-
 pressior, nunc ruderibus ædificiorum congestis su-
 blimis apparet. Clare igitur jam intelligitur cur di-
 cat Prudentius: *Sacram resonare viam mugitibus ante
 delubrum Romæ.* Huic vero sententiæ comprobandæ
 maxime favent verba Xiphilini e Dione Cassio in
 Adriano, de quo ait: *Formam templi Veneris, quod
 Romæ fecit, ad eum (Apollodorum architectum) mi-
 sit, ut magnum opus absque opera ejus fieri posse os-
 tenderet: tum quæsit ex eo, num id templum bene et
 ratione ædificatum esse videretur. Is rescripsit alius
 ampliusque multo fieri oportuisse, quo magis et propter
 altitudinem suam in viam Sacram emineret, et propter
 amplitudinem machinas reciperet, quæ clam in eo com-
 pacitæ de improviso in theatrum perducerentur. Porro
 simulacra majora esse dicebat, quam ratio altitudinis
 amplitudinisque templi pateretur. Etenim, inquit, si
 deæ surgere atque inde exire voluerint, non poterunt.*
 Confer comment. ad vers. 763 lib. II. In nummis plu-
 rium imperatorum ce nere licet templum sex colum-
 narum cum inscriptione Romæ Æternæ: de qua ap-
 pellatione fuscè disserit Juretus ad lib. II Symmach.

B epist. 55. Consuli possunt de Romæ templo Ammia-
 nus Marcellinus, Spartianus, Tacitus, Cassiodorius,
 Xiphilinus.

223. Ald., Torn., Gall., Vera ratus quæcunque sena-
 tu auctore probentur. Ita Vat. A, sed probantur, non
 probentur. Cum Vat. A faciunt Alex., Egm., Pa^l.,
 Widm. supra, codex Jureti. Heinsius ait, Thuan. et
 alios tam suos quam Weitzianos habere quæcunque
 senatu auctore probentur. Sed Weitzius habet proban-
 tur; quanquam affirmat, ita Aldum edidisse, in quo
 ego solum invenio probentur. Idem Weitzius innuit
 in Widm. a prima manu esse quæcunque fiant aucto-
 re senatu; ad oram, suant. Colerus etiam invenit
 suant, Cauchius cluant, et ita emendandum censet
 quoties in Prudentio occurrit fiat, prima correpta.
 Prag., Mar., unus Rott., Weitz., Gis: alique recen-
 tiores, quæcunque fiant auctore senatu. Rat., recenti
 manu, fiant quæcunque, ab rasis prioribus. In Mar.,
 mendum est sanatu: Notum est, senatum Romanum
 de religionibus judicasse. Tertullianus, cap. 5 Apo-
 log., *Vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore
 consecraretur, nisi a senatu probatus.*

224. Vat. A error est putabit.

226. Vat. A, Rat. a prima manu, Mar. a prima
 manu, Urb. vitiose, spoliatis gradibus: Existimat
 Grangæus, Prudentium loqui de foro quod construxit
 Augustus, in cujus altera porticu erant statuæ regum
 Latinorum, in altera Romanorum. Hercules dictus
 est Alcides ab Alcæo avo, non patre, ut ait Iso; qui
 male Gades exponit.

227. Ald., Weitz., Widm., Bong:, scribunt Arch-
 diæ. Rat., Mar., Arcadia. Prag., Archadio. Heinsio
 videtur durus et insolens loquendi modus hospes Ar-
 cadix pro hospes Arcadis, hoc est Evandri. Grono-
 vius opinabatur Arcadii, Heinsius Arcadis e fulvo.
 Fortasse Prudentius vult, Alcidis statuam ex ære
 Arcadiæ esse, quasi ab Evandro jam olim positam.
 Scilicet riget ære Arcadiæ.

228. Prag. pro nothi habet riget, et supra glossa
 D in statuis aureis. Imitatur illud *Supposita de matre
 nothos* lib. VII Æn.

229. Vat. A, depravate, avo pro duo. Lactantius,
 lib. II, cap. 8: *Deinde illud, quod Castor et Pollux
 bello Latino apud lacum Juturnæ visi sunt equorum
 sudorem abluere, cum ædes eorum, quæ juncta fonti
 erat, sua sponte patuisset, iidem bello Macedonico equis
 albis insidentes P. Vatinio Romam nocte venienti, se
 obtulisse dicuntur, nuntiantes, eo die regem Persen vic-
 tum atque captum.* Iso aliter explicat nocturni equites.

230. Fabr., Gis., Weitz. cum suis, Mar., Rat.,
 Prag., alter Rott., vulg., retinentque veru, et Prag.
 addit glossam hastam, quam lectionem et explicatio-
 nem approbat Mariettos. Ald., Vat. A, Jureti ms.,
 impendent retinente solo; unus Rott., dependent reti

Nuntia suffuso figunt vestigia plumbo.

Assistunt etiam priscorum insignia regum,

719 Dux Italus, Janusque bifrons, genitorque

[Sabinus,

Saturnusque senex, maculoso et corpore Picus,

255 Conjugis epotum sparsus per membra venenum.

Omnibus ante pedes posita est sua cuique sordens

Arula. Jano etiam celebri de mense litatur

Auspiciis, epulisque sacris, quas inveterato,

Heu! miseri sub honore agitant, et gaudia ducunt

A 240 Festa Calendarum. Sic observatio crevit.

Ex atavis quondam male cœpta : deinde se-

[cuius

Tradita temporibus, serisque nepotibus aucta.

Traxerunt longam corda inconsulta catenam,

720 Mosque tenebrosus vitiosa in sæcula fluxit.

245 . Hunc morem veterum docili jam ætate secuta

Posteritas, inense, atque adytis, et flamine, et

[aris

Augustum coluit, vitulo placavit, et agno.

GLOSSÆ VETERES.

232. Insignia, statuæ, I.

254. Picus, filius Saturni, de quo Virgilius : Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas, I.

255. Epotum, syncope pro epotatum; datum a conjuge. — Sparsus, sparsum habens, I.

257. Mense, Januario, I.

258. Auspiciis, omnibus, auguriis, Iso.

259. Agitant, frequentant, I.

240. Calendarum, vocationum, I.

245. Catenam, malam consuetudinem quæ ligat hominem, I.

246. Mense, quia in honorem ejus octavus mensis appellatus est. — Adytis, templis, sacrificiis. — Flamine, sacerdote, I.

247. Augustum, Octavianum, I.

COMMENTARIUS.

nente solo. Thuan., Oxon., Alex., Urb., Heins. et recentiores, impendent retinente veru. Sed Chamillardus et Heinsius putant, veru esse hastam sive instrumentum bellicum, ut veru sabellum apud Virgilium, et ita vertit versu Italico Ansaldo: Sono appoggiati alle lor' aste, e fatti Di fuso piombo arrestano i lor passi. Holstenius in epist. de Fulcris seu Verubus Dianæ Ephesiæ, ex glossario Latino optimæ notæ, in tribus codicibus Vat. tradit, verua esse virgas aut virgulas ferreas. Exponit autem Prudentium de hujusmodi fulmentis ferreis oblongis, quibus statuæ solent retineri, ac putat errorem vulgi notari, eas statuas impendentes, et jam jam casuras admirantis. Hac lectione, quam Holstenius in codice Urbinate viderat, tuetur aliam similem lectionem editionis principis Romanæ Minucii: Diana interim est alte succincta venatrix; et Ephesia mammis multis, et verubus exstructa; et Trivia trinis capitibus, et multis manibus horrida. Scilicet verubus tota mammo si pectoris moles sustinēbatur: nam illud signum instar Ægyptiorum simulacrorum pedibus erat arcte compressis. Holstenius affirmat, Georgium Fabricium, cum in suis exemplaribus constanter reperisset retinente veru, perperam correxisse retinentque veru. Nescio quo loco Fabricius id lassus fuerit, nisi quod in Comment. in poetas Christ. verbo GEMINI FRATRES affirmat lectionem hactenus depravatam fuisse; sed constat in veteribus edd. et mss. varias fuisse lectiones. Lectio et explicatio Holstenii mihi admodum placet; sed alia etiam defendi potest. Etsi enim legas retinente veru, adhuc intelligere licebit retinente ipsa hasta, cui innituntur.

251. Vat. A, vitiose, suffusa. Egm. et Pal., suffosso. Antiquus est mos infundendi plumbum basi, ut statuæ firmiter hæreant. Christiani scriptores occasionem inde sumebant irridendi numina gentilium. Arnobius, lib. vi: Jam dudum istos videretis deos.... a ruinarum casibus et dissolutionis metu, subscudibus et catenis, unis, atque ansulis retentari: interque omnes sinus, commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, et salutarēs moras signorum diuturnitatibus commodare. Et postea: Si permanendi necessitatem patiuntur, quid miserius his esse, aut quid infeliciter poteri, quam si eos in basibus ita unci retinent et plumbeæ unctiones? Juretus multis probat ethnicos solitos aliquando vincula statuæ injicere, ne dei aufugerent. Arguit etiam imperitiam scioli cujusdam, qui ad oram sui codicis adjecerat, Prudentii verba designare statuas fusiles et plumbeas. Tertullianus, cap. 2 Apolog., meminit plumbi in statuæ: Ante plum-

bum, et glutinum, et gomphos sine capite sunt dii vestri.

255. Gis., Rat., Egm., Cauch., Widm. supra, Tros Italus: quod etiam voluit Oxon., Dros Italus, et Vat. A, Ros Italus, corrupte, vel quia in Vat. A. primæ litteræ versuum nonnunquam desiderantur. Mar. et Widm. iterum supra, dux Salius. Alii, dux Italus. Heinsius ita legit et distinguit Tros, Italus, ut Tros significet Æneam. De Italo, Sabino, Jano, Saturno vide Virgilium lib. vii, ad quem respicere videtur Prudentius. Itaque assent or Gifanio verbo strata viarum, qui ex v lib. legit dux Italus, quem ducem appellat, quia princeps auctor fuit nomini Italix.

256. Rat. ex correctione alienius scioli sua sordida cuique. Ald., Mar. a secunda manu, Gis. et alii, sua cuique vetusta. Vat. A, sua cuique vetusto. Egm., Palat., sua cuique vetustas. Agna Jano etiam. Prag., Mar. a prima manu, Oxon., Widm., Fabr., sua cuique sordens, ut cuique sit dactylus: de quo jam dixi. Molinæus, in tractatu de Altaribus, putat multitudinem altarium, quam gentilibus exprobat Prudentius, catholicos a paganis hausisse: at impudenter. Nam poeta irridet arulas sanguine sordidas, ante pedes hominibus monstrisque ubique locorum consecratis. Quid isthæc cum altaribus catholicorum?

257. Vat. A, male a prima manu, de mense ligatur. Celeberrimæ erant calendæ Januariæ, contra quas sermo exstat S. Maximi. Vide Binghamum, Orig. Christ. tom. IX, lib. xx, cap. 1, § 5, qui has ferias sine ritibus idololatricis sub imperatoribus Christianis continuatas docet, sed ita ut concilia et Patres adversus eas inveherentur.

240. Ald. male legit ac interpungit gaudia ducunt. Festa Calendarum sic observantia crevit. In collect. Canonum S. Martini Brachar., cap. 75 ita habet: Non liceat iniquas observationes agere calendarum, et otis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganismi est.

244. Huic versui in Mar., Rat. et aliis succedit lemma De simulacro Augusti.

246. Prag., Pal. et nonnulli alii, mensa, quod probat Cauchius, quia mensæ in sacrificiis pro aris erant. Heinsius ait in vetustioribus esse mensæ; sed ipse scripserit mense, nam id edidit in contextu, et ita legunt plerique. Hic mensis est sextilis, Augustus nuncupatus in honorem Augusti. De honoribus Augusto etiam viventi exhibitis, passim scriptores. Vide Horatium lib. ii, ep. 1. Ejus caput in nummis radiis coronatum cernitur. Constat etiam feminas fuisse ejus flamines seu sacerdotes.

441 Strata ad pulvinar jacuit, responsa poposcit.
 Testantur tituli, produnt consulta senatus,
 250 Cæsareum Jovis ad speciem statuenda templum.
 Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno,
 Non minus infamis thalami sortita cubile,
 Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
 Nondum maternam partu vacuaverat alvum,
 255 **721** Conceptamque viri sobolem paritura ge-
 [rebat
 Pronuba; jam gravidæ fulcrum geniale pa-
 [ratur,
 Jam sponsus, saliente utero nubentis, amicos
 Advocat, haud sterilem certus fore jam sibi
 [pactam.

A Vitricus antevenit tardum præservidus ortum
 260 Privigni nondum geniti; mox editur inter
 Fescennina novo proles aliena marito.
 Idque deum sortes, id Apollinis antra dede-
 [runt
722 Consilium: nunquam melius nam cedere
 [tædas
 Responsum est, quam cum prægnans nova
 [nupta jugatur.
 255 Hanc tibi, Roma, decem titulis, et honore sa-
 [cratam
 Perpetuo Floras inter, Veneresque creasti.
 Nec mirum: quis enim sapiens dubitaverat,
 [illas

GLOSSÆ VETERES.

248. Strata, posteritas. — Pulvinar, lectus deorum, B
 lectisternium altare, I.
 249. Tituli, inscriptiones, honores, I.
 250. Cæsareum, Octaviani, I.
 251. Quo, ut. — Livia, uxor Octaviani, I.
 255. Viri, alterius, quam Octaviani, Iso.
 256. Geniale, nuptiale, I.
 257. Sponsus, adhuc, I.

258. Pactam, conjunctam, sponsam, Iso.
 259: Ortum, nativitatem, I.
 261. Fescennina, nuptialia carmina dicta ab urbe
 Fescenna; sive quia fascinum pellunt. Item Fescenninus
 deus nuptiarum dicitur, Iso. Nuptialia carmina, Mar.
 262. Deum sortes, deorum responsa, I.
 265. Tædas, nuptias, I.
 266. Floras, inde floralia. — Creasti, deputasti, I.

COMMENTARIUS.

250. Tacitus lib. I Annal. : Cæterum sepultura more perfecta, templum et cælestes religiones decernuntur; Quod ait poeta Jovis ad speciem, intelligo templum Augusto decretum, perinde ac Jovi solebant templa erigi. Chamillardus aliique probabili ratione putant, imaginem Augusti specie Jovis fuisse exhibitam. Post hunc versum in Mar., Rat. et aliis, De simulacro Liviae, uxoris Augusti.

251. Ald., mendose, adjacere. Ouzelius ad verba Minucii, Et divi cæteri reges, qui consecrantur, plura disputat de apotheosi Liviae, quam habitu et nomine Junonis consecratam fuisse, ex his versibus colligit. Accedit Chamillardus. Mihi id non clare liquet. Nam verba poetæ solum innuere videntur, Liviam decem esse factam more gentilium, et honores consecratam qui Junoni tribuebantur. Livia etiam vivens per adulationem vocabatur Juno, ut Augustus Jupiter. Grangæus affirmat veteres libros habere quoque Julia Juno, et bene, si adoptionem spectas. Nam Livia ab Augusto marito fuit adoptata, adeoque nomen Juliae obtinuit. Exstant nummi in quibus diva Julia Augusti filia vocatur. Nescio autem quinam illi sint libri veteres. Giselinus quidem conjiciebat legendum Julia pro Livia, quia Augustus Juliam filiam Agrippæ obtrusit, a se, ut suspicio erat, corruptam. Sed dubium non est quin de Livia sit sermo.

254. Suetonius de Augusto cap. 62: Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, et quidem prægnantem abduxit.

256. Ald. legit et distinguit gerebat, Pronuba jam gravidæ fulcrum, et geniale parantur. Ita etiam videtur legisse Mariettus in suis, excepto Prag., ubi est D paratur. Adhæret Weitzius cum suis, sed in Bong. deest et post fulcrum. In Oxon., Alex., Urb., fulcrum et geniale parantur. Vera videtur lectio Gisellini et aliorum, gerebat Pronuba: jam gravidæ fulcrum geniale paratur. Sic lectus genialis apud Horatium; et lib. II in Sym., vers. 645, genialia fulcra; vers. 1085, fulcra jugalia. Pro jam Widm. tam, minus bene. Colerus, pag. 568 ad cap. I lib. VI Valerii Maximi, putat, Prudentium dehiscere in lectum genialem, de quo Valerius: Sanctissimumque Juliae gemaliter torum. Liviam hic intelligi Lipsius docuit. Colerus hoc loco laudat suum codicem ms. Prudentii, quem nos sub Marietti nomine allegamus: i. sum vero Prudentium vocat ardentem, et piissimi zeli plenum poetam.

257. Juvenalis satir. 6, vers. 599: Et vexare ute-

rum pueris salientibus.

259. Augustus est vitricus, Drusus privignus; quia Livia erat uxor Augusti, mater Drusi.

261. Livia intra tertium mensem peperit: adeoque quodammodo inter nuptialia carmina. Giselinus objicit Liviam ex adulterio cum Augusto concepisse; et Suetonium testem allegat. Verum Suetonius solum ait suspicionem ejus rei fuisse. A Fescennio Etruriæ oppido, versus nuptiales, obscenitate pleni, Romam allati dicuntur. Hinc Fescennina licentia apud Horatium. Fescennia minus bene in nonnullis volg.

C 262. Gifanius, verbo Fac, contendit legendum Utque deum sortes, sic Apollinis antra dederunt, ex vet. libris, in quibus tamen erat atque deum, et in uno cum litura idque deum. Heinsio displicet quod Gifanius pessimo exemplo ita castigare voluerit, nihil legem metricam moratus. Verum ipse Heinsius sæpe ita peccat. Weitz., ut videtur, cum suis, Thuan., alter Rott., Mar., Prag., Rat., Alex., id Apollinis. Ald., Gis., Urb., et Apollinis. Balthus, de Silentio oraculorum part. 2, cap. 5, hos versus intelligit de responsis haruspicum, non de oraculis, quæ jam cessaverant; negat vero ex his versibus argui, vetera oracula meras fuisse sacerdotum imposturas, etiamsi intelligantur de oraculis. Revera Dio non Apollinem, sed pontifices consultos narrat. Id tamen non prohibet quominus etiam Apollinis aliquod oraculum aut verum, aut confictum fuerit divulgatum. Juvenalis, sat. 6, vers. 555: Quidquid Dixit astrologus, credent a fronte relatum Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant, Et genus humanum damnat caligo futuri. Van Daleus, dissert. 2 de Oraculis, ex toto hoc Prudentii loco arguit Augustum post mortem reddidisse oracula (conficta scilicet), et dum viveret oracula in vulgus fuisse sparsa, sive per ipsum, sive per ipsius et Tiberii adultores.

265. Ald., perperam, cederet ædes. Pal., Vat. A, credere thedas. Mar., Prag., cæderet edas. Egm., Widm. supra, credere tædas. Alii probe, cedere tædas.

264. Mar., Widm. supra, nupta vocatur. Mar., aliena manu, jugatur.

266. Ald., Mar., flores inter, Veneresque, minus bene. Prag., Veneremque. Circus, et templum Floræ inter Quirinalem, et Pincium montem collocantur.

267. In Vat. A desideratur sapiens. Prag., contra

Mortali de stirpe satas vixisse, et easdem
 Laude venustatis claras, in amoribus usque
 270 Ad famæ excidium formæ nituisse decore?
 Quid loquar Antinoum coelesti in sede loca-
 [tum?
 illum delicias nunc divi principis, illum
 723 Purpureo in gremio spoliatum sorte vi-
 [rili,
 Hadrianique dei Ganymedem, non cyathos diis
 275 Porgere: sed medio recubantem cum Jove
 [fulcro,
 Nectaris ambrosii sacrum potare lyæum,
 Cumque suo in templis vota exaudire marito?
 Ergo his auspiciis, Trajanus, Nerva, Severus,
 Et Titus, et fortes gesserunt bella Neronis:

A 280 Quos terræna viros illustres gloria fecit,
 Et virtus fragilis provexit in ardua famæ
 Ascita e terris sub religione jacentes.
 724 Quam pudet, hoc illis persuasum, tali-
 [bus ut se,
 Romanasque acies censerent Martis amore
 285 Posse regi, dum se Paphiæ male blandus
 [adulter
 Venditat, Æneadasque suos successibus auget?
 Felices, si cuncta Deo sua prospera Christo
 Principe disposita scissent, qui currere regna
 Certis ducta modis, Romanorumque trium-
 [phos
 290 Crescere, et impletis voluit se infundere sæ-
 [clis.

GLOSSÆ VETERES.

272. Divi, omnes imperatores Romanorum divi vo-
 cantur. — Principis, Hadriani, I.
 273. Gremio, lecto, lectulo. — Spoliatum, castra-
 tum, I.
 274. Hadrianique, bonus propter hoc tantum. —
 Ganymedem, amasium. — Cyathos, vascula, I.
 275. Porgere, pro porrigere. — Jove, Hadriano, I.
 276. Ambrosii, liquidi, divini. — Lyæum, vinum,
 quia leniter intrat, I.
 277. Vota, preces. — Marito, Antinoum, quia sic
 propter turpitudinem maritum dicit. Ganymedes fuit

B amasius Jovis; ita Antinous Hadriani, I.
 279. Neronis, reges, I.
 282. Ascitæ, evocatæ, I.
 285. Persuasum, placitum, I.
 285. Paphiæ, Veneri, a Papho insula, ubi coleba-
 tur. — Adulter, Vulcanus, I.
 286. Successibus, prosperitatibus, felicitatibus. —
 Suos, suos dicit Æneadas, quia ex genere Veneris Ro-
 mani venerunt per Æneam, I.
 290. Impletis, quando venit plenitudo temporis, I.

COMMENTARIUS.

metrum, nec mirum, si quis enim sapiens. Cauch.,
 Urb., bini Rott., dubitaverit, quod tenuit Heinsius.

270. Cauch., Weitz., enituisse. Sed Weitzius nul-
 lam discrepantem scripturam advertit, cum plerique
 habeant nituisse. Post hunc versum in Mar., Rat.
 aliisque multis exstat hæc inscriptio: *De cultu Ha-*
driani, et Catamiti ejus.

271. Jureti codex, Weitz., Mar., Prag., Rat. et
 alii, in sede. Gis. in contextu, et plures vulg. cum
 Ald., coelesti sede. Hunc locum explicat Picus Miran-
 dulanus, lib. iv de rerum Prænotione, cap. 4: *Nec*
Hadriani Cæsaris exemplum longe abest, quando sædo
est Antinoi captus amore; ob idque mortuo illi et di-
visi honores designati, et cognomina urbs parata, com-
positis etiam, et ementitis oraculis, ut Spartianus, et
ex nostris Athanasius, Aur. Prudentius, Eusebius, alii
prodiderunt. Sed et in ipso lunæ circulo ementita sedes
excogitata, ut scribit Tatianus Adversus gentes, et in-
venit Prudentius quando ait illum CŒLESTI SEDE LO-
CATUM. Athenagoras scribit Græcos novum sidus
 Antinoum inter coelestes imagines conflixisse. De
 Antino videtur etiam possunt Pausanias, Aurelius
 Victor, Tertullianus in Apolog., Casaubonus ad Spar-
 tianum, Bulengerus de Rom. Imp., Pignorius de
 Servis pag. 223, Baronius tom. II Annal. pag. 81, et
 Franciscus Mediobarbus Biragus Imper. Roman. nu-
 mism. pag. 187, ubi multa affert. de Antinoi statu
 per universum orbem terrarum, templo apud Man-
 tineam et numismatibus.

272. Romani pueros procaces et quibus ad nefa-
 riam impudicitiam uterentur, delicias et deicia ap-
 pellabant, ut ex Virgilio et Statio colligi potest. Ca-
 tullus idem nomen transtulit ad passerem et amicas,
 Martialis ad columbam. Vide Pignorium loc. cit., pag.
 95 et 96.

273. Fabr., morte virili; mendum puto.

274. Ald., non erat os dis Pergere. Legendum cy-
 athos diis Porgere.

275. Medio in lecto amici discumbebant in con-
 viviiis, ut facile amatoris gremio incumbere, ut no-
 tat Chamillardus. Alioquin si tres in eodem lecto
 accumberent, in medio erat dignissimus. Feminae

per initia assidebant, post etiam in sinu aut gremio
 virorum accubuerunt. Huc opinor respexisse Pruden-
 tium; quasi Antinous uxor fuerit Hadriani. Consule
 Bulengerum, de Conviviis lib. 1, cap. 52.

276. Ald. et vulg. nonnulli, portare; melius po-
 tare. Ganymedes Jovi pocula ministrabat, Antinous
 cum Hadriano simul potabat. Quamvis ambrosia fur-
 rit deorum eibus, nectar potus, recte poeta nectar
 vocat ambrosium, quia ambrosius sonat immorta-
 lem. Vide vers. 22 et seqq. hymn. 5 Cath.

277. In glossa, MARITO, Antinoum, corrigendum
 est Hadriano.

281. Thuan., fragiles pro fragilis. Nonnemo ad
 hunc locum id adnotat: *Paganorum virtutes veras*
virtutes non fuisse, ostendit S. Augustinus contra Pe-
lag. innumeris locis. Nihil magis invitum ago quam ut
 odiosis hujusmodi quæstionibus respondeam. Itaque
 solum dicam, S. Augustinum quovis alio sensu po-
 lius exponendum esse, quam ut videatur docuisse
 theses in Baio damnatas, scilicet 22: *Cum Pelagio*
sentiant qui textum Apostoli ad Rom. II, Gentes quæ
legem non habent, etc., intelligunt de gentibus fidei gra-
tiam non habentibus. 25: *Omnia infidelium opera sunt*
peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia. 27: *Libe-*
rum arbitrium sine gratiæ adjutorio non nisi ad pec-
candum valet. Prudentio virtus fragilis est, quæ nihil
 conducit ad gratiam et gloriam æternam.

282. Mar., Egm., Widm., Weitz., jacentis. Hein-
 sius conjiciebat *Ascita terris sub religione jacentes.*
 Secutus id est Teolius cum uno Vat. probatissimo.
 Fortasse intelligit Alex., ubi tamen est *Ascita e terris*
sub religione jacentes, cum glossa illos. Alii, *ascitæ,*
 scilicet famæ, quod fortasse factum est ex *ascita e*
terris.

284. Alicubi, censerunt, et vers. seq., blandes adul-
 ter, vitiose.

285. Rat., Weitz., Bong., cum se. In glossa legen-
 dum Mars, non Vulcanus.

289. Ald., Prag., Gis., triumphis.

290. In Vat. A desideratur se. Apostolus vocat ple-
 nitudinem temporis ad Galat. IV, 4.

Sed caligantes animas, et luce carentes,
 In Jovis, Augustique alytis, templisque dua-
 rum
 Junonum, Martisque etiam, Venerisque sa-
 cellis
 Mactatas, terro lethi immersere barathro,
 295 Supremum regimen crassis in partibus orbis
 Esse rati, mersoque poli consistere fundo.
 Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile
 gignit,
 725 Id duxere deos: colles, freta, flumina,
 flammæ,
 Hæc sibi per varias formata elementa figuras
 300 Constituere patris, hominumque vocabula multis
 Scripserunt statuis, vel Neptunum vocitantes
 Oceanum, vel Cyaneas cava flumina nymphas, B
 Vel silvas Dryadas, vel devia rura Napæas.
 Ipse ignis, nostrum factus qui servit ad usum,

A 305 Vulcanus perhibetur, et in virtute superna
 Fingitur, ac delubra deus et nomine, et ore
 Assimulatus habet, necnon regnare caminis
 Fertur, et Æoliæ summus faber esse, vel
 Ætnæ.
 Est, qui conspicuis superos quæsit in astris,
 310 Ausus habere deum solem: cui tramite certo
 726 Conditio imposita est, vigilem tolerare
 laborem,
 Visibus objectum mortalibus, orbe rotundo
 Præcipitem, teretique globo per inane volan-
 tem,
 Et quod nemo negat, mundo, cæloque minorem.
 315 Area major enim, quam qui percurrit in illa,
 Et longe campi spatium diffusius, in quo
 Emicat, ac volucris fervens rota volvitur axe.
 Quamvis nonnullis placeat, terram brevior
 Dicere circuitu, quam sit pulcherrimus ille

GLOSSÆ VETERES.

291. Luce, sapientia, I.
 292. Adytis, templis, I.
 293. Junonum, Junonis et Liviæ, I.
 295. Crassis, stultis, I.
 298. Id duxere, Romani in religionem suam, I.
 299. Figurâs, deorum, I.
 301. Statuis, imaginibus vel columnis. — Neptunum, deum maris, I.
 302. Cyaneas, aquosas, I, Vat. A.
 305. Dryadas, deas sylvarum. — Napæas, deas montium, I.
 305. Perhibetur, vocatur, I.
 307. Regnare, dominari, I.

308. Æoliæ, octo insulæ sunt Siciliæ, Vulcano propter ignis emissionem deputatæ. — Ætnæ, montis Siciliæ, qui semper ardet, I.
 309. Conspicuis, claris, lucidis. — Superos, cælestes deos, I.
 311. Conditio, lex. — Vigilem, continuum, I.
 312. Orbe, circuitu, I.
 313. Præcipitem, velocem. — Per inane, quia nec sol, neque planetæ cæteri septem fixi sunt in firmamento; sed per inane discurrunt, I.
 315. Area, spatium campi, I.
 316. Diffusius, latius, I. Latius est, Mar.
 317. Emicat, salit, I.

COMMENTARIUS.

292. Vat. A, male, angustique adytis.
 293. Giselinus alteram Junonem intelligit Proserpinam. Alii Liviam: quo confirmatur conjectura, Liviam specie Junonis consecratam fuisse, ut alii imperatores et eorum uxores forma deorum dearumque exprimebantur.
 294. Prag., barathri, perperam.
 295. Ald., mendose, orbem.
 296. Mar., hæserat, eadem manu correctum esse rati. Idem Mar., immersoque. Scilicet ex esse rati, mersoque factum est hæserat, immersoque. Post hunc versum, Rat., Mar., De cultura elementorum sub specie quorundam non deorum, sed dæmonum.
 297. Ald., Gis. in contextu, et nonnulli vulg.: Quidquid humus, pelagus, cælum mirabile gignunt. Alii, Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile gignit. Codex Jureti, gignunt, cum Widm. supra, Pal., Bong., Alex. a prima manu. Gallandius Aldi lectionem improbat, quia agit poeta de cultu elementorum, neque cælum quis dixerit gignere; et mox in seqq. de sole et luna sermo instituitur. Ego puto, in Aldi scriptura cælum pro aere recte accipi posse.
 298. Weitz. cum suis, Rott. alter, Ox., Prag., Rat., Colerus ad Valerium Maximum pag. 568, induxere deos. Vat. A. Mar., adduxere deos. Rottend. prior, id dixere deos. Potiores Heinsiani, id duxere deos. Suspiciatur Heinsius induxere deo, vel deis. Cassiodorius, lib. x Tripart. Hist., cap. 30, id dixit deificare elementa. Hanc insaniam exagitant S. Athanasius in orat. advers. gentes, et Lactantius lib. II, cap. 5 et 6.
 299. Ald., Jureti codex, Pal., Egm., Widm. supra, formant elementa.
 302. Cyane in fluvium conversa fingitur a poetis.
 305. Ald., silvam. Aliqui scribunt Napæas, alii

C Napæas, alii Napæas.
 305. Ald., perhibetur qui virtute. Pal., qui in virtute.
 306. Heinsius conjicit deis et nomine, et ore Assimulatus: idque in nonnullis editionibus exstat. Alex., deus nomine, supra recte et nomin.
 307. Prag., Mar., Bong., Gis., Heins., assimilatus. Ald., Weitz., Teol. cum aliis, assimilatus. Weitz., Prag., Mar. a prima manu, Rat. a veteri manu, nec jam regnare. Melius necnon.
 308. Huic versui subjicitur lemma De cultura solis, quem putant Apollinem.
 309. Vat. A, minus bene, conspicuus. Hic versus et duo sequentes leguntur lib. IV Astron. poet. Hygini, cap. 13 de Sole, in fine, ab impudenti sciolo inserti, quod multi non adverterunt, etiam præmonente Delrio Comment. in Med. Senecæ, pag. 72 et 73, qui notat priores duos citari a Calpurnio Basso Comment. in Germanici Phainom. simili flagitio, nisi Bassus hic ignobilis quispiam, et tanto recentior Prudentio sit, aut imponant qui eos Commentarios illi imputant. Vide infra notanda ad vers. 565. Romani solem præcipuo honore colebant. Templum Solis et Lunæ exstabat prope amphitheatrum. Augustus soli obeliscum horarium in campo Martio dedicavit, qui nunc augustea Pii VI P. M. munificencia ante curiam Innocentianam erigitur. De hoc obelisco exstat integer liber Angeli Bandinii.
 315. Heinsius suspiciatur præcurrit
 317. Prag., male, hic volucris.
 318. Heins. cum Thuan., Mar., Prag., Weitz., Gis. in contextu, brevior. Alii brevior. Nunc quidem omnibus placet terram brevior sole dicere. Olim dissentiebant Stoici, Lucretius, Lactantius, alii.

320 Circulus, et flammam immensi sideris ultra
Telluris normam porrecto extendere gyro.
Numne etiam cœli minor, et contractior orbis,
Cujus planitiem longo transmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat?
325 Ille Deus verus, quo non est grandior ulla
Materies, qui sine caret, qui præsidet omni
Naturæ, qui cuncta simul concludit, et implet.
Solem certa tenet regio, plaga certa coerces.
727 Temporibus variis distinguitur: aut subit
[ortu,
330 Aut ruit occasu, latet aut sub nocte recurrens:
Nec torquere facem potis est ad signa trionum,
Orbe nec obliquo portas aquilonis adire,
Nec solitum conversus iter revocare retrorsum.
Hic erit ergo Deus, præscriptis lege sub una
335 Deditus officiis? Libertas laxior ipsi
Concessa est homini: formam cui flectere vitæ,
Atque voluntatis licitum est, seu tramite dextro
Scandere, seu lævo malit decurrere campo,

A Sumere seu requiem, seu continuare laborem,
340 Seu parere Deo, sive in contraria verti.
Ista ministranti regimen solemne dierum
Haudquaquam Soli datur a factore potestas:
Sed famulus subjectus agit, quodcunque ne-
[cesse est.
Hoc sidus currum, rapidasque agitare quadrigas:
345 Commenti, et radios capitis, et verbera dextræ,
728 Et frenos, phalerasque, et equorum pe-
[ctora anhela
Ær s inaurati, vel marmoris, aut orichalci,
Jusserunt nitido fulgere polita metallo.
Post trabeas, et eburnam aquilam, sellamque
[curulem
350 Cernuat ora senex barbatus, et oscula figit
Cruribus ænipedum, si fas est credere, equorum:
Immotasque rotas, et flecti nescia lora
Aut ornat redimita rosis, aut thure vaporat.
Hoc tamen utcunque est tolerabile, quid, quod
[et ipsæ

GLOSSÆ VETERES.

320. Sideris, solis, I.
322. Contractior, brevior. — Orbis, circulus, I.
324. Circinus, circulus solis, sol. — Meta, fine, I.
329. Subit ortu, ascendit, crescit, surgit, I.
331. Facem, splendorem. — Trionum, septentrio-
num ad septentrionalem plagam, I.
334. Hic erit, ironice, I.
341. Solemne, solitum, Vat. A.
342. Haudquaquam, nequaquam, I.
345. Agit, facit, I.
344. Agitare, ducere, I.
345. Commenti, arbitrantur. — Radios, coronam
auream. — Verbera, flagello utitur, I.
346. Anhela, fatigabunda, I.

347. Inaurati, deaurati. — Orichalci, aurichalcum
dicitur quasi auri æs, nam calchos Græce, æs vocatur
Latine. Vel si dicas orichalcus, montis æs interpreta-
bitur; ori enim mons, I.
348. Jusserunt, ludendo pinxerunt, Iso.
349. Trabeas, genus vestimenti, vel vestem regalem.
— Curulem, sedem curulem, sedes curialis, I.
350. Cernuat, humiliat, inclinat, I.
351. Ænipedum, quia æneos pedes habent. — Equo-
rum, tanta stultitia, ut homo crura equorum oscula-
retur, Iso.
354. Hoc tamen utcunque, quod solem et lunam et
stellas adorabant, utcunque dicit tolerabile; quod tamen
deos inferorum colebant, hoc pejus multo judicat, Iso.

COMMENTARIUS.

320. Pal. a prima manu, circinus. Legendum cir-
culus.
322. Vat. A, nonne. Cauch., cælo minor.
323. Rat., cursu. Pro div. lect. supra minuto cha-
ractere tractu.
324. Vat. A, mendose, interiora. Prag., labore, et
minus bene.
328. Vat. A, corrupte, molem pro solem. Aldi error
regia pro regio. Vide quæ Elmenhorstius et Ouzelius
notant ad Minucii verba pag. 238: Sol demergit et
nascitur.
329. Prag. minus bene, ortus.
331. Ald., non torquere.
334. Prag., Ergo erit ille deus, præscriptus lege sub
una. Non probo.
335. Petavius, tom. I, lib. v, cap. 3, de libertate
agendi et non agendi disputans, Hoc, inquit, veterum
illa omnia persuadent testimonia, quæ hactenus adduxi-
mus: quæque nos disertissimis ad idem institutum ver-
sibus concludemus. Tum profert hunc versum et
seqq., Libertas laxior ipsi, etc. Conter vers. 693
Hamart.
338. Juvenalis sat. 1: Cur tamen hoc potius libeat
decurrere campo.
342. Prudentium imitatus videtur Corippus vers.
544: Sed factor solis, postquam sub sole videri se
voluit.
343. Ald., non bene, subjectus ait.
344. De curru solis aliisque adjunctis Ovidius lib.
II Metamorph., soli quadrigæ, lunæ bigæ attribui
solent.
345. Vat. A, vitiose, rapidos capitis, Urb., Gis., et
cavitis radios; id factum ab us qui vim cæsurae in pro-

ducenda syllaba, et consuetudinem Prudentii ignora-
bant. Juretus fuse hic disserit de radiis quibus ornari
solebant capita, ex Velleio, Suetonio et aliis; arguit-
que morem formandi in templis simulacra sanctorum
ex simili consuetudine in statuis Cæsarum videri pro-
fluxisse. Consule de hoc cœlitum nimbo Comment.
Antonii Francisci Gorii de Mitrato Jesu Christi Ca-
pite. In Aldo mendum est verbera.
346. Vat. A, ut frenos.
347. Vat. A, Ald., inaurata, minus bene.
349. Inter insignia consulatus erat scipio eburneus,
cui insidebat aquila. Juvenalis sat. 10: Da et volu-
crem, sceptro quæ surgit eburno. Vide Hymnum S.
Romani, vers. 148 et seqq. Grangæus solos eos putat
designari qui triumphum adepti fuerant. Trabea est
toga virgis purpureis instar trabium distincta. Sella
curulis propria erat dictatoris, consulis, censoris,
ædilis curulis.
350. Ald., Mar. a prima manu, Gis., cernuaque ora.
Plerique, cernuat, etiam Gis. et Jur. codd.
351. Ald., codex Jureti et Gis. ad oram, æripedum,
quod malebat Cauchius, et rectissimum dicit Gifa-
nius ex vet. lib., improbante Heinsio.
353. Vat. A, depravate, tura pro thure. Virg. ix
Æn., Et templum thure vaporat. Paschalius. de Co-
ronis lib. III, cap. 6, lora currus quo sol vehitur, rosis
operta ex hoc loco notat, et pluribus confirmat ro-
seum colorem a poetis in cœlum invectum. Post hunc
versum inscriptio in Rat. et Mar. hæc exstat: De
lunæ cultura, quam et Dianam dicunt.
354. Lib. III Sapient., vers. 6, de his qui ele-
menta, solem et lunam deos putaverunt: Sed tamen
adhuc in his minor est querela. In Mar. a prima manu,

355 Dant tibi, Roma, deos inferni gurgitis umbræ? A
Eumenidum domina Stygio caput exerit antro,
729 Rapta ad tartarei thalamum Proserpina
[regis,
Et, siquando suos dignatur adire Quirites,
Placatur vaccæ sterilis cervice resecta,
560 Et regnare simul cœloque, Ereboque putatur:
Nunc bigas frenare boves, nunc sæva sororum
Agmina vipereo superis immittere flagro,
Nunc etiam volucres captærum in terga sagittas
Spargere, terque suas eadem variare figuras.
365 Denique cum Luna est, sublustri splendet ami-
[ctu:
Cum succincta jacit calamos, Latonia virgo est:
Cum subnixæ sedet solio, Plutonia conjux
730 Imperitat furiis, et dicat jura Megæaræ. B
Si verum quæris: Triviæ sub nomine dæmon

370 Tartareus colitur: qui te modo raptat ad-
[æthram,
Sidereoque deum venerandum suadet in astro:
Per silvas modo mortiferi discurrere mundi,
Erroresque sequi subigit, nemorumque putare-
Esse deam, quæ corda hominum pavitantia figat,
375 Quæque feras perimat lethali vulnere mentes:
Depressos modo subter humum formidine sensus
Obruit, implorent ut nomina lucis egenæ,
Seque potestati committant noctis opertæ.
Respice terrifici scelerata sacraria Ditis,
380 Cui cadit infausta fusus gladiator arena,
Heu! male lustratæ Phlegethontia victima
[Romæ.
731 Nam quid vesani sibi vult ars impia ludi!
Quid mortes juvenum? quid sanguine pasta
[voluptas?

GLOSSÆ VETERES.

355. Eumenidum, furiarum. — Stygio, infernal. —
Exerit, elevat, I.
358. Adire, cum responso. — Quirites, Romanos, I.
364. Spargere, quia venatrix erat, I.
365. Sublustri, sublucido, parum lucenti, I.
366. Calamos, sagittas. — Latonia, a Latona matre.
Lucina vel Luna in cœlo, Diana vel Latonia in terris,
Proserpina vel Hecate apud inferos, id est centum po-
testatum, I.
367. Solio, barathro, I.

368. Megæaræ, illius furivæ: nomen furivæ, I.
369. Triviæ, tribus viis, I.
373. Subigit, compellit, Mar. Compellit ipse dæ-
mon, I.
374. Figat, sagittat, I.
379. Sacraria, templa. — Ditis, Plutonis, I.
380. Infausta, infelici. — Fusus, interfectus. —
Arena, metonymia, id est in theatro, Iso.
381. Lustratæ, purgatæ. — Phlegethontia, inferna-
lis. — Romæ, homines diis infernalibus immolabantur, I.

COMMENTARIUS.

est colorabile, mendose. Ald., Torn., quid? quod et
istos. Pal., Rat., et ipse, quod defendi nequit. Apud
Gall. aliqui, tolerabile quidquid et istos, perperam.

356. In Rat., prioribus abrasis, inepte subroga-
tum est Regina Eumenidum Stygio ab scolo, qui me-
tricæ legis ignarus metrum voluit reformare. De
Proserpina et ejus cultu Minucius Felix: Diana inte-
rim est alte succincta venatrix, etc. Ubi commentato-
res ex Prudentio aliisque rem totam illustrant.

359. Virgilius, lib. vi, Sterilemque tibi Proserpina
vacca n.

360. Ibid. Virgilius, Voce vocans Hecatē cœloque,
Ereboque potentem.

361. Gis., nunc bigas. Alii constanter bigas. Au-
sonius et Claudianus juveneos et juvenecas tribuunt
lunæ. Ovidius et vetera anaglypta Capitolina et musei
Pio-Clementini equos, Festus mulos. Hic etiam imi-
tator Virgilium, lib. vi, Vocat agmina sæva sororum.

362. Oxon., super his, ut boves cæstratos, quos
vocat Columella, designet. Id notat Heinsius. Lectio
vulgata unice vera est.

363. Egm., sp'cndit. Hic versus cum duobus seqq.
ab inepto aliquo s iolo insertus est libro iv Astron.
Hygini, cap. de Luna: qui propterea in editionibus
recentioribus Hygini omisi sunt. Delrius jam olim id
observavit. Vide supra comment. ad vers. 309. In
Commentariis in Arati Phænomena sub nomine Cæ-
saris Germanici inseritur hic et vers. seq. in progno-
sticis, ubi de Luna. Luna eadem Diana, eadem Pro-
serpina vocata, id est cœlestis, terrestris et infernalis.
De qua quidam: Denique, etc. In vers. seq. male,
jacet calamis. Meursius, lib. iv, cap. 3, Crit. Arnob.,
suspicitur librarium festinantem omisisse, vers. 367,
Cum subnixæ sedet, etc.

366. Palat., calamis, perperam. Succinctæ crura
Dianæ in statuis veteribus adhuc cernere licet. Hac
de causa Æneïs, cum se illi conspiciendam præbuis-
set Venus Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes,
dubitavit An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis
una esset. Virgil. lib. i Æn.

367. Prag., dum subnixæ. Ald. alique scribunt con-

junx. Post hunc versum Weitz., Widm., Bong., Mar.
a prima manu, Prag., Rat., Urb. et alii inserunt hunc
alium, Cum rapitur, furia est, et torvi Plutonis uxor.
In Prag., Dum rapitur. Deest in Alex., optimis Hein-
sianis aliisque. Heinsius ait, alibi quoque a Pruden-
tio corripit secundam in Plutonis. Falsum puto. Non
enim invenio in Prudentio Plutonis, aut alium casum
obliquum, nisi infra vers. 398, Plutonis fera vota sui,
ubi secunda producit. Ita etiam o in Plutonia longa-
effertur. Quod autem vers. 99 hymni 5 Peristeph.
Weitzius legit Illos reorum Plutones, al ter esse le-
gendum ostendam ad eum locum. Versus aperte su-
perfluous est; posset autem ad rationem metri legi.
Cum rapitur, furia est, torvi Plutonis et uxor.

369. Mar., Weitz. cum suis, Prag., quæras.

373. Egm., erroremque.

375. Prag., lethali funere, minus bene.

376. Mar. a prisca manu, depressos; Prag., depres-
sas, male.

377. Prag., obruat.

378. Huic versui in Mar. et Rat. succedit titulus
Quod venerabatur in spectaculis.

379. Lipsius Saturnal. serm. lib. 1, cap. 3, osten-
dit gladiatores Marti vel Saturno potius fuisse dæ-
tos: et hæc Prudentii verba intelligi posse ait de
Saturno, ut poeta Ditem pro Saturno posuerit, aut
etiam gladiatores Diti sacros fuisse, quia Manibus
placandis dabantur. Tertullianus et Salvianus affir-
mant gladiatorum spectacula sacra fuisse Marti; La-
ctantius, Ansonius et Plotarchus Saturno. Prudentius
ita explicari potest, ut hæc spectacula sacraria Ditis
appellet, quia his homines pereunt, et ad inferos
detruduntur. Eadem difficultas iterum occurrit vers.
397 seq., Ad aram Plutonis.

381. Prag., lustrante, perperam.

382. In Vat. A videtur esse sed quid, ut revera est
in Egm. et Pal.

383. Ald., minus bene, quid mores juvenum. In
plurali numero alii etiam dixerunt mortes, ut Mani-
lius, Seneca, sive quis alius in lib. Controvers., et
Lactantius, qui librum edidit de Mortibus persecuto-

Quid pulvis caveæ semper funebris, et illa
 385 Amphitheatralis spectacula tristia pompæ?
 Ne npe Charon, jugulis miserorum se duce dignas
 Accipit inferias, placatus crimine sacro.
 Hæ sunt deliciae Jovis infernalis: in istis
 Arbitr obscuri placidus requiescit Avernii.
 390 Nonne pudet regem populum, sceptrisque po-
 [tencm,
 Talia pro patriæ censere litanda salute?
 Relligionis opem subternis poscere ab antris?
 Evocat, heu! pœnis tenebrosa ex sede mini-
 [strum
 Interitus, speciosa hominum cui funera solvat.

A 395 732 Incassum arguere jam Taurica sacra so-
 [lemus:
 Funditur humanus Latiari in munere sanguis,
 Concessusque ille spectantum solvit ad aram
 Plutonis fera vota sui. Quid sanctius ara,
 Quæ bibit egestum per mystica tela cruorem?
 400 Anne fides dubia est tibi. sub caligine cæca
 Esse deum, quem tu tacitis rimeris in umbris?
 Ecce deos Manes cur inficiaris haberi?
 Ipsa patrum monumenta probant: Dis Manibus
 [illie
 733 Marmora secta lego, quacunque Latina
 [vetustos

GLOSSÆ VETERES.

384. Caveæ, arenæ, theatri, Mar. — Funebris, mortal's, I.
 385. Amphitheatralis, circulus; vel luxuriose amphitheatrum, muro circumdatus locus theatri: theatrum est spectaculum ubicunque positum, Iso.
 386. Charon, diabolus, I.
 387. Inferias, exsequias mortuorum. — Sacro, execrabili, ut auri sacra fames; vel secundum eos qui ita putabant, I.
 388. Jovis infernalis, orci, I.
 389. Arbitr, index, judex, Iso.
 390. Regem, regnantem, I.
 391. Censere, construere. — Litanda, sacrificia, I.
 392. Relligionis, divinitatis. — Subternis, subter-

B nis infernalibus, I.
 393. Ministrum, diabolum, I.
 395. Taurica sacra, Taurica regio, in qua Junoni peregrini immolabantur, quod Romani reprehendebant; quod tamen ipsi novissime fecerunt, I.
 396. Latiari, Romano a Latio, I.
 398. Quid sanctius, ironice, I, Vat. A.
 399. Egestum, effusum, I.
 401. Rimeris, scruteris, I.
 402. Inficiaris, negas, I.
 403. Manibus, infernalibus, I.
 404. Marmora secta, scripta, Vat. A. In quibus scriptum erat DIS MANIBUS. — Lego, video. — Latina, via, I.

COMMENTARIUS.

rum. Lipsius, loc. cit., cap. 14, refert Prudentii verba *pasta voluptas*, et ad marginem addit *Malo PARTA*. In Vat. A est *parta*. Prudentius dixit *sanguine pasta* de aquila hymn. 5 Cath. vers. 167. Grangæus ait alios legere *pacta*. Frequenter de hoc spectaculo *voluptas* usurpatur. Vide quæ Brosseus congessit ad lib. v Cassiodori, ep. 42, *Voluptatem præstat sanguine suo*.

387. Prior Rott. pro div. script., Cauch., *munere sacro*, ut ad munera arenæ alludat. Vat. A, *sanguine sacro*.

389. Ald., prior Rott., *obscuro placidus requiescit Averno*. Et distinguit Ald. *in istis. Arbitr*. Non placet.

390. Gifanius, verbo *PROMERITA* in vet. lib. observavit *regem populum*, cum antea in vulg. legeretur *regem populis*. Sententia non cadit in imperatorem vel imperatores, quos Prudentius alloquitur in hoc opere. Imitatio Virgillii est i *Æn.*, *Hinc populum late regem, belloque superbum*. Exstat etiam *populum* in Thuan. Urb., Alex. a prima manu. Intellige populum Romanum.

392. Weitz. pro div. script., *sub terris*. Vide comment. ad vers. 922 Hamart., et vers. 443 hujus libri.

394. Vat. A, Cauch., Jureti codex, *funera donet*, cum Egm., Pal.

395. Prag., *manutaurica*, corrupte, pro *jam Taurica*. Mar. a prisca manu, *jam turica*; male. Nonnulli, qui hunc versum allegant, trajiciunt ita verba *Arguere incassum jam Taurica sacra solemus*. Legendum cum mss. *Incassum arguere jam*. Producitur e postremum in *arguere* ratione cæsurae. Colerus, ad Valer. Max. pag. 568, sacra Taurica intelligit esse suovitaurilia. Weitzius exponit de sacrificiis quæ Plutoni tauris et nigra pecude fiebant. Nullus est dubitandi locus, quin sermo sit de sacrificiis Tauricæ insulæ, sive, ut frequentius et verius loquimur, peninsulæ. Hyginus fabula 120: *Quorum (Tauricorum) fuit institutum. ut qui intra fines eorum hospes venisset, templo Dianæ immolaretur*. De Diana Taurica et victimis humanis illi cæsis agunt Tertullianus, Athanasius, Augustinus, Lactantius, Cassiodorus, Eusebius Cæsariensis, ut plures ethnicos præteream. In glossa pro *Junoni* legam libentius *Dianæ*.

C 396. Ald., *Latiali*; Vat. A. *Laciani*; Pierique, *Latiari*. Prag., *Funditur humanum Latiari in sanguine munus*. Prudentius loquitur de ludo gladiatorio in honorem Jovis Latiaris. Lipsius, de Amphitheatro, monet *Latiari* esse in dandi casu, scilicet *Latiari Jovi*. Ex hoc ac similibus locis nonnulli arguunt victimas humanas Jovi Latiari solitas immolari. Verum intelligendum est, Jovem sanguine humano eorum coli, qui aut in certamine gladiatorio occidebantur, aut damnati ad bestias peribant. Tertullianus, cap. 9 Apolog.: *Remitto Tauricas fabulas theatris suis. Ecce in illa religiosissima urbe Æneadum piorum est Juppiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine. Sed bestiarii, inquitis. Hec, opinor, minus quam hominis*. Videri possunt notæ Pamelii, Minucius, Julius Firmicus, Lactantius, Tatianus et alii, qui hujusmodi immanitatem Romanis exprobrabant. Eam a religione Christiana tandem abolitam, inter maxima beneficia hominibus a Christo collata reponimus.

397. Ineptus corrector in Rat., abrais prioribus, supposuit *Illeque consessus spectantum*. Pal., *concessusque*. Egm. a prima manu, *concessosque*, male. In ed. 2 Cell. mendum puto *concessus ille*. De consessu in amphitheatro vide comment. ad vers. 572 Hamart.

404. Mar. a prima manu et Weitz. cum suis, *quacunque*. Longe melius est *quacunque*. In viis publicis sepulcra olim Romani collocabant, et, ut videtur, etiam Judæi. Genes. xxxv, 19: *Mortua est ergo Rachel, et sepulta est in via quæ ducit Ephratam*. De via Latina Juvenalis satir. 1: *Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina*. Et sat. 5: *Clivoſæ vcheris dum per monumenta Latinæ*. In via Salaria monumentum erat pretiosi operis Licinii tonsoris et liberti Augusti, ut tradit Cornutus sat. 2 in Persium. Viæ aliæ sepulcris celebres fuerunt Appia, Aurelia, Lavicana, Laurentina, Ostiensis, Prænestina, Tiburtina. Dissertationem de Viis publicis anno 1786 Romæ edidit cl. Vincentius Bartoluccius, primi subsellii jureconsultus. An autem hæc sigla D. M. aut D. MA., quæ in sepulcris Christianis nonnunquam apparent, significant *Dis Manibus*, an aliud, inter Fabretum et Mabillonium certatum est, quorum hic inscriptionem illam semper profanam esse contendebat, ille negabat.

- 405 Custodit cineres, densisque Salaria bustis, A
 Dic, quibus hunc scribis titulum : nisi quod
 [trucidis Orci
 Imperium, veræ ceu majestatis, adoras?
 En quibus implicita squalebat regiæ summi
 Imperii, tractis majorum ab origine sacris.
- 410 Cum princeps, gemini his victor cæde tyranni,
734 Pulchra triumphali respexit moenia vultu:
 Nubibus obsessam nigrantibus aspicit Urbem,
 Noctis obumbratæ caligine : turbidus aer
 Arcebat liquidum septena ex arce serenum.
- 415 Ingemuit miserans, et sic ait : Exue tristes,
 Fida parens, habitus : equidem prædivite cultu
 Illustrata cluis, spoliisque insigne superbis
 Attollis caput, et multo circumfluis auro.
 Sed nebulis propter volitantibus obsitus alti
- 420 Verticis horret apex : ipsas quoque livida gem- B
 [mas
 Lux hebetat, spissusque dies, et fumus ob ora

- Suffusus rutilum frontis diadema retundit.
 Obscuras video tibi circumferrier umbras,
 Cæruleasque animas, atque idola nigra volare.
- 425 Censeo, sublimem tollas super aera vultum,
 Sub pedibusque tuis nimbose elementa relin-
 [quas.
 Omne, quod ex mundo est, tibi subjacet, hoc
 [deus ipse
 Constituit : cujus nutu dominaris, et orbi
 Imperitas, et cuncta potens mortalia calcas.
- 430 **735** Non decet, ut submissa oculos regina
 [caducum
 Contemplere solum, majestatemque requiras
 Circa humiles rerum partes, quibus ipsa su-
 [perstas.
 Non patiar, veteres teneas ut me duce nugas,
 Ut cariosorum venereris monstra deorum.
- 435 Si lapis est, senio dissolvitur, aut crepat ictu
 Percussus tenui : mollis si bractea gypsum

GLOSSÆ VETERES.

405. Salaria, via : *salarium est cibus qui sepulcra mortuorum custodientibus datur; sed pro omni præbenda ponitur*, I. — Bustis, sepulcris, Vat. A.
 406. Orci, Orco juro : inde Orcus, eo quod jurat, neminem se sine morte dimittere, I.
 408. Regia, aula, I.
 410. Princeps, Constantinus. — Gemini tyranni, Maxentii et Licinii, I.
 414. Arcebat, expellebat. — Septena ex arce, ex septem collibus qui sunt in Roma. Septenam arcem dicit quia in septem colliculis constat Roma, I.
 415. Ingemuit, Constantinus, I.
 416. Equidem, certe, Iso.
 417. Cluis, abundas, præcelles, I.

418. Circumfluis, abundas, I.
 419. Propter, juxta, Iso.
 420. Livida, obscura, Iso.
 421. Hebetat, obumbrat. — Ob, circum, I.
 424. Cæruleas, nigras, I.
 425. Tollas, ut, I.
 426. Nimbose, tenebrosa, Iso.
 430. Submissa, inclinata. — Regina, Roma, I.
 432. Superstas, superior es, Vat. A.
 433. Nugas, ineptias, I.
 434. Cariosorum, putridorum, deficientium; caries, putredo, quam teredines faciunt in ligno, I.
 436. Bractea, lamina auri. — Gypsum, genus terræ est, de qua imagines faciunt, I.

COMMENTARIUS.

Lupius, in dissert. de Baptistariis, num. 158 et 159, C inscriptionem profert, quam Christianam esse censet, et *Diis Manibus* ab ignaro aliquo neophyto positum, et a presbytero qui cœmeterio præerat non animadversum; quod interdum accidisse satis est verisimile. Inscriptio est hujusmodi :

DIS MANIBVS PRINCI
 PIO FILIO DVLCISSIMO SVO PO
 SVIT QVI VIXIT ANNIS VI. DIE
 XXVII. IN PACAE

Uti Cajetani Migli re erudita de *Diis Manibus* exstat dissertatio, de qua rursus pag. 1172.

405. Corvutus in Persium ait *salarium* proprie esse victum unius diei, cui sal imprimis inseruit. Iso minus placet. Post hunc versum Rat. et Mar. apponunt lemma *Romam alloquitur*.

406. Prag., hic quibus hunc titulum scribis. Ald., dic, quibus hunc scribis titulum. Vat. A et nonnulli Heins., dic, quibus inscribis titulum. Plerique, dic, quibus hunc scribis titulum.

407. Vat. A, vitiose, *verito ceu*.

410. Pal., Vat. A, *gemini victor de cæde*. Egm., male, *gemini victor cæde* : a secunda manu, *gemini victor de cæde*, aut *gemini devictor cæde* : non enim clare explicat Weitzius lectionem hanc Egm. et Pal. Principem hunc esse Theodosium, certum est. Tyrannos intellige Maximum et Eugenium. Grangæus objicit Prudentio, quod in hæc historia enarranda paululum a vero deflectit : siquidem Theodosius, victo Maximo, triumphavit anno 389, nec, devicto multis annis postea Eugenio, Romam rediit. At vero etsi concederem ordinem narrationis aliquatenus esse turbatum, non tamen esset propterea falsitatis arguendus poeta qui non ait aperte Theodosium trium-

phasse, postquam duos tyrannos vicerat. Cæterum in ipsa quæ sequitur oratione Theodosii mentio iterum fit gemini tyranni a Theodosio victi.

415. Ald., *noctis adumbratæ*.

414. Vat. A, mendose, *arcebit*. De hac loquendi ratione *liquidum serenum, superum serenum* et similibus, Dausqueius in Comment. ad Silium, lib. xii, vers. 4.

417. Egm., Jureti membranæ, *clues*. Mar. a prima manu, *superbum*.

421. Heins., Cham., Teol., mendose, *ab ora*. Egm. scribit *hebitat*. Prag., *obumbrat* pro *ob ora*, Rutilius, lib. i Itin., vers. 495, puritatem cœli Romani laudans, ait : *Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo*.

425. Prag., *obfuscas video*. Widm. et Bong. a prima manu scribunt *circumferrier*.

424. Ald., *et nigra idola volare*, Rat., prioribus erasis, *idolaque nigra volare*. Neutrum est ab auctoris manu. Grangæus Aldo adhasit.

430. Scriptores Prudentii æquales passim Romam reginam appellant.

432. Rat., *superstes*, lege *superstas*.

433. *Nugas* vocat idolorum cultum et fabellas aniles a Numa inventas. Aliqui ipsa idola *nugas* vocari dicunt, ut *navia* alibi.

434. Prudentius non sepe *monstra*, et *portenta* deos gentilium vocat. Minucius : *Tot sunt Jovis monstra quot nomina*. Virgilius viii *Æn.*, *Omnigenique deum monstra, et latrator Anubis*.

435. In cod. Theod., tit. de Paganis, leg. 12, quæ lex a Theodosio lata est anno 392 : *Si quis vero mortali opere facta, et ævum passura simulæra imposito thure venerabitur, etc.*

436. In Rat. ex *gypsus* factum *gypsum*. Prag., male, *gypsea*. De gypseis veterum imaginibus Arnobius lib.

Texerat, infido rarefcit glutine sensim.
 Si formam statuæ lamnis commisit aenis
 Lima terens, aut in partem cava membra gra-
 [vato
 449 **736** Pondere curvantur, scabra aut ærugo per-
 [esam
 Conficit effigiem, crebroque foramine rumpit :
 Nec tibi terra deus, cœli nec sit deus astrum,
 Nec deus oceanus, nec vis, quæ subter operta
 [est,
 Infernis triste ob meritum damnata tenebris.
 445 Sed nec virtutes hominum deus, aut ani-
 [marum,
 Spirituumve vagæ tenui sub imagine formæ.
 Absit ut umbra deus tibi sit, geniusve, lo-
 [cusve, B
 Aut deus aereas volitans phantasma per auras.
 Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis :

GLOSSÆ VETERES.

437. Rarefcit, deficit. — Sensim, paulatim, Iso.
 439. Terens, planius, I.
 441. Conficit, corrumpit. — Crebro, multiplici, I.
 442. Astrum, sol, vel luna, I.
 447. Geniusve, deus loci, I.
 449. Pagis, villaticis : Pige Græce fons : inde pa-
 gani, villani, quia circa fontes antiqui villas ponebant,
 et ideo villani dicuntur, quia longe remoti sunt a civitate
 Dei, I.

COMMENTARIUS.

vi, Firmicus, Capitolinus in Gordiano. Imagines gy-
 pseæ nonnunquam bracteis metalli inducebantur.
 Confer versionem Italicam operis Joannis Winkel-
 mann, *Storia delle arti del disegno*, cum eruditis ad-
 notationibus Caroli Fea I. C. lib. vii, cap. 4.

437. Vat. A, Mar., Rat., Prag., Egm., Pal., Bong.,
 Weitz. aliique, *texerat*. Ald., Gis., vulg. nonnulli, *te-*
aerit, quod nescio an sit melius. Alicubi *texeris*, men-
 dase. Notanda est efficacia verbi *rarefcit*.

438. Ald., Bong., Widm., Mar., *laminis*. Rat.,
lammis. Vat. A, Weitz., Gifanius ex vet. cod.,
lammis. Egm., *lammis commisit aenis*, male. Verior
 est lectio *lammis* tam in Prudentio quam in Horatio,
 lib. ii, oda 2. Gifanius contendit veteres extulisse
lamma pro *lamma*.

439. Vat. A, in parte. Egm., corrupte, *impartæ*,
 apud Weizium. Heinsius in eodem Egm. invenit in
 parte, et a secunda manu, *impacta*. Ald., Torn., *gra-*
vata. Weitz. cum Bong. et Widm. a prima manu, *ca-*
va'o. Mariettus innuit ex his verbis *lima terens* corrigi
 posse Isidorum in *scobina*. Puto, indicari caput 19 lib.
 xix : *Taratum quasi teratum. Scofina dicta, quod hæren-*
do scophen faciat; ubi fortasse legendum quod terendo.

441. Codex Jureti, Vat. A, Oxon., *contegit*. Pal.,
 Egm. a secunda manu, *contiguam effigiem*. Egm. a
 prima manu *contigiem*, *effigiem*. Heinsius huic con-
 jicit *contigit effigiem*. Plerique, *conficit effigiem*.

443. Supra vers. 392, *subternis antris* de inferis, et
 hac vi quæ subter operta est.

444. Prag., Widm. a prima manu, *inferni*, minus
 bene.

445. Aldus ediderat *Sed nec virtutes Deus hominum,*
aut animarum. Ependavit *Sed nec virtutes Deus aut ho-*
minum, aut animarum. Alii habent *Sed nec virtutes homi-*
num Deus, aut animarum. Prag., *aut tenebrarum*. Sen-
 tentia est, Deam non esse virtutes hominum, ut pudici-
 tiam, fidem, neque vagas formas animarum et spi-
 rituum, ut dæmonum et angelorum, tenui sub imagine.

446. Ald., mendose, *vagi*. Virgilius vi : *Et ni docta*
comes tenues sine corpore vitas Admoneat volitare cava
sub imagine formæ.

A 450 **737** Quos penes, omne sacrum est, quidquid
 [formido tremendum
 Suaserit : horricos quos prodigialia cogunt
 Credere monstra deos, quos sanguinolentus
 [edendi
 Mos juvat, ut pinguis luco lanietur in alto
 Victima, visceribus multa inter vina vorandis.
 455 At te, quæ domitis leges, ac jura dedisti
 Gentibus, instituens, magnus qua tenditur or-
 [bis,
 Armorum morumque feros mansuescere ritus,
 Indignum, ac miserum est, in religione te-
 [nenda
 Hoc sapere, immanes populi de more ferino
 460 Quod sapiunt, nullaque rudes ratione sequun-
 [tur.
 Seu nos procinctus maneat, seu pace quietas
 Dictemus leges, seu debellata duorum .

450. Penes, juxta, I.
 453. Lanietur, sacrificetur, I.
 455. Te, o Roma, I.
 459. Immanes, crudeles, I.
 460. Rudes, stulti, I.
 461. Procinctus, apparatus bellicus, vel bellica præ-
 paratio, I.
 462. Dictemus, constituamus, I.

447. Juretus advertit, alias legi tibi sit *Lucus*, *ge-*
niusve, et defendi posse hanc scripturam, cum maxi-
 mam religionem pagani lucis tribuerint. Prudentius
 idola sæpe vocat umbras : sic supra vers. 195, *Um-*
bra Penatum.

449. Cur ethnici a pagis dicti fuerint pagani, plu-
 res afferri solent causas, ut indicavi ad vers. 6 præ-
 sationis hujus libri. Vide etiam infra ad vers. 621.
 Mihi vera hæc esse videtur, quæ ex his versibus de-
 promitur, quia scilicet in pagis superstitione maxime
 vigebat, adeoque illi omnes qui superstitione ido-
 lorum cultui post religionem Christianam ubique dis-
 seminatum adhæserunt, jure pagani vocati sunt. He-
 raldus, in Arnobium pag. 4, intelligit *paganos* idolo-
 latras dictos, quia non amplius terrarum orbem occu-
 pabant, sed in angustum coarctati et quasi pagis
 quibusdam conclusi erant. Putat, obscuram fuisse
 etiam olim originem hujus appellationis, sicut nec
 nos adhuc satis liquido scimus unde *Huguenoti* ap-
 pellati fuerint. Gothofredus ad leg. 15 de Paganis
 cod. Theod. appellationem paganorum sub Christiā-
 nis imperatoribus cœpisse affirmat, cujus antiquis-
 sima, quæ ipsi occurreret, mentio exstat in leg. 18
 de Episcopis anno 365 : *Gentiles, quos vulgo paganos*
appellant. Existimat autem vulgus Christianorum,
 qui variis olim dictionibus a gentilibus fuerant appellati,
 nomen paganorum gentilibus reposuisse, quasi sim-
 plices, rusticos et agrestes dicerent.

450. Mar. a prima manu, *quis penes*, perperam.
 Aldi etiam error est *penes omnes*.

451. Mar. a prima manu contra metrum et sen-
 su n, *honorificos quos*.

452. De monstris diis jura dixi. Vide Heraldum ad
 Tertullianum, cap. 22 Apolog., et ad Minucii verba :
Ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati.

453. Egm. scribit *lucu* pro *luco*.

455. Prag., *et jura*.

458. Prag., *tenendum*, non ita bene.

459. Aldus, *id sapere*.

460. Prag., *nulla fidei ratione*.

461. Ald. seu vos, lege seu nos.

Colla tyrannorum media calcemus in Urbe :
 Agnoscas, regina, libens mea signa, necesse
 [est :
 465 In quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
738 Aut longis solido ex auro præfertur in
 [hastis.
 Hoc signo invictus transmissis Alpibus ultor
 Servitium solvit miserabile Constantinus.
 Cum te pestifera premeret Maxentius aula,
 470 Lugebas longo damnatos carcere centum,
 Ut scis ipsa, patres : aut sponsus fœdera pa-
 [ctæ
 Intercepta gemens, diroque satellite rapta,

A Immersus tenebris dura inter vincula flebat :
 Aut si nupta, torum regis conscendere jussa ,
 475 Cœperat impurum domini oblectare furorem ,
739 Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
 Plena puellarum patribus ergastula sævi
 Principis : abducta genitor si virgine mussans
 Tristius ingemuit : non ille impune dolorem
 480 Prodidit, aut confessa animis suspiria traxit
 Vim libertatis nimix, patriumque dolorem.
 Testis Christicolæ ducis adventantis ad Urbem
 Milvius, exceptum Tiberina in stagna tyrannum
 Præcipitans, quanam victricia viderit arma
 485 Majestate regi, quod signum dextera vindex

GLOSSÆ VETERES.

465. Tyrannorum, *Maxentii et Licinii*, I.
 467. Signo, *crucis*, I.
 469. Te, *o Roma*, I.
 471. Pactæ, *sponsæ*, I.
 472. Intercepta, *ablata*, I.
 473. Tenebris, *carceris*, Iso.
 474. Nupta, *virum habens*. — Regis, *regem dicit quemcunque dominum*, I.
 475. Furorem, *amorem*, I.
 476. Dabat, *sustinebat*, I.
 477. Ergastula, *ergastron operatorium*; ergon enim

B opus, vel erga pluraliter, unde synergus cooperato-
 tor, I.
 478. Mussans, *murmurans*, Iso.
 480. Prodidit, *manifestavit*. — Convexa, *curva*, I.
 482. Christicolæ, *Christicolam ducem se vocat Constantinus*, I. *Constantini*, Vat. A.
 483. Milvius, *pons dicitur in Tiberi, ubi Constantinus Maxentium interfecit*, I.
 Tyrannum, *Maxentium*, Vat. A.
 484. Quanam, *cur*. — Victricia, *ita crucem Christi vocat, quam in vexillis gerebant*, I.

COMMENTARIUS.

465. Vide Demsterum, pag. 66 ad vers. Corippi :
Regnaque sub vestris venient fortissima plantis. Prudentius poetice loquitur : non enim Theodosius triumphavit aut Romam venit post victum Eugenium.

464. Prag., *agnoscat*. Retine *agnoscas*.

465. Muretus lib. xiii Var. Lect., cap. 8, Petrum Cripitum egregiè refellit quod Theodosio hanc impiam legem affingere non dubitaverit lib. ix de Honesta Disciplina, cap. 9 : *Cum sit nobis cura diligens in rebus omnibus superni numinis religionem tueri, signum Salvatoris Christi nemini quidem concedimus coloribus, lapide, aliave materia fingere, insculpere, aut pingere. Sed quodcunque reperitur, tolli jubemus, gravissima pœna eos multando, qui contrarium decretis nostris et imperio quidquam tentaverint*. Verba legis cod. Justin. lib. i, tit. 8 sunt : *Signum Salvatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positum insculpere vel pingere : sed quodcunque reperitur, tolli, gravissima pœna multando eo qui contrarium statutis nostris tentaverit, specialiter imperamus*. In versibus Prudentii *crux gemmata* intelligi potest in vexillorum purpura, gemmis intexta, solido ex auro in vertice hastarum. Confer Baronium ad annum 312, ac plures alios qui triumphos crucis prædicant.

466. Post hunc versum in Aldo, Mar., Rat. et aliis titulus est *De potentia crucis*. In Urb., *De laudibus crucis, et ejus potentia*. Hujusmodi lemmata in multis desunt.

467. Vat. A, mendose, *vinctus* pro *invictus*. Ald., Egm., Pal., *ultra*, minus bene, pro *ultor*. Theodosius exemplum Constantini allegat, ut Romanis potentiam crucis persuadeat. Non ergo loquitur Constantinus, ut vult Chamillardus et cum eo nonnulli recentiores. Nam qui loquitur vers. 422 ait, *Obscuras video, etc., postea Censeo.... Non patiar... Me duce... Dictemus... Calcemus*. Et post expositum exemplum Constantini, *Ergo cave, egregium caput orbis.... Deponas jam festa velim, etc.* Et Constantini quidem victoria, ut jam antiqua, narratur : *Scis ipsa... Meminit clarissimus ordo, qui tunc, etc.* Historiam narrat Eusebius in Vita Constantini.

468. Egm., *solvit mirabile*. Non probò.

469. Prag., male, *pestiferam*.

471. Vat. A, mendose, *ut sis*.
 472. Mar. scribit *dyroque*. Gallandius malebat *raptæ*, ut ad *pactæ* referatur. Sed bene est *rapta*, hoc est fœdera intercepta et rapta.

473. Heins. cum Thuan., *inter vincula flebat*; secuti eum sunt recentiores. Prag., *inter vincula gemebat*. Mar., *lugebat*, repugnante metro. Plerique, *inter vincula luebat*. Constructio est : Sponsus immersus tenebris dura inter vincula luebat fœdera sponsæ intercepta, diroque satellite rapta. Sed non satis concinnum est *luere fœdera intercepta*, et sponsus melius dicitur *gemens fœdera intercepta*.

475. Mar. a prima manu, *domino*, male.

476. Hæc non esse a Prudentio exaggerata, ex Eusebio aliisque antiquis historicis constat. In Mar. a prima manu, Bong. a prima manu, *maritales*; melius *maritalis*.

477. Ald., Gis., *puellarum, patrumque*. Scripti plerique, *puellarum patribus*. Pal., *ma'e, patribusque*.

480. Mar., Weitz., Prag., Rat., Colerius ad Valerium Max. pag. 568, Widm., *convexa animis*. Potiores Heinsiani, Ald., Gis., Heinsius, *confessa nimis*. Ita Alex. cum glossa *publicata*. Alii, *connexa animis*. Opinatur Heinsius *confessa animos suspiria*.

481. Abest hic versus ab Egm., Boherio veterrimo, priore Rott., Vat. A, Pal. Adest in aliis. Aldus habet *nimiam* pro *nimix*, et distinguit *traxit*. Vim, cum intelligi potius debeant *suspiria confessa vim libertatis*, Gallandio placet *nimiam* cum Aldo, non *nimia* cum Chamillardo. Ego in Chamillardo lego *nimix*, nempe libertatis, quod melius est.

482. Vat. A a prima manu, *Christicolis*, male. Non loquitur Constantinus, ut vult Iso, sed Theodosius. Æmulatur Horatium lib. iv, od. 4 : *Testis Metaurum flumen, et Asdrubal Devictus*.

483. Heinsius contendit legendum *Mulvius*, non *Molvius*, aut *Milvius*. Alii præterea scribunt *Mylvius*, alii *Molbius*. Aldus ediderat *Mulvius*, et correxit *Milvius*, quod etiam observavit Gallandius, ut intelligas non aliam præ manibus ipsum habuisse Aldinam editionem, nisi eam qua ego utor et unicam credo. Nunc *Milvi* nomen est *Ponte Molle*. Maxentius simpliciter *tyrannus* dicitur ter in panegyri Nazarii ad Constantinum et in aliis monumentis et scriptoribus antiquis.

Prætulere, quali radiis stemmate pila. A
Christus purpureum gemmanti textus in auro

740 Signabat labarum, clypeorum insignia
[Christus

scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

490 Ipse senatorum meminit clarissimus ordo :
Qui tunc concreto processit crine, catenis
Squalens carcereis, aut nexus compede vasta,
Complexusque pedes victoris, ad inclyta stendo
Procubuit vexilla jacens ; tunc ille senatus

495 Militiæ ultricis titulum, Christique verendum
GLOSSÆ VETERES.

486. Stemmate, figura. — Pila, lanceæ, l. Hastæ,
Vat. A.

487. Gemmanti, pro gemmato, Rat.

488. Labarum, vexillum, vel frenum. — Insignia,
ornamenta, l.

489. Ardebat, fulgebat, l. Splendebat. — Cristis,
galeis, Vat. A.

494. Jacens, prosternens, Iso.

741 Nomen adoravit, quod collucebat in
[armis.

Ergo cave, egregium caput orbis, inania post hæc
Prodigia, et larvas stolido tibi fingere cultu,
Atque experta Dei virtutem spernere veri.

500 Deponas jam festa velim puerilia, ritus
Ridiculos, tantoque indigna sacraria regno.
Marmora tabenti respergine tincta lavate,
O proceres : liceat statuas consistere puras,
Artificum magnorum opera, hæc pulcherrima,
[malim,

COMMENTARIUS.

486. Mar. a prima manu, perperam, radiavit. Prag.,
radiarunt.

487. Egm., corrupte, gemmati.

488. Egm., Pal., lavacrum male pro labarum. Tur-
nebus, Advers. num. 459, testatur in vetusto lexico
dici laborum pro labarum. Gyrardus dialog. 25 glo-
riatur, se primum aperuisse hunc Prudentii versum,
et explicat labarum esse signum bellicum pretiosis-
simum, quod Constantinus in crucis signum conver-
tit. Utuntur hac voce labarum Tertullianus, Ambro-
sius et alii. Rabanus Maurus in carmine de Cruce
mutavit quantitatem: *Hinc signant cherubin hæc labara
sancta triumphum*. Nonnulli affirmant id nomen sub
Constantino demum inventum, et in Tertulliano le-
gunt cantabra, uti etiam in Minucio: *Nam et signa
ipsa, et cantabra, et vexilla castrorum*. Rigaltius ad
hunc locum ait cantabra fuisse quoddam genus vexil-
lorum, quæ carmine inscripta aliquid grati et jucundi
militibus significabant. Aliqui originem ex Cantabria
repetunt, nescio an meliori jure. Bulengerus, de Rom.
Imper. lib. v, cap. 5, plura habet de labaro. Inhu-
meri sunt critici alique auctores qui hos Prudentii
versus laudant. Descriptionem labari vide apud Arin-
ghum, Rom. Subterr. lib. vi, cap. 25.

489. S. Hieronymus, epist. 107 ad Lætam, *Vexilla
militum crucis in ignia sunt. Regum purpuras et ar-
dentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura
condecorat*. S. Augustinus in psalmum xxxvi: *Finita
est (crux) in pœna, manet in gloria. A locis supplicio-
rum fecit transitum ad frontes imperatorum*.

491. Dicit concreto crine ex more reorum apud Ro-
manos. Eadem proprietate hymno 11 Peristeph.:
Carcereo crinita situ stare agmina contra Jusserat.

495. Antea dixit ultor, vindex, nunc militiæ ultri-
cis. Hoc ipsum exprimit inscriptio arcus triumphalis
Constantini.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO . MAXIMO
P. F. AVGVSTO . S. P. Q. R.
QVOD . INSTINCTV . DIVINITATIS . MENTIS
MAGNITVDINE . CVM . EXERCITV . SVO
TAM . DE . TYRANNO . QVAM . DE . OMNI . EIVS
FACTIONE . VNO . TEMPORE . IVSTIS
REMPUBLICAM . VLTVS . EST . ARMIS
ARCVM . TRIVMPHIS . INSIGNEM . DICAVIT

Inscriptio ex ipso archetypo descripta est : nam
exemplaria edita aliquantum variant. Intra arcum
majorem ad latera legitur :

FVNDATORI QVIETIS
LIBERATORI VRBIS

Supra minores utrinque arcus :

VOTIS X

VOTIS XX

Et in aversa parte supra eosdem arcus minores :

SIC X

SIC XX

Constat ex Prudentio, non solum crucem in labaro
fuisse expressam, verum etiam Christi nomen, scilicet
monogramma Christi $\chi\rho$, quæ sunt duæ litteræ
Græcæ nominis Christi X et P, neque significant *pro
Christo*, ut multi putant, martyrii signum esse cre-
dentes. Itaque cum Christi nomen esset labaro im-
pressum, et mos esset ut labarum a militibus adora-
retur, quod semper imperatorem antecederet, recte
ait Prudentius, senatum adorasse nomen Christi,
quod collucebat in armis.

497. Ald., Gis., Heins., *posthac*. Weitziani, et ple-
rique nostri *post hæc*.

498. Heinsius Weitzium rejicit, quod legerit *Pro-
digia esse deos stolido tibi fingere cultu*. Atqui ita legunt
Rat., Mar., Prag., Urb. et alii. Ald., Tornæs., *solito
pro stolido*. Thuan., *olido*. Alii cum Vat. A, Gis.,
probante Heinsio, *Prodigia, et larvas solito tibi fingere
cultu*. Apud Weitzium Ald., Gis., Palat., *Prodigia,
et larvas stolido confingere cultu*. Verum Ald. et Gis.
legunt ut modo exposui.

500. Egm., vitiose, *vel in puerilia*.

502. Ald., Egm., Palat., *lavare*, melius *lavate*. Ex
Festo *respersum* vinum dicebatur, quia sacris noven-
dialibus mortui sepulcrum vino spargebatur. Sed
Prudentius potius loquitur de tabo et sanguine victi-
marum quibus simulacra deorum erant respersa. Cl.
Fea tom. III oper. Winkelm., pag. 279, apposite re-
fellit Randinium, qui id de statuis virorum illustrium,
non deorum, accipi voluerat.

505. Lib. xvi cod. Theod., tit. 10 de Pag., permit-
tuntur simulacra *artis pretio, non divinitate metienda*,
ut colligitur ex leg. 8 cum commentariis Gothofredi.
Ea lex 5 a Theodosio Magno lata est anno 582.
Postea Honorius anno 599 tulit legem 15 ejusdem
tituli: *Sicut sacrificia prohibemus, ita volumus publi-
corum operum ornamenta servari*. Hoc loco atque adeo
apud Prudentium *ornamenta* sunt simulacra deorum
publicis operibus affixa, ut lavacris, foro, plateis,
comptis, porticibus, de quibus Tertullianus cap. 8
de Spectaculis, et Ambrosius adversus Symmach.
Hæc ipsa publica ornamenta ab Honorio prohibita
fuerunt per Africam anno 599 leg. 18, et universe
anno 408 et 415 leg. 19 et 20: *Ne illecebram erranti-
bus præsent*.

504. Mar., Rat., Prag., *pulcherrima, malim*, quod
placet, quamvis in edd. omnibus sit *pulcherrima no-*

505 **742** Ornamenta fiant patriæ nec decolor usus
In vitium versæ monumenta coinquinet artis.

Talibus edictis Urbs informata refugit
Errores veteres, et turbida ab orè vieto
Nubila discussit, jam nobilitate parata

510 Æternas tentare vias, Christumque vocantem
Magnanimo ductore sequi, et spem mittere in
[ævum.

Tunc primum senio docilis sua sæcula Roma
Erubuit: pudet exacti jam temporis, odit
Præteritos fœdis cum relligionibus annos.

515 **743** Mox, ubi, contiguos fossis muralibus
[agros

Sanguine justorum innocuo maduisse recordans,
Invidiosa videt tumulorum millia circum:

Tristis iudicii mage pœnitet, ac ditionis
Effrenis, nimicque sacris pro turpibus iræ.

520 Compensare cupit teterima vulnera læsæ
Justitiæ sero obsequio, veniaque petenda,
Ne tanto imperio maneat pietate repulsa
Crimen sævitæ, monstrata piacula quærit,
Inque fidem Christi pleno transfertur amore.

525 Laurea victoris Marii minus utilis Uibi,
Cum traheret Numidam populo plaudente Ju-
[gurtham,

Nec tantum Arpinas consul tibi, Roma, medelæ
Contulit, extincto justa inter vincla Cethego,
Quantum præcipuus nostro sub tempore prin-
[ceps

530 Prospexit, tribuitque boni; multos Catilinas
744 Ille domo pepulit, non sæva incendia
[lectis,

B Aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus,
Internoque hominum statui tormenta paran'es.

GLOSSÆ VETERES.

507. Informata, *docta vel instructa*, I.
508. Viето, *senili, veteri*, I. *Vigetum dicitur corpus humanum, dum vis et ætas in eo valet: sic Roma hic valida fuit, cum imperante Constantino idololatriam refutavit*, Vat. A.
509. Nobilitate, *ex nobilitate*, I.
512. Senio, *in senectute*, I.
514. Relligionibus, *dæmonibus*, I.
515. Contiguos, *vicinos, propinquos*, I.
519. Nimic, *intemperatæ*, I.
520. Compensare, *restaurare*, I. *Emendare*, Mar.
521. Petenda, *quæ erat ad petendum*, I.
522. Imperio, *in Roma*. — *Pietate, sanctitatè*, I.

525. Piacula, *purgationes*, Iso.
525. Laurea, *corona, victoria*; *lauro enim coronabantur victores*, I.
527. Arpinas, *ex oppido Cicero Arpinas dicitur*, I.
528. Cethego, *Cethegus, et Lentulus et a'ii conjura'ores fuerunt ut exurerent Romam et senatores interficerent*, I.
529. Præcipuus, *maximus*. — *Princeps, Constantinus*, Iso.
530. Catilinas, *dæmonas, hostes, perversos, ut fuit Catilina, qui hostis fuit Romanorum*, I.
532. Sicas, *prælia*, I.
533. Interno, *animæ, quæ est interior homo*, I.

COMMENTARIUS.

stræ. Heinsius cum Thuan., hæc pro hæc, et ad statuas refert. Recentiores Heinsium sequuntur. Plerique veteres, hæc ornamenta, æque bene.

505. Codex Jureti, Ald., Mar., Rat., Weitz., Widm. supra, Egm., Coleri codex et alii, *suant*, quod non displicet Gallandio. Vat. A, Prag., Widm. iterum a secunda manu, Thuan., Cauch., Urb., *fiant*. Bong., Gis., Widm., *cluant*, quod placuit Heinsio et recentioribus. In Egm. interpretamentum verbi *suant* est *erunt*. Hæc omnes lectiones admitti possunt, non vero *fugant* in Ox., et *fluant* in priore Rott. In Alex., *fiant* a prima manu, *suant* a manu secunda.

506. Gis. ad oram, *arcis*, minus bene. Vera lectio *artis*. Ex hac postrema orationis parte colligo, post everam Victoriæ aram adhuc in curia Julia statuam ejusdem deæ permansisse, sed sine ullo cultu et solum ornatus gratia. De hac statua intelligo Claudianum in vi consulatu Honorii: *Jure paludatæ jam curia militat aulæ. Adfuit ipsa suis alis Victoria templis, Romanæ tutela togæ, quæ divite penna Patricii reverenda foret sacraria cætus*. Vide comment. ad vers. 28 et 29 lib. II.

508. Multi, etiam veteres et probati, scribunt *vigeto* pro *viето*. Glossa Vat. A videtur accipere *viето* pro *vegeto*. At *vietus* hic significat languidum, rügosum: neque sermo est de Constantino, sed de Theodosio, ejusque edictis jam olim promulgatis, et post superatum Maximum confirmatis et ampliatis. Non autem negat Prudentius, ante Theodosii edicta fuisse plures senatores Romanos Christianæ religioni addictos, sed affirmat: solum Theodosii exemplo et persuasione factum ut Roma in fidem Christi pleno transferretur amore, ut ait vers. 524. Ac notandum, a Prudentio v. cari etiam *edicta* vers. 41 orationem qua Saturnus idololatriam antiquis Latinis persuasit.

510. Ald. et plerique mss., *vocante*. Bong. a prima manu, et nonnulli vulg., *vocantem*.

511. In Ald. mendum puto *magnanimo doctore*;

C legendam *ductore*.

512. Aldi error *prima n* pro *primum*.

514. Barthius, lib. XL Advers., cap. 7, cum his verbis confert Lucretii verba: *Quod contra sæpius olim Relligio peperit scelerosa atque imp'a facta*.

515. In Mar. erat hæc scriptura, *Mox ubi contiguit fossis muralibus, agros, etc.*, quæ sane depravata est.

517. Notandum est hic locus adversus eos qui jactant. exiguum fuisse martyrum numerum.

518. Vat. A, corrupte, *magne pœnitet, ac editionis*.

520. Vat. A, mendose, *vulnere*.

521. Vat. A, Egm., *petendæ*, male; nec melius Alex., *venia quæ petenda*.

523. Egm. apud Weitz., *solvit*, pro *quærit*. Heinsius nihil tale reperit in Egm., sed expressum id ait a Gis. ex suis. In prima quidem Gisellini editione exstat *solvit*, at in secunda clare *quærit*.

524. Mar., *veri transfertur amore*; supra pro div. script., *pleno transfertur amore*. Mariellus primam lectionem præfert: sensus enim est *transfertur in fidem Christi amore veritatis*, quod confirmat glossula Ratisbonensis ad marg., *id est, pro veritatis*, quæ apposita certe est nomini *veri*, non *pleno*.

528. Ald., *contigit*; corrige *contulit*. In Rat. glossa est ineptissima: *CETHEGO rege quodam*.

530. Ald., Gis. 1 ed. in textu, *præscripsit* pro *prospexit*. Sermo est de Theodosio, non de Constantino, qui anno 357 obiit. Hinc colligitur Prudentium illa Theodosii oratione comprehendere omnia ejus acta contra paganismum, etiamsi ad diversa tempora pertineant.

533. Prag., *Internaque hominum strage tormenta parantes*, et glossa, secundum aliquos *produci ge* in ablativo. Mar. a secunda manu, Weitz., *Internoque hominum stravit*: scilicet *stravit parantes tormenta interno hominum*. Mar. a prima manu, *internaque hominum stravit*. Rat. a secunda manu, *internaque ho-*

Errabant hostes per templa, per atria passim, A
 555 Romanunque forum, et Capitolia celsa tene-
 [bant :
 Qui conjuratas ipsa ad vitalia plebis
 Moliti insidias, intus serpente veneno,
 Consuerant tacitis pestem miscere medullis.
 Ergo triumphator latitanti ex hoste togatus
 540 Clara tropæa refert sine sanguine, remque
 [Quirini
 Assuescit supero pollere in sæcula regno.
 Denique nec metas statuit, nec tempora
 [ponit :

GLOSSÆ VETERES.

534. Hostes, *dæmones*. — Passim, *ubique*, I.
 536. Vitalia, *animas*, Iso.
 537. Serpente, *nato*, Iso.
 539. Triumphator, *Constantinus*, I.
 540. Tropæa, *victoriam*. — Quirini, *Romani*, I.
 544. Anus, *senex*, I.
 545. Videas, *o Symmache*, I.
 546. Gestire, *gaudere*. — Catonum, *principum Romanorum, consiliariorum*, I. — *Sapientum Romanorum propter Catonis sapientiam*, Vat. A.
 547. Toga, *consiliariorum*, Vat. A. — Pietatis,

COMMENTARIUS.

minum statui : sic interna refertur ad tormenta. Communior lectio, *Internoque hominum statui tormenta parantes*.

535. Supra, vers. 216, *celsa ad Capitolia*.
 536. Egm. a secunda manu, *quin conjuratas*. Idem, *vitalia, plebes*, male.
 539. Mar., Rat., *latitante*. Egm., *cogator*, supra *negator*; corrige *togatus*. *Triumphator* vocabulum est Apulei, Cypriani, et in inscriptionibus ævi inferioris frequens.
 540. Egm. supra, *resque Quirini*.
 541. *Assuescit pollere*, ut hymno 9 Cath., vers. 95, *redire insuesceret mortuos*.
 542. Ex Virgilio i *Æneid.*, *His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi*. Nescio qua ratione Heinsius contra fidem codd. velit conjicere *Denique nec metas statui, nec tempora poni*. Et illico addit : *DOCET nimirum, quod sequitur*. Chamillardus ita intelligit conjecturam Heinsii, ut *statui* et *poni* referatur ad *docet*. Lectio codd. clara est, nec sollicitari debet.

544. Post hunc versum in Rat., Mar., titulus *De senatus conversione*, qui exstat in Alex. ad marg. In Urb., *De conversione senatus*. Aldus habet *Romanorum senatum conversum ad Christum*.

545. De hujusmodi elogiis senatus Romani testimonia veterum plena manu affert Juretus ad verba Symmachi epist. 46, lib. 1 : *Pars melior humani generis senatus*.

547. Alter Rott., *candidiora togæ*, quod haud inelegans visum est Heinsio. Ego nihil aliud hic video nisi mendum *candidiora* pro *candidiore*. De toga candida ac de his ipsis versibus Prudentii, critici et antiquarii innumeri agunt. Accipe summam. Toga Romanorum semper erat alba; sed cum diebus festis vestibus recentibus, et non sordidis, uterentur, *albatu* peculiari ratione his in diebus dicebantur et erant. Præterea candidati togas creta candidiores reddebant : unde illis *candidatorum* nomen hæsit. Intelligitur ergo quid velit Prudentius, scilicet Romanos tanquam in die festo candidiorem togam sumere. Sic hymno 11 Peristeph., vers. 205 : *Nec minus Albanis acies se candida portis Explicat, et longis ducitur ordinibus*. Videtur autem Prudentius hoc loco etiam significationem mysticam denotare, videlicet pietatis et innocentie candorem. Nec mihi displicet quod ait Dominicus Macrus in Hierolex., verbo BAPTISMUS,

Imperium sine fine docet, ne Romula virtus
 Jam sit anus, norit ne gloria parta senectam :
 545 745 Exsultare patres videas, pulcherrima
 [mundi
 Lumina, conciliumque senum gestie Catonum,
 Candidiore toga niveum pietatis amictum
 Sumere, et exuvias deponere pontificales.
 Jamque ruit, paucis Tarpeia in rupe relictis,
 550 Ad sincera virum penetralia Nazareorum,
 Atque ad apostolicos Evandria curia fontes,
 Anniadum seboles, et pignora clara Proborum :
 Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis

sanctitatis, I.

548. Pontificales, *idolis consecratas*, Vat. A.

549. Ruit, *festinat*, I.

B 550. Nazareorum, *Christianorum*, I.

551. Evandria, *ab Evandro, qui primus fertur struxisse curiam*, I.

552. Proborum, *electorum*, I.

553. Generosus, *nobilis*. — Anicius, *nobilissimus fuit, de cujus genere Boetius fuit, et a quo familia Anniadum dicitur*, I.

alludere Prudentium ad vestes albas recens baptizatorum.

549. Ald., *in rupe relectis* : intelligo *latentibus* sive *tectis*.

550. In codice Jureti hic versus ita erat interpolatus, *penetralia noxa reorum*, nullo sensu aut contrario. In Egm. erat *noxa virorum*, ex quo factum *noxa reorum*.

552. Fabr., Widm., Bong. a secunda manu, Mar., Rat., *Æneadum* mendose. Vat. A, Prag., *Anniadum* : in hoc versu duæ familiæ, quæ in unam coalescerint, memorantur, *Anni* et *Probi*. Tertia his addita, scilicet *Anicii*, ut ex vers. seq. liquet. Glossa *electorum* inepta est.

555. Conjiat recte aliquis legendum *orbis Illustrasse caput*. Supra vers. 497, *Ergo cave, egregium caput Urbis*. Hic Anicius Anniorum et Proborum seboles erat. Nonnulli hæc nomina quærent sub Constantino. At Prudentius clare loquitur de his qui post edicta Theodosii, vel certe sub ejus imperio, ejurata superstitione pagana, fidem catholicam amplexi sunt. Non ergo audiendus est Baronius, qui putat hunc Anicium esse Anicium Julianum, qui consul fuit cum Petronio Probiano anno Domini 322. Chamillardus putat esse Sextum Petronium Probum, præfectum prætorio Valentiniani principis, consulem cum Gratiano anno 571. Is certe dicitur *Anicianæ domus culmen* in inscriptione cujusdam monumenti, quod filius ejus Anicius Hermogenianus Olybrius, consul ordinarius, et Anicia Juliana dedicarunt. Ego vero non video cur non potius filius Sexti Petronii Probi, qui in ea inscriptione Anicius Hermogenianus vocatur, sit is Anicius qui primus Christo nomen dederit post leges de religione Christiana et eversione idolorum a Theodosio promulgatas. De his familiis, earumque nobilitate legi possunt Claudianus, Marcellinus, Zosimus, Ausonius et alii. S. Hieronymus epist. ad Demetriadem : *Scilicet non mihi Proborum et Olybriorum clara repetenda sunt nomina, et illustre Anicii sanguinis genus . . . Aut proferendus Olybrius virginis nostræ pater, quem immatura morte subtractum Roma congemit*. In notis dicitur hunc Olybrium consulatum egisse anno 505; sed legendum fortasse 595. In fastis consulum hos reperio descriptos, qui ad has familias possint pertinere : Anno 522, Petronius Probianus et Anicius Julianus. Anno 541 : Probinus cum Marcellino.

746 Illustrasse caput : sic se Roma incluta A
[jacet.

555 Quin et Olybriaci generisque et nominis hæres
Adjectus fastis, palmata insignis abolla,

747 Martyris ante fores Bruti submittere fa-
[sces

Ambit, et Ausoniam Christo inclinare securim.
Non Paulinorum, non Bassorum dubitavit

GLOSSÆ VETERES.

556. Fastis, *libris*, quod fecit libros potestatibus. —
Palmata, *victrici*, l.

557. Martyris, *cujuscunque*. — Fasces, *dignitates*

quas habuit Brutus consul, Iso.

558. Ambit, *desiderat*. — Ausoniam, *Italicam*. —
Christo, *propter Christum*. — Securim, *potestatem*, l.

COMMENTARIUS.

Anno 571 : Sextus Anicius Probus cum Gratiano.
Anno 579 : Hermogenianus Olybrius cum Ausonio.
Anno 595 : Sex. Anicius Olybrius et Sex. Anicius
Probinus. Anno 406 : Sex. Anicius Petronius Probus
cum Arcadio. Anno 408 : Anicius Bassus cum Phi-
lippo.

555. Weitz. in Var. Lect. ait *numinis Pal. nomi-* B
nis; sed in contextu edidit *nominis*, quod unice ve-
rum est. Becmanus videtur legisse in aliquo vulg.
numinis hæres; nam corrigit ex suo ms. *nominis*. Duo
tuere Prudentii tempore Olybrii celeberrimi : alter
Olybrius præfectus Urbis, Valentiniano et Valente
iterum coss.; alter ejus filius Olybrius, qui cum fratre
Probrino consulatum gessit. De filio libentius intelligo
Prudentium, qui certo est *Olybriaci generisque et*
nominis hæres. Olybrius pater uxorem duxerat Pro-
bram filiam Sexti Petronii Probi, de quo paulo ante
dixi. De his nobilibus Romanis plura affert Gotho-
fredus ad cod. Theod.

556. Sich., Widm., Bong., Weitz., Rat., Mar., *ab*
aula, Prag., *ab olla*, quod perinde est, nam *au* in *o*
sæpe commutabatur. Ald., Gis., *abolla* : id exscripsit
Heinsius, et secuti sunt recentiores, nulla tamen in-
dicata varietate lecti-um. Atqui lectio illa prima
sustineri posset. Nam vestes consulum *palmatae* dice-
bantur, quin aliud adderetur. Cassiodorius, lib. vi, C
epist. 1 : *Nos habemus labores consulum, et vos gau-*
dia dignitatum : palmatae siquidem vestrae nostrae pro-
bantur esse victoriae Pinge vastos humeros vario
colore palmatae. Olybrius igitur adjectus fastis consu-
lum, palmata insignis, ambibat ab aula submittere
fascis consulares ante fores martyris, ut puto, prin-
cipis apostolorum. Ita etiam Grangæus *martyrem* in-
terpretatur. Fabricius *abolla* in Aldino exemplari recte
legi comprobatur, quia *abolla* vestis senatorum, ut toga
equitum, fuit : et utraque *palmata* dicebatur. *Abolla*
imperatorum fortasse dicta fuit *palmata* a *palma*, seu
victoria. *Abolla* consulum et toga equitum *palmata*
videtur dicta a latitudine clavi, hoc est a *palmo*. *Pal-*
matae nomen ad ecclesiasticam vestem translatum
notat Teolius cum Hugone Menardo : nam in Missa,
ab Illyrico edita, fit mentio vestis quæ *palmanica* dici-
tur, et in epist. 66, lib. 1, S. Gregorii Magni memo-
rantur vestes *palmanicæ*. Illud vellem clarioribus
testimoniis a Teolio confirmatum, quod Christiani ejus
temporis simul ac præturam et consulatum erant D
adepti, ad ædes apostolorum accurrere solebant, ac
pauperibus pecuniam ac vestes largiri. Quod enim
(ut putat Teolius) a gentilibus id postremum factita-
tum docet Ammianus lib. xxvii de Symmacho, hujus
quem Prudentius impugnat patre, scilicet : *Accitos e*
Vaticano quosdam egentes opibus ditaverat magnis;
non liquet id accipiendum de ædibus apostolorum
aut de pauperibus Christianis. Ammianus ita refert,
non de Symmacho, sed de Lampadio : *Hic cum ma-*
gnificos prætor ederet ludos, et uberrime largiretur,
plebis nequiens tolerare tumultum, indignis multa do-
nari sæpe urgentis, ut liberalem se. et multitudinis osten-
deret contemptorem, accitos a Vaticano quosdam egentes
opibus ditaverat magnis. Valesius, qui ad hunc locum
opinionem Teolii expresserat, quedam in eadem
sententiam expromit, sed verbis Prudentii obscurio-
ra. Ammianus intelligit pauperes qui in Vaticano ha-
bitabant. Ut enim probat Olaus Borrichius cap. 16

Dissert. Compend. de antiqua Urbis facie, contem-
ptus olim erat Quiritibus Vaticanus ob gravius ibi
cælum, aquas otiosas et stagnantes, halitus impuros,
fetorem e cadaveribus. Prudentium simplicius ita in-
telligo, ut Olybrius consul seipsum, suamque adeo
dignitatem Christo subjecerit; non repugnabo tamen,
si quis addat ritum aliquem jam tum invecum sub-
mittendi fasces et inclinandi securem, dum consul
Christianus ecclesiam ingrederetur : qualia vene-
rationis signa in militibus ad sacra stantibus cernere
licet.

558. Heinsio magis Prudentianum videtur *securem*
quam *securim*.

559. Laudatur hoc loco S. Paulinus, Nolanus epi-
scopus, de cujus conversione et sanctis moribus plura
Ambrosius, Augustinus, Hieronymus et alii æquales.
Gesta enarrant Sacchini, Le Brunius et Muratorius.
E nobilissima familia Romana in Aquitania ortus est :
maximis honoribus, etiam consulatu auctus, Hispaniam
adiit, ubi uxorem duxit Therasiam, ut videtur,
Hispanam, ex qua Compluti suscepit filium, ibique
dehinc ad sepulcrum SS. martyrum Justi et Pa-
storis sepelivit. A Delphino Burdigalensi aristite
baptizatus est, a Lampio episcopo Barcinonensi pres-
byter ordinatus, in sacerdotium, ut ipse ait, *tantum*
Domini, non etiam in locum ecclesie delictus. Con-
versio Paulini ascribitur anno circiter 580. An autem
Bassus, cujus mentio hic occurrit, sit Junius Bassus
qui præfectus Urbis ac neophytus decessit anno 558,
ut constat ex inscriptione apud Sirmundum in notis
ad Ennodium, dubitari potest. Plerique affirmant,
quibus adhæret Philippus Laurentius Dionysius Vati-
cæ basilicæ Monument. tab. lxxxv. Sed cum Pruden-
tius videatur eos tantum recensere proceres qui sub
Theodosio Christi fidem amplexi sunt, alium intelli-
go. Ad hanc Bassorum familiam pertinere puto Bas-
sulam, piam feminam, Severi Sulpicii dærum, cujus
mentio exstat in epistolis Paulini et Severi. Anicius
Bassus consulatum egit anno 408, ut paulo ante dixi.
Nonnulli negant *Bassum* familiæ nomen esse. Parum
id nostra interest, neque ipsi, quod volunt, probant.
Tom. I Musei Pio-Clementini exstat inscriptio vetus,
repetita ex præfatione cl. Petri Francisci Foggini
ad Fastos Romanos Verrii Flacci, quæ ad hunc Anici-
cium Bassum spectat, adeoque hoc loco omittenda
non est.

B A S S I
ANICIO AVCHENIO
BASSO VC. PROCONS
CAMP. PROVVISORI EIVS
DEM PROVINCIÆ RES
TITVTORI GENERIS
ANICIORVM
OB MERITA
EIVS IN LVSTRIA
ORDO PVPVLVSQVE CIVITA
TIS PRAENESTINAE
PON. CENS

Reperta fuit hæc inscriptio Præneste anno circiter
1779, ex eaque colligi ait Fogginius cur Bassus ap-
pellatus fuerit Anicii nomine : quod vellem enuclea-
tius explicuisset.

- 560 **748** Prompta fides dare se Christo, stirpem- A
 [que superbam
 Gentis patriciæ venturo attollere sæclo.
 Jam quid plebicolas percurram carmine Grac-
 [chos,
 Jure potestatis fultos, et in arce senatus
 Præcipuos, simulacra deum jussisse revelli,
 565 Cumque suis pariter lictoribus omnipotenti
749 Suppliciter Christo se consecrasse regen-
 [dos?
 Sexcentas numerare domos de sanguine prisco
 Nobilium licet ad Christi signacula versas,
 Turpis ab idolii vasto emersisse profundo.
 570 Si persona aliqua est, aut si status Urbis in his est,

- Si formam patriæ facit excellentior ordo,
 Illi faciunt, juncta est quoties sententia plebis,
 Atque unum sapiunt plures, simul ac potiores.
 Respice ad illustrem, lux est ubi publica, cel-
 [lam,
 575 Vix pauca invenies gentilibus obsita nugis
 Ingenia, obtritos ægre retinentia cultus,
 Et quibus exactas placeat servare tenebra-
750 Splendentemque die medio non cernere
 [solem.
 Post hinc ad populum converte oculos, quota
 [pars est,
 580 Quæ Jovis infectam sanie non despuat aram?
 Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus,

GLOSSÆ VETERES.

560. Superbam, nobilem, I.
 561. Patriciæ, patricii erant consules qui more pa-
 trum populum regebant, I.
 562. Plebicolas, plebem amantes, I.
 564. Præcipuos, principes, I, Vat. A.
 565. Lictoribus, ministris vel militibus, I.
 567. Domos, familias, I.
 568. Placet, licet, I.
 569. Idolii, paganismi. Idolium est locus in quo ido-
 lis immo'abatur. Idolothytum sacrificium; idolum, res
 ipsa cui immolatur. — Emersisse, exisse, I.
 570. Si persona, id est, si dignitas temporalis ali-

B quid valet apud Deum, I.

571. Formam, pulchritudinem, I.
 573. Potiores, excellentiores, meliores, I.
 574. Cellam, ecclesiam, templum, ubi congregaban-
 tur nobiles Romanorum, I. Ecclesiam S. Petri, Rat.
 576. Obtritos, consumptos. — Ægre, difficile, I.
 577. Exactas, præteritas, Iso.
 578. Solem, Christum, I.
 579. Quota, quam magna, I.
 580. Infectam, pollutam. — Sanie, putredine, I.
 581. Cœnacula, Capitolia, I.

COMMENTARIUS.

562. Jureti codex, vitiose, Græcos pro Gracchos, sive, ut nonnulli scribere maluit, Graccos. In ora ejusdem codicis nugator quispiam magistellus interpretationis causa ascripserat, Græcos, utpote viciniore Romanis, jungi solitos nuptiarum et dignitatum pignoribus. In nonnullis vulg., *poplicolas*, quod non male prætulit Weitzius auctoritate codicis Egm., in quo tamen Heinsius invenit *plebicolas*. Vocat *plebicolas* Gracchos, quia eorum majores C. et Tib. Gracchi plebi in lege agraria propugnanda consuluerant, Gracchus vero, quem Prudentius innuit, fuit Lætæ consanguineus, quem laudat S. Hieronymus epist. 107: *Ante paucos annos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriciam nomine sonans, cum præfecturam gereret Urbanam, nonne specum Mithræ, et omnia portentosa simulacra quibus corax, nymphus, miles, leo, perses, helios, Bromius pater (al. Dromo pater) iniuntur, subvertit, fregit, exussit, et his quasi obsidibus ante præmissis, impetravit baptismum Christi?* Id accidisse anno Domini 583 vult Baronius, Gothofredus et Pagijs anno 576, probabilis Philippus a Turre de Mithra cap. ultim. non ante annum 578 a Graccho præfecturam Urbanam initam existimat. In antro Mithræ colebantur symbola astrorum et planetarum, quorum aliqua recenset Hieronymus. Vide notas Valarsii.

564. Bong. a prima manu, *jussisse repelli*.

566. Ald., Egm., Pal., *se congregasse*, contra rationem metri.

567. Mar., Prag., Rat., *domus*.

568. Glossa contrario modo legenda est: *LICET, placet, nisi placet* sit diversa scriptura apud Isonem.

569. Ald., *idoli*, contra consuetudinem Prudentii, qui corripit secundam. Vat. A, Egm., Pal., *profano pio profundo*, quod postremum retineri debet. Prag., male, *mersisse*.

572. Prag. sæpè scribit *hii* pro *hi*. Alter Rott., *juncta quoties*, quod Prudentiano more factum putat Heinsius.

574. In Mar. desiderabatur *est*. Glossæ *cellam* explicant ecclesiam; malim curi m. Sic supra *lumina mundi* senatores vocavit. Senatus in templis aliisve in locis consecratis congregari solebat; et in templis diversæ erant cellæ, sive ædiculæ, et sacellæ. Pru-

dentius ergo cellam, in qua habebatur senatus intelligit. Cl. Antoninus Valsecchius ord. Præd., scriptis pro religione Christiana editis laudatissimus, hos versus Prudentii, ut alios aliis in locis, carmine Italico reddidit in opere *la Religione vincitrice*, part. 2, cap. 2, contra inanem et sophisticam philosophiam Fretii, qui verbis Symmachi, nec satis fideliter descriptis, permotus, in suo Critico Examine contendit illustriorem senatus partem cum Symmacho sensisse. Valsecchius eum refutat auctoritate Ambrosii et Prudentii: *Poeta, add t argute, ben degno d'essere udito ed apprezzato anche da un segretario perpetuo dell' accademia reale delle iscrizioni e belle lettere*.

576. Jureti membranæ *obstrictos* cum Ald. et Gis. ad oram. Plerique, etiam Gifanius et Colerus ad Val. Max., *obtritos*, id est rejectos et omnino contemptos.

578. Aldus, *nec cernere*; alii, *non cernere*: ex proverbio id sumptum. Post hunc versum titulus in Mar. et Rat., *De credulitate plebis*, qui etiam exstat in Urb. et Alex. ad marginem. Aldus habet *Plebem Romanam in Christum credidisse*.

579. Ald. et Gis. in contextu f ed., *quæ in Urbe est, Qui*. Alii, *quota pars est, Quæ*. In Vat. A desideratur *est*.

580. Egm., Thuan., Pal., corrupte, *disputat*; Weitz., *disputit*. Rat., Gis., *despuit*. Plerique, *despuat*. Tertullianus lib. de Idololatr. cap. 11: *Quo ore Christianus thurarius, si per templa transibit, quo ore fumantes aras despuet et exsufflabit, quibus ipse prospexit?* et cap. 15 de Spectac.: *Nec minus templa quam monumenta despuimus*. Minucius in Octavio: *Templa ut busta despiciant, deos despuunt, rident sacra*; etc. Vide quæ notant ad hunc locum Heraldus, Elmenhorstius, Wowerus, Ouzelius. Origenes, lib. viii contra Celsum, id in Christianis videtur improbare. *Quis, inquit, nostrum adeo stultus est ut hæc dicat, nec videat nihil ejusmodi valere ad tollendam de diis persuasionem?* Distinguenda autem sunt tempora. Nam sub imperatoribus gentilibus id sine peculiari aliquo in-tinctu a Deo immisso palam fieri non posset nisi imprudenter; sub imperatoribus Christianis jam licebat. Confer comment. ad hymni S. Eulaliæ vers. 128.

581. Prag., *celsa*: lege *celsa*. Heinsius putat *vulgus* ex glossemate irrepsisse: nam vulgus manifeste de-

Quique terit silicem variis discursibus atram, A
 Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis : 595
751 Aut Vaticano tumulum sud monte fre-
 [quentat,
 585 Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses :
 Coelibus aut magnis Lateranas currit ad aedes,
 Unde sacrum referat regali chrismate signum.
 Et dubitamus adhuc, Romam tibi, Christe, di-
 [catam
 In leges transisse tuas? omnique volentem
 590 Cum populo, et summis cum civibus ardua ma-
 [gni
 Jam super astra poli terrenum extendere re-
 [gnum?
 Nec, moveor, quod pars hominum rarissima
 [clausos B
 Non aperit sub luce oculos, et gressibus errat.

Quamlibet illustres meritis, et sanguine clari
 Præmia virtutum titulis, et honoribus aucti
 Ardua rettulerint, fastorumque arce politi
 Annales proprio signarint nomine chartas,
 Atque inter veteres cera numerentur et ære :
752 Attamen in paucis, jam deficiente ca-
 [terva,
 600 Nec persona sita est patriæ, nec curia constat,
 Et quodcunque fovet studii privata voluntas,
 Hoc jam rara tenet : sed publica vota recla-
 [mant,
 Dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
 Si consulta Patrum subsistere conscriptorum,
 605 Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
 Tercentum sensisse senes legerentur in unum :
 Servemus leges patrias : infirma minoris
 Vox cedat numeri, parvaque in parte silescat.

GLOSSÆ VETERES.

582. Terit, *pedites*, I.
 583. Et quem, *pauperes*. — Dispensus, *dispensa-
 tus*, I.
 584. Vaticano, *ubi requiescit corpus S. Petri*. —
 Tumulum, *sepulcrum*, Iso.
 585. Quo, *ubi*. — Genitoris, *Petri*. — Obses, *dici-
 tur, qui loco pacis datur, et obses B. Petrus fuit Ro-
 manis, qui pacem eis attulit*, I.
 586. Lateranas, *ad basilicam S. Joannis baptizan-
 tis, ubi ecclesia est in honore duodecim apostolo-
 rum*, I.
 591. Extendere, *protelare*, I.

593. Luce, *fide Evangelii*, I.
 594. Meritis, *beatorum virtutibus*. — Sanguine, *ge-
 nere, nobilitate*, I.
 595. Tuulis, *inscriptionibus*, I.
 596. Fastorum, *annorum librorum*, I.
 598. Veteres, *principes*. — Cera, *quia statuas ce-
 reas et areas antiqui nobilissimi faciebant*. — Ære,
æreis tabulis, I.
 599. Caterva, *multitudine*, I.
 604. Si consulta, *non aliter licitum servare fidem
 Christi, quam Patres constituerunt, quam eam quam
 trecenti constituerunt*, I.

COMMENTARIUS.

signatur per hanc circumscriptionem, et conjicit, a C
 manu Prudentii fuisse *Omnis qui celsa scandit cœna-
 cula scalis, vel Omnis qui scandit cœnacula celsa do-
 morum*. Mibi non videtur superfluum esse *vulgus*.
 Nam *vulgus* nominatur, simulque ejus descriptio poe-
 tice exprimitur, quod hæud inconcinnum est. In cœ-
 naculis pauperes habitabant, ut ex Juvenali, Martiali
 et aliis ostenditur.

582. Ald., Egm., *variis d'scussibus*. Silicis Romanæ
 color ater est. Juvenalis sat. 6 : *Nec melior, pedibus
 silicem quæ conterit atrum*. Anno 1784 Romæ prodiit
 dissertatio Italica *Del selce Romano*, auctore Joanne
 Hieronymo Lapio, qui negat silicem Romanum e
 massa incendiis antiquis montium liquefacta et po-
 stea in lapidem congelata fuisse formatum, contra
 quam multi opinantur.

583. Gifanius verbo *VERTERE*, monet, veteres origi-
 nis et non junctis verbis usos sæpenumero, ut *ver-
 tere* pro *eventere*. Tale, inquit, est illud Prudentii *ad-
 mirabile sane DISPENSUS PRO DISPENSATUS*. Titulus est
 lib. XLV cod. Theod. *De annonis civicis et pane gradili*.
 D Panis civibus distribui solebat e gradibus, ne qui
 distribuebant a populo premerentur. Hinc *gradilis*
 dictus. Alii aiunt, in gradibus distribui panem soli-
 tum. Lib. II in Symm., vers. 498 : *Quæ regio gradibus
 racuis jejunia dira Sustinet?* Lipsius, Elect. lib. I,
 cap. 8, ex Prudentio colligit, videri in singulis re-
 gionibus Urbis gradus erectos fuisse, ubi hæc divisio
 fieret.

584. S. Hieronymus epist. 107 ad Lætam anno
 403 : *Auratum squalet Capitolium. Fuligine et aanca-
 rum telis omnia Romæ templa cooperta sunt. Movetur
 Urbs sedibus suis, et inundans populus ante delubra
 semirutata accurrit ad martyrum tumulos . . . Solitudi-
 nem patitur et in Urbe gentilitas*.

586. Ald., Gis., Egm., Pal., Alex., Urb., *Laterani
 accurrit*. Val. A., *magni Laterani accurrit*. Optimi ple-
 rique, *magnis Lateranas currit ad aedes*. Nonnulli his

versibus confirmant, jam Prudentii ætate in ædibus
 Lateranis exstitisse baptisterium a Constantino scilicet
 constructum.

587. Vat. A., *regale*.

588. Virgilii imitatio vi lib. : *Et dubitamus adhuc
 virtutem extendere factis?*

593. Oxon., *non aperit sublime oculos*. Teolius ita
 etiam edidit, et ita edidisse Heinsium innuit. At Hein-
 sius in contextu edidit *sub luce oculos*, et in notis so-
 lum refert discrepantiam lectionis in Oxonio, et quæ-
 dam similia exempla profert.

594. Ald., *quamvis illustres*.

596. Fasti nominibus consulum signabantur, ut
 notum est.

597. Rat., *signarent*, minus bene.

598. Widm. supra, *charta*; lege *cera*.

600. Rat., *nec curia constat*, male.

601. Ald., Mar. a prima manu, Thuan., Egm., Ox.,
 Pal., Alex. a prima manu, Urb., *fovent*. Tum ita est
 distinguendum, et *quodcunque fovent* (pauci illi) *studii
 privata voluntas, Ac jam rara tenet*.

602. Ald., *ac publica*. In aliis, *sed publica*. Prag.,
 Mar. ad marg., Rat., *hoc jam rara tenet*. Alii, *ac jam*.
 Si legatur *fovet*, tunc melius est *hoc jam rara tenet*.

604. Ald., Weitz., Heins., *sic consulta Patrum*.
 Heinsio consonant de more recentiores. At Heinsius
 contra morem a Giselino recessit, quin varietatem
 lectionis indicaret. Gis., Rat., Prag., Mar. et alii, *si
 consulta*, quod magis probo.

606. Prag., *tunc centum*; lege *tercentum*,

608. Rat., *numeri, et partita in parte*; supra, et
 parva. Retine *parvaque*. Symmachus huic argumento
 nihil objicere poterat : qui lib. IV, epist. 27, ait : *Facit
 autem lex curiæ nostræ, ut majoris apud me numeri
 antistet auctoritas*. Hinc formula hæc erat in curia :
Numerata senatum. Post hunc versum lemma Mar.,
 Rat., Alex., *Symmachum alloquitur*. In Urb., *De sena-
 tus fide sequitur*.

Aspice, quam pleno subsellia nostra senatu
 610 Decernant infame Jovis pulvinar, et omne
753 Idolum longe purgata ex Urbe fugandum.
 Qua vocat egregii sententia principis, illuc
 Libera cum pedibus, tum corde frequentia transit.
 Nec locus invidiæ est, nullum vis aspera terret,
 615 Ante oculos sic velle patet, cunctique probatum,
 Non jussum, sola capti ratione sequuntur.
 Denique pro meritis terrestribus æqua repen-
 [dens
 Munera, sacricolis summos impertit honores
 Dux bonus, et certare sinit cum laude suorum :

GLOSSÆ VETERES.

609. Subsellia, *judicia*, Iso.
 610. Infame, *detestabile*. — Pulvinar, *templum*; a
pulvinariis, id est lectisterniis quæ in templis deorum
faciebant, ubi responsa accipiebant a diis, I.
 612. Principis, *Theodosii*, I.
 613. Frequentia, *multitudo*, I.
 614. Terret, *ut in Christum cogeret credere*: unus-
quæque sua sponte Christum credobat, I.
 616. Ratione, *prædicatione*, I.
 618. Sacricolis, *paganis*, I.
 620. Pago, *paganismo*, Vat. A.

Nec pago implicitos per debita culmina mundi
 Ire viros prohibet: quoniam cœlestia nunquam
 Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
 Ipse magistratum tibi consulis, ipse tribunal
 Contulit, auratumque togæ donavit amictum,
 625 **754** Cujus religio tibi displicet, o pereuntum
 Assertor divum: solus qui restituendos
 Vulcani, Martisque dolos, Venerisque peroras,
 Saturnique senis lapides, Phœbique furores:
 Iliacæ matris Megalesia, Bacchica Nisi,
 630 Isidis, amissum semper plangentis Osirim,
 Mimica, ridendaque suis solemnia calvis,

- B 622. Obstant, *cogendo*, I.
 625. Ipse, *deus, imperator*, I. — Tibi, o *Symmache*,
 Vat. A.
 626. Assertor, o *Symmache*, I.
 628. Furores, *minna*, I.
 629. Iliacæ, *Opis*. — Megalesia, *sacrificia solemnia*.
 — Bacchica, *sacra Liberi patris*. — Nisi, a *civitate*
Nisa, in qua colebatur Liber, I.
 631. Mimica, *stulta, scurrilia*. — Calvis, *deceptoribus*, I.

COMMENTARIUS.

609. Mar. a prima manu, *plena*, perperam. Erro-
 rem Fabricii, qui ex his versibus collegerat plures
 fuisse senatores gentiles, cum hæc scriberet Pruden-
 tius, notavi in proleg. num. 70, in nota c (Col. 615 *Patrol.*
tom. LIX, n. a). Prudentio concinit Paulinus Nata-
 lii 11: *Totum pio Christi censetur nomine Roma*. Ceterum
 nonnulli viri principes adhuc Romæ paganismum re-
 tinebant, ut ex carmine ejusdem Paulini ad Licentium
 manifesto liquet: *Nec tibi nobilitas videatur libera,*
quam nunc Sublimem attonita conspicis Urbe vehi, Quam
cernis tanta sibi libertate videri, Ut dedignetur flectere
corda Deo.

610. Ald., Egm., Pal., *discernant*; longe melius est
decernant.

611. Ald., Rat., non bene, *idolum* pro *idolum*;
 pejus Vat. A, *furandum* pro *fugandum*.

612. Prag., Rat. a secunda manu, *quo vocat*. Vat.
 A, male, *qui vocat*. Hoc loco recte procedit glossa de
 Theodosio principe, sed non satis sibi constat aliis in
 locis, ubi intelligit Constantinum pro Theodosio.

613. Vat. A, corrupte, *libera* *compedibus*. Ald.,
 Teol., *tum pedibus*; alii, *cum pedibus*. Freretus in
 Examine Critico (ut vocat ipse) auctorum qui apolo-
 gias pro religione Christiana scripserunt, impudenter
 affirmat Christianorum imperatorum violentia fa-
 ctum ut religio Christiana propagaretur. His Pru-
 dentii versibus et facto ipso quod narrat ea calumnia
 refellitur. Et religionem Christianam martyrum san-
 guine crevisse quis ignorat?

615. Ald., *cunctique probatu*, *Non jussu*.

616. In Rat. videtur esse *capiti ratione*, quod men-
 dum est, uti in Palat., *capitis ratione*.

617. Rat., *promeritis*, atque ita semper in Prudentio
 legi jubet Gifanius verbo *PROMERITA*, quia Pruden-
 tius, etsi recentior, libenter antiquiores imitatur. Ita
 autem distinguendum cenet hunc locum: *Denique*
pro meritis terrestribus æqua rependens Munera, sacri-
colis summos impertit honores Dux bonus. Alii inter-
 pungebant *munera sacricolis, summos, etc.*

620. Vat. A, mendose, *nec pago illicitos*. Barthius,
 lib. xvii, cap. 1, notat, *pagum* apud Prudentium
 in Romano et hoc loco idololatriam sonare, quia
 stupidior gens habitans pagos, ineptiores deos, et
 cruda ligna colebat. Severus Sulpicius gentiles vo-
 cat *rusticos* et Aldhelmus de Laude Virg., *Rurico-*
las mutans ad cœli regna phalanges. Vide supra ad
 vers. 449,

626. Ald., *ma'c*, *assertor regum*. In Romano vers. 1,
Romane, Christi fortis assertor Dei. Egm., *solis pro*
solus. Mihi non displicet hæc scriptura, quamvis
 postea sequatur *Phœbique furores*: nam poeta videtur
 notare Veneris et Marti adulterium, quod Sol mani-
 festavit, Vulcanus vindicavit.

627. Virgilius lib. iv Georg., *Vulcani, Martisque*
dolos, et dulcia furta.

C 628. Egm., *Fybiique furores*. Saturnus cum filium
 suum Jovem comedere vellet, Opis conjux pro Jove
 obrusit lapidem, quem protinus ille devoravit, cre-
 dens suum esse filium. *Phœbi furores* indicant insa-
 niam qua vates Apollinis agebantur, dum aliquid
 prænuntiabant. Virgilius lib. vi de Sibylla: *Ea frena*
furanti Concutit, et stimulos sub pectore vertit Apollo.
Ut primum cessit furor, et rabida ora quierunt. Iso
 exponit *minna*; de quo vocabulo vide supra comment.
 ad vers. 117.

629. Alter Rott., *Bacchia Nisi*. Heinsius lib. i Ad-
 vers. posth., cap. 19, legendum putat *Nisei* vel *Nisæ*,
 non *Nisi*. Niseus est Bacchus: alii scribunt *Nyseus*.
 Nisus fuit nutritus Bacchi. Igitur quolibet ex his
 modis festa Bacchi intelliguntur. Prag. pro *Megalesia*
 habet *Magalesia*. Megalesia sunt ludi in honorem
 Cybeles, quæ Iliaca dicitur ab Ilio, ubi præcipue co-
 lebatur. De his vide Livium lib. ii, et Ovidium iv
 Fast., *Protinus incepto Bercynthia tibia cornu*, etc.
 D Adde quæ notat Fogginius in Fastos Verrii Flacci,
 pag. 42 et seqq. Verum de his ludis iterum nos in
 Romano.

630. Mar. scribit *Osirin*. De his sacris Minucius:
Isis perditum filium cum Cynocephalo suo et calvis
sacerdotibus luget, plangit, inquit, et Isiaci miseri
cædunt pectora, et dolorem infelicissimæ matris imi-
tantur: mox invento parvulo, gaudet Isis, exsultant
sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur: nec desi-
nunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt, vel
invenire quod perdunt. Nonne ridiculum est vel lugere
quod colas, vel colere quod lugeas? Eadem fere repe-
 tunt Lactantius lib. i, cap. 21, Athanasius Adv. gen-
 tes, Firmicus de Error. prof. relig., Origenes, Cy-
 prianus, Eusebius, Augustinus, Paulinus, aliique
 Christiani scriptores, ut de gentilibus taceam.

631. Gis. et nonnulli vulg., *mimicaque et ridenda*
suis. Ita etiam Rat., sed abasis prioribus. Codd.
 mss., Ald., Weitz. aliique, *mimica, ridendaque suis*,
 probe. In *ridenda* a producitur, non ea ratione qua

Et, quascunq̄ue solent Capitolia claudere, larvas. A
 O linguam miro verborum fonte fluentem,
 755 Romani decus eloquii, cui cedat et ipse
 655 Tullius, has fundit dives facundia gemmas!
 Os dignum, æterno tinctum quod fulgeat auro,
 Si mallet laudare Deum: cui sordida monstra
 Prætulit, et liquidam temeravit crimine vocem.
 Haud aliter, quam si rastris quis tentet eburnis
 640 Cœnosum versare solum, limoque madentes
 Excolere aureolis si forte ligonibus ulvas,
 Splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra,
 Et pretiosa acies squalenti sordet in arvo.
 Non vereor, ne me nimium confidere quisquam
 645 Arguat, ingenique putet luctamen inire.

Sum memor ipse mei, satis et mea frivola novi:
 756 Non ausim conferre pedem, nec spicula
 [tanta
 Indocilis fandi conjecta lacessere linguæ.
 Illæsus maneat liber, excellensque volumen
 650 Obtineat partam dicendi fulmine famam:
 Sed liceat tectum servare a vulnere pectus,
 Oppositaque volans jaculum depellere parma.
 Nam si nostra fides, sæclo jam tuta quieto,
 Viribus infestis, hostilique arte petita est:
 655 Cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi
 Ludere ventosas jactu pereunte sagittas?
 Sed jam tempus iter longi cohibere libelli,
 Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

GLOSSÆ VETERES.

638. Liqui iam, nitidam, pulchram, Iso.
 645. Pretiosa acies, splendor auri. — Acies, acumen, I.
 646. Frivola, ineptias, Iso.

B 648. Indocilis, ego. — Lacessere, provocare, I.
 649. Liber, Symmachi, I.
 650. Partam, paratam. — Fulmine, cum tonitru, Iso.

COMMENTARIUS.

ait Gifanius in A, quia scilicet a a veteribus contra vulgatos grammatices canones sæpe producitur; sed potius ob encliticam que: facit enim hæc dictio enclitica, ut accentus in a collocetur. Vide proleg., ubi ejusmodi regulam explicuimus.

656. Nisi opera Symmachi ad nos pervenissent, ex laudibus quas Prudentius, Ambrosius, Ausonius, Prosper Aquitanicus, Macrobius alique veteres in eum contulerunt, divina quadam eloquentia viguisse hominem, judicandum esset. Nunc quoniam aliud dicendi genus placet, ejus epistolæ tantum non-despiciuntur.

638. Prag, liquido; melius liquidam.

639. Vat. A, mendose, ut aliter. Ald., quam cum rastris quis tentat. Ita etiam quatuor vetustiores apud Heinsium, Alex., Urb. Heinsio magis placet quam si rastris quis tentet. Sed lib. I Advers. posth. conjecit rustris pro rastris, quia rustrum est species ligonis. At vero rastra inter instrumenta rustica ab Isidoro lib. xx, cap. 14, recensentur, ita dicta, ut ait ex Servio, aut a radendo terram, aut a raritate dentium. Pro instrumento fossorio accipi dicam etiam ad vers. 283 lib. II. Clemens Alexandrinus, notante Chamillardo, tale aliquid dixit: Nemo ligonem argenteum facit, nemo falcem auream; nam utendum apta materia ad agriculturam, non divite. Ut Tertullianus lib. de Habitu muliebri: Certe nec ager auri opere paratur, nec navis argenti in vigore contextitur. Nullus b dens aurum demergit in terram. Inter adagia recensentur: Eburneis rastris solum vertere, Ligonibus aureis terram fodere, Aureo hamo piscari pro re insigni et præclara

male abuti. Judæi vero cum sub Juliano Apostata templum instaurare vellent, ligones, palas et corbes ex argento confecerunt. Vide Theodorét. lib. II Hist., cap. 20.

640. Egm., corrupte, verrare solum.

642. Posset etiam scribi scrobes, ut lues, James, Joannes, correpta ultima.

646. Aldus distinguit Sum memor ipse mei satis, et mea frivola novi. Symposius: Sed frivola multa locuta. Ausonius: Misi itaque ad te frivola gerris Siculis vaniora. Juvenalis sat. 5: Jam frivola transfert Ucalegon. Sidonius lib. IV, epist. 5, imitari videtur Prudentium.

649. Aldi error manet pro maneat.

655. Ald., cur mi fas. Cicero in Catilinam: Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari nullo modo possent, parva quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore excessi? Catullus carm. 114: Contra nos tela ista tua evitamus amictu. Vide Comment. Vulpii.

656. Lipsius Saturn. lib. II, cap. 20, conjecit sarissas pro sagittas, quia hastæ jaciuntur, non sagittæ. Heinsio non placet hæc conjectura. Sagittæ ventosæ dicuntur ob eloquentiam ventosam, ut in præf. lib. II: Ventisque eloquii tumet. Petronius dixit ventosam loquacitatem.

657. Imitatio Virgilio eclog. 1: Et jam summa procul; et II Georg.: Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

658. Ald., Finit contra Symmachum liber primus. Alex., Explicit contra Symm. lib. I: Urb., Explicit lib. I contra Symmachum.

PRÆFATIO LIBRI SECUNDI

CONTRA SYMMACHUM.

757 Simon, quem vocitant Petrum,

Summus discipulus Dei,

COMMENTARIUS.

In Vat. A nullus est titulus. In Rat. et Mar., Præfatio libri II adversus eundem. In Alex., Incipit liber II feliciter amen. In Urb. Incipit prolegus in librum II.

1. Ex phrasi sacræ pag. næ Matth. IV, 18: Simonem, qui vocatur Petrus; et X, 2: Simon, qui dicitur Petrus.

2. Barthius, lib. XIII Advers., cap. 8 hunc locum

D illustrat, et post plures SS. Patrum similes auctoritates addit: Infinita alia sunt a disceptatoribus eventitata, quibus infinita totidem alia addi possint quæ auctoritatem Petri inter apostolos vel primariam astruant. Vide vers. 1 præfat. lib. I.

Lucis forte sub exitu,
 Cum vesper croceus rubet,
 5 Curvam avulserat anchoram,
 Captans flamina linteis,
 Et transnare volens fretum.
 Nox ventum movet obvium,
 Fundo qui mare misceat,
 10 Jactatam quatiat ratem.
 Clamor nauticus æthera
 Plangens, atque ululans ferit,
 Cum stridore rudentium:
 Nec quidquam suberat spei
 15 **758** Mergendis prope naufragis,
 Cum Christum procul aspicit
 Pallens turba periculis,
 Calcantem pedibus mare,
 Ac si per solidam viam
 20 Siccum littus obambulet.
 Hæc miracula cæteri
 Vectores pavidi stupent.
 Solus non trepidus Petrus
 Agnoscit Dominum poli,
 25 Terræque, et maris invii:
 Cujus omnipotentia est
 Plantis æquora subdere.
 Tendit suppliciter manus,
 Notum subsidium rogat.

3. Exitu, *recedente die*, I.
 6. Flamina, *ventos*, I.
 10. Jactatam, *fatigatam*, I.
 19. Ac si, *quasi*, I.
 20. Obambulet, *circumambulet*, Iso.
 36. Pessum, *deorsum, perditioni, pessime, vel male*, I.

4. Virgilius lib. I Georg.: *Illic sera rubens accendit lumina vesper.*
 5. Weitz., Ald., Heinsius cum suis codd., *vulserat*. Mar., Rat., Prag., Gis. aliique, *avulserat*.
 6. Hæc historia narratur cap. XIV Matth. et ab aliis evangelistis.
 8. Mar., *nox*; bene correctum *nox*. In Rat. pro div. script. Prag. *nox ventum videt*. In Rat., *ex obviam eadem manu factum obvium*.
 9. Ald., contra metrum, *qui misceat mare*.
 11. Virg. v Æneid.: *Ferit æthera clamor Nauticus, et i Æn.: Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum.*
 14. Rat., Prag., *nec quidquam superat*, quod omnino rectum Marietto visum est.
 17. Prag., *spallens turba, male*.
 18. Hujus miraculi sæpius meminit Prudentius.
 20. Rat., *obambulat*; supra, *obambulet*.
 26. Gis. 1 ed., *Cujusque omnipotentia est*; 2 ed., *Cujus cunctipotentia est*. Metuebat ne pes primus esset choreus. Sed exemplum exstat apud Horatium lib. I, od. 15, *Ignis Iliacas domos*. Catullus ita fere semper. Apud Ducangium occurrit *cunctipotentia* ex prologo Vitæ S. Turiani.

30. Jureti codex, *ast illi*.
 33. *Vestigia* pro pedibus passim apud poetas; ut etiam *vestigia tingere*, sive malis scribere *tingere*.
 36. *Pessum* est adverbium, aut adverbii simile, scilicet in profundum. Silius lib. VIII, *Labi mergente sinistro Consule res, pessumque dari*. Plautus in Truculento I, 1, 15: *Quando abiit rete pessum, tum adducit sistrum*. Vide Barthium cap. 12. Advers. lib. XXXIII.

A 30 Ast ille placide annuens,
 Pappi ut desiliat, jubet.
 Jussis obsequitur Petrus:
 Sed vestigia fluctibus
 Summis tingere cœperat.
 35 Et lapsante gradu pedes
 Pessum mergere lubricos.
759 Mortalem Deus increpat,
 Quod sit non stabili fide,
 Nec calcare fluentia,
 40 Nec Christum valeat sequi.
 Tum dextra famulum levat,
 Sistitque, et docet ingredi
 Tergum per tumidum freti.
 Sic me, tuta silentia
 B 45 Egressum, dubiis loquax
 Infert lingua periculis:
 Non ut discipulum Petrum
 Fidentem et merito, et fide,
 Sed quem culpa frequens levem
 50 Volvat per freta naufragum.
 Sum plane temerarius,
 Qui noctis mihi conscius,
760 Quam vitæ in tenebris ago
 Puppim credere fluctibus
 55 Tanti non timeam viri:
 Quo nunc nemo disertior

GLOSSÆ VETERES.

40. Nec, *scilicet ideo*, I.
 44. Sic me, *figura mystica*, I.
 49. Quem, *me*, I.
 51. Plane, *certe*. — *Temerarius, præsumptor*, I.
 52. Noctis, *ignorantiæ, peccati*, I.
 53. Ago, *duco*, I.
 56. Disertior, *doctior, eloquentior*, I.

COMMENTARIUS.

38. Ald., Gis., *qui sit*; plerique, *quod sit*. Egm., Pal., *quid sit*, quod elegans et Prudentianum censeat Heinsius. In Egm. ait Heinsius esse interpretamentum *cur*; in Pal. Weitzius affirmat supra esse *cur*, quæ non tam est glossa quam diversa lectio: et hæc quidem elegans, et Prudentiana mihi videtur. Vide comment. ad vers. 81 hymni 4 Cath., *Cur te, summe Deus, precemur unum*.

41. Mar., *dum*; a secunda manu, *tum*: probe.
 42. Prag., *perperam, sistit et, docctque*.
 43. Poetis frequens est *tergum æquoris* dicere, ut Græcis *ἄρα θαλάσσης*. Adisis Wowerum, Elmenhorstium, Ouzelium in Comment. ad verba Minucii *Vel dorsum maris raderet*, atque iterum Elmenhorstium ad Arnobium lib. I, pag. 27: *Calcabat (Christus) ponti terga undis ipsis stupentibus*.

48. Ald., Prag., Gis., Weitz. et alii, *fidentem merito sine et*; Mar., alter Rott., Ox., Bong., Fabr., Heins. et alii, *et merito*.

49. En rursus præclaram animi demissionem qua Prudentius se peccatorem latetur eo etiam tempore quo inter omnes constat vitam illum Christianis moribus præditam egisse; quæ defensio in prolegomenis a nobis suscepta confirmatur, scilicet ex præfatione operum humilitatem ipsius potius argui quam ante actæ vitæ gravissima scelera quæ illi vulgo imputantur.

50. Prag., *mendose, solvat per freta naufragium*.

53. Prag., *vitæ tenebris sine in*.

54. Alii *puppem*, alii *puppim* scribunt: Simili metaphora vel potius allegoria utitur Sidonius lib. IX, epist. 16: *Jam per alternum pelagus loquendi*, etc

Exsultat, fremit, intonat,
Ventisque eloquii tumet:
Cui mersare facillimum est
60 Tractandæ indocilem ratis:
Ni tu, Christe potens, manum

A Dextro numine porrigas,
Facundi oris ut impetus
Non me fluctibus obruat:
65 Sed sensim gradiens, vadis
Insistam fluitantibus.

GLOSSÆ VETERES.

57. Exsultat, *suadendo*. — Fremit, *indignando*. — Intonat, *minando*, Vat. A.

60. Tractandæ, *gubernandæ*. — Indocilem, *me*, I.
65. Sensim, *paulatim*, I.

COMMENTARIUS:

57. Tonare de eloquentibus dicunt Cicero, Propertius et alii.

58. Vat. A, *ventis eloquii sine que*.

59. Ald., *cui versare*; lege *mersare*.

65. In Prag. videtur esse *ni impetus*, quod nec metro nec sententiæ congruit.

64. Vat. A, *vitiose, nomine pro non me*. Imitatur id Arator lib. II: *Sed non ego linguam Tam fragilem*

committo vadis, rapidasque procellas Ausugiam tentare diu, ne forte canenti Obruat exiguam violentior unda loquelam.

65. Vat. A, *depravate, sed sim gradiens*.

66. Animadvertit Grangæus ex Virgilio *insistere* esse firmo gradu *inhærere*. In Allo, *Finit præfatio*; in Alex., *Explicit præfatio*.

CONTRA SYMMACHUM

LIBER SECUNDUS.

761 Hactenus et veterum cunabala prima deo- B 5

[rum,
Et causas, quibus error hebes conflatus in orbe
[est,
Diximus, et nostro Romam jam credere Christi-
sto.

Nunc objecta legam, nunc dictis dicta relalam.

Unde igitur cœpisse ferunt, aut ex quibus or-

[sum,
Quo mage sancta ducum corda illice flecteret
[arte?

Armorum dominos, vernantes flore juventæ,

762 Inter castra patris genitos, sub imagine

[avita
Eductos, exempla domi congesta calentes,

GLOSSÆ VETERES.

1. Cunabula, *initia*, Iso, Vat. A.

2. Hebes, *stultus*, I.

4. Objecta, *mihî a Symmacho*. — Legam, *colligam*, I.

5. Unde, *dicam*, Vat. A. — Cœpisse, *hanc hæresim colere*. — Quibus, *causis*. — Orsum, *inceptum*, I. Scilicet esse, Vat. A.

6. Quo, *ut*. — Illice, *suasoria arte, deceptibili, deceptrice*, I.

7. Armorum, *præliorum*. — Dominos, *Romanos*, I.

8. Patris, *patrum*. — Genitos, *nutritos*. — Imagine filio, *qui est imago patris*. — Avita, *antiqua*, I.

9. Exempla, *per*. — Congesta, *cumulata*, I.

COMMENTARIUS.

In Rat. est titulus *Adversus Symmachum liber II incipi*. In Mar., *Aurelii Prudentii Clementis*; nihil præterea. In aliis nulla inscriptio.

5. Jureti codex, *cedere Christo*, quod nescio, cur a Cellario præferatur, tanquam dignius poeta.

5. Widm. ad oram, *inde*; melius *unde*.

6. Vat. A scribit *illice*. Post hunc versum inseruntur in multis codicibus verba hæc ex Symmachi relatione. *Quis ita familiaris est barbaris, ut aram Victoriæ non requirat? Cauti in posterum simus; et talium rerum ostenta vitemus. Reddatur saltem nomini honor, qui numini denegatus est. Multa Victoriæ debet æternitas vestra, et adhuc plura debet. Aversentur hanc potestatem, quibus nihil profuit. Vos amicis triumphis patrociniis nolite deserere. Cunctis potentia ista votiva est. Nemo colendam neget, quam profitetur optandam.* Nonnullæ occurrunt varietates lectionum in codicibus.

In Vat. A, *arma Victoriæ pro aram Victoriæ*. In Aldo, *non quærat pro non requirat*. Vat. A, *mendose, aut in posterum pro cauti in posterum*. Plerique, etiam Heinsius, *sumus*, et postea *vitemus*: mihi magis placet cum Aldo *simus, vitemus*. Vat. A, *ostentavimus*; Mar. a prima manu, *ostentamus*; Prag., *ostenta vitemus*; alii recte, *ostenta vitemus* aut *vitemus*. In Mar., abrais prioribus, *dignitas vestra*. Etiam Rat. a prima manu, et Sich., *dignitas pro æternitas*. Mar., *arccant hanc*. Prag., *corrupte, nociva pro votiva*, cujus glossa in Vat. A est *chara*. Ante verba Symmachi nonnulli

C inscribunt *Symmachus*, et post ea *Prudentius*.

7. In Prag. et Ald. mendum *venerantes* pro *vernantes*: Heinsius mallet *vernantis*. Becmanus in *Manuduct.* ad ling. Lat. correxit etiam hunc errorem *venerantes*, et ex suo ms. reposuit *vernantes*. Putarunt aliqui armorum hos dominos esse Constantini filios; alii Valentinianum II et Arcadium, qui fratres postea dicantur, quod Theodosius Valentiniano loco patris fuerit. At dubium non est quin de Arcadio et Honorio Prudentius loquatur. Quod enim vers. 10 ait, *Orator catus instigat*, id intelligi potest, vel quia Symmachus fortasse obtulerat his imperatoribus suam relationem, vel quia ex ea relatione, ad alios imperatores habita, juvenum imperatorum animi, aliis instigantibus, permoveri poterant, nisi valida responsione refelleretur.

8. Mar., *patres*, a prima manu; Prag., *patrum*: legendum *patris*. Vat. A, Prag. et Rat. a secunda manu, *vitæ male*, pro *avita*. Mariettus hoc loco quærendum ait quænam uxores maritos sequerentur in castra, et ibi susciperent liberos. Ego puto, *inter castra patris* intelligi posse, dum pater militaret, non ita ut in ipsis castris nati fuerint. Vide etiam glossam, ubi *patrum* diversa est lectio, sed non bona.

9. Vat. A. Weitz cum suis, *eductos*; sed in Bong. supra erat *eductos*, quod habent reliqui et recte pro *educatos*, uti apud Plautum, Terentium, Juvenalem et alios. Mar., Alex., Urb., Weitz., Sich., Ox.

10 Orator catus instigat, ceū classica belli
Clangeret, exacuitque animos, et talia jactat.
Si vobis vel parva, viri, Victoria cordi est,
Vel parienda dehinc, templum dea virgo sacra-
[tum
Oblineat, vobis regnantibus. Et quis amicus
15 Hostibus hanc vestro sancte negat esse colen-
[dam
763 Imperio, cui semper adest, quod laudi-
[bus implet?
Hæc ubi legatus : reddunt placidissima fra-
[trum
Ora ducum : Scimus, quam sit victoria dulcis

A Fortibus, Ausoniæ vir facundissime linguæ :
20 Sed quibus illa modis, qua sit ratione vocanda,
Novimus : hac primum pueros pater imbuil
[arte ;
Hanc genitore suo didicit puer ipse magistro.
Non aris, non farre molæ victoria felix
Exorata venit : labor impiger, aspera virtus,
25 Vis animi, excellens ardor, violentia, curæ,
764 Hanc tribuunt, durum tractandis robur
[in armis :
Quæ si defuerint bellantibus, aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet, et multis surgat formata talentis :

GLOSSÆ VETERES.

10. Catus, doctus : Symmachus, I.
11. Jactat, ad senatum dicit, I.
15. Sancte, religiose, I.
17. Reddunt, respondent, I.
19. Ausoniæ, Romanæ. — Vir, Symmache, I.

- B 21. Pater, Romulus, I.
22. Hanc, artem, victoriam, I.
25. Aris, sacrīs. — Farre, sacrificio farris, I.
26. Hanc, victoriam, I.
29. Explicet, expandat. — Talentis, metallis, I.

COMMENTARIUS.

Cauch., et a manu prima Thuan., Rat. a secunda manu, Torn. ad oram, calentes. Pal., Widm. supra, Prag., Rat. a prima manu, Ald., Torn. in textu, Gis., tenentes. Gis. ad marg., colentes. Heinsius et recentiores, calentes, quod Prudentianum Heinsio videtur, cum amet Prudentius verba cum quarto casu conjuncta, ut æstare, sudare, flere, vivere, anhelare, arietare, currere, suspirare, credere, sitire, spirare, plueri, prurire, ludere, mendicare, glorificare, resultare, ruere, spumare, sufflare, susurrare, sapere, tumere, triumphare, strepere, cogitare, ardere.

10. Egm. supra, orator catus, hoc est, hortator. Retine orator.

15. Dionysius Halicarnasseus lib. 1 de monte Palatino agens : In vertice vero tumuli Victoriae sano exstructa, rem divinam ei alternis annis fieri instituerunt (Arcades), quod et nostra ætate Romani faciunt. Cicero vero, lib. II de Nat. deorum, cap. 61, et Livius, lib. XXIX, testantur, in Palatino fuisse templum ejusdem deæ. Dio lib. XLV memorat templum Victoriae in quo erat cella sive ædicula Jovis Capitolini. P. Victor in descriptione Urbis regione octava recenset templum Victoriae in Foro. Livius lib. XXXV, cap. 9 : *Iisdem diebus ædiculam Victoriae Virginis prope ædem Victoriae M. Porcius Cato dedicavit.*

14. Fabr., Gis., equis ; alii, et quis. Ald., et quis magnus : melius et quis amicus.

15. Vat. A, hanc vestro sancto. Ald. et alii, hanc sancte vestro. Prag., neget. Hoc ipsum est quod aiebat Cæcilia lib. VI Ep. fam. Ciceron. : *Nemo nostrum est, ut opinor, quin vota Victoriae suce fecerit : nemo quin, etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quamprimum Cæsar superaretur, optaret.*

16. Vat. A, quid ; legendum quod.

17. Ald., Gis. ad oram 1 ed., hæc ubi dicta dedit, quod passim a Virgilio usurpari observat Grangæus. Idem notat recte reddunt pro respondent adhiberi, quoniam dare aliquando est dicere.

18. Mar. a prima manu, victoria ducis, male.

19. Ald., fortibus Ausoniæ, vir facundissime lingua, minus bene.

22. Teolius in not. ad vers. 8 colligit ex hoc versu 22, avum Arcadii et Honorii fuisse religioni Christianæ addictum, quod clare liquere non puto : nam ratio parandi victoriam, quæ subjicitur, etiam in ethnicis valet. Illud constat ex Orosio, eorum avum, antequam occideretur, baptizari voluisse. Post hunc versum cætera in Pragensi codice desiderabantur.

25. Ald., non farre sale. Lege non farre molæ. Barthius ex charta, manu veteri probeque extrata, diversas scripturas ad hunc et seqq. versus adnotat lib.

xx, cap. 8. Hic versus ita ibi legebatur, *Non aris, non farre, mola Victoria velox.* Mendose aris. At farre, mola, optime disjungi arbitratur Barthius, ut copia major sit poeticæ eloquentiæ. *Velox* non illi displicet : cui enim non ales Victoria ?

24. In ms. Barthii, labor, impigra et aspera virtus, quæ lecto ab eo negligitur.

25. Teolius ait, bene omnes Vaticanos et Heinsii plerosque habere violentia cura ; sed Heinsio in notis magis arridere lectionem vigilantia, curæ, quæ Chamillardo unice probatur. Nescio quinam codices habeant vigilantia, curæ. Heinsius ad verba violentia, cura, id tantum notat : *Ita codices : VIGILANTIA CURÆ nihilominus videtur castigandum.* Neque aliud addit Chamillardus, qui edidit violentia, cura, et in nota solum ait : *Ita codices, inquit Heinsius, nihilominus VIGILANTIA videtur castigandum.* Heinsius conjecturam fortasse sumpsit ex Barthio, qui in suo ms. legit. *Vis animi excellens, ardens violentia, curæ,* et præferendum putat curæ ; tum existimat, violentia commutandum in vigilantia. Verum, dissentientibus codd. mss., nihil mutandum, cum violentia hic etiam locum habeat pro audacia ; aut eo sensu quo in sacra pagina dicitur, violentos rapere regnum Dei. Catullus in carm. Nupt. ait : *Amat victoria curam.*

26. In ms. Barthii legitur *Hanc tribuunt, durum et tractandis robur in armis.* Sed Barthius mavult *durum tractandis robur in armis sine et,* ut hæc verba sint definitio quædam victoriæ, quæ nihil aliud est, nisi invictum robur, inscium cedere in armis. Mibi id non placet : nam potius accipio *durum robur* in nominativo, ut etiam robur intelligatur tribuere victoriam. Tota hæc sententia expressa est apud Sallustium in Catilina, et Arnobium lib. VII, quod notavit Chamillardus.

28. Turnebus, num. 590 Advers., rutilas Victoriae pennas explicat Ciceronis verbis III de Natura deorum, ubi *Victoriolas aureas* memorat, quod scilicet ex auro eas facere solerent. Claudianus, Panegy. de sexto consulatu Honorii de Victoria in curia Julia : *Romanæ tutela togæ, quæ divite penna Patricii reverenda fovet sacraria cætus.* Apud Romanos plerumque ales effingebatur Victoria : in quodam tamen nummo Titi sine alis exhibetur. Lacedæmonii et Athenienses Victoriam involucrem representabant, tanquam semper apud eos mansuram.

29. Ald., Tornæs. in textu, Galland., Gis. in textu e ed., et ad marg. 2 ed., *formata metallis.* Apud Isonem metallis videtur diversa lectio, non glossa. Prudentius videtur potissimum loqui de Victoria quæ in curia Julia exstabat, vere formata multis talentis. Dio lib. LI de Augusto post victoriam Actiacam : *His per-*

30 Non aderit, versisque offensa videbitur hastis. A
 Quid, miles, propriis diffusus viribus, aptas
765 Irrita femineæ tibimet solatia formæ?
 Nunquam pennigeram legio ferrata puellam
 Vidit, anhelantum reget quæ tela virorum.

35 Vin eadi quæris dominam? sua cuique dextra
 [est,

GLOSSÆ VETERES.

30. Versis, *Cum in fugam vertuntur homines*, I.
 32. Formæ, *Victoriæ deæ, quæ formam femineæ habet*, I.
 34. Anhelantum, *sudantium bello*, I.
 36. Pexo, ornato. — Virago, *fortis femina*, Victoria, I.

Et Deus omnipotens : non pexo crine virago,
 Nec nudo suspensa pede, strophioque recincta,
766 Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.
 Aut vos pictorum docuit manus assimilatis
 40 Jure poetarum numen componere monstris :
 Aut lepida ex vestro sumpsit pictura sacello,
 Quod variis imitata notis, ceraque liquenti

37. Suspensa, *elevata*. — Strophio, *cingulo*, I.
 38. Tumidas, *per tumidas*, I.
 40. Jure, *quia hoc lex poetarum est*, I.
 41. Lepida, *aperta, eloquens, pulchra*. — Sacello, *templo*, I.
 42. Notis, *figuris, coloribus*, I.

COMMENTARIUS.

actis, *Minervæ templum, et quod Chalcidicum vocatur, B* tum curiam Juliam, in honorem patris sui factam. dedicavit : in eaque imaginem Victoriæ posuit, quæ hodie quoque exstat, Tarento olim Romam advecta, ac a Cæsare tum in curia posita et spoliis Ægyptiis decorata : quo Cæsar nimirum ostendebat imperium se ex Victoriâ esse adeptum. In veteri Romano Maffeiōrum Calendario Ara Victoriæ in curia dedicata legitur v. cal. Sept. De hac Victoria aurea pondo 320 ab Hierone missa vide Livium lib. XII, cap. 37 qui refert in Capitolio et in templo Jovis fuisse locatam. De Victoriarum aureis simulacris, Valentiniano a Tripolitanis oblatis, agit Ammianus lib. XXVIII.

30. Pal., *non aderint*, male. Juretus testatur, in quibusdam schedis pro *hastis* legi *alis*, et utrumque ait rectissime dici : nam Victoria ales fingitur, et hastas verit, cum vim omnem alio convertit : adeoque putat, a vetere et recepta lectione non temere descendendum, quæ suas habet veneres.

31. Ald., Pal., Mar. a prima manu, codices Heins. præter alterum Rott., et nostri plerique, *aptas*, et in C Alex. glossa *id est, associas*. Jureto etiam concinnius videtur *aptas*, quod in suo ms. exstabat. Urb., Weitz., Gis., *optas*. Barthius ita legi et distingui in suo ms. affirmat : *Quid miles propriis diffusus viribus ; optas Irrita femineæ tibimet solatia formæ?* ut videatur abruptus quidam sensus velut indignantis esse Victoriæ.

34. Ald., Mar. a prima manu *Vidit anhelantem, reget quæ tela virorum*, minus bene.

35. Ald., Mar., Weitz., Gis., *sua dextera cuique est*. Vat. A, Egm., Jureti codex, Pal., Widm. supra, *sua dextera forti est*, quod præfert Juretus, quia non cuiusvis, sed fortium virorum est victoriam adipisci : idque exstat in Alex. pro diversa scriptura. Fabr., Gifan. in *e breve*, Thuan., Urb., Alex., *sua cuique dextera est*, quod placet Heinsio, quia superiora satis evincunt hoc ipsum de fortibus esse accipiendum. Heinsius pro hac ipsa lectione allegat codicem Pal., qui a Weitzio affertur pro alia, ut vidimus. Confer Comment. ad vers. 105 Hamartigeni *e sua cuique jura*. D Barthius legit *sua dextera cuique est*, et hoc versu vult confirmare, victoriam esse *durum tractandis robur in armis*, de quo vers. 26, sed non persuadet : nam ibi mentio erat de victoria tanquam jam obtenta, hic de causa ipsa victoriæ, quam deam fingebant veteres. Arnobius lib. IV : *Victoria, pax, æquitas, et cætera quæ in superioribus dicta sunt, quam ratione, qua via, intelligi possunt dii esse, atque ad superiorum concilium pertinere? nos enim nihil horum sentimus et cernimus habere vim numinis, neque in aliqua contineri sui forma, sed esse virtutem viri, salutem salvi, victoris victoriam*.

36. Schulzius, in dissertatione de Ara Victoriæ, ex hac descriptione et monumentis Græcis Latinisque colligit, his signis simulacrum Victoriæ cognosci posse : *Figura muliebris stans, rarius sedens, capite nudo vel aperto, revincta strophio et tunica muliebri usque ad talos dependente, vel astricti magis, vel latiore et fluente, pedibus nudis insistens terræ, vel globo,*

vel galeæ, vel proræ navis, alas binas humeris affixas gerens, mox ad terram dependentes, mox explicatas ad utrumque latus, aliquando sursum sublatis, dextra coronam oleaginam, quercinam vel ex lauro confectam tenens, sinistra vero palmam vel tropæum ; sæpius ambabus manibus arma ad tropæum suspendens, vel clypeo litteras inscribens.

37. Ald., Rat. a prima manu, Mar., Vat. A, Bong., Alex., Urb., Gis., Cell., Teol., Galland. cum Tornæs., *recincta*. Heinsius cum Cauchiano, Weitzio et plerisque Weitzianis, *revincta*, quod præstare ait Heinsius, quia aliud quid designat *recingi*, et Cauchius confirmat in veteribus nummis Victoriâ exprimi strophio *revinctam*. Cellarius contra ait, Prudentii quoque esse *recincta veste* in Romano vers. 236, ex Æn. IV, vers. 518. Fortasse poterit intelligi, *strophio recincta* idem esse ac *corona*, seu *strophio cincta caput*. Alio sensu *recingi* est *discingi*. Sic etiam *revinctio* duplicem contrariam significationem habet. Victoria suspensa pede interdum effingebatur, ut instabilem eam esse constaret.

38. Bong., Widm., *fluitantes investita supra fluitante sinu investita*, quod tenuit Weitzius. Alii, *fluitante sinu vestita*. In museo Pio-Clementino statua marmorea Victoriæ asservatur, ubi prorsus nudæ ostenduntur papillæ. Fortasse si legatur *investita*, verbum hoc vim negandi habebit. *Investis* Terentiano nudus est de Pallio cap. 3, *Nudus et investis (Adams) figulo suo consistit*. Pueri imberbes dicebantur etiam *investes*.

39. Ald., Mar. a prima manu, *at vos*. Ald., Weitz., *assimilatis*, quod Heinsio non placet pro *assimulatis*.

40. Egm., Pal., Bong. supra, *nomen* pro *numen*, minus bene. Weitz., Mar., Widm. a prima manu, Bong. a prima manu, *numen imponere*. In Barthii codice *manus, assimilatis Jure poetarum monstris, componere numen*.

41. Barthii codex a prima manu, *ex vestro sumpsit*. Giselius putat libros poetarum a Prudentio vocari ironice *sacellum*, sive sacrarium gentilium. Ego intelligo *sacellum* esse fanum, templum, et superstitionem gentilium, quam pictura socii poematis arte auxerit. Ut enim ex tota serie orationis patet, in habitu Victoriæ confingendo poesin, picturam et superstitionem suas habuisse partes Prudentius confirmat. De pictura egregius est locus Sap. XV, 4 : *Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ, labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores*.

42. Veteres solebant ceris pingere et picturam cera liquenti inurere, ut docet Plinius lib. XXXV, cap. 11, et lib. XXI, cap. 14. Eam ob causam antiqui scriptores, tum profani tum ecclesiastici, cum de pictura verba faciunt, passim ceram simul commemorant. S. Paulinus epist. 8 ad Severum : *Non in tabulis putribilibus, neque ceris liquentibus, sed in tabulis carnalibus cordis tui pinxit*. Vide notam Frontonis Ducæi ad hæc Paulini verba. Ut alios omittam qui de veterum pingendi ratione scripserunt, Joannes de Fonseca et

767 Duceret in faciem, sociique poematis arte A
Aucta, coloratis auderet ludere fucis.

45 Sic unum sectantur iter, et inania rerum
Somnia concipiunt et Homerus, et acer Apelles,

Et Numa, cognatumque malum, pigmenta, ca-
[mœnæ.

768 'dola, convaluit fallendi trina potestas.
Hæc si non ita sunt, edatur, cur sacra vobis

GLOSSÆ VETERES.

44. Ludere, pingere. — Fucis, mendaciis, I.

46. Homerus, poeta magister. — Acer, fortis, sa-
gax. — Apelles, pictor, I.

47. Numa, cultor idolorum, et ædificator templo-
rum. — Cognatum, cognatam vocat rem, ex h's tribus
scilicet, pictore, poeta et mago coadunatam. — Ca-

mœnæ, poetarum, Iso.

48. Idola, id est magorum. — Docta, in pictura et
in poemate, I.

49. Edatur, dicatur, proferatur a vobis. — Cur sa-
cra, verba senatus, I.

COMMENTARIUS.

Figueroa librum ms. de veteri Pictura reliquit, quem laudat Nic. Antonius. Cl. Requeus non multis ante annis veterem pingendi rationem, et cera pro oleo utendi, jam pridem deperditam, feliciter invenit, aut aliam novam similem excogitavit; quam Petrus Garcia de la Huerta, multis adhibitis experimentis et doctis observationibus, quas in vulgus edere cogitat, feliciter promovit. Id opportune monere volui, ut melius intelligantur cl. Stephani Antonii Morcelli verba in commentariis elegantissimis ad calend. Constantinop. tom. I, pag. 116: *Tabulas encausto pictas aqua non lædit, ut nuper encaustica rursus inventa, victores in Urbe verissimum experimento deprehenderunt.* Recte ostendit Morcellus ex concilio Nicæno II, adhuc sæculo VIII hanc pingendi rationem pictoribus fuisse familiarem: *Non tabulam cera perfusam honorantes, sed regem...* *Quamquam imago nihil aliud est quam lignum, et colores cera commixti et temperati.* In Ephemeridibus Romanis anni 1781, pag. 119, exponitur opusculum Anglicum domini R. E. Raspe, Londini 1780, quo probat verisimile esse, apud Ægyptios, Græcos et Romanos consuetudinem oleo pingendi fuisse, aut veteres pictores proxime ad eam accessisse: certum esse ait sæculo X aut XI eam consuetudinem viguisse. Inserit duos tractatus sæculi X aut circiter, alterum Theophili presbyteri, alterum Heraclii *De coloribus et artibus Romanorum.* Carmen Hispanicum de Pictura cum notis Segoviæ editum, auctore D. Didaco Antonio Rejon de Silva, in eisdem Ephemeridibus Romanis anno 1786, num. 47, summis laudibus commendatur; eum novis edendis libris ad liberales artes illustrandas egregie incumbere, compertum nobis est.

45. Heinsius cum altero Rott., Fabr., Widm., Bong., Teol., Cham., Gis. ad marg., Sich., Vat. A, Rat., Torn. ad oram, Mar. sic *cassa figuris.* Urb., sic *sægna rerum.* Alex. a prima manu, Weitz., Widm. ad oram, Bongars. ad oram, Gifanius ex tribus vet. libris, Oxon., Thuan., Egm., sic *inania rerum.* Contendit Gifanius, sic posse corripri, ut *fac.* Repugnat Heinsius, qui non bene Aldum citat pro hac lectione sic *inania*: nam Aldus ita quidem ediderat, sed emendavit *et inania rerum*, quæ lectio mihi probatur, et exstat in Alex. pro div. script., et in textu Giselini recepta est. Gallandius ait, in Tornæs. esse cum Aldo *inania rerum* in textu; sed non explicat an sit *et inania*, an *sic inania*. Sæpe accidit ut in Prudentio veram lectionem corruperint inepti correctores, qui syllabam brevem ratione cæsurae ab eo frequenter produci ignorabant.

46. Gifanius, qui verbo *Fac* totum hunc locum laborat explicare, *acrem sonare ingeniosum* advertit. In Vat. A mendum est *acer Apellas.* Indicatur poesis in Homero, pictura in Apelle, et superstitionem in Numa.

47. Ald., Gifanius loc. cit., Weitz., Widm. supra, Alex., Urb., Gis. ad oram, Thuan., Boher. vetustior, *cognatumque volunt.* Vat. A, codex Jureti et Thuan. a secunda manu, *cognatumque vocant.* Mar., Rat., alter Rott., Ox., Fabr., Gs., Bong., Widm., Heins., Teol., *cognatumque malum* per epexegesin, ut pigmenta, camœnæ, idola sint cognatum malum. Pro *piq-*

menta Bong., Widm. a prima manu, Gifanius, *figmenta.* Retine *pigmenta*, et intellige picturam. Heinsius præterea scribit et scribendum ait *camœnas*, repugnantibus membranis; quem tamen secutus est tacitus Teolius. Mihi certe non displicet lectio Heinsii, et in mentem etiam antea venerat: sed videndum est an lectio codicum defendi valeat. Gifanius legit *cognatumque volunt figmenta camœnæ*, et explicat *acri cognatum volunt, hoc est, idem volunt figmenta camœnæ Egeriæ.* Scilicet Egeriam *camœnam* vocari putat, quia grata fuit camœnis, ut ait Ovidius in *Fastorum.* Eodem ergo, inquit, *pertinet figmentum illud Numæ de Egeria.* Quæ explicatio mihi non probatur. Puto ergo legendum *cognatumque malum, pigmenta, camœnæ, Idola, convaluit fallendi trina potestas*: ut cognatum malum convaluerit, scilicet pigmenta, camœnæ, idola, quod malum est trina fallendi potestas: et favet huic lectioni, quod in nonnullis post *idola* est comma. Vide vers. seq.

48. In Rat. pro *idola* sciolus apposuerat *spectaque.* Aldus quoque cum edidisset *Idola convaluit fallendi trina potestas*, inepte voluit emendare *Trinaque convaluit fallendi idola potestas*, ne scilicet *o* in *idolum*, corriperetur. Ald., Gis., Heins. *conflavit.* Plerique scripti, *convaluit*, ut Vat. A, Mar., Rat., Urb., Gifanii et Jureti codices, Weitzius cum suis. Alex., *conflarunt* a prima manu, *conflavit* a manu secunda. Heinsius rejecit *docta potestas*, quod hactenus, inquit, circumferebatur. At jam ante Heinsium *trina potestas* ediderant Aldus et Weitzius, neque contemnendum est *docta potestas*, quod reperitur in Mar., Rat., Bong., Gifanii codice, Fabr., Gis. Barthius quoque lib. VI, cap. 26 *Advers.*, legit *docta potestas*, et id referendum putat ad eloquentiam eorum qui idola invexerunt: ubi notat, Prudentium eadem verbo usum quod in Varronis satyra *Nosce te ipsum* Nonius explanat. *Nihil sunt musæ? Poesis vestra quas artificii duxit.* Sic enim legit verba illa: *Nihil sunt musæ policis vestrae quas ærifice duxit*, quæ Janus Rutgersius aliter, aliter Lipsius emaculant. Sensus tunc erit, Cognatum malum conflavit idola; hoc autem cognatum malum sunt pigmenta (pictura, Apelles), camœnæ (musæ, Homerus), fallendi docta potestas (superstitio, Numa). Melius tamen est *trina potestas*, ut pictura, poesis et superstitionem comprehendantur. Poesin autem cum pictura quamdam inter se cognationem et similitudinem habere nihil est cur probemus, cum satis pateat. Hoc proprium est Prudentii, quod superstitionem his fingendi artibus ingeniose conjunxerit. Heinsii explicatio est quod trina fallendi potestas conflavit (ita enim legit) pigmenta, camœnas et idola, quæ sunt cognatum malum. Nostra magis ad codd. mss. et ad mentem Prudentii accedit, quod cognatum malum, trina fallendi potestas, videlicet pigmenta, camœnæ, idola, convaluit, hoc est simul valuit, viresque mutua ope accepit: hoc enim pugnat Prudentius.

49. Hæc si negent gentiles, respondeant, inquit Prudentius, rationemque reddant cur sacra ipsi sumant ex pictura fabulisque poeticis? Exempli loco cur sacerdotes Cybeles seipsos castrant, nisi quia fabula poetica Attin fingit exsectum sive castratum,

50 Ex tabulis, cerisque poetica fabula præstat? A
 Cur Berecynthiacus perdit truncata sacerdos
769 Inguina, cum pulchrum poesis castrave-
 [rit Attin?
 Cur etiam templo Triviæ, lucisque sacratis
 Cornipedes arcentur equi, cum musa pudicum
 55 Raptarit juvenem volucri per littora curru,

Idque etiam paries tibi versicolorus adumbret?
 Desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem
 Res incorporeas simulatis fingere membris.

770 Desine, terga hominis plumis obducere : fru-
 [stra
 60 Fertur avis mulier, magnusque eadem dea vul-
 [tur.

GLOSSÆ VETERES.

50. Tabulis, imaginibus, ex pictura. — Præstet, an-
 testet, I.

51. Berecynthiacus, a Berecyntho, Opis monte. —
 Perdit, adhuc, I.

52. Inguina, virilia:—Poesis, fictio poetica : poesis
 est materia uniuscujusque carminis. — Castraverit, ca-
 stratum narraverit, I.

55. Triviæ, Dianæ, vel Proserpinæ, I.

55. Raptarit, raptatum dixerit.—Juvenem, Hippo-
 lytum, I.

56. Adumbret, figuret, imaginet, I.

57. Si, pro siquidem.—Ineptia, stultitia, I.

58. Simulatis, in, I.

59. Plumis, cum, Iso.

60. Fertur avis, multos et viros, et mulieres legi-
 mus in fabulis versos in aves, unde commemorat, I.

COMMENTARIUS.

idque etiam picturæ exhibent? Simile est in aliis sa-
 cris, quibus equi a templo Dianæ arcentur. — Quid,
 inquam, hæc innuunt, nisi quod poesi et pictura ido-
 lorum cultus coaluerit?

50. Vat. A, mendose, ex fabulis. Rat., Weitz.,
 Widm., Bong., præstat; alii præstat, ut postea perdit.

51. Mar. a secunda manu, perdat. Imitatur Pru-
 dentius Minucium in Octavio: *Cybele Dindyma pu-
 dei dicere, quæ adulterum suum infeliciter placitum,
 quoniam et ipsa deformis et vetula, ut multorum deo-
 rum mater, ad stuprum illicere non poterat, exsecuit,
 ut deum scilicet faceret eunuchum. Propter hanc fa-
 bulam Galli eam, et semiviri sui corporis supplicio
 colunt.* Catullus et Arnobius narrant Attidem sibi ge-
 nitalia desecuisse. Qui plura de his velit, legere po-
 terit commentatores Minucii, ut mythologos præter-
 eam.

52. Ald., Gis., cum pulcher sese castraverit Attis.
 Plerique et potiores, cum pulchrum poesis castraverit
 Attin. Teolius ait locum antea corruptum ita resti-
 tuisse Heinsium. At Weitzius cum suis omnibus mss.
 jam ediderat cum pulchrum poesis castraverit Attin;
 et ita antea restituerant Sich. et Gifanius, et legerat
 in suo codice Juretus, et in margine vet. edd. exstare
 confirmat Gallandius. Hic præterea invenit cur pul-
 chrum; sed alii habent constanter cum, et Gifanius
 monet observandum usum particulæ cum: Cur Galli
 Cybeles se excidunt, cum ex fabulis poeticis cogno-
 scatur Attin fuisse castratum: hoc est, cur se exci-
 dunt, nisi quia cognoscitur, etc. Cur a templo Dianæ
 arcentur equi, nisi quod musa, seu poesis Hippo-
 lytum raptatam faciat, etc. Nonnulli scribunt Atys;
 sed hoc loco melius est Attis, ut prima producat,
 quæ corripitur solet in Atys.

55. Ex Virgilio lib. vii: Unde etiam templo Tri-
 viæ, lucisque sacratis Cornipedes arcentur equi.

54. Ald., Widm. supra, Pal., Vat. A, Gis., Alex.
 a secunda manu, et apud Gallandium vet. edd.,
 cum Phædra pudicum. Jureti codex cur Phædra.
 Grangæus interpretatur Phædræ fuisse causam cur
 raptaretur Hippolytus, ut narrat Hyginus fabula 47.
 In Egm. mendum est pudicam. Veter et communior
 lectio cum musa pudicum, de qua Gronovius in Dia-
 tribe Statianæ, quem adeundum suadet Heinsius.

55. Gifanius, Gis. ad oram, littora cursu.

58. Rat., simulatis, minus bene, pro simulatis.
 Cudworthus System. intellect. cap. 4 observat Pru-
 dentium, Græcos imitatum, vocare res incorporeas
 rerum affectiones, et eventus, qualis erat victoria:
 et ex vers. 236 hujus libri et vers. 191 Apoth. colligit,
 Symmachum et alios gentiles credidisse, multa
 veterum numina fuisse perfectiones unius Dei, no-
 mine personarum indutas, neque aliud fuisse Victo-
 riam deam nisi virtutem unam e multis unius Dei.
 Verum frustra laborat Cudworthus: etsi enim certum
 sit, gentiles in suorum numinum vi et potestate

B explicanda non satis sibi constitisse, tamen ex Pru-
 dentii versibus mox afferendis solum constat Divi-
 nitatem a Symmacho in varias partes fuisse divisam:
 quem ideo arguit Prudentius, quod cum Deus unus
 sit neque dividi possit, ipse numina mille inducere
 voluerit. Vide Comm. ad eum vers. 236. Valsecchius
 ad Cudworthi interpretationem accedere videtur:
 nam ex Apotheosis loc. cit. colligit lib. 1 de Funda-
 mentis relig., cap. 9, idololatrias unum Deum credi-
 disse, diversa vero numina aut unius Dei perfectio-
 nes, aut virtutes homine superiores, sed ministras
 Dei fuisse.

59. Aldus alique male distinguunt plumis obdu-
 cere frustrâ. Heinsius monuit interpungendum obdu-
 cere: frustra Fertur avis.

60. Mar., ab his; supra eadem manu avis cum
 reliquis. Mariettus primam sui codicis lectionem
 approbat, et avis ait esse glossam imperite transla-
 tam a verbo vultur ad verba ab his; exponit autem:
 Fertur eadem victoria ab his plumis, dum fingitur vo-
 lare, et mulier, et vultur magnus; id est, monstrum
 ridiculum eam efficit s, dum illam et mulierem simul
 et avem facitis. Heinsius opinabatur magicusque: nam
 id vocabulum sæpe in magnus degenerare ob cogna-
 tionem litterarum ad Nasonem compluribus exemplis
 pervicerat: quanquam vel sic versus hic eum
 proxime præcedenti suspectus illi est. Iso interpreta-
 tur de fabula qua mulier in avem, exempli loco, in
 vulturem conversa dicatur. Chamillardus ait Victo-
 riam magnum vulturem dici, vel quod alata vulturum
 more exercitus supervolet, vel quod omnis avis ma-
 gna dici possit vultur. Grangæus notat Ægyptios
 vultoris imagine matrem, et cælum, quod feminam
 putant, Pallada etiam et Junonem repræsentare,
 quod nullum marem credant esse inter vultures, cum
 vento concipere dicuntur. Addit, fortasse per vultu-
 rem hic intelligi Isidem. Baronius enim tom. III
 Annal. in vita Juliani numismatis meminit, cujus
 prima parte Deus est Serapis vultu Juliani exsculptus,
 altera duæ Isides cum aspidum sertis in capite, gla-
 diis in manibus, vulturum alis in dorso: adeoque
 avis illa mulier vultur deæ Isidi sacra est. Federicus
 Morellus a Grangæo hac de re consultus sic rescripsit.
 Confirmari id potest, quia Ælianus lib. x de Anima-
 libus, cap. 22, refert Ægyptios Isidis statuam pen-
 nis vulturinis ornare; et multi putant ab Ægyptiis
 coli vultures. Sed ut verum fatear, magis placet inter-
 pretatio Chamillardi, quod frustra fingatur Victoria
 mulier, dea et vultur, sive magnis alis tanquam
 vultur instructa. Huc trahi potest, quod vultures
 Marti erant sacri, et quod veteres imperatores accu-
 rate explorare soliti essent in quam belli partem
 spectarent vultures, inde victoriam sperantes, vel
 profligationem: de quibus adisis Rhodiginum Lect.
 antiq. lib. viii, cap. 18, Ægyptios, Persas, Græcos
 Victoriam sibi imagine accipitris repræsentasse lute-

- Vis decorare tuum, ditissima Roma, senatum? A
 Suspende exuvias, armis, et sanguine captas,
 Congere cæsorum victrix diademata regum,
 Frange repulsorum fœda ornamenta deorum :
 65 **771** Tunc tibi non terris tantum victoria
 [parta,
 Sed super astra etiam media servabitur æde.
 Talia principibus dicta interfantibus, ille
 Prosequitur, magnisque tubam concentibus in-
 [flat :
 Allegat morem veterum : nil dulcius esse
 70 Affirmat solitis, populosque, hominesque teneri
 Lege sua. Sicut variæ nascentibus, inquit,
 Contingunt pueris animæ : sic urbibus affert
 Hora, diesque suum, cum primum mœnia sur-
 [gunt, B
 Aut fatum, aut genium, cuius moderamine re-
 [gnent,
 75 Addit et arcanum rerum, verique latebras
 Prosperitate aliqua deprendi posse secundi
- Per documenta boni : si sint felicia, quæ quis
 Experiendo probet : cœsisse parentibus omne
 Idolium semper feliciter, et pede dextro.
 80 **772** Enumerat longi vim temporis : excitat
 [ipsam
 Crinibus albertem niveis, et fronte vietam,
 Ore repositentem querulo sua numina Romam.
 Libera sum, liceat proprio mihi vivere more.
 Et quis erit qui mille meos reprehenderit annos?
 85 Uno omnes sub sole siti, vegetamur eodem
 Aere : communis cunctis viventibus aura.
 Sed, qui sit, qualisque deus, diversa secuti,
 Quærimus, atque viis longe distantibus, unum
 Imus ad occultum. Suus est mos cuique genti :
 90 Per quod iter properans eat ad tam grande
 [profundum.
 His tam magnificis, tantaque fluentibus arte,
 Respondet vel sola fides, doctissima primum
 Pandere vestibulum veræ ad penetralia sectæ.
 Nam, cum divinis agimus de rebus, et illum,

GLOSSÆ VETERES.

62. Exuvias, spolia.—Armis, cum, I.
 63. Congere, collige tu.—Victrix, Roma.—Diade-
 mata, coronas, I.
 64. Repulsorum, abjectorum, I.
 66. Æde, in cælo, I.
 68. Prosequitur, Symmachus respondet.—Tubam,
 guttur, voc. m, I.
 69. Allegat, nuntiat, ratiocinabatur, vel instruebat.
 —Dulcius, beatius, I.
 70. Solitis, legibus, I.
 74. Genium, naturalem loci genium, I.
 75. Addit, ille, Symmachus.—Arcanum rerum,
 sensus est, arcanum rerum, et latebras varii boni posse C
 deprehendi aliqua prosperitate, I.
76. Secundi, prosperi, I.
 79. Idolium, gentilitatem.—Dextro, secundo, I.
 81. Vietam, antiquam, I.
 83. Libera, Roma dicit; vox Romæ, I.
 85. Siti, scilicet sumus.—Eodem, uno, I.
 87. Diversa, idola, I.
 88. Distantibus, dissimilibus, Iso.
 89. Occultum, Deum, omnipotentem.—Suus, pro-
 prius, I.
 90. Grande, quod Deus est summus, I.
 92. Respondet, fides Symmacho.—Vel, etiam.—
 Fides, fideles homines, I.
 93. Penetralia, secreta.—Sectæ, doctrinæ,
 fidei, I.

COMMENTARIUS.

- ris traditum est. Ægypti vero accipitrem et aquilam videntur coluisse, tanquam numina, a quibus victoriam orarent. Fortasse inde ales Victoria pingitur.
62. Egm., Gis. ad oram, sanguine raptas.
64. Cauchius malebat vetera ornamenta deorum. Nihil est causæ cur sollicitetur lectio codicum fœda ornamenta, quamvis Juvenalis dixerit vetera ornamenta deorum, et alibi Prudentius veteres dei. Hoc enim loco concinnius est fœda ornamenta deorum, cum præcesserit descriptio ridiculorum numinum, sive monstrorum.
65. In editione Parmensi mendum puto nunc tibi pro tunc tibi, quod exigit sensus.
67. Ald., in te fantibus, Alex. a prima manu mendose, interfantibus.
68. Thuan., persequitur, quod Heinsius et Teolio placuit. De eloquentia tubam Sidonius, Claudianus Mamertus alique dixerunt.
69. Mar. a prima manu, Pal., more, male, Thuan., Egm., Boher. antiquior, Heins. et recentiores, morem veterem. Alii veteres mss. et edd., morem veterum.
75. Ald., Egm., Pal., Heinsiani perique, Jureti codex, sans; Thuan., suis, quod placuit Heinsio; sed præstat suum, scilicet fatum, aut genium, cum Mar., Rat., Weitz., Gis. et aliis. Mœnia surgunt ex Virg. i Æn.
74. Vat. A, regnant. Weitzius pro regnè allegat Ald. et Egm., sed Aldus meus habet regnent.
76. Egm. et Pa., secundis Per documenta bonis. Weitzius Aldum etiam allegat pro hac scriptura: et si quidem secundis in Aldo, sed postea boni; quod utrumque simul defendi nequit.
79. Aldus idolum, ne vide licet o corripitur. Rat. etiam idolum, sed, ut conjecio, a recenti manu.
81. Ald., fronte vietata. Widm., vietam.
82. Mar. a prima manu, queruloso: correctum querulo sua.
84. Nonnulli conjungunt ecquis: utroque modo dicitur. Vide Gifanum, verbo ET QUANTIS.
86. Heinsius edidit communis cunctis viventibus aura, sed in notis monuit omnino scribendum communi aura, quidquid obviatur membrana, et ad præcedens proxime vegetamur referendum. Sed non video cur non ita possit scriptura vetus explicari: Vegetamur eodem aere, communis est cunctis viventibus aura: nam Prudentius sæpe omittit verbum substantivum est, ut Heinsius ipse notavit ad vers. 26 hymni 1 Cath.
87. Vat. A, Urb., sed quis sit.
89. Gis. in e breve, Mar., Weitz., Sich., Alex. a prima manu, Heinsiani fere omnes, suus est mos cuique genti, quod puto fuisse in Rat., ubi, abrasis prioribus, nunc legitur nam genti est cuique suus mos. Egm., Alex. a secunda manu, Ald., Gis., Pal., Vat. A, proprius genti cuique est mos. Giselinus fatetur, in plerisque antiquis esse suus est mos cuique genti: sed fallitur, quod affirmat alibi semper primam in cuique a Prudentio corripitur ex fide mss. Vide Comment. ad vers. 105 Hamart., sua cuique jura.
94. Apposite contra Bailium hos versus profert Valsecchius lib. ii de Fundam. relig., cap. 6. Cum enim Deus, quippe infinitus a nobis comprehendit nequeat, non est exigendum ut clare natura ejus explicetur.

Principio institui, nitidoque insignia mundo A
Ornamenta dedi, speciosaque semina finxi.
135 Sed tan. en esse modum volui, parcisque fruenda
Moribus indulsi, quantum moribundus, et æger
Corporis, ac vitæ volucris sibi posceret usu :
Non ut captus homo studiis, et inaniter ardens,
Duceret omne bonum positum in dulcedine
[rerum,
140 Et specie tenui, quas currere tempore jussi,
776 Atque ævum statui, sub quo generosa
[probarem
Pectora, ne torpens, et non exercita virtus,
Robur enervatum gereret sine laude palæstræ.
Illecebrosus enim sapor est, et pestifer horum,
145 Quæ, dum prætereunt, miro oblectamine mentes

GLOSSÆ VETERES.

135. Parcis moribus, *frugalitatibus*, I.
137. Volucris, *quæ cito transit*, I.
138. Non, *non ideo distribuit*, Iso.
139. Duceret, *æstimaret*, I.
143. Enervatum, *infirmum*. — Palæstræ, *certaminis, luctaminis*, I.
144. Illecebrosus, *illicitus*. — Horum, *delectamentorum*, I.
147. Constantia, *ligata a diabolo*, Iso.

Implicitas, *vincetasque tenent* : vincenda vo-
[luptas,
Elaqueanda animi constantia, ne reïnaclis
Mollibus, ac lentis nexa, et captiva prematur.
Luctandum summis conatibus : inter acerba -
150 Sectandum virtutis iter : ne suavia fluxæ
Conditionis amet, nimium nec congerat aurum,
777 Nec varios lapidum cupide spectare
[colores
Ambitiosæ velit : nec se popularibus auris
Ostentet, pulchroque inflata tumescat honore.
155 Ne natale solum, patrii ne jugera ruris.
Tendat, et externos animum diffundat in agros,
Et ne corporeis addicat sensibus omne,
Quod vult, aut quod agit : ne præferat utile justo,

B 148. Lentis, *flexilibus*, I.
149. Acerba, *supplicia*, I.
153. Auris, *favoribus*, I.
154. Ostentet, *glorietur, jactet*. — Pulchroque, *sicut hominibus videtur*, I.
156. Tendat, *dilatet, ad se trahat*, I.
157. Addicat, *tribuat*, I.
158. Utile justo, *utilitatem justitiæ, vel terrenum*, I.

COMMENTARIUS.

tu. Teolius cum Heinsio facit, sed non bene distinguit quæ continet, ipsa Principio institui, nisi fortasse Theolius intelligat ipsa cuncta quæ gignit humus. Heinsius intelligit, quæ continet ipsa humus. Alii, ipse ego, institui.

134. Nonnulli vulg., male, *spatiosaque semina*.
135. Vat. A, vitiose, *parcique*. In Heinsio difficultatem parit depravata hoc loco scribendi ratio *volvi pro volui*. Chamillardus quoque edidit *volvi*.
136. Ald., *ægri*; melius *æger*. Alex. a prima manu vitiose, *ager*.

138. Gis. in quodam codice invenit *captus humo*. Thuan., *inaniter usus*.

140. Gis., Bong. in textu, Mar. a prima manu, Gis. in textu, *et species tenues*. Jureti codex, Sich., Alex., Vat. A, Weitzius cum plerisque suis, Thuan., Egm., Boher. et Rott. priores, *et specie tenui*. Urb. legit et distinguit *et specie, tenui quas currere tempore jussi*. Gifaninus, verbo VIS MAGNA, cum alium locum Prudentii adduxisset, *Eum*, inquit, *poetam Christianum quia nunc, ut opinor, fere totum vindicavimus a mendis innumerabilibus, addamus et aliquot, ut ita dicam, manticas, et hanc imprimis e lib. II in Symmachum*: tum hos versus exscribit, et explicat. Sed opportune antea monebo, fortasse ex his verbis deceptos, qui Gifaninum notas mss. in Prudentium reliquisse affirmant. Gifaninus quidem nihil aliud hoc loco ait, nisi Prudentium fere totum a se in illo ipso indice Lucretiano a mendis vindicatum. Explicatio autem Gifanii innititur verbis *et tenui specie*: et ait: *Vetat nos bonum omne collocare in voluptate, quæ ex rebus et earum tenui specie seu nitore capitur*. Putat nullo sensu dici *et species tenues*. Giselinus cum suo ms. legendum contendit *et species tenues*, quia respicit ad illud *speciosaque semina finxi*, quibus parce et certo modo utendum est. Mariettus etiam hanc lectionem approbat et confirmat ex vers. 755: *Exiguas rerum species*. Tunc sensus erit: *Duceret, esse bonum omne positum in dulcedine rerum, et esse bonum species tenues, quas currere tempore jussi*. Verior mihi, et clarior videtur alia lectio, quæ etiam est Aldi, Heinsii et recentiorum.

143. Post hunc versum Fab., Bong., alter Rott. inducunt alios duos, *Enervare suum corrupta per otia robur Posset, et in nullo luctamine pigra jaceret*. Alii omittunt hunc versum *Robur enervatum*, etc., et illos duos ejus loco apponunt, ut Jureti codex, prior Rott.,

Ox., Vat. A, prior Boher., Egm., ut se legisse affirmat Heinsius, quamvis Weitzius id neget. Alii solum agnoscunt versum *Robur enervatum*, ut Widm. et Mar. In Rat. videtur hic solus versus fuisse, et recenti manu additi sunt duo illi a Giselino et ab aliis merito omitti. In Urb. et Alex. exstant hi duo versus, sed pro diversa lectione, non ut tres illi simul recipi debeant. Weitzius putavit Aldum tribus his versibus locum dedisse: et ita quidem fecerat, sed monuit postea delendum primum versum *Robur enervatum gereret sine laude palæstræ*. Perspicuum est duos alios versus additos ab aliquo, qui primum *e in enervatum* nollet corripere: de quo dixi satis ad vers. 64 hymni 8 Cath. In Alex. scribitur *inervatum*, uti etiam in Thuan.

146. Lactantius cap. 22, lib. VI: *Cavenda sunt igitur oblectamenta ista, tanquam laquei, et plagæ, ne suavitatum mollitiæ capti, sub ditionem mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos mancipamus*. Agit Lactantius de saporis et odoris voluptatibus.

147. *Elaqueare laqueis exsolvere* apud Sidonium; *elaqueatus* apud Ammianum.

149. Ald., Gis., Jureti codex, Oxon., Egm., Vat. A, *nitendum summis*. Heinsius hanc lectionem prætulit in brevi indiculo errorum aut mutandorum, ut dicam ad vers. 719 in Romano; in textu edidit *luctandum*, etc. Teolius Heinsio imputat *nitendum*; sed Heinsius clare edidit *luctandum* cum plerisque suis et nostris: neque aliud in notis advertit nisi *nitendum* habere Oxon., Egm. et Ald.

151. Ald., Pal., *ne congerat*. Gis. legit et distinguit *amet nimium: ne congerat aurum*: ita in textu, sed in indiculo de quo paulo ante, *amet; nimium ne congerat aurum*. Plerique *amet, nimium nec congerat aurum*. Mar. male, *nec congeret*. Fabricius, *ne congerere aurum*, scilicet *velit*, quod mox sequitur.

155. Virg. lib. VI. *Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris*. De auris popularibus vide comment. ad vers. 22 hymni 1 Cath.

154. Mar. a prima manu, *tumescit* male.

156. Salvianus lib. I ad Eccles. cath. adversus avaritiam: *Videtur, quas parari opes a parentibus filiis Deus jubeat, non pecuniarios thesauros.... non fundos interminabiles, et notitiam possessoris sui excedentes, qui consortes pati indignum æstiment, et vicinitatem injuriam putent*. Eadem sententia passim ab ethnicis ipsis repetitur, Horatio, Juvenale et aliis:

- Spemque suam in me omnem statuat, nunquam A
[peritura,
160 Quæ dederō, longoque die mea dona trahenda.
Hæc igitur spondente Deo, quis fortis, et acer,
Virtutisque capax breve quidque perennibus in se
Prætulerit? vel quis sapiens potiora putarit
Gaudia membrorum, quam vivæ præmiâ mentis?
165 Nonne hominem, ac p̄cedem distantia separat
[una,
Quod bona quadrupedum ante oculos sita sunt?
[ego contra
778 Spero, quod extra aciem longum servatur
[in ævum?
Nam, si tota mihi cum corpore vita peribit,
Nec poterit superesse meum post funera quid-
[quam,
170 Quis mihi regnator cœli? quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quæ jam merito metuenda
[potestas?

GLOSSÆ VETERES.

159. Me, in Deum. — Peritura, scilicet sunt, Iso.
160. Trahenda, scilicet sunt, I.
161. Acer, ingeniosus, I.
162. Breve, transitorium aliquid, I.
164. Mentis, acuminis, animæ, I.
165. Nonne, afirmando, I.
166. Ante oculos, in præsentia, I.
167. Aciem, visum oculorum, invisibiliter. — Ser-
vatur, mihi, I.
169. Funera, mortem, I.
175. Incestabo, polluam. — Toros, legitimo, I.
174. Inficiabor, negabo, I.
175. Depositum, commendatum. — Tenuēs, pau-
peres. — Clientes, parentes, socios, servos, vel socios C
miiores, I.

- Ibo per impuros, fervente libid ne luxus :
Incestabo toros : sacrum calcabo pudorem :
Inficiabor habens al quod sine teste propinqui
175 Depositum : tenuēs avidus spoliabo cliētes :
Longævam perimam magico cantamine matrem.
Tardat anus dominum dilata morte secundum.
Nec formido malum : falluntur publica jura.
Lex armata sedet, sed nescit crimen operum,
180 Aut, si res pateat, iudex corrumpitur auro.
779 Rara reos justa percellit pœna securi.
Sed quid ego hæc meditor? revocat Deus ecce
[severa
Majestate minax : negat interitura meorum
Per mortem momenta operum. Non occidet,
[inquit,
B 185 Interior, qui spirat, homo : luet ille perenne
Supplicium, quod subjectos male rexit artus.
Nec mihi difficile est liquidam circumdare
[flammis

COMMENTARIUS.

159. Ald., Mar., Pal., Widm., Gifanius ex vet. lib.,
Alex., Heinsius cum plerisque suis, Weitzius, Sich.
et alii, *spemque in me omnem statuat*, admisso hiato,
quem Prudentio familiarem putat Heinsius. Confer
Gifanium verbo HIATUS. Hunc hiatum cum hoc loco,
tum alibi nonnulli codices fugiunt. Alter Rott., Urb.,
spemque in me statuat omnem. Vat. A, Gis. in textu,
spemque suam in me omnem statuat; ad marg., *spem-
que in me omnem*. Fabr., *omnem spemque in me sta-
tuat*. Gis. 1 ed., *in me spemque omnem statuat*.
160. Ald., Gis. 1 ed., *sunt*: æternum mea dona
manebunt. Alii plerique, *longoque die mea dona tra-
henda*. Fabr., Gis. 2 ed., *longoque die mea dona ma-
nebunt*.
161. Egm., *qui fortis*. Mar., et *acris*; supra, *acer*.
162. Rat., *breve quidve*.
168. Vide Apost. I Cor. xv, 19 et 52. Cicero 1 De
legibus. *Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil
timet, nisi testem et judicem?* Vide quæ contra Bai-
lium disputat Valsecchius lib. III de Fundamentis D
relig., part. 1, cap. 3, ubi hos Prudentii versus car-
mine Italico reddit.
172. Mar., *fluxus*; Alex. a prima manu, *luxos*;
lege *luxus*.
174. Egm., *habens aliquid*.
175. Rat., *avidis* a prisca manu, male.
178. Weitzius et post eum Chamillardus citant
Bernardum alicubi de corrupto judiciorum usu sui
temporis simili modo edisserentem. *Incisæ sint leges
xii tabulis, et publico ære præfixo jura præscripta sint* :
inter ipsa jura peccatur, etc.; qui locus quærenti mihi
non occurrat. Incidit post: a in hæc ipsa verba, non
apud Bernardum, sed apud Cyprianum epist. 1 ad
Donatum, ubi ita ait: *Incisæ sint leges duodecim ta-*

176. Longævam, *vetulum*. — Magico, *veneno*, I.
177. Tardat, *quoniam*. — Anus, *vetula m̄a'er*. —
Dominum, *hæredem, id est filium vel vitricum*. — Di-
lata, *diu vivendo*, Iso.
178. Formido, *timeo facere*. — Falluntur, *mea
fraude*, I.
179. Armata, *ad puniendum*, I.
180. Si, *scilicet contigerit, ut*, I.
181. Percellit, *interficat*, I.
182. Meditor, *narro*. — Revocat, *ab hoc facto pro-
hibet me*. — Severa, *aspera*, I.
184. Monumenta, *memorias*, I.
185. Luet, *persolvat*, I.
186. Quod, *eo quod*, I.

bulis, et publice ære præfixo jura præscripta sint : *inter
leges ipsas delinquitur, inter jura peccatur*. Weitzius
pro Cypriano Bernardum appellavit, quod non semel
illi accidit. Chamillardus Weitzium sine ullo examine
in hujusmodi auctoritatibus exscribendis sequi solet,
quæ mihi causa fuit, ut alias nunc omittam, cur
inopportuno judicaverim editionem ad usum Del-
phini recudere.

179. Barthius, lib. II Advers., cap. 17, ad hunc
versum illustrandum notat, Trebellium Pollionem in
præfatione dixisse, *Imperatoriam majestatem non so-
lum armis decoratam, sed et legibus oportet esse arma-
tam*. Juretus, in notis ad epist. 13 lib. II Symmachi,
multa in eandem sententiam congerit, quod *minari
leges sæpe dicuntur, tanquam affectu moveantur*.
Inde *terrores legum*, et apud Prudentium in Romano
vers. 203, *Laqueis minacis implicatus Juliæ*. Constan-
tinus in l. 51 ad leg. Juliam de Adult. *insurgere
leges, et armari jura gladio ultore scripsit*; Marius
Victor eodem respicit lib. II Comm. in Gene., *Ar-
matae leges gladiis, et vindice ferro*.

184. Rat., Mar., Weitz., Gis. cum aliis, *moni-
menta vel monumenta*, quod in Tornæs. repertum
unice verum visum est Gallandio. Alex., Urb., Egm.,
Pal., Thuan., prior Boher., Ald. et Heins., *momenta*.
Ald., Weitz., Mar., Rat., Vat. A, *occidit*. Gis. et ple-
rique Heinsiani *occidet*.

185. Ald., Vat. A a prima manu mendose, *qui spe-
rat*. Mar. a prima manu *luat*, recte correctum per
luet. Vide Matth. III et V.

187. Cur anima vocetur *liquida* et quo sensu, di-
ctum abunde in prolegom. cap. 15 contra nugas ca-
noras Baillii.

- Naturam, quamvis perflabilis illa feratur
More noti : capiam tamen, et tormenta adhi-
[bebo
190 Ipse incorporeus, ac spirituum sator unus.
Quin et corporibus parilis consortia pœnæ
Decernam : possum quoniam renovare favillas
Antiquam in faciem; nec desperanda potestas.
Quî potui formare novum, reparabo perem-
[ptum.
195 **780** Non desunt exempla meæ virtutis : in
[ipsis
Seminibus natura docet revirescere cuncta
Post obitum : siccantur enim pereunte vigore,
Quo vixere prius, tunc sicca, et mortua sulcis,
Aut foveis mandata latent, et more sepulcri
200 Obruta, de tumulis redivivo germine surgunt. B
Nunquid nosse potes, vel conjectare, quis istud
Tam solers opifex struat? aut quæ vis agat in-
[tus?
Nil vos, o miseri, physicorum dogmata fallant.
En ego gignendi dominus, ac restituendi,
205 Quod periit, fluxitque, potens : arentia quæque
In veteres formas aut flore, aut fronde reduco.

GLOSSÆ VETERES.

188. Naturam, animam, Iso.
189. Noti, venti, I.
191. Peremptum, mortuum, I.
197. Siccantur, semina. — Vigore, humore, I.
198. Quo, vigore, I.
202. Solers, sapiens. — Agat, vivat, ducat, I.
203. Physicorum, naturas rerum tractantium, I.
209. Mihi, a me. — Rependat, persolvat, I.
211. Quacunque, aut ad bonum, aut ad malum, I.
212. Viget, vivit. — Substantia, corporis et ani-

- ma, I.
215. Halantis, spirantis, I.
216. Numerosa, multa, I.
218. Suppeditat, subministrat, I.
219. Gravi, onerato, I.
221. Graia, Græca. — Pallade, Minerva, I.
222. Lucinas, natales, a luce, in lucem venientes, I.
Lucidas, Mar.
224. Sobolem, filios, I.

COMMENTARIUS.

188. Alicubi, perstabilis, perperam, pro perflabilis.
189. In Rat. videtur fuisse adhibentur, recenti manu factum adhibebo.
190. In Thuan., spirituosus, quod Heinsius affirmat esse pro spiritibus. Ego puto mendum pro spirituum.
191. Ald., parili consortia pœna.
192. Advertit Mariettus sumi favillas pro cinere, in quo permixtæ latere solent : nam infra ait poeta surgat et ex cinere. Alibi a nobis notatum, cinerem et favillam accipi pro quovis minuto pulvere, in quem corpora defunctorum etiam non combusta rediguntur.
193. Mar. scribit desperanda.
194. Aldus male distinguit : Qui potui formare, novum reparabo peremptum. De resurrectione consilia alii dixerunt. Lactantius lib. vii, cap. 23 : Si a principio Deus hominem nescio quo inenarrabili modo instituit : credamus, ab eodem restitui veterem posse, qui novum fecit. Minucius in Octavio : Cæterum quis tam stultus aut brutus est ut audeat repugnare, hominem a Deo, ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? nihil esse post obitum, et ante obitum nihil fuisse : sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari? Exemplum etiam seminum, quæ non nisi corrupta revirescunt, profert Minucius. Innumeri alii idem argumentum versant. Vide Cath. hymn. 10, vers. 121.
203. Ald., Alex., ne vos. Alii, nil vos. Egm. et Pat., ad vos : opinatur Heinsius at vos. Teolius ita distinguit, nil vos, o miseri; physicorum dogmata fallant, nisi forte erravit typographus, quod libenter credo, Barthius lib. xi Adv., cap. 21, admonuit a Prudentio *physicos* vocari gnaros scientiæ naturalium rerum, medicos ad extremum hoc nomine vocatos.
205. Ald., Gis. 1 ed., Gall. cum vet. edd., siccissima quæque.
206. Ald. contra metrum, aut flores.
209. Gifan. in PROMERITA, ut jam dixi, Alex., Urb., promeritis, conjunctim. Egm. depravate, reprendat.
213. Sich. ita verba in hoc et seq. versu trajicit, Sit memor artificis proprii, veneretur, et oret Auctorem submissa suum.
216. Mar. perperam a prima manu, gubernat.
218. Mar., ast : ita Rat., sed pro div. script. aut. Weitzius etiam ast, quod tenent Alex. et Urb.; sed in Alex. videtur præterea esse aut. Gis., Heins. et recentiores, aut. Ald., Torn. et alii vulgati, haud, quod solum probat Gallandius.
220. Osee ii, 8 : Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, etc.
222. Juno Lucina dicebatur, quia partui præesse credebatur, a luce vitali. Diana quoque Lucina simili de causa vocabatur. Turnebus, Advers. num. 590, horas lucis et vitæ a Prudentio lucinas appellatas ait esse ipsa novitate admirandum et insigne. Salmasius, pag. 66 in Ælium Spartianum, ait lucinas dici, ut colossus pro colosseum, aurus pro aureus, electrum pro electrum, et similia. Sicut non Pallas, sed Deus oleum hominibus præstat, sic Deus ipse, non Juno, nascentibus horas lucis tribuit.
224. Rat., Mar. a prima manu, Widm. a prima manu, Bong. a secunda manu, Weitz., gignere habet. Ald., Gis., Heinsiani, Alex., Urb., Vat. A, gignere amat.

225 Quem vos lascivis violatis amoribus ignem, A
Et stupra vestra deæ Veneris prætexitis umbra.
Unus ego hæc elementa rego, nec mole labo-

[ris,

782 Ut miser, infirmusve aliquis fragilisque
[fatigor.

Lux immensa mihi est, et non resolubilis ætas,

250 Sensibus et vestris haud intellecta vetustas.

Inde ministeriis ad tot moderamina mundi

Non egeo, nec participes, sociosve requiro.

Porro autem angelicas legiones, quas mea fecit

Dextera, nosse meum est, et quæ natura crea-

[lis

255 Subsistat, qualesque mihi servantur ad usus.

Tu, me præterito, meditaris numina mille,

Quæ simules parere meis virtutibus, ut me B

GLOSSÆ VETERES.

225. Ignem, amorem; minna, I.

226. Umbra, adumbratione, I.

250. Vetustas, æternitas, I.

251. Inde, deinde, I.

254. Creatis, rebus, I.

256. Tu, o *Symmache*.—Præterito, neglecto, prætermisso, derelicto. — Numina mille, dicebant namque hæretici, *Symmachus et alii*, unum tantum esse summum Deum, qui imperat terræ, mari et cæteris elementis, I.

COMMENTARIUS.

225. De voce glossæ *minna* dictum ad vers. 117, lib. I.227. Alex., Egm., Widm., Bong., Weitz., scripti Heinsiani, Sich., Vat. A, Mar., Rat., *Unus ego elementa*. Gis. 1 ed., Urb., Cauch., *Unus ego hæc elementa*. Gis. in textu 2 ed., Fabr. *unus ego ipse elementa*. Weitzius non bene allegat Aldum pro sua lectione: ediderat quidem Aldus *unus ego elementa*, sed emendavit *unus ego hæc elementa*. Non placet hiatum cum Heinsio et recentioribus toties admittere.228. In vulg., *aut miser, male*.229. Jureti codex, Ald., Egm., Pal., scripti apud Heinsium, excepto altero Rott., Alex., Urb., Vat. A, *et non resolubilis ætas*. Mar., Rat., Gis., Weitz., *nec morte solubilis ætas*.251. *Ministeria* pro ipsis ministris.254. Oxon., *et quam natura creatis*.255. Vat. A, *servatur ad usus*.256. Jureti codex *nomina mille* minus bene. Isonis interpretatio non placet: nam Prudentius ait, a Symmacho unum verum Deum præteriri, et numina mille fingi, in quæ virtutes Dei divideret, adeoque Deum ipsum per varias partes minueret. Non ergo Symmachus aiebat plura illa numina uni Deo esse subjecta, aut unius simplicis Dei esse virtutes, quod putare videtur Cudworthus, de quo supra ad vers. 58. Sed Prudentius arguit omnia illa commentitia numina non esse vere numina, sed esse virtutes unius Dei, qui simplex est, neque in varias partes scindi potest. Virtutes autem Dei non sunt reipsa plures, sed, ut cum theologis loquar, virtualiter tantum aut formaliter inter se distinguuntur. Summa argumenti hæc est: Divinitas una est, simplex, indivisibilis, non ergo plura sunt numina inter se divisa, adeoque virtutes illæ quas deas vocant gentiles non debent coli tanquam numina diversa, sed unus colendus est Deus, qui virtutum omnium caput et fons est. Petavius tom. I, lib. II, cap. 2, paulo aliter errorem gentilium explicat, dum simplicitatem divinæ naturæ ex hoc loco astruit: *Prudentius hanc ipsam theologiam rationem poetico lepore condidit in secundo libro contra Symmachum, ubi gentilium castigat inscitiam, qui virtutes Dei varias*783 Per varias partes minuas: cui nulla re-
[cidiPars, aut forma potest: quia sum substantia
[simplex,240 Nec pars esse queo. Solis divisio rebus
Compositis, factisque subest: me nemo creavit,
Ut scindi valeam, eunctorum Conditor unus.Crede, quod ex nihilo formavi, pars mea non est,
Quare age, mortalis, soli mihi construe templum,245 Meque unum venerare Deum, cæmenta remitto,
Et quæ saxa Paros secat, et quæ Punica rupes,
Quæ viridis Lacedæmon habet, maculosaque
[Synna.

Nativum nemo scopuli mihi dedicet ostrum.

Templum mentis amo, non marmoris: aurea
[in illo

257. Parere, splendere: pareo, ex quo appareo, I.

258. Cui, mihi, I.

244. Age, adverbium, o homo, I.

246. Paros, insula, ubi invenitur purius lapis candidissimus. — Punica, Africana, I.

247. Lacedæmon, mons. — Synna, civitas, ubi nascitur marmor-varii coloris, I.

248. Ostrum, purpuram, Iso.

249. Aurea, colorem auri habentia, I.

minutalim ac separatim colebant, quasi partes illius: Tu me præterito, etc.

257. Widm. supra, *simulas*. Hoc loco parere non est obedire, subijci, quæ secunda est significatio verbi pareo. Iso ait splendere; sed proprie est inesse, adesse, præsto esse, ex qua prima significatione verbi pareo oritur altera obediendi. Symmachus ergo simulabat seu fingebat, numina inter se distincta virtutibus divinis, quæ vere distinctæ non sunt, inesse, sive eis divinitatem divisam inhærere. Sed, ut dixi, varia erat gentilium theologia.242. Rat. perperam, *valeat*, a prima manu.

243. In Rat. hic versus et tres alii seqq. recenti manu sunt descripti.

245. Jureti codex *cæmenta remitte*.246. Egm., Jureti codex, *rupis*, more antiquo, ut alibi *famis, luis*. De luxuria veterum in marmoribus vide Savaronem ad Sidonium, pag. 109. Prudentius quinque marmorum genera recenset, *Parium* candidum, *Punicum* flavum, *Synnadicum* maculis distinctum, *Lacedæmonium* viride, et *Ægyptium* purpureum, quod poetice vocat *nativum scopuli ostrum*: quo intelligitur porphyrites, cujus nominis causa, quod *rubeat ut purpura*, ait Isidorus lib. XVI Orig., cap. 5, quem vide, uti etiam Plinium lib. XXXVI, a cap. 5 usque ad 8. Diversa marmorum genera Statius in Silvis passim describit. Eisdem marmorum species exstare adhuc in templorum ornamentis Romæ et Senis jam pridem observavit Fabricius, et mirantur exteri.247. Aldus, ne postrema in *Lacedæmon* brevis elferretur, versum licenter mutavit, *Quæ maculosa tenet Synna, et viridis Lacedæmon*. In Urb., *Et quæ viridis Lacedæmon habet*, abundat et. Rat., *quæ viridis Lacedæmon habes*. Alii scribunt *Synna*, alii *Sinna*. Heinsius ait, omnino scribendum *Synnas*, ut habet cum Cauchio pro div. script. Thuan. Martialis quidem, et Juvenalis *Synnas* dicunt, sed non video cur non possit utroque modo dici, ut in aliis nominibus propriis, præsertim e Græco petitis, accidit. Iso ait Lacedæmonem esse montem: cur non potius urbs Peloponnesi, Menelai regia?248. Vat. A, corrupte *decidet ostrum*.

249. Hæretici hæc aliaque similia verba avide ar-

- 250 **784** Fundamenta inane fidei : structura nivali A 265 Restituendus erat milimet : submissus in illum
 Consurgit pietate nitens ; tegit ardua culmen
 Spiritus ipse meus descendit, et edita limo
 Justitia interius : spargit sola picta rubenti
 Viscera divinis virtutibus informavit.
 Flore pudicitia : pudor almus et atria servat.
 Jamque hominem assumptum summus Deus in
 Hæc domus apta mihi est, hæc me pulcherrima
 [sedes
 Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.
 255 Accipit, æterno, cœlestique hospite digna. 270 Scire velim, præcepta Patris quibus auribus
 Nec novus hic locus est : fluxit mea gloria in
 [hæc tu
 [artus,
 Et lux vera Dei : Deus illustravit alumnam
 An veterem tantum morem ratione relicta
 Materiem, corpusque parens habitabile fecit
 Elgis, et dici id patitur sapientis acumen,
 Ipse sibi, placito ut posset requiescere templo.
 Ingeniumque viri? Potior mihi pristinus est
 260 Condideram perfectum hominem, spectare su-
 [mos,
 [perna
 275 Quam via justitiæ ; pietas quam prodita cœlo,
 Mandaram, totis conversum sensibus in me
 Quamque fides veri, rectæ quam regula sectæ.
 Recto habitu, celsoque situ, et sublime tuentem : B
 Sed despexit humum, seque inclnavit ad orbis
786 Si, quidquid rudibus mundi nascentis
 [in annis
 Mos habuit, sancte colere, ac servare necessa
 [est,
785 Divitias, pepulitque meum de pectore
 [omen.

GLOSSÆ VETERES.

251. Consurgit, in illo. — Pietate, sanctitate, I.
 252. Sola, pavimenta, I.
 253. Pudor, castitas, I.
 256. Gloria, divinitas, filius Mariæ virginis, I.
 257. Alumnam, nutricem, I.
 258. Parens, pater, creator, I.
 261. Viribus, sensibus, I.

267. Informavit, docuit, I.
 270. Tu, apostrophe ad Symmachum, I.
 271. Censor, judex, I.
 274. Potior, ex persona Symmachi, Rat.
 275. Pietas, deitas. — Proditā, manifestata, I.
 277. Rudibus, novis, I.

COMMENTARIUS.

ripiunt, ut contra ornatum cultumque templorum declament. At quam inepte? Ex Prudentio enim potius arguitur, bene hæc duo cohærere, quod præcise templum mentis amet Deus, et quod nihilominus honestum sanctumque sit templa marmoribus auroque ornare, siquidem Prudentius idem sæpius meminit cum laude marmorum et divitiarum, quibus templa Christianorum splendebant, ut cernere licet in hymnis S. Eulaliæ, S. Hippolyti, et SS. Apostolorum Petri et Pauli.

252. Ald. male interpungit *Justitia : interius spargit : sola picta rubenti*, etc. Gifanius in e breve legit, et distinguit *interius spargit sola picta rubenti Flore pudicitia : pudor almus et atria servat* ex vet. cod. opt., quod elegantissimum dicit. Et in Alex. quidem est *pudicitia*, et Prudentianum est brevem sæpe ratione cæsurae producere. Alii plerique legunt et distinguunt *interius spargit sola picta rubenti Flore pudicitia pudor almus, et atria servat*. Concinnior est lectio Gif. et Alex. Multi distinguunt *justitia : interius*.

257. Ald., Fabr. *ut lux*; melius *et lux*.

258. Ald., Vat. A, Mar. et, ut videtur, factum a secunda manu, Alex., *corpusque parans*. Vat. A, Egm., Widm. ad oram, *dubiabile*, minus bene pro *habitabile*.

259. Rat. a prima manu male, *poscit*. Idem supra, D Alex., Urb., *possit*, quod Weitz., Heins. alique recentiores tenuerunt. Alii, etiam Gifelinus, *posset*, neque discrepantiam scripturæ Heinsius observavit. Quod Teolius *placido* pro *placito* ediderit, mendum puto, non lectionis varietatem.

260. Eandem sententiam præter Ov diuini et Juvenalem Minucius in Octavio exponit.

261. Weitzius cum Widm. ad oram, Gis., Fabr., *viribus* pro *sensibus*, minus bene. Glossa potius est diversa lectio.

262. Widm. supra, *sublime tuendum*.

263. Fabr., *respexit humum*. Alii, *despexit* vel *dispexit*, ut scribunt Egm., Pal., Oxon. Hucusque habet Marietti exemplar, *Omnium*, inquit ipse, *optimum, et correctissimum, quæ hucusque viderim*.

265. De homine loquitur, ad quem reparandum missus est Filius Dei.

266. Exprimit verba angeli ad Mariam Lucæ 1, 35 : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Iso exponit : *INFORMAVIT, docuit*. At hic sermo est de visceribus limo editis, seu de corpore, quod Filius Dei assumpsit; vel intelligi etiam potest poni a Prudentio pro illis verbis : *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Verbum Dei a Prudentio aliisque interdum *Spiritum* vocari, quia emanat a Patre, alibi a nobis notatum. Explicatio verborum Lucæ similis huic Prudentianæ a multis veteribus traditur, ut a Justino martyre, Tertulliano, Ambrosio, Hilario, quos nonnulli recentiores sequuntur. Aiunt hæc verba *Virtus Altissimi obumbrabit tibi* repetitionem esse præcedentium, et utrisque significari, Spiritum, Dei filium, in Virginem descendisse eamque obumbrasse. Consue Comment. Calmeti. Prudentius in Dittoch. vers. 99 simili modo : *Sanctus te Spiritus, inquit, Implebit, Maria : Christum paries, sacra virgo*.

268. Hanc locutionem *hominem assumptum* alibi defendimus.

270. In Vat. A desideratur vox *Patris*.

272. Ald., Alex., *veterum tantum morem*. Antea, vers. 69, similis occurrit varietas : *Allegat morem veterum* seu *veterem*. Bong. et Widm. a prima manu *tantummodo rem*, minus bene, pro *tantum morem*. In editione Basileensi 1540 lego etiam *tantummodo rem*, neque Sichardus aliam scripturam margini apposuit, ut solet. Recmanus, cap. 6 *Manuduct. ad ling. Lat.* non videtur aliam lectionem in editis observasse : nam ex ms. suo verius corrigendum ait *an veterem tantum morem*.

273. Heinsius cum Thuan. omittit et omittendum ait *id post dici*. Mihi non videtur supervacaneum esse *dici id patitur*, quamvis recentior s Heinsio adhæreant.

276. Post hunc versum verba Symmachi hæc solent interseri : *Suus cuique mos, suus cuique ritus est. Jam si longa ætas auctori atem religionibus faciat, servanda est tot sæculis fides, et sequenti sunt nobis parentes, qui feliciter secuti sunt suos*. Vat. A incipit *Jam si longa ætas*. Rat., *Suus cuique mos, suum cuique jus est*. Ita etiam Sichardus. Vat. A, *sunt nobis feliciter parentes*. Rat., *sunt parentes*.

Omne revolvamus sua per vestigia sæclum A
 280 Usque ad principium : placeat damnare gradatim,
 Quidquid posterius successor repperit usus.
 Orbe novo nulli subigebant arva coloni.
 Quid sibi aratra volunt ? quid cura superflua
 [rastri ?
 Ilignis melius saturatur glandibus alvus.
 285 Primi homines cuneis scindebant fissile lignum :
 Decoquat in massam fervens strictura secures
 Rursus, et ad proprium restillet vena metallum.
 Induvias cæsæ pecudes, et frigida parvas

GLOSSÆ VETERES.

279. Vestigia, per singula, I.
 280. Damnare, derelinquere. — Gradatim, per ordinem, paulatim, Iso.
 281. Posterius, postea. — Repperit, usque huc, I. B
 282. Subigebant, fodiebant, arabant, I.
 284. Ilignis; quernis, ab ilice, I.
 286. Strictura, massa ferri calidi, I.
 287. Restillet, reliquetur, I.
 288. Induvias, indumenta. — Cæsæ pecudes, pelles, I.
 291. Immanes, feroces. — Feritate, populi. —

COMMENTARIUS.

279. Ex Virgilio Georg. II, vers. 402 : *Atque in se sua per vestigia vivitur annus.*

281. Cicero I Acad. Quæst., *Recentissima quæque sunt correctæ et emendatæ maxime.* Virgilius, II Georg., vers. 22, *Ipse via sibi repperit usus.*

282. Idem ex Virgilio I Georg., *Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.* Vocat orbem novum, ut vers. 338 et seq., *terras recentes. vacuum orbem.*

283. Chamillardus advertit poetas hoc vocabulo *rastrum* uti pro instrumento fossorio, imo Plinium et alios. Sic etiam Suetonius in Nerone : *Primus rastello humum effodit.* Vide comment. ad vers. 639 lib. I.

284. Glandes dicuntur *quernæ* a *quercu*, *ilignæ* ab ilice. De *quernis* Virgilius, de *ilignis* Horatius satira 4, lib. I, *Umbæ et iligna nutritus glande.* Glandibus primos homines vesci solitos, passim veteres narrant.

285. Hoc etiam ex Virgilio I Georg., *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.* Prudentius Symmachum coarguit adducta narratione moris veteris, qualem gentiles ipsi describebant; cum tamen constaret, prudenter homines ab illo recessisse.

286. Virgilius lib. VIII, *Stricturæ chalybum.* Vide glossas. Vat. A et Jureti codex, *securim* pro *secures.*

288. Egm., *induvias*; corrige *induvias.* E Lucretio lib. V et Juvenali sat. 6 hæc repetita sunt. Lucretius : *Sic odium cepit glandis, sic illa relicta Stra a cubilia sunt herbis et frondibus aucta. Pellis item cecidit, vestis contempta ferina est.* Juvenalis : *Cum frigida parvas Præberet spelunca domos.* Arnobius contra gentiles hoc idem argumentum promovebat lib. II : *Quid enim si hæc modo culpam velimus insigere prioribus illis, atque antiquissimis sæculis, quod inventis frugibus glandis spreverint et repudiaverint arbuta, quod corticibus contegi et amiciri desierint pellibus, postquam vestis excogitata est textilis, usu et commoditate succinctior, aut quod structis domibus et cautioribus successibus institutis, non antiquas adamaverint casulas, nec sub rupibus et cavernis præoptaverint, ut belluæ, permanere? Vide Elmenhorstium ad hunc locum pag. 61.*

290. Bong. *hirsutis*, sed adfuisse aliud, demonstrat rasura. Vat. A, *hircos* pro *hirtos*, mendose.

293. Vat. A, corrupte, *immemores redeant.*

294. Juretus monet lectionem cujusdam schedæ *Scythica juvenis feritate* deteriorem esse : nam ironice pietas hic nominatur, ut in fine libri Vestalium *pudor almus et expers sanguinis.* Vat. A scribit *Scythica*, Rat. *Scithica.* Idem Rat., *vigetum* pro *vietum*, cum Bong., Widm., de quo alibi. Crudelitas Scytharum nota est : a parentibus vix, ac ne vix quidem abstinebant; eos certe jam defuncto devorabant. Duo hic quæri possunt, an vere Scythæ patres suos senes e ponte præcipitarent, et an hic mos aliquando apud Romanos invaluerit. De Scythis affirmat Fortunatianus lib. II Artis rhetoricæ : *Mos, aut, apud Scythas fuit, ut sexagenarii per pontem mitterentur. Scythæ Athenis sexagenarium patrem per pontem dejecit : reus est parricidii. Hic enim se dicit gentis suæ more fecisse.* Romanis proverbium erat *Sexagenarios de ponte dejicere.* Festus narrat ex Manilio, sexagenarios olim e ponte dejici, quod aborigine, qui primi Romam incoluerint, hominem sexagenarium immolare quotannis Diti patri soliti fuerint; postea institutum, ut scirpeæ hominum effigies de ponte in Tiberim mitterentur. Addit ex aliis, post Urbem a Gallis captam ob inopiam cibatus, ceptos sexaginta annorum homines jaci in Tiberim. *Sed exploratissimum, inquit, illud est cavæ, quo tempore primum per pontem cæperunt comitiis suffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte dejicerentur sexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent imperatorem : cujus sententiæ est etiam Simnius Capito; vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato.* Videtur Festus negare vere e ponte in flumen sexagenarios fuisse dejectos : quod confirmant alii ex Varrone apud Nonium Marcellum. Prudentius innuit sexagenarios e ponte, in quo ferebantur suffragia (nam ab ecclesiasticis scriptoribus suffragia vota dicuntur, unde *pons votivus*) in fluvium fuisse præcipitatos, et respexit ad illud Ovidii V Fast. : *Paris putat, ut ferrent juvenes suffragia soli, Pontibus infirmos præcipitasse senes.* Ovidius aliam relert et sequitur opinionem.

787 Præbebat spelunca domos : redeamus
 [ad antra,
 290 Pellibus insutis hirtos sumamus amictus.
 Immanes quondam populi, feritate subacta
 Edomiti, jam triste fremant, iterumque ferinos
 In mores redeant, atque ad sua prisca recur-
 [rant.
 Præcipitet Scythica juvenis pietate vietum.
 295 788 Votivo de ponte patrem : sic mos fuit
 [olim.
 Cædibus infantum fument Saturnia sacra,

Subacta, superata, I.

292. Triste, adverbium. — Ferinos, quia singuli sicut ut feræ tunc habitabant, I.

293. Prisca, opera, I.

294. Scythica, *Scythia regio est in qua filii patres de collibus vel de pontibus altis in mare præcipitabant, præveniendæ mortem illorum, puta (forte putando) pietatem esse; vel etiam comedebant, præstando eis tam pia sepulcra.* — Vietum, senem unumquemque, viribus privatum, I.

295. Votivo, quia voluntas patris erat, I.

rum nota est : a parentibus vix, ac ne vix quidem abstinebant; eos certe jam defuncto devorabant. Duo hic quæri possunt, an vere Scythæ patres suos senes e ponte præcipitarent, et an hic mos aliquando apud Romanos invaluerit. De Scythis affirmat Fortunatianus lib. II Artis rhetoricæ : *Mos, aut, apud Scythas fuit, ut sexagenarii per pontem mitterentur. Scythæ Athenis sexagenarium patrem per pontem dejecit : reus est parricidii. Hic enim se dicit gentis suæ more fecisse.* Romanis proverbium erat *Sexagenarios de ponte dejicere.* Festus narrat ex Manilio, sexagenarios olim e ponte dejici, quod aborigine, qui primi Romam incoluerint, hominem sexagenarium immolare quotannis Diti patri soliti fuerint; postea institutum, ut scirpeæ hominum effigies de ponte in Tiberim mitterentur. Addit ex aliis, post Urbem a Gallis captam ob inopiam cibatus, ceptos sexaginta annorum homines jaci in Tiberim. *Sed exploratissimum, inquit, illud est cavæ, quo tempore primum per pontem cæperunt comitiis suffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte dejicerentur sexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent imperatorem : cujus sententiæ est etiam Simnius Capito; vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato.* Videtur Festus negare vere e ponte in flumen sexagenarios fuisse dejectos : quod confirmant alii ex Varrone apud Nonium Marcellum. Prudentius innuit sexagenarios e ponte, in quo ferebantur suffragia (nam ab ecclesiasticis scriptoribus suffragia vota dicuntur, unde *pons votivus*) in fluvium fuisse præcipitatos, et respexit ad illud Ovidii V Fast. : *Paris putat, ut ferrent juvenes suffragia soli, Pontibus infirmos præcipitasse senes.* Ovidius aliam relert et sequitur opinionem.

296. De infantibus, qui Saturno propter odium Jovis immolabantur, legendus est Lactantius lib. I, cap. 21, Tertullianus in Apolog., aliique. Arnobius lib. II : *Ante adventum in Italiam Herculis cum cæ Apollinis monitu patri Diti ac Saturno humanis capitibus supplicaretur, et hunc similiter morem non fraude callidula, et nominum ambiguitate mutastis? Hoc sacrificium in nonnullis Africa partibus peragi solitum plerique tradunt, nominatim Minucius, cujus commentatores plura de eo congerunt. Idolum Moloch, de quo sæpe mentio occurrit in sacris Litteris, et cui Ammonitæ filios filiasque cremabant, idem est ac Saturnus, si Saturnus est sol, ut Servius et Macro-*

Flebilibusque truces resonent vagitibus aræ. A 305
 Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo :
 Sic tradunt habitasse Remum. Regalia feno
 300 **789** Fulcra supersternant, aut pelle Libysti-
 [dis ursæ
 Compositam chlamydem villosa corpore gestent :
 Talia Trinacrius ductor, vel Tuscus habebant.
 Roma antiqua sibi non constat versa per ævum,
 Et mutata sacris, ornatu, legibus, armis ;

Multa colit, quæ non coluit sub rege Quirino :
790 Instituit quædam melius, nonnulla re-
 [fugit,
 Et morem variare suum non destitit, et, quæ
 Pridem condiderat jura, in contraria vertit.
 Quid mihi tu ritus solitos, Romane senator,
 310 Objectas, cum scita patrum, populique fræ-
 [quenter
 Instabilis placiti sententia flexa novarit ?

GLOSSÆ VETERES.

298. Texat, *legat*, I.
 300. Fulcra, *sedilia*. — Libystidis, *Africanæ*, I.
 301. Villosa, *intonso*, I.
 302. Talia, *scilicet indumenta*. — Trinacrius, *Siciliensis*, vel *Sicilius Acestes*. — Tuscus, *Evander*, I.
 303. Constat, *non stabilis est*. — *Ævum*, *ætatem*, I.

304. Sacris, *cum sacris*, I.
 305. Quirino, *Romulo, a Quirino monte*, I.
 306. Nonnulla, *multa*. — Refugit, *vitavit*, I.
 309. Ritus, *mores*. — Senator, *Symmachus*, I.
 310. Scita, *constituta, vel constitutiones*, I.

COMMENTARIUS.

bis docent : quanquam volunt aliqui, infantes in honorem Moloch non combustos, sed per ignem tantum traductos.

299. Prior Rott., *habuisse Remum* : et notat Heinsius *habuisse esse pro habitasse*. Potest etiam intelligi, *Sic tradunt Remum habuisse casam*. Remus pro Romulo ponitur, ut apud Propertium lib. II, el. 1 : *Quo gradibus domus ista Remi se sustulit, olim Unus erat fratrum maxima regna focus*. Certe apud poetas non raro Remus pro Romulo accipitur, et alii qui soluta oratione scribunt, non Remi, sed Romuli casam dicunt. Veteres de hac Romuli casa sæpe mentionem injiciunt. Valerius Max. lib. IV, cap. 4 : *Per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, et æternos Vestæ focos, fictilibus etiamnum vasis contentos, juro*, etc. In Controversiis sub Senecæ Patris nomine lib. I, contr. 6 : *Inter hæc tam effusa mœnia nihil est humili casa nobilius*. Gothofredus legendum putat *Romuli casa nobilius*. Ejusdem meminerunt Ovidius lib. III Fast., Vitruvius lib. II, Seneca filius in Consol. ad Helviam cap. 9, Macrobius I Saturnal., Martialis lib. VIII, Barthius lib. XXII Advers., cap. 4, Prudentium ad Romuli casam alluisse confirmat, et S. Hieronymi verba e præfatione ad libros Didymi de Spiritu sancto profert : *Illico ego velut postliminio Hierosolymam sum reversus, et post Romuli casam, et ludorum Lupercalia diversorium Mariæ, et Salvatoris speluncam aspexi*. Allegat idem Barthius Tacitum Annalium XV de eadem casa : *Numæque regia, et delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani exusta*. Verum quæram a Barthio, quo pacto Romuli casa tempore S. Hieronymi visabatur, si Neroniano incendio fuit combusta ; nam *penates populi Romani* explicat casam Romuli. Verius igitur puto, a Tacito intelligi templum penatium deorum, quos aiunt ab Ænea olim in Italiam advectos, nisi malis intelligere ipsos deos penates in templo Vestæ asservatos. Halicarnasseus lib. I de casa Romuli sic ait : *Vita autem erat eis (Remo et Romulo) pastoralis et operosa : in montibus sæpe ex lignis et arundinibus tuguria figentes, seipsos contegebant ; quorum etiam ætate mea unum superat in angulo ex palatio ad circum divertente*

CASA ROMULI dictum : quod adhuc custodiunt sacrum II, quibus est horum cura, nihil illi magnificentius addentes, sed si laboret aliquid aut per hiemem, aut vetustate, quod reliquum est, munientes, et diruta, quantum possint, similia prioribus restituentes.

300. Widm. scribit *Lybistridis*, Egm. *Libydidis*, Bong. *Lybistidis*. Virgilius lib. VIII : *Stratisque locavit Effultum foliis, et pelle Libystidis ursæ* ; et lib. V : *Horridus in jaculis, et pelle Libystidis ursæ*. Plinius lib. VIII, cap. 36, in Africa gigni ursos negat ; multi, etiam veteres, affirmant, sed nonnulli putant, ursos *Libycos et Numudicos* dictos a Romanis leones. Vide Ruxem ad lib. V Virgilii, vers. 37.

301. Ald., Pal., *villosam*. Egm., *vestent*, Pal.,

B *vestant*, mendose, pro *gestent*.

302. Rat., Gis., *habebat* ; plerique, *habebant*. Cellarius suspicatur hunc Tuscum esse Tyrrenum Iram Lydi, de quo Velleius cap. I. Melius Iso Evandrum intelligit : videtur enim Prudentius duos illos Virgilio versus comprehendere voluisse, quorum alter ad Evandrum, alter ad Acestem refertur. Cellarius ait, Evandrum cis Tiberim condidisse Pallanteum. Vere id quidem ; sed Tuscia vel Hetruria proxime trans Tiberim extendebatur, et ipse Tiberis Tuscus et Tyrrenus sæpe dicitur. Virgilius lib. X de militibus quos Æneæ Evander dedit, ait : *Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris Ænean, armetque rates*, etc. Evander inter alia Æneæ ostendit Janiculum lib. VIII : *Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem : Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen*. Mons autem Janiculus jam exstat in vetere Hetruria. Ex hujus rei ignoratione doctissimi scriptores Historiæ literariæ Hisp. fratres Mohehani difficultatem, quam in Vita Columellæ ipsi creaverant, non satis feliciter explicuerunt. Tomo VIII, qui totus est de Columella, pag. 40 et seqq., quærunt cur Columella prædium Ceretanum in Hetruria, ubi nunc est oppidum Cervetere, possederit, cum ipse præscribat prædia debere esse vicina. Respondent Columellam duorum aut trium dierum itinere potuisse ad agrum Ceretanum se conferre. Putabant scilicet Hetruriam olim isdem terminis contineri, quibus nunc ditio magni Hetruriæ ducis continetur. Alioquin Cere, sive sit Cervetere, aut Cervetri, sive, quod probabilius puto, Ceri (nam Cervetri Agyllam fuisse existimo), in Hetruria quidem veteri situm est, sed ab Urbe tantum viginti quinque millia passuum circiter distat.

303. Prior Rott., *Roma sibi antiqua* : suspicatur Heinsius *Roma sibi antiquum non constat versa per ævum*. Arnobius, lib. II : *Nam si mutare sententiam culpa est ulla vel crimen, et a veteribus institutis in alias res novas voluntatesque migrare, criminatio ista et ad vos spectat, qui toties vitam consuetudinemque mutastis, qui in mores alios atque alios ritus priorum condemnatione transistis*.

307. Vat. A, male, *morem servare*.

311. Rat., Weitz., Gis. ad marg. 1 ed., et in textu 2 ed., Sich., *in tabulis*, quod secutus est Heinsius, quin ullam variantem lectionem adnotaverit. Heinsio consonant recentiores. Ast Jureti codex, Alex., Urb., Ald. alique, *instabilis placiti*, quod Jureto arridet : exprimitur enim inconstantia senatus populique Romani in retractandis legibus ac moribus. Simili modo Tertullianus in Apolog. cap. 4 : *Nonne et vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem et squalentem silvam legum novis principatum rescriptorum et edictorum securibus truncatis et cæditis ?* Vide Theodosii novellam 2 de Invasoribus, et A. Gell. lib. ult. c. 1. In Egm., et Pal. est *novarit* pro *novarit*, in Alex. a prima manu mendose, *nove:it*.

Nunc etiam, quoties solitis decedere prodest, A
Præteritosque habitus cultu damnare recenti,
Gaudemus compertum aliquid, tandemque re-
[tectum,
315 Quod latuit. Tardis semper processibus aucta
Crescit vita hominis, et longo proficit usu.
Sic ævi mortalis habet se mobilis ordo :
Sic variat natura vices. Infantia repit,
Infirmus titubat pueri gressusque, animusque :
320 Sanguine præcalido fervet nervosa juvena :
Mox stabilita venit maturi roboris ætas :
791 Ultima consiliis melior, sed viribus ægra,
Corpore succumbit mentem purgata senectus.
His genus humanum per dissona tempora duxit
325 Curriculis ævum mutabile : sic hebes inter
Primitias, mersumque solo, ceu quadrupes, B
[egit.
Mox tenerum docili ingenio, jamque artibus
[aptum
Noscendis, varia rerum novitate polium est.

Inde tumens vitiiis, calidos adolevit in annos,
330 Donec decocto solidaret robore vires.
Tempus adest, ut jam sapiat divina serenæ
Mentis consilio, vivacius abdita-solers
Quærere, et æternæ tandem invigilare saluti.
Quanquam si tantus amor est, et cura vetusti
335 792 Moris, et a prisco placet haud discedere
[ritu,
Exstat in antiquis exemplum nobile libris,
Jam tunc diluvii sub tempore, vel prius, uni
Inseruisse Deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, vacuoque habitavit in orbe.
340 Unde genus ducit nostræ porrecta propago
Stirpis, et indigenæ pietatis jura reformat.
Sed, quia Romanis loquimur de cultibus, ipsum
Sanguinis Hectori populum probo tempore
[longo
Non multos coluisse deos, rarisque sacellis
345 Contentum, paucas posuisse in collibus aras.
Innumeros post deinde deos. virtute subactis

GLOSSÆ VETERES.

314. Retectum, manifestum, I.
318. Repit, quia rectius non potest ambulare, I.
320. Nervosa, fortis, I.
321. Maturi, perfecti, I.
323. Purgata, purgatam habens mentem, I.
324. His, talibus, I.
325. Curriculis, volutionibus. — Hebes, imprudens, I.
326. Primitias, initia, in infantia. — Ceu quadru-
pes, quando et manibus, et pedibus repit, non rectus
incedere valens. — Egit, ducit vivit, I.
327. Jamque, deinde, I.

328. Politum, nutritum, I.
329. Calidos, in juventute. — Adolevit, crevit, I.
330. Decocto, perfecto. — Robore, fortitudine, I.
332. Vivacius, perspicacius. — Solers, sagax, I.
334. Si tantus, tantum studium est, I.
339. Vacuo, lato, I.
340. Porrecta, extenta, I.
341. Stirpis, naturalis, I.
343. Hectori, Romani, I.
344. Sacellis, templis, I.
346. Virtute, Romanorum, I.

COMMENTARIUS.

315. Juretus videtur non observasse emendatio- C
nem Giselini, qui ediderat quidem damnare recenti,
sed in addendis correxit damnare recenti. Heinsius
simili errore edidit retenti, nec correxit.

316. Elmenhorstius in Arnobium pag. 45 plura de
his ad verba Arnobii Pauperrimæ necessitatis inventa
ex Columella, Virgilio, Lucretio.

318. Hæc omnia mutuatus videtur Prudentius a
Lucretio lib. III, vers. 446 et seqq.

322. Prior Rott., consilii melior, quod eleganter
dictum ait Heinsius, quomodo sæpe utitur Silius Ita-
licus. Mihi elegantius videtur consiliis melior, sed vi-
ribus ægra.

324. Rat., Gis. ad oram, Weitz., fluxit. Alex.,
Urb., Val. A et plerique alii, duxit, scilicet ævum,

325. Ita Alex., Urb., Widm., Weitz., Gis., uterque
Boher., Heins. et alii. Aldus, Vat. A, Bong. a prima
manu, Fabr., Rat. a manu recenti, erasis prioribus,
sic hebes inter Primitias, mersumque solo titubavit, et
instar Quadrupedis pueri lactantia viscera traxit. In Aldo
est versumque pro mersumque. Teolius ait Heinsium D
hæc ut superflua reseuisse; sed reseuerat antea
Giselinus, et post Giselinum Weitzius. Giselinus vero
prolixius, sed non omnino male in impressis ita legi
monuit. Egmondanum pro nostra lectione stare affir-
mat Weitzius, negat Heinsius, qui melius inspexit.

326. Alludit ad ænigma Sphingis, quod solvit OEdi-
pus. Vide Hyginum fab. 77, et Palæphatum lib. I,
cap. de Sphinge. Ænigma erat quodnam esset ani-
mal mane quadrupes, meridie bipes, vespere tripes.
OEdipus hominem esse interpretatus est.

327. Ald., perperam, artibus aptus.

330. Virgilius II Æneid., Solidæque suo stant ro-
bore vires.

334. Sich., Gis. ad oram in utraque editione,
Widm. a prima manu, Bong., Weitz., Alex., Urb.,
Heinsius cum plerisque suis, si tantus amor est. Et

videtur ex Virgilio II Æn. sumptum, Sed si tantus
amor casus cognoscere nostros. Ald., Torn., princeps
Boher., prior Rott., Egm., si tantum studium est, quæ
est Isonis glossa. Gronovius, cap. 5 Observat. ec-
cles. in mss., legi fatetur quanquam si tantus amor est,
sed suspicatur legendum si tibi tantus amor, quia aliud
est vitium metri inexcusabile, et nunquam a Pruden-
tio profectum. Verum jam observavi et aliis poetis
frequens esse brevem syllabam ob cæsuram produce-
re, et hoc ipsum Prudentio esse valde familiare: ne-
que oportuit Gronovium hujus rei esse inscium.

335. Thuan., ut a prisco, male.

339. Virgilius I Georg., vers. 62: Deucalion vacuum
lapides jactavit in orbem.

340. Ald., nostræ ducit.

341. In Rat. a prima manu, indigæ; sed glossa inde
genitæ indicat mendum.

343. Tertullianus Apolog. cap. 25: Nam etsi a
Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum ta-
men aut simulacris, aut templis res divina apud Roma-
nos constabat. Frugi religio, et pauperes ritus, et nulla
Capitolia certantia cælo, sed temeraria de cespite alta-
ria, et vasa adhuc samia, et nidor ex illis, et deus ipse
nusquam. Nondum enim tunc ingenia Græcorum atque
Tuscorum fingendis simulacris Urbem inundaverant.
Adde S. Augustinum de Civit. Dei cap. 12, lib. III, et
cap. 31, lib. IV.

345. Rat., contentum; recte supra, contentum. Gis.
ad oram, paucis. Observat Chamillardus ex Melanthe
et Apollonio veteres selitos suis numinibus, præ-
sertim Jovi, templa in sublimibus locis extruere.
Jovis Latiaris templum in monte Albano fuit collo-
catum: ejus rudera vidimus. Mazochius tom. I
Spicil., pag. 67, excelsa in sacris Litteris idola ap-
pellari ait ab excelsa statura excelsoque loco, et ori-
ginem repetit a turri Babel.

346. Ald., post inde. Minucius: Inde adeo per uni-

793 Urbibus, et claris peperit sibi Roma A
 [triumphis,
 Inter fumantes templorum armata ruinas
 Dexterâ victoris simulacra hostilia cepit,
350 Et captiva domum, venerans ceu numina, vexit.
 Hoc signum rapuit bimaris de strage Corinthi:
 Illud ab incensis in prædam sumpsit Athenis.
 Quasdam victa dedit capitis Cleopatra canini
 Effigies: quasdam, domitis Ammonis arenis,
355 Syrtica cornutas facies habuere tropæa.
 Roma triumphantis quoties ducis incluta cur-
 [rum
 Plausibus exceptit, toties altaria divum
 Addidit, et spoliis sibimet nova numina fecit:

794 Numina, quæ, patriis cum mœnibus eruta,
 [nullum
360 Præsidium pôtuere suis afferre sacellis.
 Cernis, ut antiqui semper vestigia moris
 Gressibus incertis varîe titubasse probentur,
 Asciscendo deos majoribus incomptos,
 Seque peregrina sub religione dicasse,
365 Nec ritus servasse suos? Quodcunque sacro-
 [rum est,
 Exsulat, externumque inimicam venit in Urbem.
795 Frustra igitur solitis, prava observatio,
 [inhæres.
 Non est mos patrius, quem diligis, improba: non est.
 At solers orator ait, iustaliter Urbem

GLOSSÆ VETERES.

351. Signum, simulacrum. — Bimaris, propter duo maria, quibus cingitur. — De strage, sicut Numenius fecit, l.

352. Athenis, Græcis, l.

353. Canini, Anubis, Mercurii. Mercurius capite canino depingitur propter prudentiam sermonis, et cane-

B nihil est sagacius, l.

354. Ammonis, Jovis, l.

355. Syrtica, arenosa. — Cornutâs, propter Jovem, qui cornutus erat, l.

361. Ut, quomodo, l.

363. Majoribus, patribus. — Incomptos, ignotos, l.

COMMENTARIUS.

versa imperia, provincias, oppida videmus singulos sacerorum ritus gentiles habere, et deos colere municipales, ut Eleusinos Cererem, Phrygas Martem, Epidaurios Æsculapium, Chaldæos Belum, Astartem Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, universa Romanos. Tertullianus cap. 10 Apolog.: Nec ego per singulos decurrâ, tot ac tantos, novos, veteres, barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos, proprios; communes, masculos, feminas, rusticos, urbanos, nauticos, militares. Vide lib. i, vers. 180 seqq., et de iis qui texunt catalogos deorum municipalium, Sirmondum ad Sidonium pag. 138.

347. Egm., Widm. supra, viribus, non bene, pro urbibus. Ald., Egm., Widm. supra, Gis., Rat., ex claris; melius et claris.

351. Corinthum bimarem appellant Horatius, Ovidius, Sidonius et alii, quod inter duo maria, Ionium et Ægeum, sita sit: quod epitheton ex simili alio Græcorum Mureto in libris Var. lect. videtur factum. L. Mummius Corinthum evertit: de qua strage Florus lib. ii, cap. 26, ubi narrat, Corinthum æs inde avectum et nominatum: Quia incendio permixtis plurimis stauis atque simulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere. Isidorus lib. xvi Orig., cap. 20, id evenisse ait cum Corinthum Hannibal cepit: sed *μνημονικὸν ἀμάρτημα*, id est Hannibalem pro L. Mummius posuit. In glossa Numenius mendum pro Mummius.

352. Sylla Athenas expugnavit, unde columnas templi Jovis Olympii Capitolinis ædibus advexit. Plinius lib. xxvi, cap. 6, Plutarchus in ejus Vita.

355. De Nasamonibus, gente Syrtica, id intelligi vult Chamillardus, de quibus Curtius lib. iv, sect. 29: Incolæ nemoris, quos Ammonios vocant, dispersis tuguriis habitant.

358. Hæc nova numina videntur esse dii novensiles ex Cincii sententia apud Arnobium lib. iii: Novensiles Piso deos esse credit novem in Sabinis..... Cincius numina peregrina NOVITATE EX IPSA appellata pronuntiat. Nam solere Romanos deos omnes urbium superatarum partim privatim per familias spargere, partim publice consecrare: ac ne aliquid deorum multitudine aut ignorantia præteriretur, brevitatis et compendii causa uno pariter nomine cunctos Novensiles invocari. Alias aliorum de Novensilibus opiniones refert et irridet Arnobius. Tertullianus, laudatus ad vers. 346, etiam deos novos commemorat. Tullius lib. ii de Legibus ait: Separatim nemo habessit deos, neve novos, sed ne advenas, nisi publice ascitos, privatim colunt.

359. S. Augustinus lib. iii, cap. 12, de Civit. Dei, et lib. iv, cap. 31, hac eadem ratione deorum genti-

lium impotentiam ostendit.

364. Notat hoc loco Mariettus (neque a nobis omitendum est) in Rat. semper scribi religione duplici ll. Nonnulli putant non rite id fieri, etiamsi syllaba alioquin brevis producenda sit. Ego autem censeo veteres poetas, ut syllabam brevem producerent, sæpe geminasse consonantem sequentem, et pronuntiasse atque scripsisse repperit, reccidit, religio, et similia.

365. Tertullianus cap. 6 Apolog. Ubi religio? ubi veneratio majoribus debita a vobis? Habitu, victu, instructu, sensu, ipso denique sermone proavis renuntiat. Laudatis semper antiquitatem, et novæ de die vivitis.

366. Vat. A, prior Rott., Cauch., Gis. ad oram, Urb., externumque migrans devenit in orbem, ex quo conjicit Heinsius externamque migrans devenit in urbem; quanquam non illi displicet externum orbem, cum urbem paulo post habeamus. Addit, Possis et EMIGRANS VENIT. Certe in Egmondano EXSULTAT, EXTERNUNQUE MICAM VENIT IN URBEM, in quo veræ scripturæ manifesta apparent vestigia. Quod ego non satis intelligo. Weitzius citat Egmondanum pro externumque migrans devenit in orbem. Heinsius cum plerisque suis scriptis, Weitz., Widm., Bong., Alex., Rat., externumque inimicam venit in urbem. Weitzius pro hac scriptura citat Giselinum, qui tamen legit æternumque inimicam venit in urbem. Gifanius in verbo vestire ex vet. lib. legendum ait externumque pro externorum. Fortasse simili figura Fabricius edidit externamque inimicum venit in urbem, hoc est, inimicum pro inimicorum. Gallandius sequitur communem lectionem Heinsii, sed in Ald., Tornæs. laudat æternumque inimicam, tanquam satis apte ad mentem Prudentii, qui hæc omnia a Tertulliano cap. 25 Apolog. mutuatus est. Recte Tertullianus ibid.: Tot igitur sacrilegia Romanorum, quot tropæa; tot de diis, quot de gentibus triumphis; tot manubiæ, quot manent adhuc simulacra captivorum deorum, et ab hostibus ergo suis sustinent adorari, et illis imperium sine fine dederunt, quorum magis injurias quam adulationes remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt, tam impune læduntur, quam frustra coluntur. Verrius Flaccus narrat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cujus tutelæ ea urbs commissa esset, atque illi eundem aut majorem locum apud Romanos promitti, ut in ejus fragmentis legitur apud Plinium lib. xxviii, cap. 2.

369. Ald., Egm., Pal., Widm. supra, Jureti codex et Rat., sed solers. Alii, at solers. Heinsius edidit sed solers, nihil tamen animadvertens, quamvis a Gisellino discesserit.

370 Sortitam, quonam genio proprium exigat A
[æyūm.
Cunctis nam populis, seu mœnibus inditur, in-
[quit,
Aut fatūm, aut genius, nostrarum more ani-
[marum,
Quæ sub disparili subeunt nova corpora sorte.
Jam primum, qui sit genius, vel qui status illi
375 Competat, ignoro: quid possit, et undē oriatur
Spiritus informis, sine corpore, formave, et
[ulla
Sit species, et quid sapiat, quæ munera curet.
Contra, animas hominum venis vitalibus iñtus
Sic interfusas intelligo, sanguis ut ex his
380 Accipiat motumque levem, tenerumque va-
[porem. B
Unde pererratis vegetet præcordia membris,
Frigida succendat, riget arida, dura relaxet.
796 Sic hominis vitam sibi temperat, atque
[gubernat
Vivida mens: quam tu ficto componere tentas
385 Membrorum genio, qui nusquam est, nec fuit
[unquam.
Quin et corporibus versat mens viva regendis

Summum consilium, fida ut tutacula nudis,
Invalidisque paret, metuenda pericula vitet,
Utile prospiciat, varias agitetur ad artes,
390 Consultet, cui se domino submittat, et orbis
Quem putet auctorem, quem rerum summa
[sequatur.
At tuus hic Urbis genius, dicas, volo, quando
Cœpit adhuc parvæ primum se infundere Romæ,
Fluxit ab uberibus nemorosa in valle lupinis,
395 Infantesque aluit, dum nascitur ipse, gemellos?
An cum vulturibus volitans ignota per auras
Umbra, repentiam traxit de nube figuram?
Culminibus summis sedet, an penetralia servat
797 Instituit mores, et jura forensia condit?
400 An castrorum etiam fossis intervenit? acres
Cogit ad arma viros, lituis ciet, urget in ho-
[stem?
Quæ quis non videat sapientum digna cachinno?
Fingamus tamen, esse aliquam, quæ talis
[curet,
Umbra, sive animam: per quam respublica
[fatum
405 Hauserit, et calidis animetur tota medullis.
Cur non hæc eadem de religione colenda

GLOSSÆ VETERES.

367. Solitis, moribus, rebus, I.
370. Sortitam, accipientem, I.
375. Competat, congruat, I.
376. Spiritus, utrum sit, an sit, I.
377. Munera, officia, I.
379. His, animabus, I.
381. Vegetet, confirmet, sustentet, roboret, I.
382. Succendat, calore, calefaciat. — Riget, mobi-
litate infundat. — Relaxet, molliat, I.
384. Componere, regere, comparare, I.
387. Tutacula, defensacula. — Nudis, membris: nu-
dam rem dicimus, quæ omni parte consilio indiget, I.
389. Agitetur, commoveatur, I.
390. Consultet, provideat, I.
395. Gemellos, nota fabula de vulturibus quos illi

duo fratres Remus et Romulus in initio, cum regnare
cœpissent, de monte Aventino volare viderunt, et fingit
poeta, simul cum ipsis venire genium: deridendo dicit,
puto, tunc primum genium se parvæ Romæ infundere,
cum Remum et Romulum lupa nutrit in valle nemo-
rosa; tunc etiam simul genium nutrit cum illis, I.
C 398. Penetralia, interiora, habitacula, I.
399. Forensia, civilia, publica, I.
400. Acres, fortes, I.
401. Urget, compellit Romanos, I.
402. Digna, esse, I.
403. Fingamus, componamus, I.
405. Hauserit, sumpserit, acceperit. — Animetur,
firmetur, vel vivificetur. — Medullis, in interioribus, I.

COMMENTARIUS.

373. Post hunc versum ingeruntur in multis codd.
hæc Symmachi verba: *Varios custodes urbibus mens
divina distribuit. Ut animæ nascentibus ita populis fa-
tales genii dividuntur.* Vat. A, *Custodes urbibus mens
divina varios distribuit.* Aldus, *induntur pro dividuntur.*

374. Vat. A, *quid sit genius.*
375. Ald., *et possit.* Gis. ita edidit, sed correxit
ignoro: quid possit, quod non videtur advertisse
Heinsius.

376. Ald., *formane, an ulla.* Gis., Weitz., *formave,
an ulla.* Vat. A, Rat., Alex., Urb., Jureti codex,
Heinsius cum suis *formave, et ulla Sit species.* Gallan-
dius minus rectum id judicat, et cum Aldo præfert
formane, an ulla. Sed lectio communior codicum re-
tinenda est, scilicet hoc sensu, *ignoro etiam, sit forma,
et ulla species.* Elmenhorstius ad verba Arnobii lib. I,
Civitatumque genios, rem his versibus exponit.

377. Vat. A, *munere, minus recte.*
378. Vat. A, *inde pererratis; melius unde.* Aldus
mendose, viget et pro vegetet.

384. Vat. A, *mens ficto quam tu componere tentas.*
385. Alex., Ald., Gis. et alii, *membrorum.* Plerique
murorum, quod genuinum Prudentii videtur Heinsio.
Nihilominus vers. 446. occurrit *perque omnia mem-
bra, Urbis.*

386. Vat. A, *qui nec corporibus, male.*

387. Bong., Wid., *consilium fit, ut aut tutacula,
quod obscurum est.*

390. Widm., Bong., Rat., Sich., *consulet et cui.*
Weitzius allegat Aldum pro *consulte cui se;* non ergo
advertit Aldi correctionem *consultet cui se.*

391. Ald., *quem putat.* Idem et Thuan. a prima
manu *quæ rerum summa sequatur.*

396. Vat. A, scribit *innota.* Romulus et Remus de
condenda urbe augurium cepisse dicuntur, quorum
hic sex vultures in Aventino monte vidit, ille duode-
cim in Palatino: *Statur et arbitrium Romulus urbis
habet,* ait Ovidius, qui lib. IV Fast. historiam narrat,
ut alios præteream. In numismatibus antiquis Roma
cum vulturibus interdum exhibetur.

397. Thuan., prior Boher., alter Rott., *repentina
de nube.* Egm. *mendose, repentini.* Alii mss. et edd.,
repentinam.

398. Alex., Ald., potiores Heins., *servat, quod
placet.* Rat., Torn., Gall., Weitz., *servans.* Gis., *ser-
vat;* ad marg., *servans;* et pro div. script., *curans.*

401. Prior Rott., Cauch., *lituo ciet.* Egm., Ox.,
Jureti codex, *lituos ciet.* Plerique *lituis ciet.*

405. Gis. ad oram, *et calidas animet curata medul-
las.*

406. Rat. Weitz. cum suis, excepto Bong., *de re-
ligione tenenda.*

Consultat? cur non suspectat libera cælum?
 Cur sibi præscriptum non commutabile fatum,
 Ut captiva, putat? genesis cur vincula fingit?
 410 Cui jam nolle licet, quod tunc voluisse licebat,
 Erroresque abolere suos, ac flectere sensus?
 Sic septingentis, erravit circiter annis,
 Lubricaque, et semper dubitans, quæ forma
 [placeret
 Imperii, quæ regnandi foret æqua potestas.
 415 798 Regius exortam jam tunc habuit status
 [Urbem,
 Non sine grandævis curarum in parte localis.
 Mox proceres de stirpe senum tractasse vide-
 [mus
 Clavum consilii : plebeias inde catervas,
 Collatas patribus mixtim ditionibus æquis,
 420 Imperitasse diu, belloque, et pace regendis.
 Consule nobilitas viguit : plebs fisa tribuno est.
 Displicet hic subito status, et bis quina creantur
 Summorum procerum fastigia : quos duodeni

A Circumstant fasces, simul et sua quemque se-
 [curis.
 425 Rursus se geminis reddit ductoribus omnis
 Publica res, et consulibus dat condere fastos.
 Ultima sanguineus turbavit sæcla triumvir.
 Fluctibus his olim fatum, geniusve, animusve
 798 Publicus erravit : tandem deprendere re-
 [ctum
 430 Doctus iter, caput augustum diademate cinxit,
 Appellans patrem patriæ, populi, atque senatus
 Rectorem, qui militiæ sit ductor, et idem
 Dictator, censorque bonus, morumque magi-
 [ster,
 Tutor opum, vindex seclerum, largitor ho-
 [norum.
 B 435 Quod si tot rerum gradibus, toties variatis
 Consiliis, ægre tandem pervenit ad illud,
 Quod probet, ac sancto reverentia publica
 [servet
 Fœdere : quid dubitat divina agnoscere jura.

GLOSSÆ VETERES.

407. Consultat, *providet interrogat*, I.
 409. Fingit, *componit*, I.
 410. Licet, *licitum est*, Iso.
 412. Erravit, *pene*, I.
 413. Lubrica, *instabilis*, I.
 414. Æqua, *justa*, I.
 416. Grandævis, *senatoribus, consulis*, I.
 417. Proceres, *juniores et nepotes*, Iso.
 418. Clavum, *regimen, dignitatem*, Iso.
 419. Collatas, *conjunctas*, I.
 421. Consule, *sub consule*, I.
 422. Creantur, *constituuntur*, I.

423. Procerum, *dictatorum*, Iso.
 424. Fasces, *honores*. — Sua, *propria*. — Securis,
potestas, vindicta, I.
 426. Fastos, *libros*, I.
 428. Fluctibus, *erroribus, instabilitatibus*, I.
 430. Augustum, *nobile*. — Diademate, *corona*, I.
 433. Dictator, *imperator*. — Censor, *judex*, I.
 434. Tutor, *qui rempublicam tuebatur*. — Largitor
honorum, retributor dignitatum, I.
 436. Ægre, *difficulter, vix*, I.
 437. Probet, *laudat*, I.

COMMENTARIUS.

407. Ald., Gis. in textu, Jureti codex, *prospectat*. C
 Widm., Bong., Gis. ad oram, *aspectat*. Plerique alii,
 etiam Gis. ad oram pro div. lect., Gifanii et Bec-
 mani codices, *suspectat*. Virgilius lib. I vers. 375
 Georg. *Bucula cælum Suspiciens, patulis captavit na-*
ribus auras.

408. Ald., *cur tibi*; alii *cur sibi*.

409. Juvenalis sat. 14, vers. 246, *Nota mathematicis*
genesis tua.

410. Ald., Gis., *cur jam*. Plerique, *cui jam*, et
 glossa ad oram Widm., *cui genio licet nolle*. Tertul-
 lianus cap. 6 Apolog : *Nunc religiosissimi legum, et*
paternorum institutorum protectores, et ultores res-
pondeant, velim, de sua fide, et honore, et obsequio erga
majorum consulta, si a nullo desciverunt?

412. Florus a rege Romulo in Cæsarem Augustum
 septingentos annos numerat; alii septingentos octo
 annos circiter recensent.

414. Ald. Gis., Weitz., *imperii et quæ*. Abest et a
 codd. Hemsianis et nostris.

416. Ald. mendose, *curatum in parte*. De his im-
 perii Romani mutationibus lege Florum et Joannis
 Camertis adnotationes, qui breviter alios historicos,
 aut consentientes aut dissentientes, indicat.

417. Reges anno Urbis conditæ 245 vel 254 exacti
 sunt, consulesque tunc creati.

418. Anno 587 lex lata est, ut alter consul e plebe
 crearetur, quæ anno 509 rogata fuerat. De primo con-
 sule, homine novo, L. Sextio id intelligit Giangæus;
 de tribunis plebis anno 259 ob secessionem plebis
 creatis Chamillardus, quod verius est ut ex seqq.
 patet, *Displicet hic subito status*, etc.

421. Hic versus a Vat. A, Egm., Oxon., Rottend.
 rejicitur post versum *Publica res*. Ald. male distin-
 guit *plebs, fisa*.

422. Decemviri anno Urbis 501 circiter pro con-

sulibus legum ferendarum causa creati, qui sunt *bis*
quina fastigia, etc. De insignibus, fascibus et secu-
 ribus Livius lib. III, cap. 56 : *Cum ita priores decem-*
viri servassent, ut unus fasces haberet, et hoc insigne
regium in orbem suum cujusque vicem per omnes iret,
subito omnes cum duodenis fascibus prodire. Centum
viginti lictores forum impleverant, et fascibus secures
illigatas præferbant.

425. Egm. corrupte, *doctoris pro ductoribus*. Anno
 Urbis 504 iterum duobus consulibus imperium man-
 datum est.

426. Post hunc versum a nonnullis collocatur ver-
 sus 421, *Consule nobilitas*.

427. Triumviratus Cæsaris, Lepidi et Antonii, *cu-*
jus atrocitas nihil in se minus habet quam numerum
centum quadraginta senatorum (proscriptorum). Exitus
fœdi, truces, miserabiles, etc. Florus lib. IV, cap. 5.

429. Prior Rott., *reprendere rectum*.

430. Gis. ad marg., *diademate textit*. Item Giseli-
 nus ita catalogum harum mutationum ordinavit :
 D *Primum reges regnarunt. Post eos cœpere consules*
anno ab Urbe condita CCXLV. Consules et senatores cum
tribunis plebis CCLXI. Decemviri soli CCCIII. Consules
etiam e plebe CCCVI. Triumviri post Cæsaris necem
IOCCXII. Solus Octavius IOCCXIII. Concludit, recte
illum versum Consule nobilitas eo loco poni quo a
nobis est insertus.

431. Suetonius cap. 58 in Augusto : *Senatus te con-*
sentiens cum populo Romano consalutat patriæ Patrem.

433. Augustus ob facta ingentia dictator perpetuus,
 et Pater patriæ dictus. Tractatum etiam in senatu,
 an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur.
 Sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti,
 ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et
 titulo consecraretur. Vide Florum in fine Hist.

436. Aldus, *ægræ*; lege *ægre*.

- Ignorata prius sibimet, tandemque resecta? **A**
440 Gratemur, jam non dubitat: nam subdita
 [Christo
 Servit Roma Deo, cultus exosa priores,
800 Romam dico viros, quos mentem credi-
 [mus Urbis
 Non genium, cujus frustra simulatur imago.
 Quamquam cur genium Romae mihi fingitis
 [unum?
445 Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
 Assignare suos genios? perque omnia membra
 Urbis, perque locos, geniorum millia multa
 Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab
 [umbra?
 Restat, ut et fatum similis dementia cunctis
450 Aedibus imponat: paries ut quisque sub astro

GLOSSÆ VETERES.

- 440.** Gratemur. pro gratulemur, I.
445. Thermis, balneis. — Tabulis, tabernis, loca
 tabularia, I.
446. Membra, moenia, I.
452. Acceperit, quando natus fuit, Iso.
453. Lachesis, Lachesis, Cloto, Atropos, nomina
 sunt Fatorum: una colum tenet, alia trahit, tertia rumpit, I.
- B**
457. Eruta, diruta, I.
460. Constituunt, docent, Iso.
461. Rubrica, nomen legis, lex, linea commentario-
 rum, quibus aspiciunt an sit recta ipsa maceriet, an
 non; sed pro lege ponitur, aut iudicio, I.
462. Ferrea, dura, I.
463. Inevitabile, scilicet supplicium, I.

COMMENTARIUS.

441. Veteres sæpe hæc duo conjungebant *Christus Deus*, et sæpius id occurrit apud nostrum. Militare Christianorum sacramentum id refertur a Vegetio lib. II, cap. 5: *Jurant autem per Deum, et per Christum, et per Spiritum sanctum, et per majestatem imperatoriam, quæ secundum Deum generi humano diligenda et colenda est. Quæ verba nonnulli male ita referunt: Per Deum Christum, et Spiritum sanctum, ut ad Prudentii verba accommodent. In inscriptionibus antiquis reperitur etiam hoc argumentum divinitatis Christi adversus Arianorum hæresim. Lujus epitaph. S. Severæ inscriptionem Græcam e museo Kirkeriano profert, ubi legitur in Deo Domino Christo. Vide etiam Gasparem Aloysium Odericum Sylog. Inscript. pag. 263 et seq., ubi tamen non bene huc trahit hunc titulum ex cœmeterio S. Saturnini: *PRIMA. VIVIS. IN. GLORIA. DEI. ET. IN. PACE. DOMINI. NOSTRI. NAM. HIC. CHRISTUS. NON. CONJUNGITUR. CUM. DEO. OPPORTUNIORES. SUNT. ALIÆ. INSCRIPTIONES. APUD. GEORGIUM. DE. MONOGRAMM. CHRISTI. DOMINI. CAP. 4. OLYMPIODORE. VIVAS. IN. DEO. — HILARI. VIVAS. IN. DEO. — HIC. IACET. PERPETVVS. IN. CHRISTO. DEO. SVO.**

444. De geniis veterum multi scripserunt: de quo argumento librum ab Emmanuele Navarro editum laudat Emmanuel Martinus lib. IV, epist. 10. Elmenhorstius in Arnobium pag. 14, Heraldus in Arnobium pag. 40, Lactantius lib. II, cap. 45, et ejus interpretes plura habent de geniis, Barthius lib. LII Adv., cap. 12 copiose disserit de geniis veterum, de horum in iis colendis religione, cultu, superstitione, de geniorum etymo, frequentia, habitibus, de geniis urbium, locorum, domorum, regionum, hominum, aliarum rerum. Afirmat gentiliam opinionem qui omnibus locis et operibus suos tales dæmonas inesse autumabant, neminem scitius Prudentio confutasse luculento hoc carmine. Petavius tom. III, lib. II, cap. 6, theologice disserit de tutela et custodia, quam tum publice universorum, tum singulorum privatim suscipiunt angeli: quod de geniis ethnici communi consensu prædicabant. Genius Romæ in nummis sæpe dicitur *genius populi Romani*, et apud Ammianum *genius publicus*. Martialis lib. VI, epigr. mihi 41, acute dixit: *Victurus genium debet habere liber: nunc dicere possumus angelum custodem.* Vide

Censorinum de Die natali.

445. Rat. et Iso minus bene, *tabulis soleatis*.
446. *Membra Urbis* etiam dixit Ammianus lib. XVI: *Deinde intra septem montium culmina per acclivitates planitiemque posita urbis membra collustrans*, etc. Non autem sunt moenia, ut ait Iso, sed partes Urbis.

447. Mariettus hoc loco advertit in Rat. semper scribi *milia uno I*, quæ recta est scribendi ratio, et multis magis placet quam *millia*.

449. Ald., non recte, *similis clementia*.

452. Pal. scribit *oris* pro *horis*.

453. In glossa hexametrum invenio, si verba recte legantur et trajiciantur: *Una colum retinet, trahit altera, tertia rumpit*.

454. Ald. non bene, *recto umque trabes*.

455. Tigillum, a *tego* et *tignum*, est trabs cui lectum imponitur.

456. Vat. A, corrupte, *cujus stille*. Ald., Alex., *hortu*: scribendum *ortu*.

458. Petavius lib. III de Opif., cap. 7, optime a Prudentio his versibus expressum ait, quod fati necessitas libertati humanæ voluntatis adversetur, etsi hanc ad volendum adigat. Nam voluntatem ad volendum necessitate compelli, gentiles afirmabant.

461. *Leges rubricas* appellari, jam multi notarunt vel ex hoc Prudentii versu. Persius sat. 5, vers. 90: *Excepto si quid Masuri rubrica notavit*. Juvenalis sat. 14, vers. 191: *Perlege rubras Majorum leges*. Scilicet rubrica, quæ herba est minio proxima, leges scribebantur. Hanc rubricarum nomen in libris ritualibus. Hernianus Hugo de prima Origine scribendi pag. 103, cap. 12, docet imperatoribus valde familiare fuisse encausto scribere, et ob hanc causam fere omnia juris capita fuisse miniata, id quod fiebat cum majestatis tum etiam terroris causa, ut nempe legibus sinopide, aut cinnabari notatis, et sanguineum quiddam acruentum minantibus majestas accresceret: quod his versibus insinuat Prudentius. Cur autem *minari* lex dicatur, vide comment. ad vers. 179, *Lex armata sedet*. De sanctione qua poena irrogatur, vide Ant. Augustinum de Legib.

463. Vat. A, Gis., *ad facinus cogunt*. Scripti Heinisiani et nostri cum Weitzio et Aldo, *cogunt ad facinus*.

- Quin et velle adigunt, pravum insinuantia votum, A
465 **802** Ne liceat miseris vetitum committere
[nolle.
Cedite, si pudor est, gladiumque retundite
[vestrum,
Aspera nil meritos pœnis plectentia jura :
Antrum carcereum dissolvite, corpora sub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis.
470 Nemo nocens, si fata regunt, quod vivitur, ac fit :
Imo nocens, quicumque volens, quod non licet,
[audet.
Alterutrum quia velle suum est, nec fata reatum
Imponunt homini : sed fit reus ipse suoapte
Arbitrio, placitumque nefas, et facta rependit
475 Impia suppliciis, merito, non sorte peremptus.
Quisque putat, fato esse locum, sciat, omnipa- B
[rentem

GLOSSÆ VETERES.

464. Adigunt, cogunt, compellunt. — Insinuantia, ostentantia. I.
467. Plectentia, punientia, I.
472. Alterutrum, bonum vel malum. — Suum, proprium, I.
476. Sciat, quin tantummodo in Dominum credat, et nulla fata nocent, I.
477. Vetitum, scilicet esse, I.
478. Mathesis siderum cursu. — Præsripto, constituto, impedimento. — Repelli, scilicet posse, Iso.

COMMENTARIUS.

466. Heinsius mallet *gladiumque recondite*. Verum ad poetæ mentem melius est *retundite*. Vult enim gladium justitiæ omnino retundi, tanquam jam superfluum, si homines non libera percant. Ita postea non ait, *carcerem claudi*, sed *dissolvi*.

468. Antrum carcereum est interior carceris custodia : Hispani vocant *calabozo*. Describitur a Prudentio in hymno S. Vincentii, ubi plura afferam, et a Sallustio de Bello Catil. : *Est locus in carcere, quod TULLIANUM appellatur : ubi paululum descenderis ad lævam circiter viginti pedes humi depressus ; eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus juncta, sed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies est*. Si carcer Mamertinus ad radices montis Capitolini, quo SS. apostolos Petrum et Paulum detentos fuisse acta narrant, non est is ipse locus *Tullianum* dictus, certe admodum similis illi est. Cl. Cancellierius multis rationibus carcerem *Tullianum* ac Mamertinum eundem fuisse egregie confirmat in opere : *Notizie del carcere Tulliano detto poi Mamertino*, etc., Romæ, 1788.

473. Alex., Urb., Ald., Widm. supra, Pal., Ox., Egm. a secunda manu, veteri scriptura prorsus erasa, sed fit reus ipse suoapte Arbitrio. Rat., Widm. a prima manu, Bong., Fabr., Gis. ad oram, Cauch., sed fit reus ipse per amplum Ingenium. Gis. in textu, codex Jureti, suoapte Arbitrio. Thuan., suoapte Ingenio. Prior Rott., suoapte Ingenio : alter, suoapte Ingenium. Heinsius edidit suoapte Arbitrio. Sed ait scribi oportere sed fit reus ipse suoapte. Ingenium placitumque nefas. Scilicet suoapte, sua sponte. Intellegit autem, ingenium nefas esse peccatum originale, ut vers. 913 Apoth., *Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu Primi hominis maculas*. Neque Heinsio displicet suoapte ingenio. Sic ingenium pro ingenita animi vi, aut pro natura poni Apuleius nonnunquam. Mihi verum videtur suoapte vel suoapte arbitrio, ut homo intelligatur peccare suo arbitrio et sponte sua.

475. Ald., suppliciis et merito : contra metrum intrudatur et. Urb., ne sorte ; lege non sorte.

476. Plerique, quisque putat fato esse locum. Urb., putet. Ald. : quis putat esse locum fato, scilicet in

- 803** Esse Deum, nulli vetitum fatalibus astris,
Nec mathesis præscripto aliquo pia vota repelli,
Spirat enim majora animus, seque altius effert
480 Sideribus, transitque vias : et nubila fati,
Et momenta premit pedibus, quæcunque pu-
[tantur
Figere propositam natali tempore sortem.
Huc ades, omne hominum genus, huc concurrere
[et urbes :
Lux immensa vocat : factorem noscite vestrum .
485 Libera secta patet : nil sunt fatalia, vel si
Sunt aliqua, opposito vanescunt irrita Christo.
Sed multi duxere dei per prospera Romam :
Quos colit ob meritum magnis donata triumphis.
804 Ergo age, bellatrix, quæ vis subjecerit,
[ede,

479. Effert, exerit, elevat, Iso.

481. Momenta, recordationes. — Premit, spernit cogitationibus, I.

482. Sortem, fatum, I.

484. Lux, Christus, I.

485. Secta, doctrina, I.

488. Donata, ornata, I.

489. Age, vox orantis. — Bellatrix, Roma. — Ede, dic, sicut alibi : *Ede Martialem, id est, dic, vel canta*, I.

emendatis, nam, repugnante metro, ediderat *quis putat esse fato locum*. Ponitur *quisque* pro *quisquis* : de quo jam dictum, et videri potest Burmannus in Antholog. Ald., minus bene, *omnipotentem*.

477. Ald., duo Boher., Thuan., Egm., Oxon., Pal., Gis. in textu, *nosse Deum*, quod exstat etiam in Alex. Alii, *esse deum*, cum Rat., Urb., Weitz., altero Rott., Heinsio. Prior Rott., *posse Deum*. Deinde omnes Heinsiani, Jureti codex, Ald., Gis. ad oram, Fabr., Bong., Pal., Rat., Alex., Urb., *fatalibus*; nonnulli, *fallacibus*. In Rat. videtur esse *vetitum*, male, pro *vetitum*. Sententia est, nec bona nec mala opera necessario fieri.

478. Ald. et Rat. recentiori manu, prioribus aliis omnino abrasis, *Nec præscripto aliquo pellit pia vota mathesis*. Voluerunt recentiores correctores, *mathesis* a Prudentio secunda producta esse ferri, quia ipsi ita esse feriebant. In Egm. *perscripto* est pro *præsripto*. Astrologia præcipue *mathesis* nomine solebat a veteribus intelligi.

482. Rat., Widm., Bong., Alex. a prima manu, Thuan., uterque Rott., Gis. ad oram, Sich., *figere*. Alii, *figere*, quod arripuit Heinsius, quia verbum est mathematicum.

483. *Huc ades*, genus loquendi Virgilio aliisque frequentissimum.

484. Rat., *vacat*; supra, *vocat*.

486. Post hunc versum verba hæc sunt Symmachi : *Accedit utilitas, quæ maxime homini deos asserit. Nam cum ratio omnis in aperto sit, unde rectius quam de memoria atque documentis rerum secundarum cognitio venit numinum? In Rat., deos esse asserit*. Ald., *quam memoria*.

487. Rat., *si multi duxere dei*. Alex., *sed multi*. Urb., *sed multa duxere dii*, quod Placuit Aldo, neque mihi displicet. Recte enim *prospera multa* : nam agitur de utilitate, quam deos attulisse Symmachus affirmabat.

489. Rat., *subjecerat*, recentiori manu; non bene. De hac superstitione Romanorum, qui auxilio deorum se orbem subegisse jaectabant, legi etiam possunt Minucius et Tertullianus cap. 28 Apolog. Iso indicat

- 490 Europam, Libyamque tibi : dic nomina divum. **A**
Juppiter, ut Cretæ domineris, Pallas, ut Argis,
Cynthius, ut Delphis, tribuerunt omine dextro.
Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit.
Venatrix Ephesum virgo, Mars dedit Hebrum.
495 Destituit Thebas Bromius, concessit et ipsa
Juno suos Phrygiis servire nepotibus Afros.
Et quam subjectis dominam dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque, fovetque,
Jussit Romuleis addictam vivere frenis.
500 Perfidiane deum indigenum cecidere tot ur-
[bes?
Destructæque jacent, ipsis prodentibus, aræ?
805 O pietas, o sancta fides! traduxit alumnos

- Majestas infida locos, et creditur istis
Numinibus, qui transfugio meruere sacrari?
505 An voluit servare suos, luctataque multum
Religio, infestas tentavit pellere turmas
Romanis obnisa globis, sed fortior illam
Virtus luctifico camporum in pulvere fregit?
Imo ita id est: armis et viribus indiga veri
510 Victa superstitione est, et inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit, aut sat ardua genti
Natae ad procinctus victoria, frangere inertes,
806 Molliaque omnigenum colla inclinare
[deorum.
Nunc cum Dictæis bellum corybantibus asper
515 Samnitis, Marsusque levi sudore gerebat.

GLOSSÆ VETERES.

491. Cretæ, insulæ. — Pallas, Minerva. — Argis, **B**
Græcis, I.
492. Cynthius, Apollo, a Cyntho monte, ubi nutritus
est. — Delphis, Delphos locus, ubi ara Apollinis fuit, I.
493. Isis, dea Ægypti. — Nilicolas, Ægyptios. —
Rhodios, populos. — Cytherea, Venus, I.
494. Venatrix, Diana. — Ephesum, civitatem. —
Dedit, sponte dedit. — Hebrum, fluvium Thraciæ, I.
495. Destituit, dereliquit. — Thebas, populos. —
Bromius, Bacchus, I.
496. Phrygiis, Trojanis, Romanis, I.
497. Dominam, Africam, civitatem Carthaginem, I.
498. Fovetque, animo, I.
499. Romuleis, sub Romuleis. — Addictam, gentem:
— Frenis, legibus, I.
501. Prodentibus, concedentibus, tradentibus, I.

502. Alumnos, nutritos ministeriales, famulos, I.
504. Transfugio, fuga, I.
506. Infestas, inquietas, I.
507. Obnisa, contra posita, resistens, reluctans. —
Globis, exercitibus. — Illam, religionem, I.
508. Virtus, Romana, I.
509. Est, ut prædixi. — Indiga, indigens. — Veri,
veritatis, I.
510. Superstitio, religio, inanis cultus, I.
511. Genti, Romanorum, I.
512. Procinctus, ad præparationes bellicas, ad ex-
peditionem bellicam, I.
514. Nunc, aliquando, vel tunc fuit hoc. — Dictæis,
Creticis. — Corybantibus, illis populis, I.
515. Samnitis, dux de Samnia provincia. Samnitis
et Marsus populi fuerunt Beneventani, I.

COMMENTARIUS.

versum 144 hymni 4 Per. SS. octodecim martyrum
Cæsaraugust., qui sic habet: *Ede Successum, cane
Martialem. Pro dic ponitur ede. Juvenalis sat. 3, vers.
296, Edé, ubi consistas.*

491. Pallas Argiva hæc est quæ Argis colebatur
Σάλαρις dicta, de qua Eustathius lib. vi Iliados. Vide
Priapeia: *Dodona est tibi, Juppiter, sacrata, etc.*

493. Latinius videtur reperisse in Tornæs. *Nicolas,*
quod recte emendat per *Nilicolas.* Ald., Nebr., *Venus
alma; alii, Cytherea. Urb., vitiose, Citharea.*

494. Urb., Alex. a prima manu, *dedit.* Metri lex
postulat *dedit.* In Alex. perperam scribitur *Effesum*
pro *Ephesum.*

496. Vat. A, *suis; corrige suos.*

497. Virgilius i Æneid., *Hoc regnum dea gentibus
esse, Si qua fata sinant, jam tum tenditque, fovetque.*
Tertullianus cap. 25 Apol. hoc ipsum Romanis obji-
cit, ut dicam ad vers. 510.

500. Heinsius cum Cauchio censet, legendum *indi-
getum* vel sine auctoritate codicum. Sed defendi po-
test lectio codicum, *indigenum*, ut *omnigenumque
deum monstra*, et supra vers. 341, *Indigenæ pietatis
jura reformat.* Significatio eadem est.

501. Rat., *distructæque jacent.*

502. Virg. vi, *Heu pietas, heu prisca fides!*

504. Alex., scripti Heinsiani et Gitanius ex vet.
lib., *qui transfugio.* Perspicuum est unde manarit *quæ,*
scilicet quia præcessit *numinibus*, et exscriptores hanc
figuram, quæ mutatio generis dicitur, ignorabant.
*Dei vi et noione conveniunt cum numinibus: itaque
mutatur genus numinum in genus deorum.* Exempla
vide apud Gifanium verbo *generis mutatio*, et in ad-
dendis ejusdem Gifanii. Ludovicus Cavallus in opere
ms. contra correctionem hymnorum Breviarii Roma-
ni sub Urbano VIII, de quo egi in proleg. cap. 23, in
hymno ad Matut. dominicæ adventus, reprehendit
quod corrector hymni illius a genere neutro ad ma-
sculinum transierit: *Verbum supernum prodiens E
Paris æterni sinu; Qui natus orbi subvenis; etc.* Verum
hæc mutatione generis, quam veteres sæpe adhibe-

bant, hymnus ille defendi potest: ponitur enim *Ver-
bum* pro *Filio Dei.*

507. *Globum* pro multitudine conglobata Virgilius,
C Livius, Nepos, aliique.

508. Heinsius, *fregit.*, cum puncto; melius cum in-
terrogatione *fregit?*

509. Gis., *imo ita id est.* Codices cum hiato, de quo
sæpe locuti sumus, *imo ita est.*

510. Vat. A, contra metrum et sensum, *gloria fugat.*
Egm., *fugat;* supra, *inanis gloria fugit.* Tertullianus
cap. 25 Apolog., *Vellet Juno Punicam urbem postha-
bita Samo dilectam ab Æneadum utique gente deleri?
Quod sciam, hic illius arma, hic currus fuit, hoc re-
gnum dea gentibus esse, si qua fata sinant jam tum
tenditque, fovetque, misera illa conjux Jovis, et soror
adversus fata non valuit. Plane fato stat Juppiter ipse.*

512. Rat., *latæ procinctus;* et supra glossa, *pro-
cinctus* esse numeri pluralis. Weitzius edidit *late
procinctus*, sed in lectionibus variantibus scribit *nate
procinctus* cum Widm. et Bong. Puto *nate* excidisse
pro *late.* Rott. alter etiam *late procinctus.* In Thuan.,
utroque Boher., Egm., Ald., Oxon., Alex., Jureti et
D Gifanii eodd., *natae ad procinctus.* In priore Rott.,
Cauch., Urb., Vat. A, Teol., *natae ad procinctum,*
quod Heinsio concinnius videtur, quamvis ediderit
natae ad procinctus. Heinsius et Juretus non videntur
animadvertisse mendam Giselinii *natae procinctus* ab
eodem Giselino luisse emendatum per *natae ad pro-
cinctus.* Mariettus putat lectionem Ratisbonensis
latæ procinctus veram esse, et *procinctus* esse accusa-
tivum verbi *latæ*, hoc est, *amplas habenti copias.* Ve-
rior lectio *genti natae ad procinctus*, vel *procinctum,*
hoc est ad bella.

514. Vat. A, corrupte, *nunc cum dicta eis.* Ald.,
Widm. supra, Pal., Teol., Jureti codex, Urb., *tunc
vel tum cum Dictæis.* Rat., Weitz., Gis. aliique, *nunc
cum Dictæis.* Dicte mons est insulæ Cretæ, ubi nutri-
tus est Jupiter.

515. Vat. A, Urb., *Samnites.* Vat. A, Urb., Alex.,
Rat. aliique, *gerebat.* Ald., *gerebant.* Egmond., alii

Nunc Mastigophoris. oleoque, et gymnadis arte A

807 Unctis pugilibus, miles pugnabat He-
[truscus :

Nec petaso insignis poterat, Lacedæmone capta,
Mercurius servare suas de clade palæstras.

520 Apenninicolam peditem Cybeleius hostis
Congressu excipiens, Asiam defendere, et Idam

GLOSSÆ VETERES.

516. Marrucophoris, populis Asiæ. — Gymnadis, exercitii, Iso.

517. Pugilibus, gladiis, brevibus armis. — Hetruscus, Latinus, Italicus, I.

518. Petaso, petasum calceamentum Mercurii, quo volare solebat : et petasum volatile dicimus. Petasum a petendo sursum dictum est, videlicet talaria et calcaria Mercurii, Iso.

519. Palæstras, luctationes, vel ludos suos, I.

COMMENTARIUS.

omissis, levi sudoris oleoque et gymnadis arte, quod vitiosum est. Facile fuit Romano exercitui (ait Prudentius), qui Marsis, Samnitibus, Hetruscis constabat, Phrygios in Asia (quos ironice Corybantes seu Gallos, id est Cybeles sacerdotes, nominat) uti etiam Lacedæmonios, oleo tanquam pugiles mactantes et mastigophoros, seu pugilum ministros bello superare. Ita fere Giselinus, qui observat poni Samnitibus pro Samnis, ut in hymno S. Hippolyti, et in pugil primam produci, cum in pugillaris corripitur hymno 9 Peristeph., vers. 15, *quanquam*, ut addit, *illud a pugno, hoc a pungere deducunt*. Verum in pugilibus prima produci poterit ob necessitatem illam quam dicunt cum tres quatuorve breves concurrunt, ut in *catholicus*, *strigilibus*, aliisque hujus generis. In pugillar nescio cur nonnulli dicant, primam esse necessario longam. Quod autem ait Giselinus, *Dictæos corybantes vocari Phrygas*, fortasse melius explicabitur de Cretensibus : nam in Creta proprie erant corybantes Dictæi, ut diversi hi sint ab eis corybantibus, qui vers. 522 memorantur.

516. Ald., Weitz., Gis., Jureti codex et alii, *mastigophoris*, quo respicit Alex. *mastigophoris* : quod vocabulum sonat *flagriferos*. Rat., Sich., Widm., Bong., alter Rott., *marrucophoris*, sive *marrucosoris* ; Urb., *masucosoris* : utrumque videtur positum pro *mastrucophoris*, quod, ait Heinsius, in margine unius Weitziani pro diversa occurrebat scriptura. Ne vero quem Heinsius fallat, monendum Heinsium sæpe editiones quas laudat Weitzius accipere, ut videtur, pro codd. mss. Weitzianis ; ut hoc loco citatur G. ad oram, videlicet editio Gisellini ad oram. Tunc *mastrucophori* intelligi possunt qui cæstibus pugnabant ; nam *mastruca* seu *mastruga* est vestis scortea, ut paulo post dicitur. Non dubito quin verum sit *mastigophoris*, quod verbum occurrit in lib. ult. Arcad., § 1 de Muner. et Honor. : *Mastigophori quoque, qui agonothetas in certaminibus comitantur, et scribæ magistratus personali muneri serviunt*. Quinam autem hoc nomine vocarentur, non una est omnium sententia. Alii interpretantur gymnasiarchas, qui pugilibus præerant, et exemplo Mercurii, palæstrarum dei, virgam in manu tenebant, qua luctantium procaces gestus compeſcerent nexusque dissolverent ; alii *flagriferos* ad submovendam turbam ; alii *gladiatores ipsos*, quod verberari solerent ; alii eos qui præibant *agonothetas* seu *athlothetas*. Videri potest Savaro pag. 109 ad Sidonium.

518. Pal. supra, *pegaso* ; lege *petaso*. Glossæ in hujus verbi explicatione a vero aberrant, ut in *pugilibus*. Petasus est a Græco *πετάζω*, quod est extendo, et est pileus ita extentus, ut solem defendat. Apuleius vocat pilei umbraculum, et Hispani ab umbra *sombrero*. Vide Becmanum de Orig.

519. Arnobius lib. III, *Mercurius ceroma pugillatibus et luctationibus præstat*.

520. Rat., *Appenninicolam*, minus bene.

Qui potuit, cogente acies in prælia Gallo?

Idalias nisi forte rosas, laurum citharædi
Vatis, silvicolæ calamos, arcumque puellæ

525 Dedere servitio, calcataque sacra domare
Difficilis operis fuit, immensique laboris.

808 Fluctibus Actiacis signum symphonia
[belli

GLOSSÆ VETERES.

520. Apenninicolam, Apennini montes sunt. — Peditem, exercitum. — Cybeleius, Asiaticus, I.

521. Congressu, cum pugna, bello, I.

522. Qui, quomodo. — Cogente, congregante. — Gallo, duce, I.

523. Idalias, ab Ida. — Citharædi, Apollinis, Iso.

524. Calamos, sagittas. — Puellæ, Dianæ, I.

525. Calcataque, superata, Iso.

527. Actiacis, acteis. — Symphonia, tuba, I.

COMMENTARIUS.

521. Chamillardus non ad Asiam, tertiam orbis partem, id refert, sed ad regionem Trojanam, quæ Asia dicta fuit ab Asio philosopho : non enim Cybele per totam Asiam singulari honore colebatur. Mæonia, seu Lydia Asia etiam dicta fuit, unde *palus Asia*. Troja in Asia Minore sita erat : et non procul mons Ida, ubi præcipue Cybele colebatur.

522. Sacerdotes Cybeles *Galli* sunt dicti, et eorum princeps *Archigallus*, a Gallo flumine Phrygiæ, vel a viro quodam nomine Gallo, qui primus fortasse sacerdos Cybeles fuerit. Hieronymus, comment. in Osee cap. IV, aliam adhibet causam : *Hi sunt, quos hodie Romæ matri non deorum, sed demoniorum servientes Gallos vocant, eo quod de hac gente Romani truncatos libidine in honorem Atys, quem eunuchum dea meretrix fecerat, sacerdotes illius manciparint : propterea autem Gallorum gentis homines effeminantur, ut qui urbem Romam ceperint, hac feriantur ignominia*. Quæ historia mihi falsa videtur, aliis etiam ridicula. Nec deest, qui hæc verba operibus S. Hieronymi assuta suspicetur.

523. *Idalias* non ab Ida monte intellige, ut exponit glossa, sed ab Idalio monte et nemore Cypri. Sermo enim est de Venere. Neque poetæ ab *Ida* deducunt *Idalius*, sed *Idæus*, ut alibi etiam Prudentius dixit. Præterea magis consentaneum est, Idalio et Veneri tribuere rosas, quam Idæ et Cybele, aut Epheso et Dianæ. In lauro Apollinis intelligi possunt Delos et Delphi, in arcu vero Dianæ Delos et Ephesus.

526. Urb., Gis., *difficilisque operis fuit*. Veteres et optimi codd., etiam Jureti et Gifanii cum Weitzio, *difficilis operis*. Gifanius verbo *Incisio* multa similia loca adducit, quæ fere depravata sunt in libris per-vulgatis, propterea quod Correctores vim incisionis, seu cæsuriæ, et poetarum consuetudinem non consideraverint sæpenumero.

527. Vat. A scribit *Acciacis*. Propertius et Virgilius sistro in bello Actiaco Antonium et Cleopatram usos aiunt. Prudentius vocat symphoniam, quod genus quoddam instrumenti musici est, et non bene tuba ab Isona dicitur. Isidorus lib. III Orig., cap. 22 : *Symphonia vulgo appellatur lignum cavum, ex utraque parte pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt. Fitque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus*. Hieronymus epist. 21, al. 146 ad Damas., ait, male quosdam Latinorum putare symphoniam esse genus organi, cum concurs in Dei laudibus concertus hoc vocabulo significetur : *Symphonia quippe, ait, consonantia exprimitur in Latino*. Verum etsi hæc sit prima et propria symphonie significatio, consuetudo tamen invaluit ut pro quodam instrumento musico acciperetur. Et hoc sensu explicandum puto locum Daniel. III, 10 : *Qui audierit sonitum tubæ, fistulæ et citharæ, sambucæ et psalterii, et symphonice, et universi generis musicorum*. Isidorus autem sistrum a symphonia distinguit, quamvis non explicet quale

Ægypto dederat : elangebat buccina contra. A
Institerant tennes cymbæ, fragilesque phaseli
550 Inter turritas Memphitica rostra liburnas :
309 Nil potuit Serapis deus, et latrator Anubis.
Stirpis Juleæ ductore exercitus ardens
Prævaluit, gelido quem miserat Algidus axe.

GLOSSÆ VETERES.

528. Buccina, *Romanorum*, I.
529. Phaseli, *naviculæ*, Iso.
550. Memphitica, *Ægyptiaca*. — Liburnas, *hæ sunt maximæ naves*, I.
551. Potuit, *defendere*. — Serapis, *dii Ægyptio-*

COMMENTARIUS.

instrumenti musici genus sit sistrum. Videri potest dissertatio Francisci Blanchini Veronensis de tribus Generibus instrumentorum musicæ veterum organicæ Romæ 1742, ubi cap. 3 de Genere instrumentorum musicorum pulsatili, disserit ad quod genus symphonia et sistrum pertinent. Tabula viii, fig. 12, æreum crepitaculum quadrichorde, quæ est sistri species, describitur. Fig. 7, tab. vii, tympanum bellicum, quod symphonia Isidori videtur esse, exprimitur. Confer peculiarem dissertationem Benedicti Bacchini de Sistris eorumque figuris, ac differentia cum dissertatiuncula, et notulis adjectis Jacobi Tollii. Mazochius tom. 1 Specim. Bibl., pag. 508 et seqq., fuisse disputat de symphonia in Danielis libro expressa, et contendit esse tibiã seu fistulam, quæ *ambubaja* etiam dicebatur. Probabile est eodem nomine diversa instrumenta diversis temporibus et locis fuisse significata.

528. Propertius de eadem pugna Actiaca lib. iii, eleg. 8, *Romanamque tubam crepitanti pellere sistro*.

529. Ald., Widm. ad oram, Jureti codex, Egm., Oxon., Urb., prior Rott., *Institerant tennes cymbæ, fragilesque phaseli*, quod verum putat Heinsius, quia Prudentias per ironiam cymbas Ægyptiacas cum liburnis Romanis componit. Alex. ita habet, sed scribit *tenuis*, et a prima manu *fragilis*, tum *instabant* ex correctione pro *institerant*. Weitzius, Giselinus, Sichardus et nonnulli alii, *Instar erant tenuis cymbæ, fragilisque phaseli*, quod eodem sensu exponi potest.

550. Liburnæ seu liburnicæ erant genus navis velocissimæ, a Liburnis Illyrici populis nomen adeptæ. Augustum contra Antonium liburnis usum fuisse narrant Horatius, Propertius et Suetonius. Dio et Florus naves Antonii longe majores navibus Augusti fuisse commemorant. Cur autem Prudentius *turritas* vocat liburnas? Turnebus lib. xii Advers., cap. 14, quaerit, in his versibus Horatii oda 1 Epod., *Ibis liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula*, utrumne inter aliarum navium propugnacula et turres Mæcenas iret, an inter alta ipsarum liburnarum propugnacula et turritas moles. Respondet verba Horatii priorem sensum recipere ex Dione et Floro, qui magnitudinem navium Antonii celebrant, posteriorem vero ex hoc versu Prudentii, et aliis Propertii lib. iii, eleg. 9 : *Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin. Et Tiberim Nilii cogere ferre minas : Romanamque tubam crepitanti pellere sistro, Baridos et contis rostra liburnâ sequi*. At Grangæus in versu Prudentii hypallagen agnoscit, quasi voluerit dicere Prudentius, naves turritas Memphiticas respectu liburnarum Augusti fuisse instar phaseli, vel levissimæ alicujus cymbæ. Eodem modo interpretatur Propertium, quasi omnia Antonii armamenta fuissent veluti conti exiguæ alicujus cymbæ. Ego opinor duplex fuisse liburnarum genus, alterum exigua mole, alterum magna, utrumque velocitate commendatum. In Horatio intelligo ipsarum liburnarum alta propugnacula, et in Prudentio easdem liburnas turritas fuisse. Non tamen propterea Antonii naves exiguæ erant; sed a Prudentio cymbis tenuibus, fragilibusque phaselis, et a Propertio baridibus, hoc est, navigioliis Ægyptiicis comparantur,

510 Non armata Venus, non tunc clypeata
[Minerva
555 Venere auxilio, non divum degener ordo,
Et patria extorris, Romanis adfuit armis,
Victus et ipse prius, inimica nec agmina movit,
Si tamen antiquum norat retinere dolorem.

rum, I.

552. Ductore, *Octaviano*, I.

556. Patria, *a patria*. — Extorris, *exsul*. — Adfuit, *ad auxilium fuit*, I.

quod maxima facilitate a classe Augusti fuerint dejectæ. Imo Dioni Floroque non invitus assentiar, Antonii naves fuisse majores. Virgilius tam naves Augusti quam Antonii turritas appellat lib. viii : *Pelago credas innare revulsas Cycladas, aut montes concurrere montibus altos : Tanta mole viri turritis puppibus instant*. Verum ne quid dissimulem, Prudentius videtur affirmare Augusti liburnas majores fuisse navibus Ægyptiicis Antonii : quaerit enim causas cur Augustus sine auxilio deorum Antonium vicerit. Consul Schæfferum de navium Variet., et Vossium de trirem. et liburn. Construct.

551. Vide Propertium nuper laudatum, Virgilium loco indicato, et S. Augustinum lib. viii Confess., cap. 2 : *Omnigenum deum monstra, et Anubem latratorem, quæ aliquando contra Neptunum, et Venerem, contraque Minervam tela tenuerant, et a se victis jam Roma supplicabat*, etc. Agit eo loco Augustinus de Victorino rhetore ad fidem in senectute converso, qui antea cum tota lere Romana nobilitate ea monstra defenderat.

552. Urb., Sich., nonnulli Heinsiani *ductor exercitus*. Suspiciatur Heinsius *ductorem exercitus ardens*, quod non probo.

553. Alex., *miserat Alcidus*: pro qua scriptura Weitzius Aldum appellat: quia scilicet non advertit, in emendatis Aldum substituisse *Algidus*. Heinsius Aldum habere ait *gelido quam miserat Alcidus axe*: ego in Aldo invenio *quem miserat Algidus*. Cauchius in suis libris reperit *gelido quem miserat arctos ab axe*, et de Maximo tyranno accepit, qui adversus Theodosium ex Occidente expeditionem infeliciter suscepit. At nemo non videt adhuc sermonem continuari de pugna Actiaca. Alter Rott., *boreæ quem miserat algidus axis*, quod secutus est Heinsius, quia de Algidio monte nugæ sunt. Eodem fortasse respicit Sich., *gelido quem miserat algidus axis*. Heinsio adhærent Cham., Cell., Teol. Verum Rat., Urb., Ald., Weitz., Gis., aliique, *gelido quem miserat Algidus axe*, ut intelligatur mons Algidus xx lapidibus ab Urbe distans: et Grangæus conjecturam addit liburnas Augusti ex ligno hujus montis fuisse ædificatas: nam Horatius lib. iii, oda 25, ait: *Nam quæ nivali pascitur Algidio Devota, quercus inter et ilices*. Idem Horatius lib. i, oda 21: *Etnemorum coma Quæcunque aut gelido prominet Algidio*. Gronovius, cap. 5 Observat. eccles., lectionem Rottendorphii præfert, *boreæ quem miserat algidus axis*, quia Italia Ægypto opposita in septentrionem spectat. Mihi magis arridet communior codicum lectio, *gelido quem miserat Algidus axe*. Ut enim supra Samites et Marsos nominavit, sic nunc Algidum, montem nivalem et gelidum appellat. ut gentem robustam significet, quam molli exercitui Antonii opponat.

554. Arnobius lib. vi: *Militari sub galea puellula delitescens*. Lacedæmonios Venerem pinxisse armatam refert Lactantius lib. i, cap. 20, schemata Veneris armatæ et victricis exhibet Montfauconius.

555. Sich., Gis. ad oram, Weitz., *venere auxilium*. Alii, *venere auxilio*.

556. Vat. A, Pal., *ex patria*.

Sed dicis, legisse deos, ubi sanctior usus
 540 Templorum cultu celebri sine fine maneret,
 Æneadumque ultro victricia signa virorum
 Regis amore Numæ, nullo cogente, secutos.
 Num Diomedis item tentoria, et acris Ulyssi
 Castra volens Pallas, cæsis custodibus arcis,
 545 Legit, ubi humenti sudaret mæsta sigillo?
811 Aut quoties ductor Macedum fortissimus
 [altos
 Templorum cineres victis cumulavit Amyclis:
 Optarunt prædis domini se numina capta
 Misceri, Assyriæque vehi Babylonis ad arcem?
 550 Non fero, Romanum nomen, sudataque bella,
 Et titulos, tanto quæsitos sanguine, carpi.

A Detrahit invictis legionibus, et sua Romæ
 Præmia diminuit, qui, quidquid fortiter actum est,
 Ascribit Veneri: palmam victoribus aufert.
 555 Frustra igitur currus summo miramur in arcu
812 Quadrijugos, stantesque duces in curri-
 [bus altis,
 Fabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos,
 Sub pedibusque ducum captivos poplite flexo
 Ad juga depressos, manibusque in terga re-
 [tortis,
 560 Et suspensa gravi telorum fragmina trunco:
 Si Brennum, Antiochum, Persen, Pyrrhum,
 [Mithridatem,
 Flora, Ceres, Matuta et Larentina subegit.

GLOSSÆ VETERES.

539. Dicis, o *Symmache*, I.
 540. Celebri, *venerabili*, I.
 542. Numæ, *imperator fuit Romanorum, qui primus
 culturam deorum invenit, ut populum revocaret ab
 amore belli*, I.
 543. Diomedis, *fabula nota est in Virgilio; cum
 Diomedes et Ulysses rapuerunt Palladium, ascendentes
 murum per funiculos, et detulerunt id in castris suis,
 ubi gutta sanguinis sudabat; quod erat signum tristi-
 tiæ*, Iso.
 545. Legit, *elegit*.—Sigillo, *simulacro*, I.
 546. Ductor, *Alexander*.—Macedum, *pro Macedo-
 num*, I.
 548. Optarunt, *obtulerunt, elegerunt*, I.

B 550. Non fero, *non sustineo, non patior*.—Sudata,
elaborata, I.
 551. Titulos, *honores*.—Carpi, *vituperari*, I.
 552. Detrahit, o *Symmache*.—Legionibus, *Roma-
 norum*, I.
 553. Diminuit, *scilicet qui talia dicit*, I.
 555. In arcu, *in fornice, in cujus summitate quadri-
 jugos currus sculpebant*, I.
 557. Fabricios, *duces Romanorum nobilissimos
 commemorat hic*, I.
 561. Brennum, *ducem Gallorum*.—Antiochum, *re-
 gem Syriæ*.—Persen, *regem Macedonum*.—Pyrrhum,
regem Epiri.—Mithridatem, *regem Ponti*, I.
 562. Flora, *dea*, I.

COMMENTARIUS.

540. Rat., Fabr., *cultu celebris*.
 544. Jureti codex, Ald., Vat. A, Alex., Urb.,
 Cauch., Heinsiani plerique, Pal., *custodibus arcis*.
 Rat., *custodibus ultro: Legit*. Gis., Weitz., alter Rott., **C**
 et Boher *cæsis custodibus, ultro Legit*. Primam le-
 ctionem confirmat locus, et versus Virgilii, quem Pru-
 dentius imitatur, lib. II Æneid., *Palladium cæsis
 summæ custodibus arcis*.
 545. Ald., Fab., Thuan. et vetustiores Heinsii,
 Alex., Urb., Vat. A, *legit, ubi*. Sich., Gis. ad oram
 1 ed., Rat., Weitz. cum suis *legit; ut*. Vat. A, vi-
 tiose, *sugillo pro sigillo*. Prudentius alibi etiam *sigillo*
 pro statua usus est; hic autem omnino proprie pro
 Palladio, de quo Apollodorus Biblioth. lib. III. A
 cælo hoc delapsus est, et illo regi traditum. Erat
 autem magnitudine tricubitale, habitu quasi ingre-
 dientis, dextra hastam sublatam præferabat, sinistra
 fuscin et colum; cujus historiam fuse narrat Apollo-
 dorus. Prudentius respicit Virgilii locum cit.: *Vix
 positum castris simulacrum, arsere coruscæ Luminibus
 flammæ arrectis, salsusque per artus Sudor iit*.
 546. Vat. A, *altus*, non bene, pro *altos*. Vetustio-
 res Heinsiani cum Oxon., Rott. priore, *ductor Mace-
 dum*, quod tenent recentiores, non male, quandoqui- **D**
 dem *Macedo et Maceta* eadem gens est.
 547. Sich., Gis. 1 ed. ad oram, Fabr., Bong.,
 Cauch., *cumulavit ab Indis*. Heinsius suspicabatur
Aphidnis, quæ Lacedæmonicæ ditionis; agit enim de
 bello quod Alexander Magnus cum Lacedæmoniiis ges-
 sit. Agnovit autem, sic etiam *Amyclis* esse locum.
 Revera ita plerique legunt, et, ut Lacedæmon urbs
 est Peloponnesi regia Menelai, ita Amyclæ urbs etiam
 Peloponnesi. Tindari regia, Castoris et Pollucis pa-
 tria. Aphidnarum obscurius apud veteres scriptores
 est nomen.
 548. Egm., *dominis*, non ita bene.
 549. Fabr., Gis. ad marg., *Assyriaque vehi Baby-
 lonis ab arce*. Bong., *Assyriaque vehi Babylonis ab
 arce*. Melius *ad arcem*. Babylone extinctus est Alex-
 ander.
 550. De hac phrasi *sudataque bella* vide hymn. 2
 Cath., vers: 76.

553. Alii *diminuit*, alii *diminuit* scribunt. Quærat
 aliquis annon eadem ratione præmia diminuunt, qui,
 quidquid fortiter actum est a Christianis militibus,
 ascribunt peculiari auxilio Dei. Verum Christiani,
 qui ultro latentur nihil se habere quod a Deo non ac-
 ceperint, multo magis ejusdem beneficentiæ libenter
 attribuunt quidquid peculiari ejus auxilio factum esse
 constiterit. Neque tamen idcirco bona hominum
 opera, quæ libere ab ipsis efficiuntur, gloria ac præ-
 mio carent.
 554. Quod ait de Venere, de aliis quoque diis in-
 tellige: quanquam Veneris victricis templum Romæ
 a Pompeio dedicatum fuit, et imperatores Veneri
 victrici suas victorias passim ascribebant, cujus rei
 memoria exstat in nummis veteribus.
 555. Rat., alter Rott., Weitz., *summa miramur
 in arce*. Plerique, *summo miramur in arcu*. Jureti co-
 dex, *mirantur*. Heinsius ait *arce* de Capitolio posse
 intelligi, *arcu* arcus triumphales designare. Vide
 etiam quæ de arcu et arce notavi ad vers. 525
 Apoth.
 556. Pal., Egm., *quadrijugo*, mendose. Juvenalis
 sat. 8, vers. 3: *Et stantes in curribus Æmilianos*.
 558. Statuæ triumphales fingeantur, hostibus ad
 pedes jacentibus, et prostratis, ut adhuc cernere li-
 cet. Statius in Equo Maximo: *Vacuæ pro cespite ter-
 ræ Ænea captivi crinem terit ungula Rheni*. Propertius
 lib. IV, eleg. ultima: *Sub quorum titulis, Africa tonsa,
 jaces*. Tituli sunt inscriptiones basis.
 559. Jureti codex, *depressis*, minus bene.
 560. Tropæa proprie erant corpora trunca cum
 spoliis, qualia hodieque exstant Romæ ante Capito-
 lium, et Mario erecta dicuntur. Turres etiam, aras
 et columnas pro tropæis antiqui adhibebant, imo
 truncos rudes arborum, quibus spolia suspendebant:
 quæ omnia fuse explicata vide in notis Ouzelii ad
 Minucium, pag. 229, ubi explicat Minucii verba: *Tot
 de diis spolia, quot de gentibus et tropæa*.
 562. Vat. A, *Flora, Ceres, Matuta*. Alii, *Flora,
 Matuta, Ceres*. Egm., Alex. a prima manu, *Laren-
 tina*, quod melius Heinsio videtur quam *Laurentina*,
 Weitzius Egmondano imputat *Larventina*; rectius

His tamen auspiciis successus dextra dederunt A
 Omina lætificos, et felix affuit ales.
 565 Quid sibi vult virtus, quid gloria, si Corvinum
813 Corvus Apollineus penna, vel gutture
 [juvit?
 Sed tamen hic corvus cur defuit exitiali
 Forte die, infaustas tegerent cum funera Can-
 [nas,
 Oppeteretque super congesta cadavera consul?
 570 Cur Cremeræ in campis cornice, vel oscine
 [parra
 Nemo deum monuit perituros Marte sinistro
 Tercentum Fabios, vix stirpe superstite in
 [uno?

814 Nullane tristificis tritonia noctua Carris
 Advolitans, præsto esse deam prænuntia
 [Crasso
 575 Prodidit? aut Paphiam niveæ vexere columbæ,
 Cujus inauratum tremeret gens Persica lim-
 [bum?
 Sed video, quæ te moveant exempla vetustæ
 Virtutis: dicis, domitum terraque, marique
 Orbem: res lætas, et prospera quæque retexis:
 580 Mille triumphorum memoras ex ordine pompas,
 Ductaque per mediam spoliolum fercula Ro-
 [mam.
 Vis dicam, quæ causa tuos, Romane, labores
 In tantum extulerit? queis gloria ictibus aucta

GLOSSÆ VETERES.

565. His, o *Symmache*.—Successus, prosperitates, I. B.
 564. Lætificos, jucundos.—Ales, aquila, quia in au-
 spicio felix erat, Iso.
 565. Si, pro non.—Corvinum, dux Romanorum fuit,
 qui, cum hostibus premeretur, Apollo misit ei corvum
 in adiutorium, quo liberatus est, I.
 566. Apollineus, qui Appollini consecratus est.—
 Penna, volatu.—Gutture, voce.—Juvit, in bello, I.
 568. Cannas, ignobilis vicus Apuliæ, sed magnitu-
 dine cladis famosus emerit, ubi famosissimum bellum
 illud fuit, quando Hannibal nobilitatem Romanorum in-
 terfecit, I.
 569. Oppeteret, moreretur. Cadavera, corpora.—
 Consul, Paulus, I.
 570. Cremeræ, civitas Italiæ.—Oscine, augurio,
 ab ore et cano; avis augurium quærebat, quando cum
 Hannibale pugnavit.—Parra, avis malo omine, I.

571. Sinistro, adverso, I.
 572. Fabios, qui omnes interfecti sunt, uno tantum-
 modo superstite, qui postea magnus Fabius dictus est.
 — Superstite, remanente, Iso.
 575. Tritonia, quia Minervæ est consecrata.—No-
 ctua, ideo Palladi est consecrata, quia nocte videt; et
 Pallas, quæ sapientia dicitur, nullis tenebris offusca-
 tur.—Carris, populis, I.
 574. Crasso, duci, consuli, I.
 575. Paphiam, Venerem.—Columbæ, sub tutela
 Veneris erant, I.
 576. Tremeret, timeret.—Limum, ora vestimenti, Iso.
 578. Domitum, subjugatum, Iso.
 581. Fercula, mensas, sustentacula, Iso.
 582. Romane, o *Symmache*, I.
 585. Fotibus; nutrimentis.—Fortibus, principi-
 bus, nutrimentis, vel auxiliis, I.

COMMENTARIUS.

Heinsius legerit *Larentina*. Hæc fuit uxor Faustuli, C
 nutrix Remi et Romuli, cujus in honorem *Larentalia*
 sunt instituta. *Matuta* dea, quæ præest tempori ma-
 tutino. Hæc lectio Vat. A magis accedit ad rationem
 metri, ideoque a nobis præferenda est.

564. Meursius in nonnullis vulg. invenit *omnia*,
 ac recte monuit in notis ad Arnob. corrigendum
omina. Prævenerat Aldus, quem secutus est Weit-
 zius. *Omina* confirmant nostri, meliores Heinsiani,
 et codex Jureti.

566. Livius lib. vii, cap. 25, historiam hanc narrat.
 Corvus pro Marco Valerio pugnans Gallum hostem
 rostro, unguibus alisque turbabat: cur autem Pru-
 dentius dicat *vel gutture*, ratio peti poterit ex cantu
 augurioque corvi, quasi crocicans in Gallum insilue-
 rit. Virgilius I Georg. vers. 410: *Corvi presso ter*
gutture voces, Aut quater ingeminant; et vers. 423: *Et*
ovantes gutture corvi.

568. *Funera* pro corporibus defunctorum non-
 nunquam sumuntur.

569. Florus de hac strage lib. ii, cap. 6: *Paulum*
pudivit, Varro non desperavit.

570. Rat., Urb., Widm., Bong., *partha*. Fabr.,
parta. Latinius etiam videtur invenisse *parta* in Tor-
 næs., pro quo substituit *parra*, ut plerique scribunt.
 Nonnulli habent *parrha*, quod perinde est. Juretus,
 nescio ubi invenerit, *parca*. Cantus *parrae* injucundis-
 simus est. Horatius lib. iii, od. 27: *Impios parrae*
recinentis omen Ducat. Aves *oscines* dicuntur, quæ
 ore augurium faciunt, ut *alites*, quæ alis. Glossa ait
Cremeram esse civitatem; fluvium Tusciam plerique
 dicunt esse, et fortasse et flumen et oppidum hujus
 nominis fuerit. Fabios, qui perierunt, alii tercentum
 sex numerant: sed plerumque numerus rotundus
 ponitur etiam ab iis qui diversitatem aliquam inesse
 sciunt. Ovidius aliquando trecentos dixit, aliquando
 trecentos sex. Poetarum in his major est licentia: ser-
 viunt enim ipsi suis numeris. Juvenalis utramque

hanc cladem conjunxit sat. 2 lib. i: *Quid Cremeræ*
legio, et Cannis consumpta juvenus? Romæ anno
 1784 prodiit *Lettera sopra l'uccisione dei 306 Fabj*.
 Auctor anonymus conjecturis probat non omnes
 fuisse e familia Fabiorum, sed plerosque ad eam tan-
 tum pertinuisse aut ob consanguinitatem, aut ob
 clientelam, aut quavis alia ratione.

571. Jureti codex, *novit*, Vat. A, *juvit*: lege *mo-*
nuvit. Nullus deorum monuit, cornice vel parra oscine,
 tercentum perituros. Aldus male interpungit *parra*.
Nemo deum. Notanda est phras *nemo deum*: de ho-
 mine solet dici *nemo*, scilicet *ne homo*. Prudentius
 etiam dixit *nemo dies* in Romano vers. 744, quod non
 reperio ab alio usurpatum. Virgilius lib. ix, vers. 6:
Turne, quod optanti divum promittere nemo Auderet.

575. Alex. scribit *Carrhis*, Urb. et Ald. *Carris*,
 Rat. *Charris*. Ad Carras Crassus a Parthis disjectus
 fugatusque est: de qua strage obvii sunt historico-
 rum libri. Carræ vero non sunt populi, ut ait glossa,
 sed urbs Mesopotamiæ a flavio cognomine nuncu-
 pata. Nonnulli Carras urbem Arabiæ esse dicunt.

576. Ald., Urb., *lembum*, et Grangæus interpreta-
 tur *baltheum*. Cauchius exponit de Veneris cæsto:
 invenerat autem in suis membranis *libum*. Fabr. legit
nimum, scilicet splendorem, qui cum nuntibus
 semper est, ut ait Servius. Vetustiores codices nostri,
 et Heinsiani, *limbum*. Rat. scribit *lymbum*. Pro *Per-*
sica fortasse legendum *Parthica*, quanquam Parthi eo
 tempore Persarum imperio potiebantur.

578. Urb., Weitz., *dices*; Rat., *dicens*; Alex. e
 alii edd. et mss., *dicis*.

579. Rat. recenti manu, prioribus abrais, *cuncta*
 pro *quæque*. Idem, *retexit*; supra, *retexis*.

581. *Fercula* solent dici missus carniū; aliquando
 pegmata, ubi feruntur spolia ad triumphum pompan.
 Hac eadem significatione *fercula* posuit Plinius in Pa-
 negyrico Trajani, ubi triumphum graphice describit.

585. Ald., Alex., Gis. et alii, *fortibus*. Rat., Urb.,

Sic cluat impositis, ut munus frenet habenis? A
 585 Discordes linguis populos, et dissona cultu
§15 Regna volens sociare Deus, subjungier
 [uni
 Imperio, quidquid tractabile moribus esset,
 Concordique jugo retinacula mollia ferre
 Constituit, quo corda hominum conjuncta te-
 [neret
 590 Religionis amor : nec enim fit copula Christo
 Digna, nisi implicitas societas mens unica gentes.
 Sola Deum novit concordia, sola benignum
 Rite colit tranquilla Patrem : placidissimus il-
 [lum
 Foederis humani consensus prosperat orbi,
 595 Seditione fugat, saevus exasperat armis,
 Munere pacis alit, retinet pietate quieta.
 Omnibus in terris, quas continet occidua
 Oceanus, roseoque aurora illuminat ortu,
 Miscebat Bellona furens mortalia cuncta,
 600 Armabatque feras in vulnera mutua dextras.

Hanc frenaturus rabiem Deus, undique gentes
 Inclinare caput docuit sub legibus iisdem,
 Romanosque omnes fieri, quos Rhenus et Ister,
 Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat
 [Iberus,
 605 **§16** Corniger Hesperidum quos interlabitur,
 [et quos
 Ganges alit, tepidique lavant septem ostia Nili.
 Jus fecit commune pares, et nomine eodem
 Nexuit, et domitos fraterna in vincula redegit.
 Vivitur omni generis in partibus haud secus, ac si
 610 Cives congenitos concludat mœnibus unis
 Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.
 Distantes regione plagæ, divisaque ponto
 Littora conveniunt nunc per vadimonia ad
 [unum,
 Et commune forum, nunc per commercia, et
 [artes
 615 Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
 Externi ad jus connubii : nam sanguine mixto

GLOSSÆ VETERES.

584. Habenis, legibus, I.
 589. Quo, ut, I.
 590. Copula, amicitia, I.
 594. Prosperat, placat, I.
 596. Alit, nutrit, Iso.
 599. Bellona, dea belli, Iso.
 602. Iisdem, unis scilicet Romanorum, I.
 603. Ister, Danubius, I.
 604. Tagus, fluvius Thraciæ in quo aurum sumitur.
 — Aurifluus, aureus arenas habens. — Iberus, fluvius

Hispaniæ, I.
 605. Corniger, Eridanus, vel Padus, I.
 609. Haud secus, non aliter. — Ac, quam, I.
 610. Congenitos, simul genitos, I.
 611. Lare, igne, vel domo. — Conciliemur, congregemur. — Avito, patrio, antiquo, I.
 615. Vadimonia, mercimonia, I.
 615. Genialia, voluptuosa, vel nuptialia. — Fulcra lectos, I.

COMMENTARIUS.

Widm., alter Rott., duo Boher., fontibus, quod Weitzius aliique postea in edd. secuti sunt. Iso utramque lectionem agnoscit. Rittershusius ad oram libri sui adjecerat fontibus; tum alius suspicetur fontibus orta. De phrasi in tantum dictum est ad vers. 153 Hamartig.

584. Rat., sic cluat. Bong. et Widm., quis valet; supra, cluat. Sich., sic valet.

591. Arator lib. I Hist. apost. : Ecce tot egregiis unum cor inesse ceteris Cernitis, utque animam populus nanciscitur unam. Eandem sententiam Prudentius promovet in hymno S. Laurentii, neque video quid melius possit excogitari ad religionis sub uno capite unitatem persuadendam.

595. Vat. A, mendose, placidissimum.

594. Widm. supra, Gis. 1 ed. ad oram, Urb., seminis humani, non ita probe. Codex Jureti Vat. A, Egm., Pal., orbem. Alii, orbi.

597. Rat. recenti manu, prioribus erasis, in terris, occasu quas vagus ambit. Alex., Oxon., Thuan., prior Boher., quas distinct occidua. Ald., Vat. A, Rat., Urb. et vett. edd., quas continet occidua. Heinsius et recentiores, destinet.

598. In Vat. A, desideratur conjunctio que post roseo.

600. Alex., Vat. A, Ald., Weitz. cum plerisque suis, armabatque. Bong., Gis., Urb., Fabr., armabatque. Heinsius Giselino adhesit, sed varietatem lectionis non indicavit. Rat., armabatque ferens; supra, feras. Sed Marietto placebat ferens, ut ibi est sine ulla litura, non feras, quod aliena manu superpositum.

604. Iso Tagum accipit pro fluvio Thraciæ. Fortasse legendum Lusitaniæ. Tagum aurifluum Hispaniæ flumen esse omnes consentiunt, neque de alio Tago flumine quidquam audivi.

605. Rat., corrupte, coniger Hesperidum. In eodem sciolus recens, prioribus erasis, hæc e sua penu ad-

Cjecit, Hesperidum quos labitur inter aquarum Regnator, tepidique lavant septem ostia Nili. Quos alit et Ganges, solus qui tendit ad ortum Fontibus incertis patulum diffusus in amnem. In Widm. male est et quas pro et quos. Videtur indicari Tiberis, de quo Virgilius lib. viii, Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. Fluvii a poetis cornigeri dicuntur. Cornua fluminum apud Virgilium, Lucretium, Ovidium et alios sunt flexus et cursus obliqui. Alii aliter explicant, nec desunt qui opinentur vim aquarum cornibus indicari, ut potentiam in sacris Literis.

606. Alex. scribit Ganges, alii Gangis, ut Joannis, famis. Gis. in 2 ed., tepidique : rectius in 1, tepidique, cum aliis edd. et mss., et Nilus quidem tepidus dicitur a Juvenale, Propertio et aliis, quia nivibus æstu dissolutis Ægyptum inundat.

611. Gis. in texto, concilientur; ad oram, concil'emur, cum scriptis. Egm., conciliamur. Roma communis patria dicitur a Cicerone, Seneca Philosopho, Claudiano, Symmacho et aliis. Ita etiam appellatur lege 35, D, ad mun. cip., et lege 4, D, de exc. tut. : et hæc est ratio cur Ulpianus scribat in lege 7, D, de interd. et releg., constitutum fuisse eum cui patria interdictum erat etiam Urbe abstinere debere. Cludianus, in de Laudibus Siliconis, plura his versibus consona effert.

615. Geniales lecti proprie dicebantur, qui puellis nubentibus sternebantur.

616. Juretus in quadam scheda invenerat æterni ad jus connubii, quam lectionem merito rejicit. Ulpianus lib. Regulatum, tit. 5, scribit cives Romanos cum civibus Romanis habere connubium, cum Latinis autem et peregrinis, si concessum esset. Idem antiquus mos constat ex Seneca lib. iv de Benef., cap. 55, Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo connubium. Eadem me lex defendit, quæ vetat. Exstant

§17 Textitur alternis ex gentibus una propago. A
 Hoc actum est tantis successibus atque trium-
 [phis
 Romani imperii : Christo jam tum venienti,
 620 Crede, parata via est ; quam dudum publica
 [nostræ
 Pacis amicitia struxit moderamine Romæ.
 Nam locus esse Deo quis pōset in orbē feroci,
 Pectoribusque hominū discordibus, et sua
 [jura
 Dissimili ratione tuentibus, ut fuit olim ?
 625 Sic incompositos humano in pectore sensus,
 Disjunctasque animi turbato fœderē partes
 Nec liquida invisit sapientia, nec Deus intrat.
§18 At si mentis apex, regnandi jure potitus,
 Pugnacis stomachi pulsus, fibrasque rebelles
 630 Frenet, et omne jecur ratione coerceat una,
 Fit stabilis vitæ status, et sententia certa
 Haurit corde Deum, domino et subjungitur uni.

En adēs, Omnipotens, concordibus influe terris:
 Jam mundus te, Christe, capit, quem congrege
 [nexus
 635 Pax, et Roma tenent : capita hæc, et cūmina
 [rerum
 Essē jubēs, nec Roma tibi sinē pace probatur.
 Et pax ut placeat, facit excellentia Romæ,
 Quæ motus vāriōs simul et ditone coerceat,
 Et terrōre premit : nec enim spoliata prioris
 640 Robore virtutis senuit, nec sæcula sensit,
 Nec tremulīs, cum bella vocant, capit arma la-
 [certis,
 Nec tam degeneri venerandis supplicat ore
 Principibus, quam vult prænobilis ille senator,
 Orandi arte pōtens, et callida fingere doctus,
 B 645 Mentitumquē grāvis personæ inducere pondus :
 Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
 Grande aliquod cūjus per hiatum crīmen an-
 [helet.

GLOSSÆ VETERES.

621. Moderamine Romæ, *Roma hoc moderante*, I.
 624. Ut fuit, *præterito tempore, nam ante feroces
 homines erant*, I.
 625. Incompositos, *turbatos*, I.
 628. Mentis apex, *nus græce*, Iso.
 632. Haurit, *sumit*, I.
 633. En, *invocat Christum*, I.
 634. Congrege, *conjuncto*, I.

635. Capita, *principatum*, I.
 636. Probatur, *placet*, I.
 642. Supplicat, *adulat*, I.
 645. Inducere, *scilicet sibi*, I.
 646. Ut tragicus, *quando enim aliquid blasphemiam
 dicebant, largius ora tegebant, ne agnoscerentur*. — Li-
 gno, *quod vulgo schema dicitur*, I.

COMMENTARIUS.

autem monumenta connubii civibus Romanis cum barbaris et exteris concessi : quæ concessio nunc dispensatio diceretur. E verbis Prudentii colligunt interpretes ætate Prudentii exolevisse priscum morem quo peregrini a jure connubii Romani arcebantur, atque ita affirmat Juretūs ad hunc locum. Verum distinctione opus est : nam Macrobius, qui eodem ævo scribebat, tradit cum Romanis nullam peregrinos habere consuetudinem. Et in cod. Theod. lib. III, tit. 14, exstat constitutio Valentiniāni qua statuit nulli provincialium, cujuscunque ordinis aut loci fuerit, cum barbara uxore esse conjugium, nec ulli gentiliū provincialem feminam copulari oportere ; quod si tales nuptiæ exstiterint, capita e minatur supplicium : quæ est lex unica ejus tituli lata anno 570. Ubi gentiles non sunt infidèles aut pagani, sed barbari et specieatim ii qui ex variis gentibus se ad Romanum imperium contulerant. Gothofredus rejicit opinionem eorum qui putant ex famosa Antonini constitutione, quæ memoratur in l. orbe Romano 17, D, de statu hom., barbaros omnes qui in exercitus Romanos recepti fuissent, civium Romanorum numero habendos fuisse. Prudentius externi jus connubii, tanquam aliquid novum et Evangelii recepti fructum, commemorat. Post Valentiniānum ejusmodi nuptiæ ex rescripto peti et indulgeri cœperunt ; et lex ipsa Valentiniāni, utpote abolita, a Triboniano omīssa est.

621. In editione Parmensi *paci pro pacis* error est contra metri legem.

622. Heinsius edidit *possit* ; sed cum alii edd. et mss. habeant *pōset* et id magis sententiæ congruat, puto excidisse *possit* pro *posset*. Chamillardus, Heinsium secutus, edidit *possit*.

623. Aldus edidit *pectoribusque hominum*, quod cum esset metro repugnans, correxit *principibusque*. Vera lectio est *pectoribusque*.

627. Sapient. I, 4 : *Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*.

628. Egm., Vat. A a prisca manu, *ut si*.

635. Ald., *una ades*. Alii, *en ades*.

635. Rat., *pax, et Roma tenet*.
 641. Florus, lib. I, cap. 4, de Roma : *Inertia Cæsarium quasi consenuit, atque decoxit, nisi quod sub Trajano principe movet lacertos*.

646. Vat. A, *mendose, ora caveto*. Virgilius, lib. II Georg. : *Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis*. Vide Bulengerum, de Theatro lib. I, cap. 45. Tragicus cantor est histrio tragædus : cantor pro histrione ponitur, ut aliqui pu ant, ab Horatio in Arte poetica : *Donec cantor, Vos plaudite, dicat*. Æschylus primus introduxit personam in theatro, sive vultum fictum e ligno cavato, cujus per hiatum verba audiri possent. Vide Ficoronum de Larvis scen.

647. *Hiatus* de tragædis a Juvenale, Persio et aliis dicitur, et proprie de hiatu personæ. Juvenalis sat. 5 : *Cum personæ pallentis hiatum In grêmio matris formidat rusticus infans*. Personas et cætera histrionum ornamenta describit Lucianus lib. de Saltat. Grangæus ait alios habere *carmen anhelet* ; sed melius esse *crimen*, quia in tragædiis gentiliū quot carmina, tot sunt crimina, ita ut eleganter dixerit tragicos cantores non tam carmina quam crimina anhelasse. Ego libenter adoptarem *carmen*, si idoneos auctores haberem ; et favet Juvenalis similis locus sat. 6, vers. 635 : *Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu*. Quod vetus scholiastes interpretatur, *Tragædiam scribimus*. Vide *carmen, grande, hiatu*, quæ voces in versu Prudentii videntur transcriptæ : nam pro *bacchamur* recte positum est *anhelet*. Neque video cur omnia tragædiarum gentiliū carmina dicenda sint crimina. Imo retenta communi lectione, *crimen* accipio non de carmine, sed materia ipsa tragædiæ, quæ plerumque in grandi aliquo crimine versatur. Post hunc versum verba succedunt Symmachi : *Romam nunc putemus assistere, atque his vobiscum agere serntonibus. Optimi principes, patres patriæ, reveremini annos meos, in quos me prius ritus adduxit. Utar caremoniis avitis : neque enim prenitet. Vivam more meo : quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit. Hæc sacra Annibalem a mœnibus, a Capitolio Senonas repulerunt. (Ad hoc ego servata sum, ut longæva reprehendar ? videam, quod instituendum*

819 Si vocem simulare licet, nempe aptior A
 [ista
 Vox Romæ est, quam nunc ejus sub nomine
 [promam.
 650 Quæ, quia turpe putat templorum flere repul-
 [sam,
 Ægidaque in dubiis pro se pugnasse periculis
 Dicere, seque gravem senio inclinante fateri,
 Ductores complexa suos, sic læta profatur :
 O clari salvete duces, generosa propago
 655 Principis invicti, sub quo senium omnè rena-
 [scens
 Deposui, vidique meam flavescere rursus
 Canitiem : nam cum mortalia cuncta vetustas
820 Imminuat, mihi longa dies aliud parit
 [ævum. B
 Quæ vivendo diu didici contemnere finem.
 660 Nunc nunc justa meis reverentia competit an-
 [nis :
 Nunc merito dicor venerabilis, et caput orbis,
 Cum galeam sub frondè oleæ, cristasque rubentes

Concutio, viridi vélans fera cingula sero,
 Atque armata Deum sine crimine cædis adoro.
 665 Crimen enim, piget heu! crimen persuaserat
 [atrox
 Juppiter, ut sacro justorum sanguine tincta,
 Assuetum bellis scelerarem funere ferrum.
 Illius instinctu primus Nero, matre perempta.
 Sanguinem apostolicum bibit, ac me strage pio-
 [rum
 670 Polluit, et proprium facinus mihi sævus inus-
 [sit.
 Post hunc et Decius, jugulis bacchatus apertis,
 Insanam pavit rabiem : mox et sitis arsit
821 Multorum similis, per vulnera tristia
 [flagrans,
 Extrahere insignes animas, ac ludere pœnis.
 675 Undantesque meum in gremium diffundere
 [mortes,
 Et sub jure fori non noxia colla secare.
 Hac me labe ream modo tempora vestra pia-
 [runt.

GLOSSÆ VETERES.

649. Promam, proferam, I.
 650. Repulsam, repulsionem, I.
 651. Ægida, capra nutrix Jovis, cujus pellem postea
 pro scuto habuit brevi, I.
 654. Generosa, nobilis, I.
 655. Principis, Constantini. — Renascens, per ba-
 ptismum, I.
 656. Flavescere, juvenescere, albescere, I.
 659. Finem, mortem, I.
 662. Fronde oleæ, sub pace, I.
 663. Fera, bellica. — Cingula, arma. — Serto, co-
 rona, I.
 664. Armata, signo crucis, I.
 666. Tincta, maculata, I.

667. Scelerarem, polluerem. — Funere, morte, I.
 668. Illius, Jovis. — Instinctu, suasio, I.
 669. Apostolicum, Petri et Pauli, I.
 670. Inussit, in me convertit : inurere est culpam
 propriam in alium transferere, I.
 671. Hunc, Neronem. — Jugulis, interfectionibus
 martyrum, I.
 674. Ludere, id est ludebant. — Pœnis, Christiano-
 rum, I.
 C 675. Diffundere, diffundebant, I.
 676. Jure, lege publica. — Non noxia, innoxia. —
 Secare, secabant, I.
 677. Piant, purgabant, I.

COMMENTARIUS.

putatur? Sera tamen et contumeliosa est emendatio
 senectus is. Ergo diis patriis, diis indigetibus pacem
 rogamus.) Verba uncis inclusa desunt in Aldo et aliis,
 exstant apud Giselinum et Heinsium. Codex Vat. A
 corruptissimus est in his aliisque Symmachi verbis.
 Scribit reverimini pro reveremini, et post in quos omit-
 tit me. Alter Rott. habet reveremini canos meos.

651. Jupiter ægida scutum suum Palladi donavit,
 cui illa caput Medusæ imposuit. Hic intellige Jovem et
 Pallada, vel potius deos omnes.

653. Vat. A, Rat. a prima manu, fatetur. Cauch.,
 profatur; lege profatur.

655. Theodosius Magnus hic laudatur, non Con-
 stantinus : nam hujus filii non erant Honorius et Ar-
 cadus. Hinc etiam arguitur, princeps qui libro I
 Romam alloquitur fuisse Theodosium.

658. Rat., aliud parat ævum

659. Vat. A, quæ videndo, recenti manu recte fa-
 ctum vivendo.

661. S. Leo serm. 4 in natali SS. apostolorum Pe-
 tri et Pauli : Per sacram beati Petri sedem caput orbis
 effecta, latius præsideres religione divina quam domina-
 tione terrena. Prosper Carin. de Ingratis in princ. :
 Sedes Roma Petri quæ pastoralis honoris Facta caput
 mundo, quidquid non continet armis, Religione tenet.

665. Rat., persuaserit, non recte.

667. Ald., belli. Vat. A, scelerare. Pal., sceleraret.
 Alex. a prima manu, fenere; a secunda manu, junere.
 Ald., Gis. ad oram, in funere. Legendum bellis sceler-
 rarem funere. Ferri potest in junere et belli.

670. Fortasse Prudentius alludit ad incendium
 Neronianum.

671. Weitzius Aldum allegat pro post hæc; alium
 fortasse voluit indicare, nam in Aldo lego post hunc.
 Decius septimam persecutionem, ut vulgo numerant,
 excitavit, sed plane crudelem et Neronianæ similis-
 simam. De persecutionibus Christianorum sub impe-
 ratoribus paganis acri judicio multaque doctrina dis-
 seruit cl. Franciscus Maria Lucchini in præfatione
 ad Acta martyrum Ruinartii Italice a se conversa.
 Undecim persecutiones distinguit et explicat, primam
 sub Nerone, secundam sub Domitiano, tertiam sub
 Trajano, quartam sub M. Aurelio, quintam sub Severo,
 sextam sub Maximino, septimam sub Decio, octavam
 sub Valeriano, nonam sub Aureliano, decimam sub
 Diocletiano, undecimam sub Juliano Apostata.

672. Ald., mox hæc sitis.

674. Egm., Gis. ad oram, et trahere. Giselinus in
 notis aut tolerari posse extrahere, se tamen malle le-
 ctionem sui codicis et editionis Daventriensis, ut per
 vulnera tristia animas trahere idem sit quod ludere
 pœnis. Vat. A, mendose, extraxere. Ludere pœnis
 quibusdam cruciatibus Christianorum satis apte con-
 gruit. Tacitus lib. xv Annal. cap. 44 : Et pereuntibus
 addita ludibria, ut ferarum tergis contacti laniatu ca-
 num interirent, aut crucibus affixi, aut flammam, at-
 que ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis ure-
 rentur.

675. Alex. cum aliis, defundere. Urb. alique, dif-
 fundere. Virg. x Æneid. in fine : Undantique animam
 diffundit in arma cruore. Hic etiam locus est animad-
 vertendi audaciam illorum qui magnum fuisse SS.
 martyrum numerum negant.

Vivo pie vobis auctoribus, impia pridem
Arte Jovis fateor : quid enim non ille cruentum
680 Tradidit, aut quid mite sibi, placidumve po-
[poscit ?

Qui, dum præmetuit cultus inolescere Christi,
Sæviti, ac miserum fœdavit sanguine sæclum.
Et sunt, qui nobis bella exprobrare sinistra
Non dubitent, postquam templorum sprevimus

[aras,

685 Affirmentque Libyn Collinæ a cardine portæ
Annibalem Jovis imperio, Martisque repulsum :

822 Victores Senonas Capitoli ex arce fuga-
[tos,

Cum super excelso pugnarent numina saxo ?

Qui mihi præteritam cladem veteresque dolores

690 Inculcant iterum, videant, me tempore vestro **B**

Jam nil tale pati : nullus mea barbarus hostis

GLOSSÆ VETERES.

680. Tradidit, docuit, I.

681. Inolescere, crescere dies festos, I.

685. Libyn, Africanum, I.

688. Saxo, in Capitolio, I.

690. Inculcant, imputant, I.

695. Geticus, Radagisus, vel Alaricus, I.

696. Istro, Danubio, I.

698. Mastrugis, mastruga quasi monstruosa vestis,

COMMENTARIUS.

678. Vat. A, Pal., Egm. vitiose, vobis aucta mihi
impia.

682. Vat. A, sævit; lege sæviit.

685. Ald., qui vobis. Hæc vetus fuit ethnicorum
querela adversus Christianos. Arnobius, lib. 1 : *Nam
quod nobis objectare consuestis bellorum frequentiam,
câusas, vastationes urbium, Germanorum et Scythicas
irruptiones, cum pace hoc vestra et cum bona venia
dixerim, quale sit istud quod dicitis, calumniarum libi-
dine non videtis.* Etiam cum nulla jam ipsis supererat
spes veterem idolorum cultum recuperandi, hujus-
modi querimonias instaurabant, quas ut retunderet,
S. Augustinus libros de Civit. Dei scripsit, Orosioque
auctor fuit, ut libros historiarum conficeret, et cala-
mitates quæ ante Christianismum obvenerant, singul-
latim notaret.

686. Prudentius Symmachi verba refellit, Anniba-
lem fulminibus deterritum, cum Romam oppugnavit,
traditum est. *Seu cælum, seu Roma tonat,* ait Clau-
dianus de Bello Getico.

688. Urb., Egm., Widm., Bong., scribunt *ecelso*,
quod expressit Weitzius. Heinsius ait in scriptis esse
e celso. At Alex., Rat., *excelso*, cum Ald., Gis. et
aliis, et hoc ipsum puto esse *ecelso*, quamvis etiam
possit dividi *e celso*. Virgilius lib. ix *Æn.*, *Dum do-
mus Æneæ Capitoli immobile saxum Accolet.*

691. Vat. A, nullis; emenda nullus.

692. Virgilius et Juvenalis *claustra portarum* di-
cunt : ac fere simili modo Catullus, Ovidius, Seneca.
Savaró ad epist. 2, lib. 1 Sidonii de Gothis hunc lo-
cum interpretatur. Grangæus ait pro certo debere in-
telligi de Gallis, qui armis, veste comisque erant Ro-
mans dissimiles, scilicet, Nullus barbarus hostis, ut
Annibal cuspidem claustra mea quatit; nullus armis,
veste comisque ignotus, ut Brenni miles et Senonum
exercitus, capta errat in urbe. Id magis probo.

695. Geticus tyrannus est Alaricus. Gothi *Getæ* di-
cebantur. Inscriptio poematis Claudiani est : *De Bello
Getico, vel Poletentiaco.*

696. Etsi Gothi e septentrione venerant, tamen
diu apud Istrum considerant : hinc *patrium Istrum*
vocat. Immutat autem morem barbarorum, qui flumina
jurabant. De eodem Alarico Claudianus carm. de
Bello Getico : *Patrii numen juraverat Istri.* Fruis

A Cuspide claustra quatit : non armis, veste, co-
[misque

Ignotus capta passim vagus errat in urbe,
Transalpina meam rapiens in vincula pubem.

695 Tentavit Geticus nuper delere tyrannus

Italiam, patrio veniens juratus ab Istro,

Has arces æquare solo, tecta aurea flammis

Solvere, mastrucis procères vestire togatos.

823 Jamque ruens, Venetos turmis protriverat

[agros,

700 Et Ligurum vastarat opes, et amœna profundi

Rura Padi, Tuscumque solum victo amne pre-

[mebat.

Depulit hos equitum nimbos non pervigil anser,

Proditor occulti tenebrosa nocte pericli :

Sed vis cruda virum, præfractaque congre-

[dientum

*de pellibus facta : vocamus etiam mastrugas renones,
quæ rustice crotina vocantur, I.*

699. Venetos, Venetiæ, I.

700. Ligurum, Liguria regio maritima et amœna, I.

701. Victo amne, transitu Tiberi, I.

704. Cruda, fortis. — Congredientum, pugnan-
tium, I.

numen aliquod inesse Romani etiam ac Græci in fa-
bulis tradunt.

698. Alex., *astrucis*; supra, *mastrucis*. Rat., *ma-
strugis*, quod tenuit Weitzius; alii scribunt *mastru-
cis*, seu *mastrycis*. Mastruca vestis erat e pellibus fe-
rarum, quam Sardis tribuit Cicero. Quintilianus lib. 1,
cap. 5 : *Mastruca, quod Sardum est, illudens Cicero
ex industria dixit.* Ciceronis verba conservavit Isido-
rus. Hieronymus dialog. 1 contra Luciferian. : *De-
fendebat, non sine causa Christum mortuum fuisse, nec
ob Sardorum tantum mastrucam Dei Filium descen-
disse.* Gothi hujusmodi vestibus induebantur, qui
propterea *pelliti* appellantur a Rutilio et a S. Hiero-
nymo. Turnebus, num. 312 Advers., ait mastrugam
esse vestem scorteam gravissime et pessime olen-
tem. Glossæ verbum huc trahi potest *crotina*. *Rhenon-
es* in eadem glossa sunt vestis Germanorum pro-
pria, ut patet ex S. Isidoro, lib. xix Etymol., cap. 25.
Quamvis autem mastruca dicatur vestis propria Sar-
dorum, rhenones sive renones Germanorum, tamen
cum utraque sit e pellibus, recte hoc loco a Pruden-
tio mastruca usurpatur. Apud S. Isidorum nonnulli
legunt *Mastruca vestis Germanica*; sed non est du-
bium quin sit legendum *vestis Sarda*, ut arguitur ex
verbis subjunctis Ciceronis, et numero 1 cap. cit. Ut
au em glossa Isonis intelligatur, addam etymologiam
mastrucæ ex Isidoro : *Mastruca autem dicta, quasi
monstruosa.* De vestibus pellitis S. Paulinus carm. de
Reditu Nicetæ : *Et Getæ currunt; et uterque Duceus :
Qui colit terræ medio, vel ille Divitis multo bove pellea-
tus Accola ripæ.* Ubi in notis multa Rosweydu affert
de hoc vetustissimo habitu primorum populorum.

699. Rat., Weitz., Bong., Widm., *prostraverat*,
Alii, etiam Widm. supra, *protriverat*.

701. Iso Tiberim amnem intelligit : an recte, vido
comment. ad vers. 719.

702. Ald., male, *hos equitum nimbos*. Alii, *hos nim-
bos equitum*. Claudianus in prim. consul. Stiliconis
vers. 352 : *Sed didicit... non fusum crebris hastilibus
imbrem, Non equitum nimbos latis obsistere pilis.* De
ansere pervigili; cujus clangore excitati Romani Gal-
los, nocte subeuntes; dejecerunt, agunt fere omnes
poetæ historicique Romani.

704. Ald., scripti Heinsiani, Alex., Urb., Egm.,

703 Pectora, nec trepidans animus succumbere le
[tho
Pro patria, et pulchram per vulnera quaerere
[laudem.
Nunquid et ille dies Jove contulit auspice tan-
[tum
Virtutis pretium? Dux agminis, imperiique

824 Christipotens nobis juvenis fuit, et co-
[mes ejus,
710 825 Atque parens Stilico: Deus unus Chri-
[stus utrique:
Hujus adoratis altaribus, et cruce fronti
Inscripta, cecinere tubæ: prima hasta dra-
[cones

GLOSSÆ VETERES.

708. Dux, *Constantinus, I.*

709. Christipotens, *Theodosius Arcadii filius, consul et socer Honorii.*— Juvenis, qui juvenis erat adhuc, I.

710. Utrique, *Constantino et Stiliconi, I.*

712. Draconis, *crucis: vox illa Romana caput draconis habens, I.*

COMMENTARIUS.

Palat, Widm, Bong., *perfractaque*, Fabr., Gis., *præfractaque*. Rat., *perfectaque*. Videtur præferendum, *præfractaque*: nam ita Virgilius xi *Æneid.*, *Præfractaque quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt.*

706. Rat. a prima manu, *quaerere mortem*. Virgilius lib. ix: *Et pulchram properet per vulnera mortem*; et lib. xi: *Pulchrâmq; petunt per vulnera mortem.*

708. Glossæ de Constantino, Theodosio Arcadii filio, Honorii socero, anachronismis et erroribus scætant. Honorius *dux agminis imperiique* dicitur, non quod ipse præsens prælio Pollentino adfuerit, sed quod ejus auspicio et imperio a Stilicone, vel potius a Saule duce, ut dicam ad vers. 719, gestum fuerit. Neque longe Honorius aberat, quippe degens Ravennæ.

709. Stilico dicitur comes Honorii non tam ratione illius dignitatis, quæ ævo medio *comitatus* nuncupabatur, quam ob munus tutoris Honorii, quod Theodosius morti proximus Stiliconi commendavit, et quia Stilico duis filias, quas ex Sereni Theodosii fratre genita susceperat, Mariam primo, et subinde, ea mortua, Thermantiam Honorio in matrimonium copulaverat. His pariter de causis *parens* appellatur. S. Ambrosius orat. in funere Theodosii: *De filiis enim nil habebat novum, quod conderet, quibus totum dederat, nisi ut eos præsentem commendaret parenti.* Claudianus de Tertio Consul. Honorii Theodosium morti propinquum Stiliconi ita dixisse cecinit: *Ergo age, me quoniam cælestis gloria poscit, Tu cuius succede meis, tu pignora solus Nostra fove, geminos dextra tu protege fratres..... Indue mente patre n.* Giselinus ex hoc loco conjicit Prudentium non visisse usque ad Stiliconis prodicionem et necem, quæ accidit circa annum 415, ut ipse ait, vel potius 403, ut ex historia constat. Alioqui nomen Stiliconis, quod postea e marmoribus eradebatur, in suo opere induisset, quomodo pro *Nota* subsistit *ora* Virgilius, Nolanis iratus. At neque ex omnibus marmoribus nomen Stiliconis eradi potuit, et longe difficilius est in aliquo scripto jam evulgato quidquam inducere aut mutare. Virgilius *Æneidem* nondum publicaverat cum decessit, adeoque membranæ intus positæ delere illi licuit quod non placuit. Teolius temporum rationem turbat, *Hinc, ait, aperte patet, ante annum 405, quo Stiliconis casus contigit, poetam hæc cecinisse.* Rei veræ rationem falsam allegat: nam Stiliconis casus ante annum 408 non contigit. Quod autem dixi, Stiliconis nomen non ex omnibus marmoribus erasum, ex hæc inscriptione patet:

FL. STILICHONI. V. C.

FLAVIO STILICHONI INLVSTRISSIMO VIRO
MAGISTRO EQVITVM PEDITVMQVE
COMITI DOMESTICORVM TRIBVNO PRAETORIANO
ET AB INEVNTE AETATE PER GRADVS CLARIS
SIMAE MILITIAE AD COLVMEN GLORIAE
SEMPITERNÆ ET REGIAE ADFINITATISEVECTO
PROGENERO DIVI THEODOSI COMITI DIVI

THEODOSI AVGVSTI IN OMNIBVS BELLIS
ADQVE VICTORIS ET AB EO IN ADFINITATEM
REGIAM COOPTATO ITEMQVE SOCERO D N
HONORI AVGVSTI AFRICA CONSILII EIYS
ET PROVISIONE LIBERATA EX S C

Exstat hæc inscriptio Romæ in area palatii posterioris De la Valle, quam Smetius et Manutius viderunt, et refert Gruterus pag. ccccxii. Smetius scribit *progeneri, Grueris progenero*, ut revera est in marmore quod vidi et contuli. Nunc abest primus versus, qui fortasse olim fuit in capite basis. Quædam ad archetypum correxi; nonnulla erasa sunt, vix ut legi possint. Ad eundem Stiliconem pertinere videtur inscriptio Christiana apud Gruterum pag. mliii, quæ incipit, C N V L A T V. M. F. STILICONIS SECUNDO C C DEPOSITVS PYER. Stilico quidem Christianum nomen profitebatur; sed ejus filius Eucherius, quem in imperio substituere conatus est pater, jam inde a puero, privatoque persecutionem Christianorum meditabatur. Alias inscriptiones ubi Stiliconis mentio occurrat, vide apud Guascom tom. III Inscript. Capitol., num. 1246, 1247, ubi nomen aliquando exaratur *Stilico*, aliquando *Stilicho*, aliquando *Stiliko*. Adeo difficile est e lapidibus veram orthographiam restituere.

712. Rat., Weitz., *draconis*: ita etiam Fabr., quem male Weitzius appellat pro *dracones*. Plerique, *dracones*; et Giselinus male *draconis* in singulari nonnullos habere ait: nam *prima hasta* labarum imperatorum intelligitur, in quo erat Christi monogramma, et nemo credet Christi apicem cum draconis effigie conjunctum fuisse. Contra Grangæus defendit et explicat lectionem *draconis*, quia mos ferendi effigies draconum in exercitu sub Christianis retentus est, sed ita ut supra ipsos dracones Christi monogramma exstaret: et ideo subjungit Prudentius *quæ Christi apicem sublimior effert*. Utraque explicatio probabilis: non autem probo rationem Giselini: cur enim non potuerit vexillis, in quibus draco esset pictus, Christi apex desuper imponi? Glossa Isonis fortasse ita poterit emendari: *Vexilla Romana caput draconis habent.* De militibus draconariis vide hymnum 1 Peristephanon. Præclarum argumentum pietatis veterum militum Christianorum ex his versibus eruitur: non enim solum altaria adorabant, scilicet Deum coram altaribus, verum etiam pugnam inituri cruce frontem signabant. S. Augustinus in psal. lxxiii: *Quid times fronti tuæ, quam signo crucis armasti?* Fortasse eodem respexit Sedulus lib. 1: *Aurca perpetuæ capietis præmia vitæ, Anima quibus domini tota virtute geruntur, Et fixum est in fronte decus, decus, armaque porto, Militiæque tuæ, bone rex, pars ultima resto.* Solitos Christianos ab ipso nascentis Ecclesie initio os, pectus, præcipue vero frontem sæpius crucis signo munire, res nota est omnibus et alibi etiam a nobis exposita. Tertullianus egregie dixit de Corona milit. cap. 5, *Frontem crucis signaculo terimus*, ut frequentiam denotaret. Sagittarius, cap. 16 de Cruciat., hunc locum intelligit vel de signo crucis, saltem digito in aere facto, vel de signaculo crucis quod Christiani veteres

- 826** Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior A 720 [effert.
 Illic ter denis gens exitiabilis annis
715 Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
 Corpora famosis olim ditata rapinis
 In cumulos congesta jacent. Mirabere seris,
 Posteritas, sæclis inhumata cadavera late,
 Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.
- 827** Si potui manibus Gallorum excisa levare
 De cinerum squalore caput, redeunte Camillo
 Signa renidenti fumanis si fronte recepi :
 Si potui miseris sertis redimire ruinas
 Et male pendentes lauro præcingere tures :
725 Quo te suscipiam gremio, fortissimè princeps,
 Quos spargam flores, quibus insertabo coronis
 Atria, quæ festis suspendam pallia portis,

GLOSSÆ VETERES

- 715.** Effert, *elevat*, I.
715. Pependit, *persolvit*, I.
717. Mirabere, *apostrophe*, I.
718. Inhumata, *dispersa*, I.
720. Manibus, *de manibus*. — Excisa, *pœrempta*, I.
721. Redeunte, *Romam*, I.
722. Fumans, *adhuc*, I.
725. Redimire, *ornare*, I.
724. Lauro, *victoria*, I.
725. Princeps, *Theodosi, vel Stilico, vel Constantine*, I.
726. Insertabo, *ornabo*, I.

COMMENTARIUS.

inscriptum frontibus circumferebant : ac multa un-
 d que colligit quibus utramque hanc consuetudinem
 confirmet. Quibus addere juvat verba Orosii lib. vii,
 cap. 55, ubi Theodosii contra Eugenium pugnam
 describit : *Sciens vero (Theodosius) se esse non solum
 s gno crucis tuendum, sed et victoriam adepturum, si-
 gno crucis se munens, signum victoriæ dedit, ac signo
 crucis signum prælio dedit, ac se in bellum, etiam si
 nemo sequeretur, victor futurus immisit.*

715. Gis., *sublimior effert*, ad oram *sublimiter ef-
 fert*. Alii, *sublimior effert*.

714. Claudianus de bello Getico, *Unoque die Ro-
 mana rependit Quidquid terdenis acies amisimus annis.*
 Gothi a Stilicone cæsi sunt anno 403, cum 50 ante
 annos imperium Romanum invasissent. Cassiodorius
 in Chronico perperam ad consulatum quintum Arca-
 dii et Honorii, qui incidit in annum 402, bellum Pol-
 lentinum rejecit.

715. In Rat. hic versus postponitur sequenti *Cor-
 pora*. Sensus aliud poscit. Intelligitur *gens Pannoniæ*;
 erat autem duplex Pannonia, altera superior, ubi
 nunc pars orientalis Austriæ est, altera inferior, ubi
 nunc magna pars Hungariæ inferioris cum parte Scla-
 voniæ. Pannoniam Sirmiensem Gothorum sedem
 nominat Cassiodorius lib. iii Variarum ad Colos-
 seum.

716. Rat., *dicata rapinis*, contra metrum.

717. Gis. ad oram, *conjecta jacent*.

719. Claudianus loc. cit., *O celebranda mihi cun-
 ctis Pollentia sæclis.* Pollentia Liguriæ urbs nunc *Pol-
 lenzo* apud Tanarum. Multi scribunt *Polentia*. Alia est
 Pollentia in Piceno, nunc *Monte Melone*. Omitto aliam
 Pollentiam in Baleari majori, nunc *Pollenza*. De Pol-
 lentia Liguriæ bellum Pollentinum intelligitur. Et
 Claudianus quidem de Bello Getico tradit Alaricum
 fuscum *Ligurum regione suprema*. Sed cur Prudentius
 vers. 701 dixit, *Tuscumque solum victo amne preme-
 bat*? Puto Alaricum ad Tusciam et Tiberim perve-
 nisse, et postquam inde excessisset, ad Pollentiam
 victum. Vide comment. ad vers. 729. Cassiodorius et
 Jornandes narrant Stiliconem cum exercitu Romano
 a Gothis Pollentiæ victum fugatumque fuisse. Verum
 potius fides præstanda est scriptoribus æqualibus
 Prudentio, Claudiano et Orosio. Et Orosius quidem
 post Stiliconis scelus et obitum scribebat, neque
 gesta apud Pollentiam laudat, vicisse tamen Roma-
 nos concedit. Ita scribit lib. vii, cap. 37 de Rufino et
 Stilicone : *Gentes barbaras ille immisit, hic fovit. Ta-
 ceo de Alarico rege cum Gothis suis sæpè victo, sæpè
 concluso, semperque dimisso. Taceo de infelicibus illis
 apud Pollentiam gestis, cum barbaro et pagano duci,
 hoc est Sauli, summa belli commissa est : cujus impro-
 bitate reverendissimi dies et sanctum Pascha violatum
 est, cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret,
 extortum est : cum quidem ostendente in brevi iudicio
 Dei, et quid favor ejus vosset, et quid ultio exigeret,*

B *pugnantes vicimus, victores victi sumus. Taceo de ipso-
 rum inter se barbarorum dilacerationibus, cum se in-
 vicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atque Hunni
 variis cædibus populabantur. Rhadagaisus, etc.* Pergit
 narrare stragem Rhadagaisi ejusque exercitus. Exi-
 stimo Orosium in illis verbis *victores victi sumus* in-
 nuere, Romanos, fovente Gothos Stilicone, ab ipso
 Alarico victos fuisse, cum Urbem obsedit et irrupit ;
 nisi malis accipere de aliqua levi victoria, quam Go-
 thi victi contra Romanos victores, et post prælium
 Pollentinum negligentes, obtinuerint, quod narra-
 tioni Claudiani minime consonat. Nam is in paneyr.
 de Sexto Consul. Honorii aliam victoriam post Pol-
 lentinum prælium a Stilicone propè Veronam partam
 commemorat : *Ubi Roma periculo Jam procul, et belli
 medius Padus arbiter ibat.* Cassiodorius et Jornandes
 sive, ut alii vocant, Jordanus fortasse decepti sunt,
 quod Orosium non bene intellexerint. Hi certe Pru-
 dentii versus aperte ostendunt ita fuisse Pollentiæ
 Gothos disjectos, ut Roma jam segura censeretur. Ex
 Orosio colligitur etiam non ipsum Stiliconem prælio
 Pollentino adfuisse, sed Saulem ducem, cui summa
 belli commissa fuit.

721. Aldus inserit *et post caput*, quod tamen lex
 carminis respuit. Camillus Gallos Capitolium obsi-
 dentes ejecit.

722. Ald., Fab., *signa renitenti*; renuit metrum ;
renitenti est pro ridenti.

723. Egm., *miseras*; Vat. A., *miserans*; alii, *miseras*.

724. Thuan., *lauru pro lauro*.

725. Ex hoc loco recte arguitur Prudentium hæc
 scripsisse antequam Honorius triumphasset, adeoque
 inter victoriam Pollentinam et triumphum Honorii,
 qui accidit anno 405 exeunte, ut ait Tillemontius.
 Grangæus ex Claudiano de Sexto Consul. Honorii
 arguit fuisse annum 404, cum Honorius et Aristenæ-
 tus consulatum tenerent;

727. Colligit Prudentius ea omnia quæ in trium-
 pho aliquo celebrando a populo fieri solebant, sertis
 redimire muros, lauro præcingere tures, spargere
 flores, atria coronis decorare, portis suspendere pal-
 lia. Quæ omnia multis possent confirmari; sed res
 est certa, nec minus obvia et clarissima adhuc ex-
 stant, Romæ præsertim, vestigia. Victorius in Dissert.
 philolog. probat, olim in usu fuisse vela ex serico et
 auro ad ornatum, cultum et decorem alicujus ædis
 sacræ, arcubus, zophorisque accommodata ad mo-
 dum encarpi : de quibus hoc loco Prudentius. At
 Prudentius de ornatu templorum nunc minime agit.
 Ilum autem morem in ecclesiis servatum Paulinus
 non semel significavit, de quo videri possunt Ciampi-
 pinus in opere de Sacris ædificiis, et Buonarrotius
 in Observation. ad sacra diptycha. Grangæus dubitat
 an tantum portæ triumphali, an cæteri, Urbis portis
 pallia in triumpho suspenderentur. Conjecit tamen
 portas hic sumi pro januis, quod mihi exploratum

828 Immunis tanti belli, ac te stante sub ar- A
 Libera, et aure tenus Geticos experta tumultus?
 730. Scande triumphalem currum, spoliisque re-
 Huc, Christo comitante, veni: date, vincula
 Captivis gregibus: manicas deponite, longo
 Tritas servitio, matrum, juvenumque catervæ.
 Dediscat servire senex, laris exsul aviti,
 735. Discat et ad patrium limen genitrice reversa
 Ingenuum se nosse puer: timor omnis abesto.
 Vicinus: exsultare libet. Qu'd tale, repulso
 Pœnorum quondam duce, contigit? Ille petitæ
 Postquam perculerat tremefacta repagula portæ,
 740. Baijanis resolutus aquis durissima luxu
829 Robora destituit, ferrumque libidine fre-
 At noster Stilico congressus cominus, ipsa
 Ex acie ferrata virum dare terga coegit.

Illic Christus nobis Deus adfuit, et mera virtus:
 745. Illic lascivum, Campania fertilis, hostem
 Deliciæ vicere tuæ, non Juppiter aciem
 Protexit Fabium: sed jovit amœna Tarentus,
 Quæ dedit illecebris domitum calcare tyranni-
 His ego pro meritis quæ præmia digna repen-
 Non habeo: membra statuis effingere vile est.
 Virtutem nil vile decet: nam vile, quod ætas
 Eripit: æra cadunt, aut fulvum defluit aurum,
 Aut candor perit argenti, si defuit usus:
 Et fuscata situ corrumpit venâ colorem.
 755. Viva tibi, princeps, debetur gloria, vivum
 Virtutis pretium, decus immortale secuto.
830 Regnator mundi Christo sociabere in
 Quo ductore meum trahis ad cœlestia regnum.
 Nil te permoveat magni vox rhetoris, oro:
 760. Qui sub legati specie sacra mortua plorans,

GLOSSÆ VETERES.

728. Immunis, *secura*, I.
 731. Date, *permittite*. — Demam, *ut tollam ego Roma*, I.
 732. Manicas, *ligamina manuum*, Iso.
 734. Laris, *domus*, I.
 738. Pœnorum, *Africanorum*. — Duce, *Annibale*, I.
 739. Repagula, *vectes, pessulos*, I.
 740. Baijanis, *campanis*. — Luxu, *luxuria*, I.
 742. At, *longe postea*. — Sulco, *socius Constantini*.

— Cominus, *statim*, I.
 745. Hostem, *Annibalem*, I.
 746. Acrem, *fortem*, I.
 747. Fabium, *unus ex tercentis*, I.
 750. Statuis, *imaginibus*, I.
 754. Situ, *negligentia vel vetustate*, I.
 757. Regnator, *Constantine*, I.
 758. Quo, *illo*, I.
 759. Te, *o Symmache*, I.

COMMENTARIUS.

videtur. Etiam hæc consuetudo adhuc permanet, ut diebus solemnioribus, ecclesiarum et domorum januæ et fenestræ peristromatis et palliis ornentur.

728. Vat. A, corrupte, *accestante sub armis*.
 729. Rat., Egm., Widm. a prima manu, Gis., *Alpe tenus*. Ald., Alex., Urb., Vat. A, Weitz., Thian, præstantiores Heinsiani, Jureti codex, *aure tenus*, quod longe melius est. Vat. A, *tumultos: corrige tumultus*: Alaricum non procul ab Urbe fuisse ex hoc versu colligitur, uti etiam ex versu 701, *Tuscumque solum victo amne premebat*. Et Claudianus refert, moenia Romæ, audito rumore, fuisse reparata, vi consul. Honor., *Addebant pulchrum nova moenia vultum Audito perfecta recens rumore Getarum*. Ac revera Jordanus de Rebus Getic. narrat Alaricum ad pontem applicuisse Condiñiani, qui tertio milliario a Ravenna aberat, ubi degebat tunc Honorius: a quo cum Alaricus sibi suoque exercitui Gallias Hispaniasque obtinisset, Italia discessit, et in Alpibus Cottis apud Pollentiam pugnare coactus est: quod videtur confirmare Orosius ad vers. 719 laudatus. Fortasse *Tuscum solum* recte intelligitur de Tuscia Circumpadana, ut ita Alaricus nulla ex parte Hetruriam ac Tiberim attigerit, et Roma aure tenus experta fuerit Geticos tumultus, quia Alaricus ad pontem Condiñiani applicuerat, non ultra progressus.

730. Rat., Weitz., *spoliisque repertis*.
 731. Gis. et alii vulg., *data vincula demam*. Aldus cum scriptis jam ediderat *date*, monuitque Gifanius, verbo *VESTIRE*, eleganter id dici *date, vincula demam*. Virgilius IV *Æn.*, *Date, vulnera lymphis Abluam*. Prudentius ipse Apoth. vers. 594, *Date, pandite librum*.

735. Egm. a manu prima, *caterva*.
 736. Vat. A, male *ingenium se nosse*. Ex Virgilio XI *Æn.*, *timor omnis abesto*. Imitatus etiam id est Juvenecus lib. III, *Tam pavidis Christus loquitur, timor omnis abesto*.

739. Aldi error *postquam pertulerat*. Ante Prudentius dixit *claustra*, quæ nunc *repagula portæ*.

742. Heinsius cum suis scriptis, Rat., Weitz., Gis ad oram, *congressus*. Ald. Vat. A, Urb., Alex. et alii *congressum*. Melius *congressus*. — Quamvis prælii Pollentino Stilico non adfuerit, dicitur tamen *congressus cominus*, quia ejus consiliis et providentia omnia gerebantur, et prælio alteri trans Padum præsens videtur adfuisse.

745. Gis. in textu, *virum*; ad oram, *virum*. Claudianus, vi Consul. Honorii: *Ut chalybe indutos equites, et in ære latentis Vidit cornipedes: Quam de gente, rogabat, Ferrati venere v'ri?* Si versu superiori legas *congressum*, constructio erit, *Coegit virum, congressum cominus, dare ex ipsa acie terga ferrata*. Non assequor quem sensum reddat *virum* seu *virum* ad marginem Gisellini, et in aliis edd.

744. Gis. 2 ed., *et mea virtus*. Melius in 1 ed. cum scriptis et aliis edd., *et mera virtus*. De hac voce *mea* iterum loqui nihil est necesse.

747. Rat., Alex., Urb. alique, *jovit amœna*, et glossa Alex. scilicet *illum*. Ald., Weitz., *vicit*, nempe Annibalem. Melius *jovit*, quod tenuit Heinsius, quamvis codicum discrepantiam non adverterit. Fabius hic est Cunctator ille celeberrimus, *Unus qui nobis cunctando restituit rem*.

749. Gifanium legere *promeritis* non semel monui et ita quidem reperitur in Alex. et Urb.

750. Vat. A, *statui*; lege *statuis*.

751. Vat. A, *nil tale decet*.

752. Heinsius ait in scriptis esse *eripit*, non *eruit*. Nescio quis *eruit* ediderit.

753. Vat. A a prima manu *defluit usus*.

756. Ald., Gis., *secuto*, cum Alex., Urb., et aliis. Id tenuit Heinsius, sed nihil ex mss. monuit. Weitzius cum suis, Rat., *secutum*. Melius est *secuto*.

759. Vat. A, *rhetoris oris*. Alex., *ore*. Alii melius *rhetoris, oro*. Mariettus hinc arguit Symmachi novam hanc fuisse legationem ad Honorium, ob quam ut responderet, hos libros ad Honorium scripsit Prudentius.

Ingenii telis, et fandi viribus audeat
 Heu! nostram tentare fidem: nec te videt, ac
 Devotos, Auguste, Deo: cui sordida templa
 Clausimus, et madidas sanie dejecimus aras.
 765 Unus nostra regat, servetque palatia Christus,

A Ne quis Romuleas daemones jam noverit arcas:
 Sed soli pacis domino mea serviat aula.
 Sic affata pios Roma exoravit alumnos,
 Spernere legatum, non admittenda petentem:
 770 Legatum Jovis ex adytis ab haruspice missum,
 At non a patria: patriae nam gloria Christus.

GLOSSÆ VETERES.

769. Non admittenda, non recipienda, I.

770. Ab haruspice, ab Apolline, a magis, I.

771. Patria, Roma, I.

COMMENTARIUS.

765. Palatia dicta sunt domus superbæ et amplæ, quales in monte Romæ Palatino primum structæ sunt. Ipse mons Palatium quoque vocatum est. Cæsar Prudentium alludere ad templum Romæ deæ, de quo legi ad vers. 219 lib. 1, quod in monte Palatino sui se ex Claudiano colligitur. De eodem templo accipio verba mox legenda. *Mea serviat aula*: nam aulam pro templo sumi fusiis alibi ostendi. Nihil tamen prohibet quominus de tota Roma ejusque ædibus intelligatur.

768. Rat., Gis., sic affata. Concinnius est affata cum aliis.

771. Aldus male distinguit a patria patriæ, nam Oxon., patriæ sua gloria. Prudentius Symmachum legatum a patria missum negat, quia plerique nobiles Romani jam ad fidem conversi erant cum ipse Symmacho respondebat, et quia etiam olim, cum Symmachus relationem suam Valentiniæ secundo obtulit, multi Christiani senatores dissentiebant. Alioquin exploratum est ex ejus Relatione et ex Ambrosii Responsionibus, revera Symmachum hujusmodi legationibus pro restituenda ara Victoriæ functum fuisse, a senatu missum. Quo loco quaerendum et expendendum a nobis est an inscriptio quædam velus quæ circumfertur, ad eum pertineat: nam Weitzius et Chamillardus, qui eam proferunt atque huic Symmacho attribuunt, nullam rationem dubitandi advertunt, quamvis jam olim Juretus contenderit ad Symmachum hunc epistolographum inscriptionem hanc non spectare. Profecto de patre Symmachi epistolographi plerique accipiunt verba Ammiani lib. xxvii: *Multo tamen antequam hoc contingeret, Symmachus Aproniano successit (in Urbis præfecturâ) inter præcipua nominandus exempla doctrinarum atque modestiæ, quo instante Urbs sacratissima otio copiisque abundans se ito fruebatur, et ambitioso ponte exultabat, atque firmissimo, quem condidit ipse, et magna civium lætitia dedicavit, ingratorum, ut res docuit apertissima: qui consumptis aliquot annis domum ejus in transiberino tractu pulcherrimam incendunt.* Inscriptio vero hæc est:

PHOSPHORII

L. AVR... AVIANO. SYMMACHO. V. C.
 PRAEFECTO. VRBI. CONSULI. PROPRAEFECTIS
 PRAETORIO. IN. VRBE. ROMA. FINITIMISQVE
 PROVINCIIS. PRAEFECTO. ANNONAE. VR
 BIS. ROMAE PONTIFICI. MAIORI. QVINDE
 CEMVIRO. S. F. MYLTIS. LEGATIONIBVS
 PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESIDERIIS
 APVD. DIVOS. PRINCIPES. FVNCTO. QVI
 PRIMVS. IN. SENATV. SENTENTIAM. ROGA
 RI. SOLITVS. AVCTORITATE. PRVDENTIA. ATQ
 ELOQVENTIA. PRO. DIGNITATE. TANTI. ORDI
 NIS. MAGNITVDINEM. LOCI. EIVS. IMPLEVE
 RIT. AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM
 A. DOMINIS. AVGVSTISQ. NOSTRIS. SENATVS
 AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQENTIB. IN
 PETRABIT. IDEM. TRIVMFATORES. PRINCIPES
 NOSTRI. CONSTITVI. ADPOSITA. ORATIONE. IVS
 SERVNT. QVAE. MERITORVM. EIVS. ORDINEM
 AC SERIEM. CONTINERE. QVORVM. PERENNE

IVDICIVM. TANTO. MVNERI. HOC. QVOQVE. AD
 DIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PARI. SPLEN
 DORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM
 COLLOCARET

Hanc inscriptionem, cum conferre vellem, non reperi. Eam refert Gruterus pag. cccclxxx. num. 3, ex Smetio et Boissardo. In ea describenda Smetium potius secutus sum, qui testatur a se visam in basi sub Capitolio, sed certum locum non designat. Boissardus, 5 part. Antiq. monum., pag. 53, apud Franciscum Licca exstare inscriptionem affirmat. A dextro latere basis legebatur:

DEDICATA. III. KAL. MAIAS

D. N. GRATIANO. IIII ET MEROBAUDE COS

Gratianus et Merobaudes consules fuerunt anno 377. Hinc ratio Jureti petitur, quia Symmachus auctor epistolarum consulatum non gessit ante annum 391, et præterea Symmachus, qui ea inscriptione laudatur, Lucius dicitur, Symmachus vero epistolographus Quinti prænomen in vet. codd. et apud Macrobius et Sidonium habet. Cæterum cum omnia inscriptionis elogia optime in Symmachum epistolographum cadant, cum nullus alius tunc floruerit Symmachus quem tantam nominis celebritatem habuisse constet, cum in fastis consularibus Lucii prænomen Symmacho epistolographo attribuatur, valde probabile iudico huic eidem Symmacho inscriptionem convenire. Prænomen Quinti fortasse illi in codd. hæsit, quia filius ejus Quintus epistolas post obitum patris edidit. Neque satis liquet an patrem an filium Macrobius nominet. Quod si titulus consulis in inscriptione expressus de consulatu ordinario intelligendus est, nullus in fastis consularibus apparet Symmachus cui statua adjudicari possit, nisi forte Symmachus ille qui cum Gallicano consul fuit anno 350 hoc est 47 annis antequam statua dedicaretur. Quid autem prohibet quominus Symmachus epistolographus consul suffectus fuerit ante annum 377? Imo vestigia ejus dignitatis non obscura deprehendo in epist. 1, lib. 1, ubi de se ait: *Hos inter juvenile decus, sed honore senili Bis seno celsus, Symmache, fasce cluis.* Juretus id intelligit de consulatu ordinario Symmachi anno 391 atque inde arguit Symmachum juvenem consulatum renuntiatum. At parum congruit ratio temporum. Certum est Symmachum jam anno 382 fuisse senatus legatum ad Gratianum pro repetenda ara Victoriæ. Præterea cum Symmachus præfecturam Urbis accepit, ita gratias Valentiniæ juniore egit epist. 15, lib. x: *Quieto mihi, et jam pridem a desideriiis honorum remoto præfecturam, multis cupitam, sponte tribuistis; et Theodosio epist. seq.: Me dudum proconsularem virum, cedentem jam diu potentium moribus, ante capere magistratum quam exspectare voluistis.* Minime ergo consentaneum est dicere hunc Symmachum adhuc anno 391 juvenem fuisse. Quin etiam hunc ipsum a Marcellino verbis quæ supra ascripsi laudatum fuisse suspicor. Majorem difficultatem creat alia inscriptio, quam proferam et expendam ad vers. 909, ubi de pontificatu Symmachi disseram.

- 831** Persistit tamen affirmans, iter esse viandi **A**
832 Multifidum, variumque, Deus enim quæ-
 [ritur unus.
 Hinc alios, ast inde alios properare seorsum,
775 Quemque per anfractus proprios : sed compita
 [eodem
833 Fine coarctari, simul et concurrere in
 [unum.
 Quin etiam cælum, atque solum, ven os, mare,
 [nubes
 Omnibus in commune dari, vel qui colimus te,
 Christe, vel exta litant sculptis qui tabida saxis.
780 Non nego communem cunctis viventibus usum
 Aeris, astrorum, pelagi, telluris, et imbris.
 Imo etiam injustus pariter, justusque sub uno
 Axe habitant : unas capit impius, et pius auras : **B**
 Castus, et incestus : meretrix, et nupta : nec
 [alter
785 Ore sacerdotis, quam mirmillonis anhelat
 Spiritus, aerio vitam qui temperat hau-tu.
 Nubes verna pluit zephyro impellente : sed æque
 Furis, et innoceni secundat rura coloni.
 Gurgitis æstivi sic pura fluenta viator,
790 Ut lauro fessus, adit : sic piratis mare servit,

- Ut mercatori : nec fluctus secius hosti
834 Obsequitur, quam cum licitæ fert transtra
 [carinæ.
 Ergo capax utriusque rei natura creandis
 Se præbet populis, nec habet discernere dispar
795 Viventum meritum, quos tantum pascere jussa
 [est.
 Servit enim mundus, non judicat : hoc sibi
 [summus
 Naturæ dominus præscripta in tempora servat.
 Nunc adsunt homini data mûnera legibus
 [iisdem,
 Queis concessa semel : fons liquitur, amnis
 [inundat,
800 Velivolum ratibus mare finditur, influit imber,
 Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aer,
 Et res naturæ sit publica, promptaque cunctis,
 Dum servant elementa suum famulantia cur-
 [sum.
 Sic probus, atque reus capitalis criminis iisdem
805 S' deribus, facilisque poli bonitate fruuntur.
 Vivere commune est : sed non commune mereri.
 Venique Romanus, Dacia, Sarmata, Vandalus,
 [Hunnus,
 Gætulus, Garamans, Alamarnus, Saxo, Galaulas,

GLOSSÆ VETERES.

- 772.** Viandi. *ad veritatem*, I.
775. Compita, *competum dicitur, ubi multæ viæ com-
 petuntur, id est junguntur.* — Eodem, uno, I.
779. Litant, *sacrificant*, I.
780. Cunctis, *esse*, I.
785. Axe, *cælo*, I.
784. Incestus, *pollutus*, I.
785. Ore, *de ore* — Mirmillonis, *scurræ*. Mirmillo
gladiator fuit, et ponitur pro omni homicida, I.

- 787.** Verna, *vernalis*, I.
790. Piratis, *marinis latronibus*, I.
795. Utriusque, *boni et mali*, I.
797. Servat, *in die iudicii*, I.
802. Promptaque, *quia servat omnibus*, Iso.
804. Capitalis, *quo reus capite pleci debet*, I.
808. Garamans, *populi Siciliae*. — Galaulas, *populi
 in Oriente*, I.

COMMENTARIUS.

772 et **775**. Vat. A, *esse vocandi*, minus bene. Videtur Prudentius agnoscere Symmachum unum Deum fateri. Non tamen ita est : nam argumentum Symmachi in eo versatur, quod multæ sunt viæ quærendi Divinitatem; nam æque eam quærunt qui unum ac qui plures Deos astruunt. Vide vers. 879.

774 Ald., Alex., Urb., Weitz., *seorsum*. Heins., Gis., Rat., *seorsim*.

775. Alex., Rat., *anfractos*. Alii, *anfractus*. Vat. A, Rat., Widm. scribunt *competa*. Weitzius, qui Aldum allegat pro *competa*, non viderat hujus correctionem *compita*. Vide comment. ad vers. 7 præf. 2 Apoth., ubi plura dixi de orthographia vocis *compitum*.

779. Huic versui verba Symmachi subjiciuntur : *Æquum est, quidquid omnes colunt, unum putari. Eadem spectamus astra : commune cælum est : idem nos mundus involvit. Quid interest, qua quisque prudentia verum requirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.*

780 Ald., *commune cunctis viventibus ipsum*, perperam. In Torn. etiam erat *ipsum*, quod Latinius correxit.

786. Egm., Vat. A, *hausto*. Alex., *austu*; supra, *haustu*, quod verum est.

787. Nubis Vat. A, *more antiquo*.

789. *Æstiva* sunt loca umbrosa in quibus per æstatem pecora vitant calorem solis, ex Servio ad III Georg., ubi addit ex Statio, *Et umbrosi patuere æstiva lycæi*. Prudentius gurgitem æstivum dicit, non tam quod umbrosus esse possit, quam quia per æstatem ejus aqua vitatur calor.

790. Vat. A, *mare ferret*; melius alii *servit*. Rat. a prima manu, *servat*; supra, *servit*. Seneca lib. IV de Benef., cap. 26, *Si deos imitaris, da et ingratis beneficia. Sceleratis sol oritur, et piratis patent maria.*

791. In Vat. A desiderantur hæc verba, *nec fluctus secius hosti*. Egm., *mendose, sedius, pro secius*.

792. Ald., Tornæs., Galland., Gis. in textu, *dominæ*. Rat., Weitz., Widm., Palat., Heinsiani et recentiores, *licitæ*.

800. Heinsius mallet *impluit imber*.

804. Arnobius lib. IV, *Fervorem genitalem solis Deus, noctis et tempora, ventos, pluvias, fruges cunctis subministrat æqualiter, bonis, malis, injustis, servis, pauperibus, divitibus*. Matth. V, 45 : *Ut sitis filii Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.*

807. Urb., Widm., Rat., *Dana*; Vat. A, *Deba*; Ald., Heins., Weitz., Egm., Alex., *Daha*; G's., *Daa*; Fabr., *Dea*. Rat. scribit *Wandalus*, Fabr. *Vandulus*, alii *Vandalus*. Alex., *unus*, emenda *Hunnus*.

88. Heinsiani scripti et alii, *Garamans*, et *Alamanus* : Heinsius tamen edidit *Garamas*, *Alamanus*. Glossa inepte *Garamantas* populos Siciliae dicit, ut *Galaulas* populos in Oriente. Nonnulli scribunt *Alemannus*. Rat., Thuan., *Galaula* : fortasse *Galaulas*. Orosius lib. I, cap. 2, in Africae descriptione : *A meridie gentes Autolum (al. Autolum) quas nunc Gaulales (sic) vocant, usque ad oceanum Hesperium contingentes. Hic est terminus universæ Africæ*. Autoles sive Autoles a Lucano lib. IV vocantur *Autololes*, et sunt populi Numidis ac Getulis finitimi. Grangæus ait se apud geographos non legisse quis ille sit populus, et

835 Una omnes gradiuntur humo, cœlum om-

[nibus unum est.

Unus et oceanus, nostrum qui continet orbem.

Addo aliud, nostros potant animalia fontes.

Ipso iore mihi seges est, quo gramen onagris,

Spurca sues nostro amne natat, nostra intrat

[et ipsos

Aura canes, animatque levi fera corpora flatu.

Sed tantum distat Romana, et barbara, quan-

[tum

Quadrupes abjuncta est bipedi, vel muta lo-

[quenti :

Quantum etiam qui rite Dei præcepta sequun-

[tur,

Cultibus a stolidis, et eorum errantibus absunt.

Non facit ergo pares in religione tenenda

836 Aeris, et cœli communio : corpora tantum

Gignit, alit, reparat, recidivaque semina servat;

Nec refert, cujus generis, cujusve figuræ,

Aut cujus meriti : modo sint, ut corpora terra

GLOSSÆ VETERES.

811. Nostros, quos nos potamus, I.

812. Onagris, onos asinus; inde onager, asinus agrestis, I.

813. Suis, nominativus. — Nostro, quo nos natamus, I.

814. Fera, fortia, I.

815. Romana, et barbara, Christiana, et gentilia, I.

816. Bipedi, homini, I.

COMMENTARIUS.

dubi at nō in transpositione dictum fuerit *Galaulas* pro *Gaululas*, cujus gentis meminit Orosius. Suspiciatur etiam legendum *Galaudas* : nam in Æthici Cosmographia invenerat *A meridie gentes Aulolum, quas nunc Galaudas vocant, usque ad oceanum Hesperium contingentes*. Verum hæc ipsissima sunt Orosii verba, nisi quod *Galaudas* scribitur pro *Gaululas*. Hæc nomina propria facile ab exscriptoribus corrumpuntur, neque difficile est ut auctores alij alio modo ea emunt. Cæterum in nonnullis Orosii editionibus revera legitur *Galaulas*.

812. Gis. ad marg., Widm., Rat. a prima manu, in agris pro onagris. Glossa Widm. etiam stat pro onagris, et in Rat. aliena manu est onagris. Urbm. scribit honagris.

813. Ald., Rat. aliena manu, Egm., Widm. supra, Fabr., Gis. ad oram, sordida sus. Gis. in textu spurca e sus. Urb., Rat. a prima manu, Widm. a prima manu, duo Boher., spurca suis. Heins., Alex., Thuan., spurca sues, Rectus casus sues, vel suis, ut plebs, plebes, plebis, et am in nominativo more antiquo. Thuan., et ipsas Aura canes. Canes femineo genere passim a poetis usurpari animadvertit Heinsius.

816. Rat. recenti manu, prioribus erasis, *Abjuncta est quadrupes*, sequitur deinde antiqua librarii manu *lipedi vel muta loquenti*. Ald., Fabr., Tornæs., *Quadrupes bipedi abjunctæ, mutæve loquenti*, quod exstat pariter in Egm. et Oxon., ne quis recentem correctionem esse putet. Heinsius non videtur notasse, mendam typographicam in textu 2 ed. Giselini *adjuncta* ab hoc falso correctum per *abjuncta*. Idem Giselinus in notis monet, numeri æquabilitatem servandam esse ex mss. *quadrupes*, non *quadrupedes*. Gifanius quoque verbo *INCEDERE* legit ex vet. lib. *Quadrupes abjuncta est*, etc. In Hymno 2 Peristeph., *abjunctas plagas*. Ut supra *distant*, sic nunc eodem sensu *abjuncta est*. Apud Avitum *abjunctæ partes, abjuncta elementa*. Apud Hericum Altisiodorensem *abjuncto corpore*.

825 Editæ, terrenis quibus est vigor ex elementis,

Artificis quia Patris opus discrimine nullo

Influit in medium, nec avaro munere currit,

Ante datum, quam primus homo sordesceret

[Adam.

Nec vitio utentum restrictum deficit, aut se

Subtrahit indignis, nec scæda, aut turpia vitat.

830 Haud aliter solis radius colluminat omnes

Diffuso splendore locos : ferit aurea tecta :

Sed ferit et nigro sordentia culmina fumo.

Intrat marmoribus Capitolia clæra : sed intrat

Carceris et rimas, et tetra foramina clausi

835 Stercoris, et spurcam redolenti fornice cellam.

Sed non illud erunt obscura erga tula, quod sunt

837 Regia gemmato laquearia fulva metallo.

Nempe magis non illud erunt, qui numen in

[urnis

Quærun, ac tumulis, et larvas sanguine placant;

840 Quod sunt, qui summum cœli dominum véné-

[rantur,

819. Tenenda, quæ est servanda, I.

822. Refert, distat, vel interest, nulla distantia est, I.

825. Terra, de terra, Iso.

825. Discrimine, discretionè, I.

826. In medium, in commune, I.

827. Sordesceret, peccaret, I.

838. Magis, dicam. — Erunt, vana res, I.

817. Ald., Alex., Gis., Heins. et recentiores, *quantum etiam*. Rat., Weitzius cum suis scriptis, et Urb., *tantum etiam*.

818. Heinsius corrupte, *errotibus absunt*.

819. Vat. A male, *nos facit*. Rat., in religione tuenda. Heinsius id expressit, Weitzium secutus, nam Gis. et plerique alii, in religione tenenda.

821. Ald., Heinsius cum suis membranis, Weitz., Widm. supra, *recidivaque*. Gis., Fabr., Widm. a prima manu, Rat., *redivivaque*. Præstat *recidivaque*, quod exstat etiam in Alex., Urb., Jureti codice, et Gifanii vet. lib. in verbo *VICTUS*.

826. Barthius lib. LX Adv., cap. 15, monet in medium venire dici, quod omnium usibus datur, ex hoc versu Prudentii, et Virgilio 1 Georg., *In medium quærebant, ipsaque tellus Omnia liberius, nullo possente, ferebat*. Ovidius lib. xv Metam., *In medium discenda dabat*.

828. Rat., ac se; alii, aut se.

830. Lat., Urb., Alex. a prima manu, Gis., Weitz., *colluminat*. Ald., Rat., Tornæs., Vat. A, *cum luminat*. Magis sensui congrui *colluminat*. Alioqui verbum Prudentianum est *luminat*.

832. Tertullianus, de Spectaculis cap. xx : *Sol, imo ipse deus de cœlo spectat, nec contaminatur. Plane sol et in cloacam radios suos desert, nec inquinatur*.

835. Vat. A, vitiosa, *Capitoli ut lara*. Duo erant Capitolia Romæ, et alia alibi. Sed Prudentius ædes superbas intelligit.

835. Ald., Egm., Alex., Torn. mendose, *redolent in fornice*. Urb., Rat., potiores Heiniani, Weitz., *redolenti fornice*. Gis. ad oram, *redolenti in fornice*.

836. Giselinus in emendatis monuit quod esse particulam referentem, ut infra etiam *quod sunt, qui summum*.

838. In glossa legerem *una res*.

840. Rat., Torn., *quot sunt*, minus bene. Idem, *qui celsi dominum venerantur Olympi*, sed duæ voces ee sã

Justitiamque litant, et templum pectoris ornant. A 855
Secretum sed grande nequit rationis opertæ
Quæri aliter, quam si sparsis via multiplicetur
Tramitibus, et centenos terat orbita calles,

845 Quæsitura Deum variata indage latentem.
Longe aliud verum est: nam multa ambago
[viarum

Anfractus dubios habet, et perplexius errat:
Sola errore caret simplex via, nescia flecti
In diverticulum, biviis nec p'uribus anceps.

850 Non tamen inficior, duplex occurrere nobis
Semper iter, geminis mortalia partibus ire,

838 Cum dubitant, quonam ferat ignorantia
[gressum.

Altera multifida est: at simplex altera, et una.

Una Deum sequitur, divos colit altera plures, B

GLOSSÆ VETERES.

842. Nequit, non valet, I.

843. Sparsis, divisis, I.

845. Indage, investigatione. Utrumque facit: indago
indaginis, et indago indagis; indagazione, I.

846. Longe, valde, pro verius est quam tu dicis, I.

847. Anfractus, circuitus, I.

850. Inficior, nego, infiteus, negator rationis
meæ, I.

851. Geminis, in bonum et malum, I.

852. Dubitant, ipsi mali, I.

857. Thyrsigeri, thyrsum gerentis. — Rapit, via. —

COMMENTARIUS.

dominum sunt a recenti manu, prioribus erasis, reli-
quæ eadem manu veteris librarii.

841. Argumentum Symmach.

844. Vat. A, mendose, obita calles. Gis., Fabr.,
tramitibus si centenos. Heinsius in notis, tramitibus si
centenis correxit e suis potioribus per tramitibus et cen-
tenis: puto excidi se mendum, ac legi in ejus notis
debere TRAMITIBUS SI CENTENOS, tramitibus et centenos.
Ita enim edidit tramitibus et centenos, quod habent
alii edd., et mss. cum Jureti codice.

845. Rat., latenter; alii, latentem.

846. Heins., Cham. male, multa ambage. Hoc ip-
sum Prudentii argumentum adversus eos hæreticos
promoveri potest qui salutem æternam in qualibet
secta esse jactant: quod egregie, his laudatis versibus,
præstitit Joannes Hessels de Officio pii et Christi-
anæ pacis vere amantis viri, exurgente aut vigente
hæresi, cap. 34.

847. Rat., anfractus; supra, anfractus.

848. Ex Proverb. x, 9: Qui ambulat simpliciter,
ambulat confidenter.

849. Potiores Heinsiani, in diverticulum: quo re-
spicit Alex. indeverticulum.

850. Egm., Widm. ad oram, infiteus: ex quo su-
spicatur Weitzius infiteor.

851. Lactantius lib. vi, cap. 3: Omnis ergo hæc de
duabus viis disputatio ad frugalitatem ac luxuriam spe-
ctat. Dicunt enim humanæ vitæ cursum Virtutis esse
similem, quod unusquisque hominum, cum primum
adolescentiæ limen attigerit et in eum locum venerit,
partes ubi se via findit in ambas, hæreat nutabundus,
ac nesciat in quam se partem potius inclinaret. De hoc
bivio virtutis et vitii vide comment. ad vers. 789
Hamartigeniæ.

855. Rat., multifidi; supra recte, multifida. Weitz-
ius cum suis, Gis. ad oram, et Heinsius cum altero
Rott., altera et unum Una Deum quod concinnius vi-
detur Heinsio quam altera et una, quod exstat in
plerisque aliis. Mihi magis placet et una, ut versu
seq. iterum occurrit una, quæ eadem simplex est.

854. Hinc liquet, plures deos a Symmacho affir-
mari, non unum, cui plures virtutes obediant.

Et tot sunt ejus divortia, quot templorum
Signa, quot aeriis volitant phantasmata mon-
[stris.

Aut hos thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi,

Illicit aut alios ad Saturnalia festa,

Aut docet, occultus quæ sacra Diespiter infans

860 Inter tinnitus solvi sibi poscat ahenos.

Jamque Iupercæles ferula; nudique peuntur

Discursus juvenum. Megalesius hinc spado, d. ris

Incensus furiis, cæca ad responsa vocatur.

Sunt, qui quadriviis brevioribus ire parati

865 **839** Vilia Niliacis venerantur oluscula in hor-
[is:

Porum, et cepe deos imponere nubibus ausi,

Alliaque, et Serapin cœli super astra locare.

Isis enim, et Serapis, et grandi simia cauda.

Dionysia, ad servitia, sacrificia, vel festa; nam Dio-
nysius est Bacchus, I.

858. Illicit, seducit. — Saturnalia, Saturni, I.

859. Diespiter, Juppiter ideo vocabatur, quia die-
rum pater apud eos credebatur; pater diei, I.

861. Iupercæles, festa Panis, quæ ita celebrabantur,
ut nudi per plateas cucurrissent homines, I.

862. Megalesius, sacerdos Opis a Megala civitate, in
qua colebatur Berecynthia, I.

865. Cæca, occulta, I.

868. Isis, quæ et Inachi filia. — Serapis, deus

860. Rat., tinnitos; non bene. Minucius, Coryban-
tum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus editur.
Ovidius iv Fast., Ardua jam dudum resonat tinnitibus
Ide, Tutus ut infanti vagiat ore puer. Scilicet Coryban-
tes pulsabant aribus aera, ut ait Lucretius.

861. Hæc ferula Iupercorum erant hircinæ pelles,
quarum ictus catomus dicebatur, ut colligi videtur ex
Juvenalis Scholiaste ad vers. 142, sat. 2, Nec pro-
dest agili palmas præbere Iupercæ. Iupercorum iterum
mentio recurrit in Laurentio vers. 518, et Romano
vers 162. De voce catomus vide comment. ad vers.
697 in Romano.

862. Rat., magalesius; alii, megalesius. Nota hy-
pallagen discursus nudi pro discursus nudorum ju-
venum.

863. Oracula responsa dicebantur, ut responsa si-
byllæ, responsa deorum.

865. Rat. scribit holuscula. Juvenalis sat. 15, O
sanctas gentes, quibus hæc noscuntur in hortis Numina.
Ibidem Juvenalis plura de ridicula superstitione
Ægyptiorum, ut Porrum, et cepe nefas violare, et
frangere morsu.

867. Vat. A et potiores Heinsiani, Serapen, non
Serapin. Rat. etiam Serapen, quantum poterat vesti-
giis veteris scripturæ conjici: nam corrector ineptus
abrasit, et sic versum concinnavit, Alliaque, et cœli
super astra locare Serapin, et post hunc versum,
abrasit etiam prioribus, Et pastam colubris Ibin: re-
deunt sed eodem. Deinde in margine, Ista, Serapis
enim, et prægrandi simia cauda. Omnino volebat se-
cundam in Serapis produci. Intellige versum margini
additum connecti versui præcedenti hoc sensu, redeunt
sed eodem ista. Martialis quidem secundam in Serapis
produxit, eandem tamen corripuit Martianus Capella
lib. II, Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirim.
In nominibus propriis, præsertim barbaris, permissa
est hæc licentia poetis, ut ea quolibet intervallo ef-
ferant. Advertendum Serapin sui se in ritum Isis,
et hoc innuit glossa, ubi fortasse post maritus nomen
Isidis intercidit.

868. Vat. A corrupto, et grandissima cauda, Juve-
nalis loc. cit., Effigies sacri nitet aurea cæcophtheci.

Et crocodilus idem, quod Juno, Laverna, Priapus. A
 [pus.
 870 Hos tu, Nile, colis, illos tu, Tibris, adoras.
 Una superstitio est, quamvis non concolor error.
 870 Hinc alia exoritur, tenebrosis tecta frutetis,
 [tetis,
 Semita: quam pecudes, et muta animalia carpunt,
 [pant,
 Quæque latent silvis: operitur nescia cœli
 875 Mens hominum, sævo vivens captiva tyranno.
 Hæc putat, esse deum nullum: namque omnia
 [verti
 Casibus, et nullo sub præside sæcla rotari.
 Hoc iter haudquaquam magno discrimine distat
 Hisce viis, quas vos teritis, qui numina multa,
 880 Et portenta, Deum summum, numerosa putatis. B
 Simplicis ergo viæ dux est Deus: ille per unam
 Ire jubet mortale genus: quam dirigit ipse
 Sublimem dextro celsa ad fastigia clivo.

Prima viæ facies inculta, subhorrida, tristes,
 885 Difficilis: sed sine sui pulcherrima, et amplis
 Prædita divitiis, et abundans luce perenni,
 Et quæ præteritos possit pensare labores.
 Multiplici dux dæmon adest, qui parte sinistra
 Centisidum confundit iter, trahit inde sophistas.
 890 841 Barbatos, trahit hinc opibus, vel honore
 [potentes,
 Illicit et volucrum linguis, et haruspice fallit:
 Instigat bacchantis anis ambage sibyllæ,
 Involvit mathesi, magicas impellit in artes,
 Omine sollicitat, capit augure, territat extis.
 895 Cernis, ut una viæ est, multis anfractibus errans,
 Talem passa ducem, qui non sinat ire salutis
 Ad dominum, sed mortis iter per devia mon-
 [stret?
 Devia, picta bonis brevibus, sed sine sub ipso
 Tristia, et in subitam præceps immer-a Cha-
 [rybdim.

GLOSSÆ VETERES.

Ægyptiorum; maritus. — Grandi caula, quia genus rimiorum est, qui magnas habent caudas, et ipsi cercopitheci dicuntur; et aliud genus spina dicitur, quod est villosum; et tertium genus est sine cauda, l.

869. Crocodilus, monstrum Ægypti. — Laverna, a lavando. — Priapus, deus hortorum, l.

872. Hinc, post hæc. — Frutetis, erroribus, l.

873. Carpunt, incedunt, l.

874. Cœli, veritatis, l.

875. Sævo, sub diabolo, l.

878. Discrimine, discretione, l.

881. Unam, viam, l.

883. Clivo, veritate, l.

884. Prima, quæ ducit ad vitam. — Facies, qualitas — Tristis, in præsentia, l.

887. Pensare, recompensare, l.

888. Multiplici, scilicet viæ, de via sinistra dicit, l.

890. Barbatos, fortes, l.

891. Illicit, scilicet illos decipit, l.

82. Ambage, circuitu, l.

895. Talem, id est diabolum, vel Symmachum, l.

899. Charybdim, voraginem, l.

COMMENTARIUS.

De cercopitheco Martialis lib. xiv, epigr. 202: *Callidus C*
emissas eludere simius hastas, Si mihi cuada foret,
cercopithecus eram.

869. Widm. scribit *crocodrillus*, Alex. *crocodillus*, alii, *crocodilus*. Oxon., *Idem est*. Thuan. et alii fere omnes Heinsiani, Alex., Urb. cum Aldo, *idem, quod*. Weitz. cum suis, Gis., Rat., *id est, quod*. Ald. mendose, *Lavena*. Becmanus, Manud. ad ling. Lat., nescio ubi invenit *Laurena*, quod recte emendat per *Laverna*, seu *Laberna*, quæ est dea furum.

870. Ald., Gis., *Hos tu, Nile, deos colis, et tu, Tibris, adoras*. Rat., *Hos tu, Tibri, colis; illos Nilus adorat*. Sed hæc verba *Tibri, deos colis, illos Nilus* sunt ab audaci correctore, prioribus erasis: Gifanius recte ex vet. lib. Igitur *Hos tu, Nile, colis, illos tu, Tibris, adoras*, quod secutus est Weitzius cum suis, et adherent nostri et Heinsiani. In *colis* ultima producit ratione cæsura, quod familiare esse Prudentio sæpe diximus.

871. Juretus monet, recte *una superstitio* esse in omnibus, non *vana superstitio*, et eodem fere modo D locutus Honorium et Theodosium in lege 60 de Hæreticis, cod. Theod. lib. xvi: *Quorum sectas piissimæ sanctioni tædet inserere, quibus cunctis diversa sunt nomina, sed una perfidia*.

874. Ald., Fabr., Alex., Rat., Vat. A, *Quæque latent silvis: operitur nescia cœli*. Urb., *latet*. Gis., Weitz. cum Widm. a prima manu, *Quæque latens silvis operitur: nescia cœli*. Heinsius nullam discrepantiam agnovit, Giseliuum secutus. Fortasse legendum erit, et distinguendum *Quæque latens silvis operitur nescia cœli*. Heinsius: admirationis punctum adjecit verbo *tyranno* versu seq. Scilicet *Quæque latens silvis operitur: nescia cœli Mens hominum, sævo vivens captiva tyranno!*

880. *Portenta*, ut alibi *monstra deum*. Hic etiam Prudentius numina multa, quibus inesset summa divinitas, ab ethnicis agnosci confirmat.

883. Ald., *celsam*, minus bene; nec melius Teolius *Sublime dextro celsam ad fastigia clivo*. Lege *sublimem et celsa*.

888. Ald., Fabr., *multiplici dæmon sed adest*. Gis., *multiplicis dux dæmon at est*. Rat., *Multiplicis dæmon dux est*; sed tria verba *dæmon dux est* sunt ab audacissimo correctore, prioribus erasis. Widm., Weitz., *multiplicis dux dæmon adest*. Pal., codices Jureti, et Gifanii verbo *Vestris*, Heins. cum priore Rott., Oxon., *multiplici dux dæmon adest*. Weitzius, Egmondanum allegat pro *multiplicis*, Heinsius pro *multiplici*. Cum Heinsio faciunt Alex. et Urb., sed in Alex. scribitur *demon*, non *dæmon*. Dicitur autem potest *dux alicui, et alicujus*. Ald. et Fabr., *morte sinister*; alii, *partes sinistra*.

890. Juvenalis sat. 14, vers. 12, *Barbatos licet admoveas mille inde magistros*. Vat. A, male, *barbatus*.

891. Gifanius verbo *MARE* ex vet. lib. optimo *illicitat volucrum linguis*. Non approbat Mariettus, quia Prudentius intelligit cantus avium, sive augurium et haruspicinam, quibus multi decipiebantur. Heinsius vero eandem lectionem rejicit, quia *illicitat* parum Latinum est: dicendum enim esset *illectat*. Mariettus fortasse illa sua ratione refellebat *haruspide*, quod legit in Gifanio, ac revera in eo exstat. Sed *haruspide* puto esse mendum pro *haruspice*.

892. Weitz. cum Widm. a prima manu, *bacchatus*. Alii, *bacchantis*. Vat. A, male, *sibylla*.

895. Ald., Rat. ab ignaro correctore, qui priora erasit, Fabr., vet. edd. apud Gall., *In magicas artes trahit, involvitque mathesi*. Ita factum ab iis qui secundam in *mathesi* produci sciebant, et veterem consuetudinem contrariam ignorabant.

897. Ald., Alex., Urb., Fabr., Egm., *monstrat*. Vat. A, Rat., Weitz., Gis., Heins., *monstret*.

899. Vat. A, *iristitia et subita præceps*. Urb. *tristis, et in subitam*, quod non displicet. Alii *Charybdim*, alii *Charybdem* scribunt. Sententia desumpta est ex Matth. vii, Lucæ xiii, Eccles. xvi.

930 Ite procul, gentes : consortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe Dei : discedite longe,
Et vestrum penetrate chaos, quo vos vocat ille
Prævius infernæ perplexa per avia noctis.

842 At nobis, vitæ Dominum quærentibus,

[unum
GLOSSÆ VETERES.

905. Perplexa, *difficilia*, Iso.

905. Rat., *prævius infelix*.

904. Rursus multitudinem deorum ab ethnicis as-
sertam indicat.

905. Rat., *lux est iter* : non patitur metrum.

906. Jureti codex, *spem sequimur, gradimurque fides*. Sed non tam recte ut videtur, ait Juretus. Imo *gradimurque fides* non recte dici puto. *Spe sequimur* etiam Paulinus ad Ausonium scribens dixit. Minucius in Octavio Securi *spe futuræ felicitatis, fide præsentis ejus majestatis animamur*. Ad quem locum Elmenhorstius laudat cum pluribus alii SS. Patribus hunc versum Prudentii, et legit *Spem sequimur, gradimurque fide*.

908. Post hunc versum hæc solent apponi verba orationis Symmachi : *Quanto commodo ararii vestri Vestalium virginum prærogativa detracta est? Sub largissimis imperatoribus denegatur, quod parcissimi præstiterunt. Honor solus est in illo velut stipendio castitatis. Ut vittæ earum capiti decus faciunt : ita insigne ducitur sacerdotii vacare muneribus. Nemo me putet tueri solam causam religionum. Ex hujusmodi facinoribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda. Honoraverat lex parentum vestales virgines, ac ministros deorum victu modico, justisque privilegiis. Stetit muneris hujus integritas usque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium bajulorum sacræ castitatis alimenta verterunt. Secuta est hoc fames publica, et spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum. Nihil imputemus austris. Nec rubigo segetibus obsuit, nec avena fruges necavit. Sacrilegio annus exaruit. Necessè enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Quid tale provinciæ pertulerunt, cum religionum ministros honor publicus pasceret? (Commendabat enim terrarum proventus victus antistitum, et remedium magis quam largitas erat. An dubium est, pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium vindicavit?) Heinsius legit *sacri ararii*. Aldus edidit *prærogativa detracta est, sub largissimis*. Correxerunt *detracta, sub. Rati-b.; in illud velut stipendium*. Ald. et Rat., *ex ejusmodi facinoribus orta sunt cuncta humani generis*. Aldus, *privilegiis stetit*, sine puncto. Idem, *trapezetas*. Idem, *salimenta, male, pro alimenta*. Heinsius, *austris; Rat., astris*. Ald. edidit *imputemus austris*, emendavit *astris*. Rat., *fruges necuit*. Prior Rott., Egm. cum Aldo, *quid tale proavi pertulerunt*. Codices vetusti, etiam latente Heinsio, deficiunt post illa verba *publicus pasceret*. Igitur verba unctis inclusa ex Heinsio petita sunt.*

909. Vat. A, *deleta dolore*, non recte: Agros, quos vestalibus et sacerdotibus Numa tribuerat, alii etiam privati auxerant, sub Valentiniano et Theodosio anno 383 fisco occupavit : quo anno fames publica secuta est. Hinc Symmachus in Relatione anni 384 sacrilegio annum exaruisse Christianis exprobrat. Ex hac ultima Symmachi querela arguitur eum pontificem fuisse, quod ex ejus etiam epistolis colligitur, ubi de vestalibus loquitur, tanquam si earum causa ad se pertineret. In inscriptione, quam retuli ad vers. 771 et huic Symmacho convenire posse censui, L. Aur. Avianus Symmachus *pontifex major* dicitur. In hortis Cœlimontanis-Casaliorum prope S. Stephanum Rotundum, ut vocant, exstant duo lapides a Q. Fab. Memmio Symmacho dicati, quorum inscriptiones juvat proferre. Exstat autem prima a manu dextra legenti, altera a sinistra

A 905 Lux iter est, et clara dies, et gratia simplex.
Spe sequimur, gradimurque fide, fruimurque
[futuris :
Ad quæ non veniunt præsentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta, et capienda voluptas.
Ultima legati desleta dolore querela est,

909. Ultima, in *novissimo*, I.

COMMENTARIUS.

I.

E V S E B I I

Q. AVR. SYMMACHO. V̄C.
QVAEST. PRAET. PONTIFICI
MAIORI . CORRECTORI
LUCANIAE ET BRITTIORVM
COMITI ORDINIS. TERTII
PROCONS. AFRICAE. PRAEF
VRB. CŌS. ORDINARIO
ORATORI . DISERTISSIMO
Q. FAB. MEM. SYMMACHVS
V̄C . PATRI OPTIMO

I I.

VIRIO NICOMACHO FLAVIANO V̄C
QVAEST PRAET. PONTIF. MAIORI
CONSVLARI . SICILIAE
VICARIO . AFRICAE
QVAESTORI. INTRA PALATIVM
PRAEF. PRAET. ITERVM. CŌS. ORD
HISTORICO . DISERTISSIMO
Q. FAB. MEMMIVS. SYMMACHVS. V̄C
PROSOCERO . OPTIMO.

Utramque hanc inscriptionem protulit Corsinius de præfect. Urbis, primam ex Sponio, alteram ex Reinesio. Eas ad archetypum emendavi. Q. Fabius Memmius Symmachus filius creditur esse Symmachi epistolographi, adeoque ejus pater Q. Aur. Symmachus is ipse est, quem oppugnat Prudentius. Igitur diversus videtur fuisse L. Aur. Avianus Symmachus, de quo ad vers. 771, si fideliter descriptum est elogium ibi exhibitum ex marmore. Sirmondus in præfat. notarum ad Sidonium et in nota ad primam epistolam observat, post reipublicæ casum magnam fuisse in nominibus et prænominibus varietatem, et sæpe unum eundem hominem quinque nominibus fuisse appellatum. In veteribus inscriptionibus non raro hæc duo nomina conjunguntur, *Lucius Quintus*, aut *Quintus Lucius*. Itaque adhuc dubitandi locus est an idem Symmachus in utraque inscriptione laudetur, qui scilicet vocatus fuerit Q. Luc. Aur. Avianus Symmachus. Corsinius ex cod. Theod. colligit Q. Aur. Symmachum anno 368 fuisse Lucaniæ et Bruttiorum correctorem anno 370 sive 373 proconsulem Africae. Secunda inscriptio, hoc loco a nobis allata, ad nos etiam aliquatenus pertinet, non solum quia monumentum a Memmio Symmacho positum est, cujus prosocer erat Nicomachus, sed quia is ipse Nicomachus pro idolorum cultu reparando vehementissime laboravit, eaque de causa auctor fuit Eugenio, ut tyrannidem arriperet. Nicephorus lib. XII, cap. 30, vocat eum virum in disciplinis præclarum : inscriptio eundem appellat consularem Siciliae, historicum disertissimum. Non ergo dubium est, quin ad hunc Nicomachum referendæ sint subscriptiones, quæ in multis codd. mss. Titi Livii apparent, quarum plures e membranis Vaticanis cl. Giovenazzus collegit, mihique exhibuit. Sed duo sunt Nicomachi, alter Nicomachus Dexter, qui codicem Titi Livii emendavit ad exemplum Clementiani parentis sui, alter Nicomachus Flavianus, cujus est hæc subscriptio in fine lib. VII cod. Vat. signato num. 1840 : *Emendavi Nicomachus Flavianus Titi Livii ter præfect. urbis apud Hennam ab urbe condita Victorian' V̄C emendabam dominis Symmachis. explicit liber septi-*

910 **843** Palladis quod farra fœcis, vel quod stipis A

[ipsis,

844 Virginibus, castisque choris alimenta-ne-
[gentur:

Vestales solitis fraudentur sumptibus ignes.

Hinc ait et steriles frugescere rarius agros,

845 Et tristem sævire famem, totumque per
[orbem

915 Mortales pallere inopes, ac panis egenos.

GLOSSÆ VETERES.

910. Palladis, sacrificiis Minervæ, I.

915. Ait, legatus. — Rarius, minus, I.

917. Triptolemi, inventor frugum. — Cereris, dea
rumentis, I.

918. Penu, stipem, I.

Quæ tanta existerit præsentis tempore, tanque
Invidiosa famas, quam Triptolemi, Cererisque
Moverit ira penu pro virginis ulciscendo,
Non memini: nec tale aliquid vel fama susurra.

920 **846** Audio, — per Pharios Nilum discurrere
[campos

More suo, viridisque sata stagnare Canopi.

Aut veniat, sicco qui flumine nuntius affert

Jejunam squalere siti sub pulvere Memphim,

920. Pharios, Ægyptios, ..

921. Stagnare, irrigare. — Canopi, oppidum Ægy-
pti, I.

922. Affert, nuntiat, I.

923. Memphim, Ægyptum, civitatem Ægypti, I.

COMMENTARIUS.

mus. Hujusmodi subscriptiones a Sirmondo in notis B
ad Sidonium, a Petro Burmanno juniore in not. ad
Critic. Valesii aliisque doctissimis hominibus ita
exarantur, ut emendatio ab Urbe condita intelliga-
tur facta; neque ipsi distinctionem notant, aut aliis
notandam exponunt. Ita enim sere scribunt: *Emen-
davi Nicomachus Flavianus ab Urbe condita. Victo-
rianus VC emendabam dominis Symmachis.* At correc-
tores illi antiqui inter lineas codicis suam subscri-
ptionem inserebant; exscriptores verò posteriores
omnia verba a se reperta uno ductu continuabant, ut
a nobis in ea subscriptione factum est, quæ tamen
ita legi distinguere debet: *Titi Livii ab Urbe con-
dita explicit liber septimus.* Tum quasi supra, et inter
lineas: *Emendavi Nicomachus Flavianus ter præfect.*

*Orbis apud Hennam. Victorianus VC emendabam do-
minis Symmachis.* Intelligitur autem iterum præfectus,
nam ter mendosum est pro iter. aut iterum. Henna
civitas Siciliæ erat; ubi Nicomachus consularis fuit.
Præfectura urbana Nicomachi subscriptionibus indi-
catis codicum Titi Livii a Corsinio potuisset illustrari.

910 et 911. Ald., vetusti codices Heinsiani, *stipis*,
cum Alex., Urb., Rat. et aliis. Weitz. cum Widm.,
stipes. Utrouque modo dici potest in recto casu more
veteri. *Stips* usus recentior poscit. In versu vero mox
sequenti Rat., Vat. A, Jureti codex, Weitz, Widm.,
Egm., Pal., Heinsiani veteres codd., Gis. ad oram,
Alex., Urb., *castisque choris*. Ald., Gis. et alii vulg.,
castisque toris, quod non displicet. Gifanius tamen
verbo *Vestris* ex suo vet. lib. præferendum ait *choris*.

915. Alex., Jureti codex, Ald., Egm., Fabr., Hein-
siani, excepto altero Rott., *rarius agros*. Rat., Urb.,
Weitz., Gis., *parcius agros*. *Frugescere* Tertullianus
etiam dixit. De verbis in *escere* vide Hispaniolum in
Apolog., ubi ait Furium Antiatem hujusmodi vocabulis
delectatum, ut *lapidescere, serefcere, diescere, nocte-
scere, caulescere, virescere* (pro vires assumere) *opule-
scere, lutescere*.

914. Ald., Alex., Urb., Rat., Jureti codex, omnes D
Heinsiani, *sævire famem*. Gis. et alii Vulg., male,
servire famem.

917. Aldus omiserat hunc versum, et ita eum in
emendatis adjecit *invidiosa famas, qua Triptolemi,
Cererisque*. Cæteri, *famas, quam Triptolemi*; nonnulli
scribunt *famis*. Vat. A contra metrum, *Treptolemiqve,
Cererisque*. Triptolemus a Virgilio lib. I Georg. dici-
tur *Uncique puer monstrator aratri*. A Cerere fruges
serere didicit.

918. Thuan. *penu* pro *penu*.

919. De fame quæ anno 585 contigerit mentio oc-
currit apud Ammianum, cujus verba ascripsi ad vers.
310 Psychomachix et apud S. Ambrosium lib. III
Officior., cap. 7. De hac enim fame loqui videtur:
*Quanto hoc utilius quam illud, quod proxime Romæ
factum est, ejectos esse urbe amplissima, qui jam plu-
rimam illic ætatem transegerant?... et certe arriserat*

Armi fecunditas, investitio. Urbs sola egebat frumento,
etc. Symmachus lib. II, epist. 7 ad Flavianum fra-
trem: *Dii facite gratiam neglectorum sacrorum. Mise-
ram famem pellite.* Cur igitur Prudentius negat hujus-
modi famem? Responderi potest Prudentium disertis
verbis loqui de tempore quo scribebat, *præsenti tem-
pore*. At cum Symmachi oratio anno 584 exhibita
fuerit, quid juvat respondere non esse famem, cum
scribebat Prudentius, si vere fuerit, cum Symmachus
fuisse affirmat? Aliqui aiunt, Prudentium oblitum
fuisse quod jam plures anni ab illa fame effluxis-
sent: addi potest quod probabiliter Prudentius ab
Urbe tempore famis longe aberat, adeoque non est
mirum si nihil resciverit. Profecto S. Ambrosius, qui
famem anno 583 fuisse fatetur, addit in Respon-
sione: *Et tamen etiam superiore anno plerasque novimus pro-
vincias redundasse fructibus. De Gallis quid loquar so-
lito ditioribus?* Præterea existimo, orationem eam-
dem Symmachi, quam anno 584 Valentiniano obtulit,
vel a Symmacho vel ab aliis ejus amicis paganis Ho-
norio traditam fuisse, ut eam legeret. Multa enim quæ
Prudentius affert hujusmodi novum aliquem gentium
conatum suadent, et cum Prudentius veterem oratio-
nem referat, puto eandem a gentilibus avidè re-
tentam, denuo fuisse in vulgus emissam et impera-
tori oblatam. Itaque Prudentius recte ex his quæ suo
tempore fieri videbat, argumenta Symmachi convellit.
Symmachus ipse inania hæc argumenta fuisse ali-
quando lassus est: ita enim interpretor ejus episto-
lam 82 ad Rufinum lib. III: *Tantum de ripa Tiberis
(nam per fines meos fluvius elabitur) onusta specto na-
vigia, non jam sollicitus, ut ante, de fame civium. Ex
inopia namque publicus metus versus est in gaudium,
postquam venerabilis pater patriæ Macedonicis commea-
tibus Africæ damna pensavit: quem nunc omnes ut a-
torem generis humani deum diligunt. Nihil enim passus
est austris contumacibus adversus Romam licere.* In re-
latione ait, *Nihil austris imputemus.*

920. Widm., *varios*, supra, *Pharios*, sive, ut non-
nulli scribunt, *Farios*.

922. Giselinus invenerat *aut veniat sicco*, ex con-
jectura correxit *haud venit a sicco*, quod postea vidit
a codice Buslidiano probatum. Id amplexus est Hein-
sius, nihil peculiare ex suis animadvertens; et Hein-
sium secuti sunt recentiores. Weitzius cum Egm.,
Widm., Gifanio, legerat *aut veniat sicco*. Quod autem
Weitzius Aldum pro se allegat, fallitur: nam Aldus
ediderat quidem *aut veniat*, sed emendavit *haud ve-
niat*, quod Fabricium non fugit. Certe is edidit *haud
veniat sicco*. Nihilominus teneo lectionem Weitzii,
quam confirmant Rat., Vat. A, Alex., Urb., et ex-
plicat Gifanius verbo *Vestris*. Legendum sine contro-
versia ex vet. lib. ait *aut veniat sicco*, etc. Scilicet, si
falsa commemoro, prodeat aliquis qui dicat, sicco
jam Nilo Ægyptum fame perire.

923. Rat., Weitz. cum suis, *sitis*, Ald., Alex., Urb.,
Gis. et alii, *siti*.

- Nec Pelusiacæ limum sudare paludis.
 925 Num fons arcano naturæ tectus operto
 Aruit, et tenuem vix stillat vena liquorem?
 Num refugus nostras odit præstringere ripas
 Amnis, et exustos cursum deflectit ad Indos?
 Num tractu in medio bibulus vorat alveus un-
 [dam
 930. Fluminis, et subito stagna absorbentur hiatu:
 Ne sulcos operire vadis, neve arida possint
 Ægypti per plana trahi, glebasque rigentes
 Infusis ad pingue lutum mollire fluentis:
 Unde seges late crinitis fluctuet agris,
 935. **847** Densius et gravidis se vestiat æquor
 [aristis?
 Respice, num Libyci desistat ruris arator
 Frumentis onerare rates, et ad ostia Tiberis

- A Mittere triticeos in pastum plebis acervos?
 Numne Leontini sulcator solvere campi
 940 Cesset frugiferas Lilybæo ex littore cymbas?
 Nec det vela fretis, Romana nec horrea rum-
 [pat
 Sardorum congesta vehens granaria classis?
 Ergo pyris inensas silvestribus imp'et arator
 Pœnus, et avulsas Siculus depascitur herbas?
 945 **848** Jamquæ Remi populo quernas Sardinia
 [glandes
 Suppeditat, jam corna cibus lapidosa Quiri-
 [tum?
 Quis venit esuriens magni ad spectacula circi?
 Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
 Sustinet: aut quæ Janiculi mola muta quie
 [scit?

B

GLOSSÆ VETERES.

924. Pelusiacæ, *Pelusium promontorium Ægypti*, l.
 925. Fons, *Nilus*, l.
 927. Nostras, *proprias*, l.
 935. Æquor, *campos*, l.
 936. Libyci, *Africani*, l.
 938. Acervos, *cumulos*, Iso.
 939. Leontini, *Siculi*.—Sulcator, *arator*, l.
 940. Lilybæo, *Siciliæ promontorium, ubi abundat plurima annonæ*, l.
 941. Rumpat, *dissipet pro multitudine frugum*, l.

942. Sardorum, *populorum*, l.
 943. Ergo, *ironice*, l.
 944. Pœnus, *Africanus*, l.
 945. Remi, *Romano*, l.
 946. Suppeditat, *subministrat*, Iso.
 947. Circi, *theatri*, l.
 948. Regio, *pars*.—Gradibus, *scenæ*, l.
 949. Sustinet, *patitur*.—Janiculi, *Janiculus mons est ubi templum Jani erat et multæ molæ constructæ*.—Muta, *prius*, l.

COMMENTARIUS.

924. De Pelusio Ammianus audiendus est potius quam Iso, lib. xxii, cap. 16: *In Augustamnica oppidum Pelusium est nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidisse, lustrari deorum monitu jussus in lacu, qui ejusdem civitatis alluit mœnia.*
 925. Fons Nili, ignotus olim, jam pridem detectus est in Lunæ montibus Goyami Abyssinorum regni.
 926. Arnobius lib. i, *Cum enim flumina cognoverimus ingentia limis inaruisse siccatis.* Virgilius eclog. 7, *Videas et flumina sicca, Aret' ager.* Plura Elmenhorstius ad Arnobium.
 927. Scripti potiores Heinsiani et nostri scribunt *præstringere, non perstringere.*
 928. Egm., *exustus*; melius *exustos*.
 930. Rat., Urb., *absorbentur*.
 931. Vat., A, Alex. a prima manu, Urb., *nec sulcos; melius ne sulcos.*
 933. Vat. A, *ad pingue solum.*
 934. *Seges fluctuat*, phrasis poetica ex Virgilio et aliis. Sic *crinui agri, ut coma arborum.* Salvianus, lib. vii de Gubern. Dei, Aquitaniam vocat *circundatam messibus.*
 935. Mire dictum ait Gifanius verbo *VESTIS* Indic. Iucr., *Æquor se vestiat aristis.* Sic Columella dixit *ripas gramine vestitas*, et Virgilius lib. viii, *Tum mihi prima genas vestibat flore juventas*, ut legit Gifanius ex v lib., vel *juventus*, ut alii: Cicero ii de Natura deor., *vestita terra floribus*, Ovidius iv Fast., *vestitos messibus agros*; Propertius lib. iii, *vestitas frondibus*.
 936. Horatius, Seneca in Thyeste, Claudianus, Lucanus, Petronius, Apollinaris, Juvenalis, Rutilius aliique passim confirmant annonam frumentorum Romam ex Africa potissimum advectam.
 937. Notat Grangæus ad historiam id pertinere: nam Ægyptus Constantinopolin sua frumenta mittebat, Africa Romam. Claudianus de Bello Gildonico vers. 62, *Ægyptia rura In partem cessere novam; spes unica nobis Restabat Libye.* Frumentum ex Africa aliisque regionibus Romam per ostia Tiberis adveniebat. Symmachus lib. v, epist. 22 ad Theodosium et Arcadium Ægyptii frumenti meminit: *Mittetis etiam regiam classem: quæ annonariis copiis augeat*

- devotæ plebis alimoniam. Hanc ergo in Tiberinis ostia mixtus populo senatus excipiet. Venerabuntur tanquam sacras puppes, quæ felicia onera Ægyptæ frugis invexerint.*
 939. In re frumentaria Leontini agri laudantur a Cicrone, Plinio, Apollinari et aliis. Ita dicti sunt a Leoncio Siciliæ civitate. Vide Lexic. Ferrarii.
 940. Egm., *frugiferas*; alii. *frugiferas*.
 941. Rat., *horrea frangat*; ceteri, *rumpat*. Virg. i Georg., *Illius immensæ ruperunt horrea messes.* Sardonius lib. i epist. 6, *Esto, multiplicatis tibi spumabunt musta vinetis, innumeros quoque cumulos frugibus rupta congestis horrea dabunt.* Teolius putat id, nisi sit hyperbole, ad horrea pensilia esse referendum. Ad hyperbolen magis refero.
 942. Rat., *Sardonum*; lege *Sardorum*. E Sardinia etiam frumentum Romam deferebatur ex Strabone, Horatio, Floro, Valesio, Salviano, Symmacho et aliis. Loca indicat Gothofredus ad lib. ix cod. Theod., tit. 40, leg. 5.
 944. Virgilius iii Æn., vers. 649, *Victum infelicem, baccas, lapidosaque corna Dant rami; et vulsis pascunt radicibus herbæ.* S. Ambrosius, Symmacho respon. lens, similia habet.
 945. In Rat. ineptus corrector recenti manu prioribus erasis substituit *quernas*, et aliam vocem quæ nec legi quidem potuit a Marietto; abraserat vero *quernas Sardinia*, ne videlicet secunda in Sardinia producat, quæ corripitur solet. Verum in hujusmodi nominibus propriis majori quadam licentia veteres poetæ utebantur; neque licet nobis eorum consuetudinem improbare.
 946. Prior Rott., Heins., *cibos*, ut a superioribus hæc dependant. Virgilius ii Georg., *Prunis lapidosa rubescere corna.*
 948. De pane gradili vide comment. ad vers. 583 lib. i.
 949. Ald., Gis., Fabr., *Janiculo mola nota.* Ald. ediderat *mota*, sed in emendatis posuit *nota*. Rat., Urb., Vat. A, Weitz. et plerique Heinsiani, *Janiculi mola nota.* Heinsius cum Thuan. priore Rott. et utroque Boher., *Janiculi mola muta* verum putat: cui accedit Alex. Procopius lib. i de Bello Goth. tradit. omnes

D

950 Quantos quæque ferat fructus provincia, quam- A
 [que
 Ubere fecundo large fluat orbis opimus,
 Indicio est annonæ, tuæ quæ publicæ plebi,
 Roma, datur, tantæque manus longa otia
 [pascit.
 Sit fortasse aliquis paulo infecundior annus:
 955 **849** Nil mirum, nec in orbe novum didicere
 [prios,
 Perpessi plerumque famem, si tabidus aer
 Siccarit tenues ardenti sidere nubes,
 Nec vernas infudit aquas creberrimus imber,
 Fruge nova, et viridi si messis adulta, prius-
 [quam
 960 Conceptas tenero solidaret lacte medullas,
 Afflatum calido succum contraxit ab Euro,
 Jejunosque tulit calamos, atque irrita vota
 Agricolæ sterilis stipularum silva fefellit.

GLOSSÆ VETERES.

955. Manus, multitudines, I.
 956. Tabidus, corruptus, I.
 957. Sidere, sole, I.
 959. Adulta, nata, I.
 962. Jejunos, steriles, I.
 966. Lare Pergameo, domo Pergameo, Trojano, I.
 967. Genitor, Laomedon pater Priami conduxit
 Neptunum, et ei primum promisit, ut ei Trojam ædificaret; sed non dato pretio, illius instinctu iterum

COMMENTARIUS:

molæ ad Janiculi radices fuisse. Vide Lipsium, Elect. cap. 8, lib. 1, ubi hunc locum illustrat. Procopii verba sunt: *Ad cuius (Janiculi) radices et ipso in Tiberi civitatis molæ omnes constructæ antiquitus fuerant, quia in angustum ibi primo aquarum ingens vis cogitur, et per canalem deinde in præceps deducta, ut in declivi violentissimo cursu defertur.*

952. In editione Parmensi mendum est *tua quæ pro tuæ quæ.*

955. Ald., Alex., Vat. A, Heinsiani, præter Thuan. et alterum Rott., Gis. in textu, *tantæque manus longa otia pascit.* Rat., Weitzius cum suis, Urb. et nonnulli alii, *tantasque manus longa otia pascunt.* Quo glossa respicit.

954. Heinsius suspicatur si fortasse, quod sequentia, ait, confirmant. Verum æque bene sequentibus coheret sit fortasse. Fac, fortasse aliquem esse annum paulo infecundiorum. Nil mirum. Arnobius lib. 1: *Quod si ad credendum difficilis res esset, testimoniis i gere possemus auctorum, quantæ, quoties et quæ gentes famem senserint horridam.* Fateri videtur Prudentius famem quæ anno 585 contigit.

955. Rat., Urb., Weitz., Gis. in Emendatis, Heinsiani scripti *nec in orbe novum*, quod verum puto. Ald. et nonnulli alii, *nec in orbe novo.* Alex., *nec orbe novum*; supra recte, *nec in orbe novum.*

959. Thuan., et viridi, recte, inquit Heinsius, si distinctione locus adjuvetur, scilicet *frugè nova, et viridi: si messis adulta*, quod tenuit ipse Heinsius. In Egm. omittitur si, quod tamen necessarium est merito. Urb. *Fruges nova, et viridis messis sed adulta.* Puto, distingui debere, *Nec vernas infudit aquas creberrimus imber, Fruges nova, et viridi si messis adulta, etc.*

960. Virgilius 1 Georg., vers. 515: *Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.* Passim apud poetas lac per translationem de succo plantarum dicitur.

961. Statius, Silv. 1, lib. v: *Plena mal gno Afflatur vineta noto.*

965. Plerique interpungunt *Vesta, Penates.* Palladium, Vestam et Penates conjunxit etiam poeta vers. 195 lib. 1: *Sic Vesta est, sic Palladium, sic umbra*

His, ni fallor, ager vitis corruptus et ante
 965 Subjacuit, quam Palladium, quam Vesta Pe-
 [nates
 Sub lare Pergameo servarent igne reposito,
 Quam Priami genitor conductis mœnia fabris
 Exstrueret, quam virgo suas fundaret Athenas
 850 Pallas: in his quoniam vestalis origo
 [favillæ
 970 Urbibus, ut memorant, primo de fomite sumpta
 [est,
 Sacraruntque focos aut Phryx, aut Graius
 [alumnos.

Antiquis elementa labant erroribus, ac de
 Legitimo discussa modo plerumque feruntur
 In casus alios, quam lex habet, aut iter anni.
 B 975 Nunc consumit edax segetem rubigo maligna
 Aeris ex vitio, nunc culpam vere tepenti
 Post zephyros gelidi glacies aquilonis inurit,

Græcis destruxit. — Mœnia, Trojæ. — Fabris, Apolline et Neptuno, I.

971. Phryx, Trojanus. — Graius, Græcus, I.

972. Labant, vacillant. — Erroribus, de peccatis, I.

973. Legitimo, a recto. — Discussa, acta, compulsata, I.

975. Maligni, corrupti, I.

976. Culpam, corruptionem. — Vere tepenti, si potest ver tepens, et post zephyros glacies aquilonis venit, tunc sterilitas venit, I.

Penatum. In foro Romano prope Vestæ templum erat templum Penatum, ubi, ut refert Halicarnasseus lib. 1 erant duo juvenes viri, sedentes, hastis armati, veterique more sculpti. Hi erant Penates, quos secum advexisse dicitur Æneas. Idem Halicarnasseus narrat, in antiquis templis alias fuisse statuas eorundem deorum, omnes militari cultu. Nonnulli opinantur magnos deos, Jovem, Neptunum, Plutonem, Vestam, Apollinem, et alios Geniorum, Larium Penatumque loco fuisse.

966. Virgilius v Æn., vers. 743: *Cinerem, et sopitos suscitavit ignes, Pergameumque larem, et caræ penetralia Vestæ.*

969. Gis. ait, in quibusdam mss. esse *quoniam*, in aliis *quomodo*, inepte. Aldus habet *quoniam*. Vera lectio *quoniam*. Lipsius in Syntagm. de Vesta et Vestalibus cap. 2 ait, Athenis quidem ignem cultum, sed certiorum originem vestalis ignis a Trojanis et ab Albasumi, ubi mansit sacrum. Pallas Ἀθήνη Græce dicitur, adeoque ab ea et fundatæ et nuncupatæ sunt Athenæ.

970. Disputat Chamillardus, utrum Vesta a terra, seu a vi stando, an ab igne vim suam et originem habeat. Utrumque ex antiquis scriptoribus, et nummis videtur colligi. Consule Lipsium, cap. 1 de Vesta, et Ovidium, lib. vi Fast. Putarunt etiam aliqui, Vestæ nullum fuisse simulacrum, quia, ut ait Ovidius, lib. vi Fast., *Ignis inextinctus templo celatur in illo; Effigiem nullam Vesta, nec ignis habet.* Sed id intelligendum est de simulacro in templo Vestæ, ubi tantum erat ara ad sacrificandum. Vestæ imago passim in nummis, et statuis expressa est, ut videre licet apud Lipsium de Vesta.

971. Lipsius loc. cit. legit *sacraruntque.*

974. Nat. A, *alias*; lege *alios*. Legem vocat propensionem naturæ, quæ phrasis philosophis satis familiaris est. Minucius in Octavio: *Mari intende, lege littoris stringitur.*

975. Virgilius lib. iii Georg., *Nunc et frumentis labor additus, ut mala culmos esset rubigo.* Servius: *Rubigo est genus vitii, quo culmi pereant... Ex nebuâ nasci solet.*

976. Rat., *culpam in vere*

Ambustum iue caput culmi fuligine tingit. A
 Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
 980 **851** Continuis, nimisique perit constricta
 [pruinis,
 Nec potis est tenuem telluri affigere fibram :
 Mox ejecta solo glacie sidente superfit,
 Nudaque subducto radix avellitur arvo.
 Ancipites tribuli subeunt, et carduus horrens.
 985 Hos fert sicca silis : hunc ebrius educat humor.
 Temperies, effusa minus, vel plus, agit istos
 Terrarum morbos, et mundum vulnerat ægrum.
 Non aliter nostri corruptus corporis usus
 In vitium plerumque cadit, nec in ordine recto
 990 Perstat, et excessu moderaminis afficit artus :
 Unus enim status est mundique, et corporis
 [hujus,

Quod gerimus : natura eadem sustentat utrumque
 [que.
 Edita de nihilo crescunt, nihilumque futura
 Aut titubant morbis, aut tempore victa senescunt.
 995 Nec natura caret vitio, cui terminus instat,
 Semper, crede, polus variis proventibus annos
 Texuit : hos multa ditavit fruge finentes :
852 Quosdam infelice astris damnavit iniquis,
 Spe cassa, et sterili curam frustratus agrestem.
 1000 Sed, si vestales ulciscitur ista puellas
 Pestis ab infido quæ gignitur improba mundo,
 Cur non Christicolum tantum populatur agellos,
 Per quos virginibus vestris stata dona negantur ?
 Utinam et ruris reditu, et ratione colendi :
 1005 Exercere manus non oenitet, et, lapis illic

GLOSSÆ VETERES.

978. Ambustum, exustum.—Caput, spicam, pro B initio ponitur.—Fulgine, nigredine, I.
 981. Fibras, radicem, I.
 982. Residente, remanente, I.
 984. Ancipites, acuti.—Subeunt, crescunt, I.
 985. Educet, nutrit, I.
 986. Temperies, scilicet acris, I.
 990. Excessu, pravariatione, I.
 995. Edita, molata.—Futura, sunt, I.

996. Proventibus, utilitatibus, fructibus, I.
 997. Texuit, ordinavit.—Fluentes, abundantes, venientes, I.
 998. Astris iniquis, auris nequis.—Damnavit, claudit, I.
 999. Cassa, inutili.—Frustratus, decipiens, scilicet populus, Iso.
 1001. Infido, quia nunquam in uno statu permanet, I.
 1004. Reditu, fructu, quia labor post laborem venit, I.

COMMENTARIUS.

977. Virgilius i Georg., vers. 95, Aut boreæ penetrabile frigus adurit. Frigus, gelu, nives, glaciem urere passim apud scriptores invenies. Id cur ita dicatur, nonnulli querunt, et rationem philosophicam invenire student. Vera illa est ratio, quod in corporis membris satis plures effectus arque a nimio frigore proveniunt, atque ab igne aut nimio calore.

978. Cham., Cell., Teol. post Heinsium, nescio quorum mss. fidem secuti, fuliginẽ tingunt.

980. Vat. A, male, continuisque minus perit. Nec melius Aldus, continuis, nimisique parit.

981. Error Aldi affligere fibras.

982. Weitz., mox erecta solo; Ald., Gis., scripti Heinsiani et nostri constantè mox ejecta. Rat., glacie residente; perperam autem scribit glaciæ.

984. Cæthem. hymn. 8. Post jejunium vers. 44, Carduus horrens.

985. Prior Rott., crebrior educat.

990. Egm., præstat. Alex. a prima manu, pestat, correctum per perstat.

995. Teolius monet commodam interpretationem adhibendam, ut nihilumque futu'a significet quæcumque dissolutionem: nam corpora etiam in æternum perennatura alibi Prudentius docuit. Certe ita docuit, corpora post resurrectionem æternum victura. Nunc autem comparatione mundi, et corporis instituta, morbis, senectutem, et obitum cum variis mundi casibus, et extremo excidio componit.

995. Egm., caret, corrupte, pro caret.

996. Egm., semper, credo, polus.

997. Ex hoc loco confirmatur, legendum vers. 71 Hamart., Texit sol unicus annum, a texo, tæxis, non rerit.

998. Iso videtur legisse austris, non astris. Confer verba Symmachi.

999. Rat., frustravit agrestem.

1000. Ald., vestalis; Alex. a prima manu, vetales; lege vestales.

1002. Alter Rott., Christicolas. Et Heinsio concinnius omnino videtur Christicolas agellos. Cæterum ipse edidit Christicolum, quod ego quidem concinnius esse arbitror.

1005. Egm., statuta pro stata; sed non explicat Weitzius an omittat dona, an legat vestris statuta ne-

gantur, an vestris statuta dona negantur. Utrumque metri legibus adversatur. Urb., vestris hæc dona.

1005. Purissimi critici hos Prudentii versus de Termine et ritibus, quibus eum pagani venerabatur, illustrant. Videri potest Petrus Pithæus parte 2 Advers. subsecivor., cap. 14. Qui ritus in terminis deligendis servarentur, Siculus Flaccus lib. de Condit. agrorum exponit : Cum terminos disponent, ipsos quidem lapides in solidam terram rectos collocabant proxime ea loca quibus fossis factis defixuri eos erant, et unguento velaminibusque et coronis eos coronabant. In fossis autem, in quibus posituri eos erant, sacrificio facto hostiaque immaculata cæsa, facibus ardentibus iniec it in fossa cooperti (al. cooperati) sanguinem instillabant, eoque thura et fruges jactabant; favos quoque et vinum, aliaque quibus consuetudo est terminis sacrum fieri, in fossa adjiciebant, consumptisque omnibus dupibus igne, super calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant, adjunctis etiam quibusdam saxorum fragminibus, circumcalcabant, qui firmitus starent. Hæc, aliaque Siculus Flaccus. Antiquis vero temporibus Numa veterat, quidquam animarum sacrificari Termine. præsidii pacis, et amicitie custodi. Ex hoc Prudentii loco arguitur non solum, cum terminus primus defigebatur, sed etiam aliis diebus, et fortasse quotannis die aliquo definito terminata festa celebrari, de quibus accipio Horatii verba Epod. 1, Vel agna festis cæsa terminalibus. Erat autem terminus vel lapis, vel stipes, aut arbor. Ovidius ii Fast. : Termine, sive lapis, sive es desertus in agris Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes. Ubi desertus est quasi satus, defixus. Alii legunt defossus, nonnulli desectus : nam termini sive lapides, sive stipites plerumque effigiebantur. Minucius in Octavio : Ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigatos sane, et unctos, et coronatos. Prudentius in Romano vers. 281, Deasciato supplicare stipiti. Apuleius in Florid., Truncus dolamine effigiatu. Poto autem nonnunquam arbores ipsas vicem terminorum supplevisse. Paulus i. C. lib. v Receptar. sent., tit. 22, dicit arbores terminales. Ita etiam in leg. 1, § 5, D. de Term. moto, appellantur indiscriminatim arbores, lapidesve terminales. Aliquando etiam acervi lapidum pro terminis erant, qui Mercurii acervi dicebantur.

853 Si stetit antiquus, quem cingere sueve- A
 [rat error
 Fasciolis, vel gallinæ pulmone rigare,
 Frangitur, et nullis violatur terminus extis,
 Et, quæ fumificas arbor vittata lucernas
1010 854 Servabat, cadit ultrici succisa bipenni.
 Nec tamen idcirco minor est aut fructus agelli,
 Aut tempestatis clementia læta serenæ,
 Temperet aut pluvius qui culta novalia ventus.
 Sed nec magno opus est frugi viventibus, et cum
1015 Maxima proveniunt, non amplo in gaudia censu

Solvimur, inque lucrum studio exsultamus avaro.
 Nam quibus æternum spes informatur in ævum,
 Omne bonum tenue est, quod præsens ingerit
 [ætas.

O felix nimium sapiens, et rusticus idem,
1020 Qui terras animumque colens, impendit utrisque
 Curam pervigilem: quales, quos imbuat auctor
855 Christus, et assumptis dedit hæc præce-
 [pta colonis.
 Semina cum sulcis committitis, arva cavete
 Dura lapillorum macie, ne decidat illic

GLOSSÆ VETERES.

1007. Rigare, placare, I.
 1008. Terminus, limes. — Extis, in sacrificando, I.
 1010. Bipenni, dolatura, I.
 1012. Tempestatis, auræ. — Serenæ, puræ, Iso.
 1014. Magno, alimento, re. — Frugi, abstinenter,

vel parce, I.
 1020. Utrisque, terrenis et cælestibus, I.
 1022. Assumptis, elec is. — Colonis, apostolis, I.
 1025. Cavete, vitate, I.

COMMENTARIUS.

ac fortasse sunt illi ipsi acervi de quibus Proverb. **B** illa est quercus a Lucano descripta, et cui Pompeius comparatur lib. 1: *Stat magni nominis umbra. Qualis frugifero quercus sublimis in agro Exuvias veteres populi, sacrataque gestans Dona ducum: nec jam validis radicibus hærens, Pondere fixa suo est: nudosque per aera ramos Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram: At quamvis primo nutet casura sub Euro, Tot circum silvæ firmo se robore tollant, Sola tamen colitur.* Virgilius vii: *Laurus erat... Sacra comam, multosque metu servata per annos.* Ad consuetudinem appendendi lucernas arboribus referri potest Martialis lib. x, epigr. 6: *Quando erit ille dies quo campus, et arbor, et omnis Lucebit latia culta fenestra nuru?* Tæniæ seu vittas arboris, quas discoloram lanam vocat Prudentius loc. cit. Romani, exprimit Statius lib. ii Thebaid.: *Ab arbore casta Nectent purpureas niveo discrimine vittas.* Arnobius lib. v: *Quid compti violaceis coronis, et redimiti arboris ramuli?* In cod. Theod. tit. de Paganis, leg. 12, *Redimita vittis arbore*, ubi probat Gothofredus, hujusmodi superstitionem diu perseverasse.

1007. Ald., Alex., Thuan., Ox., *fasciolis*; alii, *fasciolis*. Gifanius, verbo LAPIS, putat legendum *rigare*, et Juretus affirmat nonnullos profiteri in suis veteribus membranis legi *rigare*. Weitz. cum plerisque suis, ut videtur, *rigare*. Id mihi apprime placet, et respondet versus sequens *et nullis violatur terminus extis*, hoc est, nullis ungitur extis, quod ab ethnicis fieri solebat, ut ex Siculo Flacco et Minucio constat; quibus adde Arnobium lib. 1: *Siquando conspexeram lubricatum lapidem, et ex olivi unguine sordidatum.* Apuleius lib. 1 Florid: *Neque enim justius religiosam moram viatori objecerit aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata; vel etiam colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.* Non vero assentior Teolio, qui existimat, *gallinæ pulmone rogare* significare consuetum auspicia captandi ritum per avium et pecorum viscerum inspectionem. Victimarum intestina in sacrificium ab ethnicis offerri consuevisse exploratum est Persius sat. 2: *Aut quidnam est, qua tu mercede deorum Emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?*

1009. Lipsius, lib. 1 Elect., cap. 3, ex hoc loco notat **D** arboribus sacris veteres appendisse lucernas: quia scilicet res sacra erat lucerna, adeoque sacrificuli et vates lucernam et laurum præferbant ex Seneca de Vita beata cap. 27. *Arborem vittatam* dicit Prudentius, quia, ut paulo ante vidimus, arbores etiam coronabantur: de quo videri possunt hymnus 10 Peristeph., ve s. 502, et quæ notat Winkelmannus tom. I laudati operis, pag. 57, ex Philostrato, Statio et Æliano, ubi vetus monumentum existens in villa Romana excellentissimæ domus Albanæ, et arborem tæniis ornatam, quæ in eo repræsentatur, explicat. Existimo in singulis agris fuisse aliquam veterem et insignem arborem, quam possessores colerent, qualis

1010. Widm., *servebat*: lege *servabat*.

1015. Ald., Weitz., Gis., *temperat*. Heinsiani scripti, *Rat.*, Alex., Urb. et alii, *temperet*. Ald., Heins., Gis. in textu, Alex., Rat., Fabr., aut *pluvius*, rectius quam aut *pluviis* Weitz., Gis. ad oram.

1014. Widm., *venientibus*; ad oram recte positum *viventibus*.

1015. Gronovius cap. 5 Observat. eccles. conjecit *censu* pro *sensu*: quam conjecturam satis confirmat correcto alio loco S. Cypriani ex lib. de discipl. Cauchius etiam malebat *censu*, quod in Boher. priore repertum arripuit Heinsius, et cum eo recentiores. Gallandius addit in vet. edd. mendose esse *sensu* pro *censu*. Mihi non displicet lectio codd. *sensu*: ut enim vers. seq. ait poeta, *Christianos non exsult re studio avaro in lucrum*, ita nunc affirmat eos *non solvi amp'o sensu in gaudia*. Non tamen dissimulabo, epitheton a *mplo* magis congruere *censui* quam *sensui*.

1021. Giselinus enallagen numeri agnoscit in *quales, quos*, ut in illo Terentii Phorm. act. v, sc. 41: *Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.* Parabola Christi hic indicata exstat Matth. xiii.

1023. Virgilius i Georg. vers. 223: *Debita quam sulcis committas semina.*

1024. Weitz. cum Vat. A, Egm., Fabr., Widm. supra *dura lapillorum acie*, minus bene. Alii *macie*, etiam Aldus, quem perperam Weitzius allegat pro *acie*: nam id, quod primum posuerat, in emendatis mutavit in *macie*. Rat. scribit *maciæ*, mendose. *Macies lapillorum* est *glarea tenuis*, quæ occurrit vers. 1045. Vat. A, *decidit*, corrigendum *decidat*. Urb. *ne decidat*.

1025 Quod serit r : primo quo iam præfertile ger-
[men
Luxuriat; succo mox deficiente, sub æstu
Sideris igniferi sitiens torretur, et aret.
Neve in spinosos incurrant semina vepres :
Aspera nam segetem surgentem vincula texiunt,
1030 Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne jacta viæ spargantur in aggere grana :
Hæc avibus quia nuda patent, pas-imque vo-
[rantur,
Immundisque jacent scæda ad ludibria corvis.
His Deus agricolam confirmat legibus; ille
1035 Jus cœleste Patris non summa intelligit aure :
Sed simul et cordis segetem disponit et agri,
Ne minus interno niteant præcordia cultu,
856 Quam cum læta suas ostentant jugera B
[messes.
Exstirpamus enim sentos de pectore vepres,

1040 Ne vitiosa necent germen vitale flagella,
Ne frugem, segetemque animæ spinosa malo-
[rum
Impediat sentix scelerum peccamine crebro:
Glarea ne tenuis jejunis siccet arenis
Marcentem sub corde fidem, ne pectoris æstus
1045 Flagret, et effetis urat charismata venis.
Denique ne jecoris detrita in parte relinquat
Vilis cura Deum, ne spem, qua vescimur intus,
Deserat, obscenisque avibus permittat eden-
[dam,
Et projecta fides hosti sit præda volueri.
1050 Talis nostrorum solertia centuplicatos
857 Agrorum redigit fructus : quibus acrius
[instat,
Nec metuit, ne congestum populetur acervum
Curculio, vel nigra cavis formica recondat.
Sunt et virginibus pulcherrima præmia nostris,

GLOSSÆ VETERES.

1026. Luxuriat, abundat, I.
1027. Sideris, solis, I.
1029. Surgentem, crescentem, I.
1031. Aggere, itinere, I.
1032. Hæc, præcepta dedit, I.
1036. Cordis segetem, verbum prædicationis. —
Disponit, statuit, I.
1039. Exstirpamus, evellimus, I.
1043. Glarea, terra petrosa, vel arenosa, I.
1045. Effetis, infecundis, vacuatis. — Charis-

mata, dona Dei, I.
1046. Detrita, conculcata a demonibus, I.
1047. Intus, quasi semine, I.
1048. Deserat, in via, sed in bona terra, I.
1050. Solertia, studium, si ita studiose hæc facta
fuerint, I.
1051. Redigit, restituit. — Acrius, fortius vel for-
titer, I.
1052. Metuit, nostra fides, I.
1053. Curculio, vermis pro diabolo, I.

COMMENTARIUS.

1025. Urb., Rat., Weitz., primum. Ald., Alex.,
Widm. supra, Gis., Heins., primo.
1026. Vat. A, deficientis ab æstu non probe.
1029. Notanda est novitas phrasidis de spinis, *Aspera
vincula texunt segetem surgentem*.
1030. Vat. A contra metrum et sensum, *robur
arctat*.
1031. Viæ publicæ, ut imber deflueret, aggeribus
muniebantur. Hinc *agger* pro via aliquando usurpa-
tur. Agger viæ frequenter dicitur. Virgilius v. *Æn.*
Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens.
1034. Meursius lib. 1, cap. 10. Critic. Arnob. mal-
let conformat pro confirmat.
1035. Thuan. pro div. script., non surda intelligit
aure. At summa aure Prudentianum est, ut summum
corpus, summus tactus in Psych. vers. 795, 692, et
Cicero summam aquam dixit de aquæ superficie.
1039. Rat., alter Rott., exstirpamus. Widm., Rat.,
nostro de pectore. Alii sentos, scilicet vepres. Non se-
mel Prudentius dixit sentus pro senticosus, Teren-
tium imitatus.
1041. Hanc parabolam ad vitia animi, quæ spinis
significântur, passim SS. Patres et interpretes egre-
gie transferunt, ab ipso Christo edocti : et Pruden-
tius ipse idem argumentum versat Apoth. vers. 59 D
et seqq., ubi plures similes phrasides occurrunt. Ubi-
que enim sui similis est.
1042. Ald., Urb., Thuan., Gis., prior Rott., Heins.,
sentis. Alex., prioribus erasis, sentix. Ita etiam Rat.,
Egm., Widm., Weitzius. Gifaninus in lateramina ait,
inire dixisse Prudentium sentix pro sentis, nam sen-
tix habebant tres vest. libri p'aniss.me, et in marginè
adnotatum ut rarius verbum hæc sentix : sic junix
pro juvenca, dixit Plautus et Persius; sic et pistrix,
et pistris loqtasse dixerunt veteres : sic curax, et
vigilax dixit Caius I. C. Mariellus, qui exemplar Lu-
cretii viderat notis mss. Gifanini illustratum, affirmat
Gifaninum ad marginem hujus loci manu notavisse
sibi magis placere sentis, quod in meliori veteri libro
repererat. Gifaninus observat Lucretium amare verba

hujuscemodi lateramen, augmen, momen, vocamen,
conamen, glomeramen, duramen, et Prudentium hoc
versu peccamen.
1043. Virgilius in Georg., vers. 212 : *Nam jejuna
quidem clivosi glarea ruris*, ubi Servius jejunam ex-
plicat *siccam et sterilem terram*; unde vers. 1024,
macies lapillorum.
1045. Ald. affectis; alii effetis. In charisma primam
produxit etiam præf. 1, Apoth. vers. 11.
1048. Ald., Urb., Alex. supra, edendum.
1050. Vide hymn. 7 Cath., vers. 220, *Ditatque
fructus fenerantem centuplex*.
1051. Ald. Urb., rediget. Rat., Alex., scripti Hein-
siani, Weitz., redigit, Fab., Gis., reddit; Widm. su-
pra, redit. Verius videtur redigit, ut vers. 1059, *redi-
guntur in horrea fructus*. Weitzius, acriter; sed acrius
habent Ald., Gis. et nostri scripi.
1052. Acervum simpliciter posuit pro tritici acervo
etiam Cath. 5, vers. 68, *Clausis cavere acervis*. Virg:
in Georg., *Populatque ingentem farris acervum Curculio*.
1054. E parabola fructus centuplicis in regno cœ-
lorum transit ad virgines Christianas, quibus hoc
promissum est præmium, ut exprimit vers. 1059,
Hinc decies deni. Luculentissimum vero hoc exstat
antiquitatis testimonium de perpetua castitate ac vita
sanctissima nostrarum virginum, quas Prudentius
confert, et longe præfert virginibus vestalibus. No-
stræ illæ virgines Deo devotæ dicebantur, et virginitas
Deo promissa devota pariter nuncupabatur. Auso-
nius, quamvis non Christianus, aut ex Christiano
iterum ethnicus, certe non valde pius, ut ex ejus
scriptis patet, tamen virgines Deo devotas laudat; sic
Parent. 6, titulus : *Æmilia Hilaria matertera, virgo
Deo devota*. Tum hoc epigrammâ : *Feminei sexus
odium tibi semper, et inde Crevit devotæ virginitatis
amor. Quæ tibi septenos novies est culta per annos :
Quique ævi finis, ipse pudicitæ*. Hoc ipsum mox Pru-
dentius, *Lexque pudicitæ vitæ cum fine peracta*. Auso-
nius vero iterum de Julia Cataphronia amita : *Innuba
devotæ quæ virginitatis amorem Parcaque cuius coluit*.

1055 **858** Et pudor, et sancto tectus velamine vul-
 [tus,
 Et privatus honos, nec nota, et publica forma,
 Et raræ tenuesque epulæ, et mens sobria sem-
 Lexque pudicitiae vitæ cum sine peracta. [per,
 Hinc decies deni rediguntur in horrea fructus,

A 1060 Horrea nocturno non unquam obnoxia furi.
 Nam coelum fur nullus adit: coelestia nunquam
 Fraude resignantur: fraus terris volvitur imis.
 Quæ nunc vestalis sit virginitatis honestas,
 Discutiam, qua lege regat decus omne pudoris.
 1065 Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis,

GLOSSÆ VETERES.

1055. Pudor, castitas, l.
 1057. Tenuis, viles vel parvæ, l.
 1059. Hinc, post hæc. — Decies, de viduis dicit
 modo: decies seni sexaginta faciunt, et sex sexagena-

rius numerus viduis pertinet, Isó.

1060. Horrea, scilicet dico, l.

1064. Pudoris, castitatis, l.

COMMENTARIUS.

Ex his licet perspicere virginitatem perpetuam Deo olim fuisse promissam etiã in ætate non admodum adulta: imo ex argumento quo Prudentius vestalium virginitatem refellit, satis evincitur virgines Christianas in juventute Deo fuisse consecratas, Tandem virgineam fastidit Vesta senectam. Si virgines Christianæ solum senectuti proximæ vovere virginitatem potuissent, reponi contra Prudentium posset: Vesta fastidit virgineam senectam, at religio vestra fastidit virgineam juventutem. Adverte etiam, Æmiliam, quam Ausonius laudat, virginitatem devotam coluisse septenos novies per annos. Quis autem satis mirari valeat intolerandam Pawii, impii hominis, impudentiam, qui declamationem Prudentii contra vestales mox proferendam ad nostras moniales ita accommodaverit, quasi Prudentius crimini vestalibus verterit quod virginitatem conservaverint? En verba ex opere *Recherches philosophiques sur les Américains*, par M. de Paw, tome II, à Berlin, 1777, pag. 95: « Prudence a fait une satire chrétienne contre les Vestales qui étaient encore à Rome de son temps, à qui il fait un crime d'avoir conservé leur virginité: si ce pieux déclamateur avait pu prévoir alors que la chrétienté serait un jour surchargée de religieuses, il se serait tu. » Si Pawius prævidisset aliquando hæc verba subjicienda fore elogio quo Prudentius perpetuam virginitatem Christianam prosequitur, atque illi ipsi declamationi qua tantum damnat coactam, temporariam, ac mille viris expositam virginitatem vestalium, nescio sane an sibi manus intulisset; sed certe ex hominum conspectu aufugere debuisset, si frontis quidquam habuisset. Qui enim fieri potuit ut Prudentius virginitatem conservatam crimen esse putaverit, cum ex lege pudicitiae, vitæ cum sine peractæ, colligat, Hinc decies deni rediguntur in horrea fructus? Verum de Pawio paulo post redibit sermo.

1055. Tertullianus, de Virginibus velandis præsertim cap. 16, probat Scripturam legem de velando mulieris capite condidisse, naturam contestari, consuetudinem exigere, maxime in virgine, quæ Christo nupsit. Tertulliano concinit Cyprianus in lib. de Disciplina et habitu virginum.

1059. Ald., Alex., Jureti codex, decies seni. Rat., D Urb., Gis., Weitz., Heins., decies deni: quod magis placet; nam videtur Prudentius iterum commemorare fructus centuplicatos, quauquam primum illud non displicet. Vide comm. ad vers. 121 hymn. S. Agnes. Interpretationes de fructu tricesimo, sexagesimo, centesimo diversæ proferuntur, et prout diversi vitæ status inter se comparantur, ita alii aliter judicant. Theodulfus Aurelianensis, lib. vi, carm. 7: *Terdena in nuptu, in viduis sexdena coruscat. Ista duo superat tertius ordo boni. Et data virginibus centeni gloria fructus, Martyrioque sacer congruit hic numerus.* Glossa non placet.

1060. Alex. male, nonnunquam. Urb., Orrea non unquam nocturno obnoxia furi.

1065. Discat hinc Pawius quid in virginitate vestalium Prudentius reprehendat: primum quod teneris in annis capiuntur etiam invitæ et reluctantes. Tum quod cæcum vulnus, et amissas suspirant tædas, non

solum quia in eum coetum coactæ sunt ingredi, antequam libera secta voluntatis propriæ condemnaret vincula justa maritandi sexus, sed etiam quia non totum spes salva interficit ignem, quandoquidem tempore præscripto resides flammias adolere licebit. Præterea vestalibus exprobrat quod ad spectacula publica, etiam ad sanguinolentum gladiatorium ludum convenirent, cædesque hominum non tantum viderent, sed etiam imperarent, et voluptatem ex eis caperent. Hæc clara sunt in Prudentio; at Pawius fingit quod ille vestalibus *fait un crime d'avoir conservé leur virginité.* Juretus ait omnino legendum esse ex veteri codice et melioribus excusis *capiuntur*, non *rapuntur*, quauquam et hoc postremum non sine colore defendi possit, quia adhibita vi et extorta voluntate ut plurimum, virgines tenellæ sacris addicebantur. Proprie autem *capi* vestales dicebantur. Ulpianus lib. regularum tit. 10: *In potestate parentum esse desinunt et hi, qui flamines diales inaugurantur, et quæ Vestæ virgines capiuntur.* Aulus Gellius, lib. i, cap. 12: *Qui de vestali virgine capienda scripserunt... minorem quam annos sex, majorem quam annos decem natam negaverunt capi fas esse.* Suetonius, cap. 31, in Augusto: *Sacerdotum et numerum, et dignitatem, sed et commoda auxit, præcipue vestalium virginum. Cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi ne filias in sortem darent, adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se eam.* Tacitus lib. xv *Annal.*, *Defunctaque virgo vestalis Lælia, in cujus locum Cornelia ex familia Cosso- rum capta est.* Ita etiam loquitur S. Ambrosius, Symmacho respondens. A. Gellius loc. cit. rationem hujus vocabuli tradit: *Capi virgo propterea dici videtur, quia pontificis maximi manu prehensa ab eo parente in cujus potestate est, veluti bello capta abducitur.* Paulo post Prudentius, *Captivus pudor ingratis addicitur aris.* Hac autem formula pontifex maximus utebatur: SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIBVS. Q. VTII. QVAE. OPTIMA. LEGE. FOVIT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Quibus in verbis nonnulli cum A. Gellio lib. i, cap. 12, putant *Amatam* virginem captam vocari, quia prima virgo vestalis *Amata* dicta fuit. Addunt alii Virgilium ea de causa matri Laviniae nomen *Amatæ* fecisse. Mihi verius videtur *amatam* hic significare electam. Quæ ita a me fusc exposita sunt, ut discrimen inter nostras moniales et virgines vestales evidentius pateat. Longe enim a Teolio dissentio, qui ex his versibus recte colligi affirmat, *nonnisi matura ætate tum temporis nostras virgines Deo sacrari consuevisse: quod enim receptum apud nos esset, id in gentibus damnare nunquam sibi noster sumpsisset. It sane eodem quo Prudentius ævo, ne virgines ante quadragesimum annum consecrarentur veli susceptione, sancitum a S. Leone Magno fuit.* Dissentio, inquam, si intelligat Christianas virgines nonnisi matura ætate virginitatem suam Deo vovisse: nam aliud erat velum consecrationis, velut præmium virginitatis probatæ tunc collatum. Prudentius damnat in gentilibus quod puellæ ante annum decimum, vel eo non majores, tanquam bello

859 Ante voluntatis propriæ quam liberâ secta A

860 Laude pudicitiae fervens, et amore deo-
[rum,

Justa maritandi condemnet vincula sexus.

Captivus pudor ingratis addicitur aris,

1070 Nec contempta perit miseris, sed adempta vo-
[luptas

Corporis intacti; non mens intacta tenetur,

Nec requies datur ulla toris: quibus innuba
[cæcum

Vulnus, et amissas suspirat semina lædas.

GLOSSÆ VETERES.

1068. Vincula, connubia, I.

1070. Contempta, despecta. — perit, sponte, I.

1072. Cæcum, occultum, I.

1074. Ignem, amorem, minna, I.

1075. Resides, pigras. — Faces, amoris. — Adolere,

Tum quia non totum spes salva interficit ignem:

1075 Nam resides quandoque faces adolere licebit,
Festaque decrepitis obtendere flammae canis.
Tempore præscripto membra intemerata requi-
[rens,

Tandem virgineam fastidit Vesta senectam.

Dum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullus

1080 Fecundavit amor materno viscera partu.

Nubit anus veterana, sacro perfuncta labore,

861 Desertisque focus, quibus est famulata
[juventas,

COMMENTARIUS.

capiantur, quin vel in ea ætate libera ipsis sit volun- B
tas damnandi matrimonii. Non ergo recte colligitur
solum matura ætate virgines nostras Deo consuevisse
consecrari, nisi maturam ætatem intelligas cum jam
per ætatem virgines possent matrimonii vinculum
aut eligere, aut respuere. S. Damasus de sorore sua
Irene: *Voverat hæc sese Christo, cum vita maneret,
Virginis ut meritum sanctus pudor ipse probaret, Bis
denas hyemes necdum compleverat ætas; ubi plerique
intelligunt mortuam Irenem anno vicesimo ætatis,
alii eo anno virginitatem vovisse. De veli autem su-
sceptione varia olim fuit disciplina. Concil. Cartha-
gin. II, can. 4, Placuit ut ante viginti quinque annos
ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.
Concil. Agath. can. 19, Sanctimoniales, quamlibet
vita earum et mores probati sint, ante annum ætatis
sue quadragesimum non velentur. Concil. Cæsaraugust.
anno 380, can. 8, Item lectum est, non velandas esse
virgines quæ se Deo voverint, nisi quadraginta anno-
rum probata ætate, quam sacerdos comprobaverit. Ba-
silius epist. canonic. can. 18, ætatem supra sexdecim C
aut septemdecim annos postulat, ut in sacrarum vir-
ginum catalogum virgo referatur.*

1068. Ald., Fabr., Urb., Alex. a prima manu,
condemnat, Gis. ad oram, contemnât; Rat., contem-
net; Weitz., condemnet, quod ex Giselino sumpsit
Heinsius, quin nihil ex suis scriptis notaverit. Con-
cinnius aliis videtur condemnat, ut apud Virgilium II
*Æneid., Ante pudor, quam te violo, aut tua jura re-
solvo. Ita enim legendum esse, non violam, resolvam,
multi jam monuerunt; sic etiam eleganter Antequam
ea dico. Corradus, lib. VI de Ling. Lat., aliter sentit,
et appositam adhibet distinctionem.*

1070. Ald., contenta: lege contempta.

1071. Imo neque oculi intacti erant: nam de fa-
scino ait Plinius lib. XXVIII, cap. 4, *Qui deus inter
sacra Romæ a vestalibus colitur.*

1076. *Flammeum* pro velo quo novæ nuptæ vela-
bantur accipe, quamvis aliter Iso sentiat.

1079. Ald., Heinsiani scripti, Widm. ad oram, D
Alex., Urb., Rat., et alii, dum thalamis. Bong., Fabr.,
Gis., tum. Weitzius, cum. Aldus male, timuit vigor.

1081. Nonnulla difficultas hinc oritur, cur Pru-
dentius anum veteranam vocet vestalem, quæ suo
perfuncta labore nuberet: quam difficultatem men-
daciis exaggerat Pavius in nota loc. cit. *Après vingt-
trois ans de service, elle était réputée émérite, et ac-
quérait la liberté de se marier, comme on peut s'en
convaincre en lisant dans les poésies de Prudence la
satire qu'on vient de citer: il est assez surprenant que
cet écrivain dise dans son libelle, que les ex-vestales qui
entraient dans le lit conjugal n'y apportaient plus une
seule étincelle du feu de l'amour, que les désirs
et la vieillesse avaient éteint dans leur cœur usé. Une*

incendere, Iso.

1076. Obtendere, operire. — Flammae, libidi-
nosa, I.

1077. Præscripto, in quinquagesimo anno, in anno
octogesimo. — Requires, Vesta, I.

*ex-vestale qui se mariait à trente ans n'encourait certai-
nement pas ce reproche. Quid ab hoc scriptore, cum
de Americanis rebus loquitur, sperare possis, cum
tam impudenter commentitiam vestalium historiam
repræsentet, Prudentique carmina in eandem rem
alleget? Ait vestales post viginti tres annos ministe-
rii emeritas censi et nubere potuisse, adeoque anno
tricesimo ætatis licuisse vestalibus matrimonium
contrahere. Verum ubinam id docuit Prudentius?
Imo quis rem ita se habere tradidit? Dionysius lib. I
aperte ait: *Tempus tricennale manere eas oportet ca-
stas, et a nuptiis vacuas, sacra ex more facientes. Quo
tempore decem annos discere debent, decem sacris ope-
rari, decem docere.* Vides triginta annos sacerdotio
vestalium destinatos, post quos nuptias celebrare po-
terant, scilicet anno ætatis trigesimo septimo, aut
post eum annum, non ante. Neque item verum est
Prudentium affirmare, penitus amoris ignem in ve-
stalibus, quo anno nubere ipsis permissum erat, jam
fuisse extinctum: addit enim, *Discit et in gelido no-
va nupta tepescere lecto.* Cæterum si vestales anno
circiter quadragesimo ætatis matrimonio poterant
copulari, merito quæri poterit, cur anus veterana ve-
stalis tunc nupta dicatur. Puto id ita a Prudentio di-
ctum, ut significet vestales in juventute, aut in me-
liore juventutis parte, cum thalamis magis habiles
erant, a matrimonio fuisse repulsas, quod tandem
ipsis concedebatur in senectute, aut in ætate proxi-
ma senectuti. Nemo enim negaverit feminam in ætate
annorum circiter 40 minus jam esse aptam ad nu-
ptias contrahendas. Certe Statius lib. II vestalem sa-
cerdotem longævam vocat: *Pervigilemque focus ignem
longæva sacerdos Nutriet.* Alii putant, Prudentium
respexisse ad vestales Albanas, quæ quinquaginta
annos serviebant, ut docet Dionysius lib. I, apud
quem nonnulli male legerant πενταετείς pro πεντη-
κονταετείς, nempe quinquennio pro quinquaginta an-
nos, ut observavit Lipsius Syntagm. de Vesta et Ve-
stilib. Cæterum in verbis Prudentii nulla major inest
difficultas quam in verbis Ambrosii cap. 4, lib. I de
Virginib.: *Quis mihi præterdit Vestæ virgines, et Pal-
ladis sacerdotes? Qualis ista est non morum pudicitia,
sed annorum, quæ non perpetuitate, sed ætate præscri-
bitur? Petulantior est talis integritas, cujus corruptela
seniori servatur ætati. Ipsi docent, virgines suas non
debere perseverare, nec posse, qui virginitati finem de-
derunt. Qualis autem est illa religio, ubi pudicæ ado-
lescentes jubentur esse impudicæ anus?**

1082. Alex., Egm., Fabr., unus Rott., Heins.,
Gis. in textu, juvenas. Weitz., Thuan. et alter Rott.,
juventa. Heinsius pro juvenas citat priorem Rotien-
dorphium, et iterum pro juvena priorem Rotten-
dorphium: fortasse voluit dicere alterum aut poste-
riorem, sed rem satis distinguere non valeo. Idem

Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas, A

862 Discit et in gelido nova nupta tepescere
[lecto,

1085 Interea dum torta vagos ligat infula crines,

GLOSSÆ VETERES.

1085. Emeritas, *veteranas, senio plenas. emeriti dicuntur milites, quia (fortasse qui) cessant mereri, id est militare, l.*

1086. Adolet, *incendit, l.*

Fatalesque adolet prunas inuupta sacerdos,

Fertur per medias, ut publica pompa, plateas,

863 Pileto residens molli, seque ore relecto

Imputat attonitæ virgo spectabilis Urbi.

COMMENTARIUS.

Heinsius, et Weitzius Aldum allegant pro *juventas*: adeoque non adverterunt, *juventas* ab Aldo in emendatis mutatum fuisse in *juventus*. Gis. ad oram, Widm., Bong. supra, Urb. legunt *juventus*. Gifanius, verbo INVALIDUS, legendum putat *juventa*, id est in *juventa*; cum esset puella. In vet. tamen fere invenerat *juventus*, in aliis *juventas*: Quod, inquit, nescio quid sibi velit. Atqui idem Gifanius, verbo VESTIRE, in Virgilio lib. VIII legit: *Tum mihi prima genas vestibat flore juventas*. Idem est *juventas* ac *juventus*; et etiamsi legas *juventa*, non intelligo cum Gifanio et Jureto in *juventa*, sed *juventam* ipsam fuisse famulatam focis.

1084. Gifanius, verbo INVALIDUS, ait se reperisse in quodam veteri *ingelido* pro valde gelido, ut *indurus* pro valde duro, et apud Lucretium *invalidus* pro valde valido. De voce *indocilis* eadem significatione dixi ad hymnum 3 Cath., vers. 111. In alio vet. vidit Gifanius in *gelido*, quod, ait, fortasse sit rectius; et est certe rectius, quanquam etiam in Urb. et Alex. est *ingelido*. Sæpe tamen in codd. vet. et in Alex. sæpius verba inter se uniuntur vitio exscriptorum: Jureto quoque in suo cod. legit conjunctim *ingelido*, sed non assequor interpretationem: *id est, valde frigidum et tepidum*. Nam illa particula *in* auget vim dictionis. Sic Penelope Uly-si: *Non ego deserto jacuissem frigida lecto*. Fortasse in Jureto legendum *valde frigidum et gelido*.

1085. Prudentius in vestalium ornatu describendo memorat infulam, vittas, tæniolas, licia crinibus addita. Hæc omnia sæpe pro eadem re sumuntur; sed distinguebantur tamen inter sese. De infula sacerdotum propria v. de comment. ad vers. 5 hymni 9 Cath. Vittæ erat redimiculum capitis magis commune, et erant vittæ virginæ, quibus scilicet utebantur virginæ a vittis matronarum distinctæ. Fabrettus, de Columna Trajan. cap. 6, putat vittas ab infula ita fuisse distinctas, ut vittæ fluitaverint, infula caput præcinxerit, quod ostendit in duabus virginum vestalium imaginibus, ubi vittæ ad infulas se habent, ut lemnisci ad corollas, de quibus Festus: *Lemnisci, id est fasciolarum coloræ dependentes ex coronis*. Iso infra ait tæniolas esse summitatem vittæ. Vittarum simul et infulæ meminit S. Ambrosius in responsione ad Symmachum: *Infulæ vittati capitis, purpuratarum vestium murices*. Dionysius vittas potius nominavit: *Licet nubere post annos impletos, sed depositis vittis, et quæ alia sunt sacerdotii insignia*. Ovidius, ut significaret Iam, virginitate amissa, dignam jam non esse sacerdotalibus insignibus, dixit lib. III Fast.: *Ignibus Iliacis aderam, cum lapsa capillis Decidit ante sacros lanea vitta focos*. Contra Juvenalis, ut scelus vestalis apertius indicaret sat. 4: *Cum quo nuper vittata jacebat Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos*. Nam incesti rea vestalis ex instituto Numæ terra vivens obrui deberet.

1086. Credebant Romani, igne Vestæ extincto, mali aliquid imperio portendi Livius lib. XXVI, cap. 27.

1087. Vat. A, ut publica pompa sacerdos. Corrige pompa plateas, Barthius lib. XLII, cap. 17, censet Prudentium respexisse ad morem deducendi mulierculas ad lupanar cum symphoniacis, turba et pompa. Melius tamen idem Barthius lib. XXXV, cap. 14, exponit de pompa qua statuæ deorum circumferebantur. Sic Plautus in Milite: *Ut te hodie quasi pompam illuc præterducerem, hoc est velut deum ministris*

suis et mundo omni instructum. Horat. 1, serm. 3, *Persæpe velut qui Junonis sacra ferret*. Huc spectant verba Isidori vers. seq. afferenda: *Ferre sacra, et ducere sacra, ut ait Virgilius, est suppellectilem ad sacrificia necessariam portare*.

1088. Lipsius, syntagm. de Vestæ cap. 12, docet vestales lectica ferri solitas, etiam pileto ex hoc loco Prudentii et Tacito Annal. XII. Prudentius expressit illud Virgilio lib. VIII: *Castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus*. Servius pileto molle interpretatur pensile: fortasse dictum est pileto a πῖλος lana coacta, quæ adhibebatur, ut mollius sederent. Chamillardus improprie S. Ambrosium et Prudentium locutos ait, quorum alter lectica vehi vestales, alter pileto scripsit, siquidem constat ex Tacito lib. XII, carpento usas fuisse: *Suum quoque fastigium Agrippina altius tollere, carpento Capitolium ingredi: qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus, venerationem augebat feminæ*. Verum ex versu Virgillii patet sacra pilentis etiam duci. Deinde etsi mos sacerdotibus concessus fuerit carpento Capitolium ingredi, tamen id non prohibet, quominus per plateas vestales lectica aut pileto veherentur. Lipsius ex eodem Taciti libro pileto usas fuisse vestales concludit. Isidorus lib. XX, cap. 12, carpentum definit esse pompaticum vehiculi genus quasi carrum pompaticum. Itaque pileto, ad pompam ornatum et instructum, vocari potest carpentum. Pyrrhus Ligorius, de Vehiculis cap. 23, docet pileto, carpentum et vehiculum unum pro altero accipi posse, quia omnia hæc matronæ usurpabant ad deambulationes et sacrificia. Joannes Schæfferus in notis affirmat auctores, si accurati sint, distinguere: sed in opere de Re vehiculari cap. 25 probat pileto carpento honoratius fuisse, et pileto matronas ad ludos et sacrificia vehi solitas, ac simili modo vestales, quibus jura omnia, matronarum propria, erant concessa. Livius lib. V, cap. 25, de auro a matronis in ærarium collato, ait: *Grata ea res, ut quæ maxime fuit, honoremque obcam magnificentiam serunt matronis habitum, ut pileto ad sacra ludosque uterentur*.

1089. Barthius lib. XLII, cap. 17, legit *spectabilis*, neque consulte agere criticos ait, qui *expectabilis* reponunt. Legunt etiam *spectabilis* Ald., Gis. et alii vulg. cum Heinsio. Alex., Urb. At Weitzius cum suis et Rat. reposuerat *expectabilis*, quod exstabat etiam in Sich. et Gis. 4 ed. ad oram. Pro *imputat* Giselinus margini apposuit *implicat* ex codice Pulmanni; sed non approbavit. Quoniam enim modo se vestalis implicat, et immiscet urbi, si pileto molli residet, si *spectabilis* est, ut publica pompa, si in meliore podii parte sedet? Explicat ergo Giselinus *imputat*, *objicit*, *ostenditque ignominiose, et quasi eo ipso urbem impensæ perditæ coarguens*. Verbo imputandi eodem sensu usus est Suetonius in Tiberio cap. 53. Teotius ex cod. Vat. Alex. adjicit glossam *imputat, exprobrat, sibi, suæque virginitati reipublicæ salutem deberi*. Fortasse nihil aliud voluerit Prudentius, nisi quod vestalis se ostentat *spectabilis* ore relecto. Nam antea in nostris virginibus laudaverat *saucto tectum velamine vultum*, et vestales velamine capitis non fuisse usas ex nummis veteribus perspicitur. Quamvis autem pileto superne esset tectum, et in cameræ modum constructum, tamen ex hoc versu colligitur patuisse ad latera, quibus sese conspiciendas vestales præbe-

1090 Inde ad consessum cavæ pudor almus, et expers A

864 Sanguinis it pietas, hominum visura
[cruentos

Congressus, mortesque, et vulnera vendita pastu
Spectatura sacris oculis : sedet illa verendis
Vittarum insignis phaleris, fruiturque lanistis.

1095 O tenerum, mitemque animum! consurgit ad
[ictus,

Et, quoties victor ferrum jugulo inserit, illa

GLOSSÆ VETERES.

1090. Cavæ, *theatri*, I.

1091. Sanguinis, *generationis*, I.

1092. Congressus, *certamina*.—Vendita, *empta*, quia ad hoc visebantur, ut in theatro ludis interficerentur, I.

1094. Phaleris, *muliebribus ornamentis*; phalera proprie ornamenta equorum, et phaleratum sermonem vocamus valde ornatum.—Lanistis, *gladiatoribus*, Iso. B

Delicias ait esse suas, pectusque jacentis

Virgo modesta jubet converso pollice rumpi :

865 Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis,

1100 Altius impresso dum palpitat ense secutor.

Hoc illud meritum est, quod continuare feruntur
Excubias Latii pro majestate palati, [utem?

Quod redimunt vitam populi, procerumque sa-
Perfundunt quia colla comis bene, vel bene

[cingunt

1095. O, *ironice*, Iso.

1097. Ait, *dicit*, I.

1099. Vitalibus, *præcordiis*, I.

1100. Secutor, *gladiator*, I.

1102. Latii, *Italici*, I.

1104. Bene, *male*, vel bene dicit, quia aliquando ornate cingebant, aliquando turpiter, I.

COMMENTARIUS.

bant. Aldus nullo sensu interrogationis notam post hunc versum affixit.

1090. Heraldus in Arnobium pag. 274, et Elmenhorstius in eundem pag. 54, hos versus illustrant. Cyprianus ep. 2 ad Donatum : *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus, et arvinæ toris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in pœnam carius pereat : homo occiditur in hominis voluptatem, et, ut quis possit occidere, peritia est; scelus non tantum geritur, sed et docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici?... Quid illud, oro te, ubi se feris objiciunt, quos nemo damnavit?*

1092. Gladiatores suam artem exercebant, ut alerentur : hinc vulnera vendita pastu vocat. Propertius eleg. 8 lib. iv : *Qui dabit immundæ venalia fata saginæ.* Vide notas Vulpii.

1093. Ald., Tornæs., *sed et*; lege *sedet*. Verbum *sedet* videtur proprium ad exprimendam arrogantiam feminæ. Sic Juvenalis sat. 10, *Sedet illa parato Flammeolo.*

1094. De vittis paulo ante. Lipsius lib. i Saturn. serm., cap. 15, Prudentium quasi bardum aliquem nostri ævi hominem, aut puerum de schola traducit, et tantum non vapulare jubet. Lanista, ait, *carnificem designat ex Isidoro. Pro gladiatoribus Prudentius usurpat : parum proprie, imo imperite.* Primum a Lipsio quæram cur Prudentium Isidoro non præferat, si forte de vocis alicujus significatione inter se dissideant? Præterea apud Isidorum lib. x Etym., lit. L, ita lego : *Lanista gladiator, id est carnifex Tusca lingua appellatus, a laniando scilicet corpora.* Donatus in Eunuchio act. ii, scen. 2, *lanios* ait esse qui laniant pecora, unde et lanistas dictos qui laniandis præsuunt gladiatoribus. Janus Gruterus ad Senecæ lib. vi de Benef., cap. 12, fuse exponit quinam fuerint lanistæ. Aliqui docent fuisse magistros et institutores gladiatorum. Juvenalis sat. 5, vers. 157 : *Hic plaudenti præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes, ruvenesque lanistæ.* Ubi alii exponunt filios principis gladiatorum qui gladiatores instruebat; alii filios magistri gladiatorum qui artem armorum tractandum docebat. Prudentius primæ significationi vocis *laniare* inhæret.

1095. In editione Parmensi mendose, *adictus*, conjunctim.

1097. Rat., *agit esse cum glossa æstimat.*

1098. Juretus testatur, in quibusdam codd. legi *virgo molesta* facili lapsu. *Modesta* ironice vera est lectio : ut antea *pudor almus, et expers sanguinis.* Veteres pollicem vertebant cum favorem denegabant, et in spectaculis, cum mortem imperabant. Juvenalis sat. 5, vers. 56, *Verso pollice vulgi, Quemlibet occidunt populariter.* Contra *pollicēs*, cum *faveamus*, premere etiam proverbio jubemur, aiebat Plinius lib. xxviii,

cap. 2. Hunc ritum illustrat Angelus Politianus Miscel. syllog. cap. 42. Romani plerumque gladiatores qui vitam in certamine impetrare cupiebant occidi imperabant, illisque favebant, qui libenter morerentur, aut ferociter gladium insererent jugulo. Ejus rei testimonia sunt apud Senecam lib. i de Tranquillit. vitæ cap. 11, et lib. i de Ira, cap. 2. Nostri hanc crudelitatem gentilibus exprobrabant, ut Tertullianus in lib. de Spectat., et Lactantius lib. vi, cap. 20 : *Quæro nunc an pii possint et justii homines esse, qui constitutos sub ictu mortis ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant, feruntque ad mortem crudelia et inhumana suffragia, nec vulneribus satiati, nec cruore contenti : quin etiam percussos jacentesque repeti jubent, et cadavera ictibus dissipari, ne quis illos simulata morte deludat.* Ab hujusmodi cruentis spectaculis semper abhorruisse Christianos, multo vero magis eos qui inter Christianos sacrorum ministerio vacarent, notum est.

1100. De secutore hæc Isidorus lib. xviii Etym., cap. 55. *Secutor ab insequendo retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem, et massam plumbeam, quæ adversarii jaculum impediret, ut antequam ille feriret reti, hic exsuperaret. Hæc armatura sacrata erat Vulcano : ignis enim semper aquam insequitur ; ideoque cum retiarario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.* De retiarario autem idem Isidorus cap. præced. : *Retiararius ab armaturæ genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occulte ferebat rete (quod JACULUM appellatur) ut adversarium cuspide insequente (forte insequentem) operiret, implicitumque viribus superaret. Quæ armatura pugnabat Neptuno tridentis causa.*

1102. Vat. A corrupte *alatii* pro *latii*. Ald. minus bene, *palatii*. Intellego *palatium* ipsam Romam, ut ante vers. 765 *palatia*; aut etiam imperii pignus, de quo Livius lib. xxvi, cap. 27, *Vestæ ædem petitam, et æternos ignes, et conditum in penetrati fatale pignus imperii Romani.* Quod pignus esse Palladium, nonnulli putant.

1103. Vestales dicebantur vitam populi redimere, vel quia sacra pro eo faciebant, vel quia, ut tradit Plutarchus in Numa, *Si reo ad supplicium qui ducitur fortuito factæ sint obviæ, is pœna liberatur. Oportet autem jurare, a casu, non a consilio, fuisse hunc occursum.* Rualdus in Animadvers. opponit verba prætoris ex edicto perpetuo apud A. Gellium lib. x, cap. 15 : *Sacerdotem vestalem, et flaminem dialem in omni mea jurisdictione jurare non cogam.*

1104. Iso videtur legisse *bene, vel male*; sed verum est *bene, vel bene*. Plinius, lib. xvi, cap. 44, ita scribit : *Antiquior illa est (lotos,) sed incerta ejus ætas, quæ capillata dicitur, quoniam vestalium virginum capillus ad eam defertur.* Fabrettus, de Column. Trajan. cap. 6, vestalibus comam attonsam et asstrictam fuisse con-

1105 **866** Tempora tæniolis, et licia crinibus ad-
[dunt?
Et quia subter humum lustrales testibus umbris
In flammam jugulant pecudes, et murmura
[miscent?
An quoniam podii meliore in parte sedentes

GLOSSÆ VETERES.

1105. Tæniolis, *summitas vittæ, sed hic pro tota tunica, I.*
1106. Lustrales, *quæ lustrant, id est, purgant, I.*
1108. Podii, *circi, vel theatri, I.*
1109. Faciem, *gladiatoris, I.*

COMMENTARIUS:

tendit. Melius Lipsius distinguit, et in ingressu religionis semel tonsas fuisse, postea comam aluisse tradit, quam etiam ad colla diffusam hic Prudentii locus evidenter convincit; quod contra Fabretum confirmat Montfauconius tom. III Antiquit. pag. 217. Nam ex Festo novæ nuptæ senis crinibus caput ornabant, quo ornatu vestales utebantur. Ovidius, lib. III Fast. de Sylvia vestali, matre Remi et Romuli: *Fessa resedit humo, ventosque accepit aperto Pectore, turbatas restituitque comas; et mox: Cum lapsa capillis Decidit ante sacros lanæa vitta focos.*

1105. Aldus scribit *litiæ*. In glossa legam libenter pro *tota vitta*, non pro *tota tunica*.

1106. Fabr., et Gis. ad oram, *tristibus umbris*. Urb. male, *tectibus umbris*. Subter humum sacra faciebant Vestæ, quia eam terram esse credebant. Fortasse eam ob causam *testibus umbris* ait Prudentius: vel, ut putat Chamillardus, quia veteres credebant manes aris et focis adesse.

1107. *Murmur sæpe a Prudentio adhibetur pro voce submissa orantium*. Vide præf. lib. I, vers. 36.

1108. Suetonius cap. 44 in Augusto: *Virginibus vestalibus locum in theatro separatim, et contra prætoris tribunal dedit*. Meminit etiam podii Juvenalis sat. 2: *Omnibus ad podium spectantibus*. Est autem podium in amphitheatro mœnianum supra zonam muri, qui campum ambibat, quod simul ornatus, simul spondæ oblinebat locum, eratque aliquanto capacius cæteris gradibus. In podio considerant senatores, alique dignitate præstantes. Jos. Emmanuel Miniana, vir laudatissimus, in dialog. de theatro Saguntino quærit quæ ratione in theatro podium in fronte scenæ esse potuerit, cum constet ex Suetonio et Prudentio, vestalibus concessum fuisse locum in podio contra prætoris tribunal. Qua de re cum Emmanuelem Martinum consulisset, is nodum non aliter dissolvit, nisi correcto Suetonio, ut legatur in amphitheatro pro in theatro, aut juxta prætoris tribunal pro contra prætoris tribunal. Sed, ut ego puto, podium in theatro contra scenam quidem erat, sed hemicyclum ita formabat, ut locus vestalibus assignatus contra prætoris tribunal esse potuerit, si scilicet ex una parte hemicyclus ab hoc tribunali inciperet, et ex alia in vestalium sedem desineret. Miniana acute observat, recte Prudentium dixisse *podii meliore in parte*, quia Tiberius decrevit ut quoties Augusta theatrum introisset, *sedes inter vestalium consideret*, ex Tacito IV Annal. Fortasse lux aliqua major huic rei accedet ex verbis Bulengeri lib. I de Theatro, cap. 9: *Theatrum non constituisse solo hemicyclo figura ejus, quod Romæ est, M. Marcelli ostendit. Cum enim flexis post semicirculum lineis uterentur, ex integro circuli ambitu quartam partem adimentes, quod reliquum erat, theatro dabant*. Arnobius lib. IV pariter objicit gentilibus quod sacerdotes et vestales sederent in spectaculis publicis. *Sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium magistratumque collegia, pontifices maximi, et maximi curiones; sedent quindecimviri laureati, et diales cum apicibus flamines; sedent augures interpretes divinæ mentis et voluntatis; necnon et castæ virgines, perpetui nutrices et conservatrices ignis*. Illud animadverto,

867 Spectant, æratam faciem quam crebra tridenti
1110 Impacto quatiant hastilia, saucius et quam
Vulneribus patulis partem perfundat arenæ,
Cum fugit, et quanto vestigia sanguine signet?
Quod genus ut sceleris jam nesciat aurea Roma,
Te precor, Ausonii dux augustissime regni,

1110. Impacto, *immisso, Iso.*

1113. Quod, *hoc, Iso.*

1114. Dux, *o Theodosi: Ad Constantinum loquitur, filium Constantini. Theodosius, I.*

videri jam ævo Prudentii cessasse ludum athletarum: nam Nero, ut in ejus Vita refert Suetonius cap. 12, *ad athletarum spectaculum invitavit et vestales: quia Olympiæ quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur*. Si autem Prudentii ætate vestales athletarum ludo adfuissent, Prudentius non prætermisisset argumentum inde petere contra earumdem pudicitiam.

1109. Ald., Gis., *tridente*. Alii, *tridenti*. Ald. male distinguit *spectant æratam faciem?* Mirmillo ferro faciem tegebat: hic est secutor, de quo ante dixi, qui cum retiario componebatur. Retiarius tridenti, seu fuscina, et reti armatus erat.

1110. Widm., *quatiant*. Ald. male distinguit *hastilia saucius, et quam*.

1111. Vat. A *perperam, arenis*. Urb. et Alex. scribunt *harenis*.

1112. Rat., *quando*, supra recte, *quanto*. Ex his versibus Prudentii colligitur vestales suo tempore nondum abolitas fuisse. Lipsius quærit quo tempore desierint, et respondet sub Theodosio seniore id accidisse, et hoc ipsum plerique affirmant. Verum solum constat a Theodosio aliisque antiquioribus imperatoribus Christianis redditus et privilegia vestalibus negata fuisse: sed permanebant ipsæ nihilominus post hujusmodi edicta, et privilegia etiam nonnulla aut conservabant, aut connivente magistratu, iterum sibi arrogabant. Sic per Orientem anno 396 privilegia sacerdotum penitus ab Arcadio abolita sunt lege 14 cod. Theod. de pag. *Nec gratulentur*, ait, *se privilegio esse munitos, quorum professio per legem cognoscitur esse damnata*. Tamen nonnulla privilegia remansisse observat Gothofredus, puta, Aytarchæ urbis Antiochenæ privilegium, cupressi videlicet unius ex luco Daphnensi excindendæ, quod tandem a Justiniano abolitum fuit. Igitur vestales virgines, subtractis redditibus, et diminutis aut abolitis privilegiis, sensim evanuerunt, ut conjicere licet. Ac fortasse huc respicit epistola Symmachi 99, lib. IX, ad virginem vestalem: *Diceris ante annos legibus definitos vestali secreto velle decedere. Nondum credo rumori, sed assertionem tuæ vocis exspecto*. In inscriptionibus quas ad vers. 909 exaravi, Symmachus et Nicomachus *pontifices majores* multo post abolita privilegia vestalium appellati sunt.

1114. Honorium intelligi dubium non est, quidquid glossæ dicunt, quæ inter se contrariæ sunt, neque ulla ex parte verum attingunt. Lipsius, lib. I Saturn. serm., cap. 12, de ludo gladiatorio hæc fere refert: Nervam sumptus numerumque gladiatorum minuisse, non penitus sustulisse, quod falso dixit Zonaras; Constantinum ex Sozomeno, Eusebio, Callisto lib. VII, eos ludos vetuisse; sub Constantio iterum ludos irrupisse, ut colligitur ex cod. Theod., Augustino, et Prudentio. Lex Constantini hæc est lib. XI, tit. 43 cod. Just.: *Cruenta spectacula in otio civili et domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus: quæ lata fuit Paulino et Juliano cons., anno Christi 325*. Guillelmus Pyrrho in notis Claudiani ad usum Delphini Paneg. Mallii Theodori ait, inter alios ludos a Claudiano non

1115. **868** Et, tam triste sacrum jubeas, ut cætera, A
[toll.

Perspice, nonne vacat meriti locus iste paterni,
Quem tibi supplendum Deus, et genitoris amica
Servavit pietas? solus ne præmia tantæ
Virtutis caperet, Partem tibi, nate, reservo,

1120 Dixit, et integrum decus intactumque reliquit.
Arripe dilatam tua, dux, in tempora famam,
Quodque patri superest, successor laudis habeto.

GLOSSÆ VETERES.

1116. Vacat, *residuus est.* — Paterni, Arcadii, I.
1121. Dux, *o Theodosi,* I.
1123. Tingi, *maculari, immolari,* I.
1124. Litari, *sacrificari,* I.

Ille Urbem vetuit taurorum sanguine tingi :
Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari.

1125 Nullus in Urbe cadat, cujus sit poena volu-
Nec sua virginitas oblectet cædibus ora. [ptas;
Jam solis contenta feris infamis arena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.

869 Sit devota Deo, sit tanto principe digna,

1130 Et virtute potens, et criminis inscia Roma,
Quemque ducem bellis sequitur, pietate sequatur.

B

COMMENTARIUS.

recenseri gladiatorios, quia sublati erant a Constan-
tino. Melius dixisset *ab Honorio.*

1115. Lipsius loc. cit. notat bene *sacrum* dici,
quia diis inferis placandis ludus gladiatorius erat sacer. Arma ipsa diis erant sacra. Vide comment. ad
vers. 1100. Isidorus, de Spectaculis lib. xviii, cap. 16 :
*Igitur in Hetruria inter cæteros ritus superstitionum
suarum spectacula quoque religionis nomine (Lydi) institu-
erunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt.*

1118. Ald. mendose, *servabit pietas.*

1122. Fabr., Bong., Gis., Alex. a prima manu, *pa-
tris.* Alii, *patri,* melius.

1125. Scriptores veteres passim spectacula vo-
cant *voluptates*; et Isidorus loco citato ait : *Specta-
cula, ut opinor, generaliter nominantur voluptates,
quæ non per semelipsa inquinant; sed per ea quæ illic
geruntur.* Symmachus ad Theodosium et Arcadium
scribens ep. 19, lib. x, de Populo Romano, ait : *Orat igi-*

1125. Voluptas, *delectatio aliorum,* I.

1126. Cædibus, *miserorum,* I.

1127. Arena, *theatrum,* I.

*tur clementiam vestram, ut post illa subsidia quæ victui
nostro largitas vestra præstabit, etiam curules ac sceni-
cas voluptates circo et Pompeianæ caveæ suggeratis.* Apud
Cassiodorium aliquoties mentio fit tribunal voluptatum.

1128. Recte *homicidia ludat*, quia ut notat Gran-
gæus, ars ipsa gladiatorum ludus dicitur.

1131. Ald., Urb., Weitz., Gis. et alii, *belli.* Oxon.,
prior Rott., Heins., Alex., a prima manu, recentio-
res, etiam Gallandius, *bellis.* Heinsius præterea lau-
dat pro *bellis* nonnullos Weitzianos : sed Weitzius
edidit *belli*, neque ullam discrepantem scripturam
adnotavit. Concinnius certe et congruentius est *bellis
sequitur*, ut illico *pietate sequatur.*

Aldus post versum ultimam addit *Finit contra Sym-
machum*; Rat., *Explicit liber secundus*; Vat. A nihil;
quem codicem in secundo libro contra Symmachum
esse corruptissimum, nec in priori valde bonum mo-
nuit hoc loco Mariettus.

LIBER

PERISTEPHANON.

870 I. HYMNUS IN HONOREM SS. MARTYRUM HEMETERII ET CELEDONII.

Scripta sunt cœlo duorum martyrum vocabula.

COMMENTARIUS.

Libro Peristephanon plerique odam *Immolat Deo
Patri*, tanquam præfationem apponunt, quam aucto-
ritate optimorum codicum ad finem operum nos re-
jicimus. Titulus in fere omnibus est *Liber Periste-
phanon*, aut *Incipit liber Peristephanon*, ut habet
Vat. A, et Egm. In Vat. S. inscriptio *De coronatis.*
Melius S. Gregorius Turonens., lib. i de Gloria mar-
tyrum, cap. 93, *Præbet hujus rei testimonium Aure-
lius Clemens in libro Coronarum his versibus dicens :
Illa laus occulta non est, etc.* Nam liber Peristepha-
non Latine inscribendus esset *de Coronis*, scilicet
SS. martyrum. Etsi autem hic liber commendatione
non egeat, tamen juvat audire Petrum Crinitum lib.
v de Poetis Lat. *Præcipuam laudem consecutus est
(Prudentius) judicio doctiorum ex eo poemate, quo
prosequitur illorum probitatem atque constantiam qui
seipsos devoverunt pro Christiana religione.* Giselinus
observat, eorum maxime SS. martyrum laudes ce-
lebrari qui in Hispaniæ regno oppetierunt, tum ut
haberent posteris quorum vestigia insistere firmiterque
persequi possent, tum ut eadem opera scirent quibus
auctoribus summum illud fidei bonum acceptum feren-
dum esset. Non dissimili studio Io. Ignatius de Lar-
ralde S. J. an. 1749 Matrili edidit in-8° opus inscri-
ptum : *Annus sanctus poetice concinnatus* : quod ante
a me quæsitus, ut in Hymnodia Hispanica ejus
mentionem lacerem, postea indicavit cl. Raymundus
Diosdado a se repertum, dum librorum cogni-

tionem ad bibliothecam Hispanam, quam aliquando
edere optamus, diligenter comparat undecunque.

Vers. 1. Inscriptio prioris hymni apud Aldum est
*Hymnus SS. martyrum Hemeterii, et Cheledonii Cala-
guritanorum.* Ita enim correxit, cum prius edidisset
Emeterii et Chaledonii; correctionem non vidit Hein-
sius, qui Aldum scripsisse affirmat *Emeterii et Chale-
donii.* Codex Amrosianus, *Incipit Aur. Prudentii
Clementis hymnus in laudem SS. martyrum Emeteri,
et Chelidoni Calagurritanorum.* In quo codice Ambr.,
ut in Aldo, hic hymnus proxime subsequitur marty-
rium Romani, quod libro separato in multis codd.
continetur. Thuan. scribit *Emeterii et Chelidoni Ca-
legurritanorum.* Rot., *Passio Hemetrii et Celedonii.
Metrum trochaicum.* Alt., *Hymnus in honorem SS.
martyrum Hemeterii, etc.* Egm., *Hymnus SS. marty-
rum Emeteri et Chelidoni Calagurritanorum.* Heinsius
cum Pat., *Hymnus in honorem SS. martyrum Eme-
terii et Chelidoni Calagurritanorum.* Vat. A, *Hym-
nus SS. martyrum Emeteri et Chelidoni Cæsaraugu-
tanorum [lege Calagurritanorum].* Vat. B, *Hymnus
in honorem martyrum....* (lacera est pagina hoc loco,
et Celedonii Calagurritanorum. Alex., *Hymnus in ho-
nore SS. Emeterii, et Chelidonii, a secunda manu
in honorem.* In aliis codicibus nullus est titulus. Equi-
dem hæc nomina in tanta veterum codicum varietate
ita scribo, ut in breviariis nostris invenio : quamvis
antiquitatem redolere videatur *Chelidonius.* Lesleus

871 Aureis quæ Christus illic adnotavit, litteris, A
Sanguinis notis eadem scripta terris tradidit.

Pollet hoc felix per orbem terra Ibera 10
[stemmate.

872 Hic locus dignus tenendis ossibus visus Deo,
Qui beatorum pudicus esset hospes corporum.
Hic calentes hausit undas cæde tinctus duplici.

GLOSSÆ VETERES.

Vers. 3. Notis, *characteribus*, Iso.

4. Pollet, *splendet*. — Ibera, *Hispanica*, I.

8. Arenas, *sepulcra*, I.

Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.

Exteri nec non et orbis huc colonus advenit:
Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix,
Hic patronos esse mundi, quos præcantes ambient,

873 Nemo puras hic rogando frustra con-
[gessit preces :

10. Exteri orbis, *alienæ provinciæ*, I.

12. Ambient, *desiderant*, I.

13. Congessit, *cumulavit*, Iso.

COMMENTARIUS.

in not. ad Missale mozarab. advertit, Acta horum
martyrum antiquissima, quæ olim in Hispania lege-
bantur, omnino consentire cum Missali mozarabico
et hymno Prudentii. An autem fuerint Calagurritani B
hi duo martyres, dicam in fine hymni. Nam in lem-
mate Calagurritani martyres dicuntur, quia Cala-
gurrî passi sunt; nec constat a Prudentii manu ita
scriptum. Hi versus in codice Marietti terni, et terni
distinguuntur per characteres majusculos et rubros.
Aldus hanc distinctionem neglexit. Alii ita singulos
versus dividunt. *Scripta sunt cælo duorum Martyrum
vocabula*. Giselinus in comment. ad hymnum Ca-
them. *Omni hora* hos versus omnino per integros
trochaicos scribendos esse contendit, et Jacobum
Meyerum laudat, quod elegantissime illum hymnum
et hunc primum Peristephanon mutata carminis for-
ma restituerit, cum antea essent, secti in Alcmanios
et Euripidios. Revera Alcmanius et Euripidius inte-
grum versum tetrametrum catalecticum faciunt. Ve-
rum non solum in multis veteribus membranis, sed
etiam in editis ante Meyerum integri trochaici horum
hymnorum descripti reperiuntur. Initium hujus hym-
ni venustissime petium est ex Lucæ x, 20: *Gau-
dete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis*.
Neque semel Prudentius de hoc libro vitæ locutus est.
Cælo pro in cælo Paulinus Nat. 11.

2. Egm., *aureisque*, minus bene.

3. Gis., *notis et idem*: Bollandiani etiam ita edide-
runt; necio an ex suis codd., an quia ita in Giselino
invenerunt. Giselinus metro consulere voluit: sed
scripti habent *eadem*, et hæc erat tunc consuetudo
ut in accusativo et nominativo plurali *utraque*, *eadem*
secunda produceretur. Etiam in breviario mozarab-
ico legitur *eadem*. Exstat autem hic hymnus in eo
breviario ad diem 3 Martii, ex quo lectiones discre-
pantes adnotabo. Beermanus, in Manuductione ad
ling. Lat., cap. 11, affirmat, in hoc hymno, ut tunc
vulgo imprimebatur, vices, aut ultra, sententiam pen-
dere, et implexam esse, quod distinctiones per com-
mata, cola, puncta vel omitterentur, vel non suo loco
figerentur. Initium ejusdem hymni ex ms. Palatino
emendavit et distinxit. Hunc autem versum ita legit,
Sanguinis notis ea idem scripta terris tradidit. Recte
quod attinet ad metrum; sed, ut puto, non ex fide
veterum mss. Weitzius, qui codicem hunc ipsum
Palatinum, ut ego arbitror, consuluerat, hanc variet-
tatem non indicavit. In Urb. reperi *notis eorum*. Ut
autem in cælo aureis litteris nomina adnotata dicit Pru-
dentius, ita eadem in terris scripta ait notis sanguinis
per martyrium fusi. Sunt enim notæ velut compendia
litterarum, ut ad hymnum S. Cassiani explicabimus.

4. Hoc loco *terra Ibera* pro regione peculiari His-
paniæ *Iberia* dicta, congruentius accipitur quam
pro tota Hispania. Barthius, lib. xl. Advers., cap. 7,
notat *stemma* scriptoribus ævi cadentis esse pro co-
rona: qua voce Ennodius uti amavit, sed a Sirmondo
et Schotto, qui Ennodio vindices uno eodemque anno
contigerunt, *stemma* in *schemata* mutata sunt: quod
Barthio displicet, quia *stemma* pro ornamentis se-
quior ætas mille locis dixit. Ego puto Prudentium ad
inscriptionem ipsam sui libri respexisse: inscripsit

librum *Peristephanon*, et statim canit, *hoc stemmate*
pollere terram Iberam. Qui Græce sciat, *stemma* et
stephanos eadem esse origine et significatione, facile
norit. Hericus Altissiodorensis verba hujus versus
expressit lib. ii, *Virgineo plane poll. bit stemmate felix*.
Pro corona etiam videtur accipere Paulinus de Obitu
Celsi: *At quos cælesti pietas evererit actu Participata
gerent stemmata rege deo*. Vide Comment. ad vers.
81, hymn. 7. Cathem. Giselinus verbo POLLERE mira-
tur hoc verbum vix hodie notum esse, quod antiquo-
ribus hominibus tam fuit familiaris, ipsi etiam Cice-
roni, pro *valere*.

7. Egm. vitiose *hic calentes* pro *hic calentes*. Brev.
Moz. corrupte *hausit undas cædit ictu*.

8. Vat. A male, *arenæ*. Gretzerus, de Sacr. Pere-
grin. lib. i, cap. 18, egregie hos versus ad suum ar-
gumentum comprobandum producit. Baronius in
martyr. Rom. ad diem 3 Martii eosdem versus lau-
dat ad pium fidelium cultum ostendendum. Pevera-
tus prudenter observat quanta veneratione prim.
Christiani sanguinem SS. martyrum persecuti fue-
rint, quandoquidem *illitas cruore arenas confrequen-
taverint obsecrantes*. Posthinc notis mss. doctissimi
hominis commodum, suisque in locis utar, quas a cl.
Antonio Polop singulari studio ac diligentia descri-
ptas, atque e Ferraria missas penes me habeo.

10. Brev. Moz., *Exter hic nec non et urbis ut colo-
nus*, quod indiget correctione. Notandus est concu-
sus non solum Hispanorum, sed aliarum etiam gen-
tium ad sepulcra martyrum. Hospinianus, de Orig.
fest. Christ. pag. 12 et 13, agens de memoriis mar-
tyrum, innuit solum post S. Augustinum peregrina-
tiones ad sepulcra martyrum originem sumpsisse:
quod non solum Prudentii carminibus, sed innume-
ris etiam Augustini locis refellitur.

11. Fabr., Gis., Ald., Brev. Moz., *præcucurrit*.
Plerique, etiam Bollandiani, *percucurrit*. Giselinus in
Per. legit ex vet. lib. *percucurrit*, et affirmat voca-
bula articulo *per* juncta apud veteres fuisse plurima,
quæ hodie vel in *præ* vel aliter sunt commutata; ut
perdurat teneras in Psychomachia. Petavius, tom. IV,
lib. xiv, cap. 11, ex hoc aliisque locis Prudentii ob-
servat, eum in triumphis martyrum eleganti carmine
describendis sæpius eorumdem reliquias et sepulcra,
ac tam his cultum, et honorem tributum quam indi-
dem repensa beneficia commemorare. Patres Lati-
nos Græcosque consentientes adducit Petavius.

12. Brev. Moz., *ambiant*. Cellarius, non infelix
grammaticus, hoc loco theologum infeliciter agit.
PATRONOS MUNDI. *At hic*, inquit, *unus est Christus*. Ne
sutor ultra crepidam. Pace non solum grammatici
heterodoxi, verum etiam omnium theologorum refor-
matorum liceat Prudentio, liceat nobis SS. martyres
patronos mundi dicere ea phrasi ac significatione, quam
jam ætate Prudentii fama proditrix in omnes terras
percurrens annuntiavit, *Hic patronos esse mundi, quos
præcantes ambient*. S. Augustinus non semel martyres
patronos, et martyrum *patrocinium* dixit, præsertim
in lib. de Cura pro mortuis.

13. Cellarius ait, ultimam in *frustra* insolenter cor-
reptam esse. Dubium mihi non est, quin ultima in

Lætus hinc tersis revertit supplicator fletibus, A
 15 Omne, quod justum poposcit, impetratum sen-
 [tiens.
 Tanta pro nostris periculis cura suffragan-
 [tium est,
 Non sinunt, inane ut ullus voce murmur fuderit:
 Audiunt, statimque ad aurem regis æterni ferunt.
 Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt :
 20 Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.
 874 Nil suis bonus negavit Christus unquam
 [testibus :
 Testibus, quos nec catenæ, dura nec mors terruit

Unicum Deum fateri sanguinis dispendio :
 Sanguinis sed tale damnum lux rependit lon-
 [gior.
 25 Hoc genus mortis decorum est : hoc probis
 [dignum viris,
 Membra morbis exedenda, texta venis lan-
 [guidis,
 Hostico donare ferro, morte et hostem vincere.
 Pulchra res ictum sub ense persecutoris pati.
 875 Nobilis per vulnus amplum porta justis
 [panditur :
 30 Lota mens in fonte rubro sede cordis exsilit.

GLOSSÆ VETERES.

17. Murmur, *precem*, I.
 21. Testibus, *martyribus*, nam *martyres testes inter-*
pretantur, I.
 23. Dispendio, *in dispendio*, I.

B 25. Probis, *probatis, bonis*; et dicitur *probus*, quasi
probitate, vel bonitate probatus, I.
 27. Hostico, *hosticus*, et *hostilis unum sunt*, I.
 30. In fonte rubro, *sanguinis*, I.

COMMENTARIUS.

frustra communis sit, quamvis sæpius producta inven-
niatur. Avienus in Arateis corripuit.

15. Egm., *justum est poposcit, male.*

16. Ald., Brev. Moz., *suffragantum*: lege *suffra-*
gantium.

17. Ald., Gis., Noms., Rott., Bollandiani, *sinant*; alii, *sinunt*. Nebrissensis legit *sinant*, et ait ordinem esse, *Audiunt, et statim ferunt preces ad Deum, ut non sinant inane murmur, (subaudi quod) fuderit ullus voce*. Obscura sane constructio. Lege *non sinunt*, et sententia clare procedet. Cham. mendose, *murmure pro murmur*. De hac voce vide præf. lib. I contra Symm. vers. 56, quæ hoc loco Chamillardo displicere non videtur. Hic iterum Cellarius notulam impiam apponit: NON SINUNT . . . AUDIUNT: *Ex mysterio iniquitatis operari tum incipiente*. Quid ineptius? Prudentius sancte affirmat hanc persuasionem et consuetudinem in omnes terras permanasse, et Cellarius docere nos vult mysterium id esse iniquitatis, deinde id mysterium jam tum incipere. Verius possumus dicere religionem et pietatem; qua sanctos colere et invocare decet, primis Ecclesiæ sæculis viguisse, nunc refrigescere. Vide proleg. cap. 7.

18. Vide, non mysterium iniquitatis, sed catholicam doctrinam de invocatione sanctorum: *Ad aurem Regis æterni ferunt. Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt*. Deus igitur, fons honorum omnium, terris dona immittit intercedentibus sanctis; quos proinde æquum est rogare et venerari.

19. Gis. ad oram, *unde larga*. Brev. Moz. corrupte, *inde largo fonte abyssi*. Deum fontem esse omnium honorum, noster sæpissime profitetur.

20. Vat. A mendose, *supplicium*. Nebrissa acute animadvertit *causas* hic esse morbos; unde *causarii* dicuntur valetudinarii, et *causaria missio* quæ propter valetudinem laboribus militiæ solvit: Giselinus in libris suis, hoc est medicis, hanc significationem non videtur invenisse: exponit enim; *Efficiunt, ut quarumcunque rerum causa venere, exoratores abeant*. Prudentius verbo jurisconsultorum et militum usus est ad morbos indicandos: quanquam jureconsulti Dig. lib. XLIX, tit. 16, leg. 13, definiunt, missionem causariam esse, cum quis *vicio animi, vel corporis* minus idoneus militiæ renuntiatur. Simili significatione valetudinarium, sive infirma valetudine utentem Itali dicunt *cagionevole*, et Hispani *achacoso*. Etsi enim in Diction. academ. Hisp. prima significatio vocis *achaque* dicatur esse infirma valetudo, unde postea accipitur pro prætextu siye excusatione, diligentius tamen quærendum esset an res contrario modo se habeat.

21. Hallsbr., Widm. supra, *suis bonis*. Melius *bonus*. Martyres Latine sunt testes: hinc *suis testibus*.

22. Brev. Moz. contra metrum, *isti sint, quos*. Rat. et Brev. Moz. non male, *quos nec catena dura,*

nec mors terruit. Alii, *quos nec catenæ, dura nec mors terruit*. Pro *dura* multi habent *dira* cum Bolland., Ald., Weitz., Gis., Vat. A et B. Verum Gifanius cum veteri lib. *dura* omnino legendum contendit: nam de horrore mortis agitur, ideoque *dura* dicit, non de genere mortis, quod *dira* postularef. Exstat *dura* in Alex., Put., Thuan., duobus Torrentianis, Heinsio, et aliis. Catenas, quibus martyres vinciri solebant, sæpe memorat Prudentius, ut paulo post in hoc hymno, in S. Fructuoso, in Cypriano, Augustinus in psalmum cxxxvi: *Gaudet iniquus in pompa, gaudet martyr in catena*. Plura ex Tertuliano, Lactantio, Cypriano, Hieronymo, et Actis martyrum proferunt Gallonius cap. 5 de Cruciatibus SS. martyrum, et Gaspar Sagittarius in opere de eodem argumento cap. 2.

25. Ald. male distinguit *fateri, sanguinis dispendio Sanguinis sed*. Nec bene Teolius, *sanguinis dispendio: Sanguinis; sed tale*.

24. Gis. ad oram utriusque editionis, *rependit largior* non male; cæteri, *longior*.

25. In Vat. A, Egm., Palat., Alt., Rott., Noms. omittitur *est post decorum*. Melius addetur, ne hujusmodi hiatus magis familiares Prudentio faciamus quam Prudentius ipse voluerit. Cauch. pro *probis* in cod. vet. invenit *probum*, ex quo conjiciebat *probrum* non inconcinne, ut putat Heinsius.

26. Vat. A, *membra mortis*: emenda *morbis*. Ita in Brev. Moz. pro *excidenda* legendum *exedenda*. Hic etiam *membra texta* dicuntur, ut in hymno Exseq., *Et dissona texta retexi*. Alibi *crates lutea corporis*.

27. Egm. corrupte, *histico* pro *hostico*. Vat. B, Prag., Rat., Weitz., Gis., Bollandiani *domare*. Ald., Alex., scripti Heinsiani *donare*, quod elegantius esse Heinsius existimat: et ita etiam legitur in Brev. Moz. Teolius cum ait, non aliter habere Vaticanos codices, non omnes, puto, intelligit. Weitz., Egm., Widm., *mortem, et hostem*. Burmannus in Anthologia testatur, in Egm. ita legi, quamvis ab Heinsio hæc varietas animadversa non fuerit. Heinsiani cum Brev. Moz., Bollandianis legunt *morte et hostem vincere*. Sed Alex., Vatt. A et B, Rat., *mortem, et hostem*. Aliud magis placet.

28. Brev. Moz. contra metrum et sensum, *patitur*. Arnobius lib. I adversus gentes: *Nemo unquam innocens male interemptus, infamis est: nec turpitudinis alicujus commaculatur nota, qui non suo merito pœnas graves, sed cruciatoris perpetitur sævitiam*.

29. Hymno 10 Cathem., vers. 90: *Quod per cruciamina lethi Via panditur ardua justis*.

30. Brev. Moz. mendose, *rubrosi decoris* pro *rubro sede cordis*. Martyrium dicitur *baptismus sanguinis*, et baptisterium appellatur fons. Hinc ethnici S. Pudentem sanguine perfusum irridebant: *Salvum lotum,*

Nec rudem crudi laboris ante vitam duxerant A
Milites, quos ad perenne cingulum Christus vocat,
Sueta virtus bello, et armis, militat sacrariis.

Cæsaris vexilla linguunt, eligunt signum crucis,
55 Proque ventosis draconum, quos gerebant, palliis,

876 Præferunt insigne lignum, quod draconem
[subdidit.

GLOSSÆ VETERES.

31. Rudem, inconsuetam.— Laboris, qui antea bene
vixerant, sed excocti diversis suppliciis, I.

32. Perenne, milites cingulo utebantur. — Cingu-
lum, coronam, I.

33. Sueta, antea, quondam. — Militat, nunc, gladio
spiritus. — Sacrariis, Christi templis, I.

COMMENTARIUS.

salvum lotum, ut in Actis S. Perpetuæ legitur. Adisis B
Ruinartium.

31. Ald. contra metrum, ante viam.

32. Ald. probe ediderat *Milites, quos ad perenne
cingulum Christus vocat*. Nescio, cur male correxerit
Milites, quos ad perenne cinguli Christus vocat. Iso
cingulum exponit coronam: melius diceret militiam,
qua perennis corona acquiritur.

33. Brev. Moz. corrupte, bello ense armis militat
sacris. In Put., nunc fidei militat pro militat sacra-
riis. Tunc producenda esset secunda in fidei, ut re-
vera producit a Lucretio, et sæpius a Paulino. Sed
cum Prudentius sæpissime eam corripuerit, Puteani
lectionem non admitto. Vide comment. ad vers. 62
Dittochæi. Dubitare aliquis posset an hi SS. marty-
res, relicta militia Cæsaris, inter clericos militave-
rint ex his verbis *militant sacrariis*. Et trahi huc
possent voces infra referendæ, *orarium et annulus*,
quæ ornamenta etiam erant ad clericos spectantia.
Sacrarium plerumque accipiebatur pro altari. Vide
hymn. S. Vincentii vers. 517, *Subjecta nam sacrario*,
et hymnum S. Laurentii vers. 51, *Talenta sub sacra-
riis*. Cæterum cum Prudentius clare locutus non fue-
rit, eos inter clericos recensens, solum intelligitur
eos militiam Christianam fuisse amplexos, ut ex versu
seq. liquet.

34. Brev. Moz. trajicit verba et metrum corrup-
pit, *signum crucis eligunt*. Christiani interdum mili-
tiam Cæsaris abiciebant, quia, ut ait Ruinartius de
Maximiliano martyre, sub imperatoribus ethnicis, qui
milites sæpius sacrificare diis jubebant, frequentes
erant militibus occasiones peccandi. Itaque Dioni
interroganti, *Qui militant, quæ mala faciunt?* respon-
dit Maximilianus: *Tu enim scis quæ faciunt*. Vide ejus
et S. Marcelli Acta.

35. Vat. A mendose, *draconem*. Fabr. male, *quod
gerebant*. Conjici potest *quæ gerebant*. Lipsius de
Mil. Rom. lib. iv, dialogismo 5, multa disserit de
draconibus, signis militaribus, et quærit an in velo
sic depicti fuerint, aut acu texti, an potius totum D
corpus solidum fuerit e pannis. Putat autem Pru-
dentium in primam sententiam inducere. Grangæus
in Comment. ad lib. ii Symmach., vers. 713, censet
Prudentium his duobus versibus respexisse ad effi-
giem Constantini, quæ picta erat in tabula ante vesti-
bulum palatii, in qua erat draco medio ventre cruce
transfixus, ut docet Eusebius in Vita Constantini,
lib. iii, cap. 3. Accipe Eusebii verba: *Quin etiam in
sublimi quadam tabula ante vestibulum palatii posita,
cunctis spectandum proposuit salutare quidem signum
capiti suo superpositum: infra vero hostem illum et
inimicum, qui impiorum tyrannorum opera Ecclesiam
Dei oppugnauerat, sub draconis forma in præcep-
suentem... Idcirco imperator draconem telis per me-
dium ventrem confixum, et in profundos maris gurgites
projectum, sub suis suorumque liberorum pedibus cera
igne resoluta depingi, proponique omnibus voluit*. Ubi
notanda est ratio pingendi cera igne resoluta *διὰ τῆς
κροχύτου γρασφῆς*. Hæc quidem tabula nummis plu-

Vile censent expeditis ferre dextris spicula,
Machinis murum ferire, castra fossis cingere,
Impias manus cruentis inquinare stragibus.

40 877 Forte tunc atrox secundos Israelis posteros
Ductor aulæ mundialis ire ad aram jusserat,
Idolis litare nigris, esse Christi defugas.

Liberam succincta ferro pestis urgebat fidem:

35. Draconum, quia vexilla regum erant in modum
draconum, vento in se recepto, Iso.

37. Vile, scilicet esse. — Expeditis, in paratis, vel
porrectis, I.

42. Defugas, defuga, vel refuga, vel perfuga vocatur
qui unum reliquit, et ad alium confugit, I.

ribus expressa fuit, quorum figuram exhibet Baronius
tom. III Annal., ad an. 325, num. 206. Hoc ait Pru-
dentius, duos hos martyres, cum antea fuissent dra-
conarii, prætulisse crucem, quæ draconem subdidit;
sive quia respexit ad effigiem Constantini, ut non
immerito suspicatur Grangæus, sive quia vere draco,
hoc est dæmon, virtute crucis subactus est. Ammianus
signorum quibus draco exhibebatur, vivam imaginem
ob oculos ponit lib. xvi: *Alternumque potestatis gres-
sus multiplices alios purpureis subtegminibus texti cir-
cumdederat dracones, hastarum aureis, gemmatisque
summitatibus illigati, hiātu vasto perflatiles, et ideo
velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina re-
linquentes in ventum*. Quod autem Chamillardus cum
Nebrissensi *ventosa pallia* interpretatur vana et su-
perba potius quam vento agitata vel tumentia, non
assentior. Peveratus explicat *VENTOSIS ita textis dra-
conibus per rotunditatem et inanitatem, ut vento tur-
gescerent, quem per guttur admittabant*. Postea vero
ad verbum *PALLIIS* colligit, ex mente Prudentii dra-
cones solum fuisse depictos, aut acu textos in velo,
non ut vento per guttur concepto sibilarent, quod non-
nulli affirmant ex Claudiani versibus. Ego puto pal-
lia dici ventosa, quia vento agitata tumescunt, et dra-
cones eodem sensu sibilasse, quod pallia vento im-
pulsam sonum sibilo similem edunt. Claudiani versus
sunt de tertio consul. Honorii: *Hi volucres tollunt
aquilas, hi picta draconum Colla levant, multusque
tunet per nubila serpens Iratus, stimulante noto, vivit-
que receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu*.
Dracones per singulas cohortes a draconariis fere-
bantur ad bellum, aquilæ per legiones: adeoque
aquila erat militiæ princeps signum.

36. Thuan. male, *in signo lignum*. Suspiciabatur
Heinsius *insigne ligni*.

37. Brev. Moz., *spiculum*. Vegetius lib. 1: *Quid
ipsi draconarii atque signiferi, qui sinistra manu hastas
gubernant*. Quæ verba a Chamillardo adnotata sunt
et exstant cap. 20 ejus lib. 1. Sed cur Prudentius ait
dextris? Opinor, quia Prudentius enumerat ea fere
omnia quæ milites solent facere, etiam draconarii, si
res postulet, depositis interea signis.

38. Brev. Moz., *castra forte*, male.

39. In Vat. A erat hæc vox *manus* addita supra
minutioribus characteribus.

40. Christianos vocat secundos Israelis posteros,
quia, primis Israelitis rejectis, illi successerunt.

41. Brev. Moz. minus bene, *auctor aulæ*.

42. Brev. Moz., Fabr., *refugas*, non ita bene ac
defugas. Latinius, *perfugas*. In Alex. est *defugas*, sed
g videtur factum recentiori manu. Hoc vocabulum
defuga etiam reperitur lib. xii cod. Theod. tit. et
lege ult., *Curie vel collegii defugas*. Barthius, lib. xli.
Advers. cap. 15, asseruit *refugas* esse mendum, et
in vet. codd. et edd. legi *transfugas*; quod ego
nusquam vidi. Existimat autem Barthius utrumque
esse viliosum, et *apostatas* olim fuisse: quod minime
persuadet. Nebrissa ait *litare* esse sacrificare impro-
prie; nam proprie est sacrificio impetrare. Giselinus

Illa virgas, et secures, et bisulcas ungas A
45 878. Ultra fortis expetebat, Christi amore in-

[territa.
Carcer illigata duris colla bovis impedit,

GLOSSÆ VETERES.

44. Illa, fides.—Ungulas, genus tormenti quo corium martyribus detrahebatur, I.

45. Expetebat, desiderabat, I.

46. Bovis, boia et бага unum sunt; buccæ in plurali sunt catenæ, I.—Bagis, id est bouga, Vat. S.

COMMENTARIUS.


hanc differentiam perpetuam et constantem esse negat, et aliquando *litare* sumi pro sacrificare contendit. Non autem probat id proprie fieri. Cæterum aliorum consuetudo in ea significatione adhibenda Prudentium tuetur, sive propria illa dicatur, sive impropria. Nescio tamen cur Giselinus fidenter affirmet, *nostri poetæ auctoritatem nullam esse*: nam quod addit *præsertim in quo illum critici uno ore damnarunt*, videndum id est, quinam hi sint critici, et cur damnent.

44. Brev. Moz. male scribit *bissulcas*, SS. martyres interdum securi, sæpius gladio fuisse percussos, quia gladio occidi major erat ignominia, probat Gallonius cap. u. t. de Cruciat., ubi etiam confirmat gladio percutiendos virgis primum eadē consuevisse. S. Ambrosius de securi pulchre cl. ss. 1, epist. 25: *Scio plerosque gentilium gloriari solitos, quod incruentam de administratione provinciali securim revexerint*. Aringhus dubitat an artis, an martyrii insigne fuerit securis in duobus lapidibus sepulchralibus insculpta, quam exhibet tom. II Romæ Subterr., lib. vi. cap. 50. In imagine SS. septem Dormientium, quam ex vetusto monumento exhibui tom. I, pag. 556, cernere licet duas secures, alteram prope S. Malcum, alteram prope S. Martinianum, quæ martyrii eorum sunt instrumenta, ut clavæ nodosæ prope Maximianum et Joannem, clavi prope Constantinum et Danesium, fax ardens prope Sarapionem, et uncus ad ejusdem pedes quo scilicet corpora defunctorum martyrum ad scalas Gemonias, aut ad cloacas publicas, aut ad flumina trahi solebant. Diversa alia forma erat uncus quo martyrum corpora discerpebantur, de quo agam ad vers. 173 hymni S. Vincentii. Ungulæ erant forcipes ferreæ quibus discerpebantur et sulcabantur corpora martyrum. S. Hieronymus, S. Augustinus, aliique, unguis sulcari corpora tradiderunt: *bisulcas* vocat Prudentius hoc aliisque locis, quia duplices sulcos imprimebant, ut figuram unguarum tabula 15 cruciatuum SS. martyrum lit. A consideranti patebit. Descriptæ autem sunt a Gallonio ex unguis asservatis in basilica Vaticana, et sub Paulo III inventis, quas scorpiones fuisse male aliqui opinabantur. Scorpiones expressi sunt tabula 9, lit. D. Comprehenduntur scorpiones *virgarum* nomine, et erant virgæ nodosæ et aculeatæ, *scorpiones* dictæ, quod arcuato vulnere in corpus infligerentur, ut ait Isidorus. Virgæ erant aut ex ulmo, aut ex betula arbore Gallica, aut ex quercu, aut ex fraxino, aut ex salice, aut ex vite. Virgæ quæ non erant nodosæ, lenes dicebantur. Aliæ virgæ fiebant ex ferro, quod interdum ignitum corpori applicabatur, aut ex plumbo. De modis quibus SS. martyres cædebantur, vide tab. 10 et 11. Forma scorpionum, quam Sagittarius cap. 17 exhibet, Gallonianæ imagini similis est. Magis differt ectypum unguæ bisulcæ, quod ibidem Sagittarius profert, ab ectypo Gallonii: nam in ectypo Sagittarii tres ferrei mucrones tantum capiti affiguntur; in ectypo Gallonii tum hi, tum alii tres in medietate; et fortasse ob hanc rationem bisulcæ dicuntur, quod mucrones capitis duo adversus unum sulcum imprimebant, ac similiter mucrones medietatis alterum sulcum. Fallor autem Sagittarius, quod ait ungas quas Gallonius describit, suam ingenio scriptoris magis quam antiquis monumentis formam debere: nam vere unguæ quales Gallonius describit, in basilica Vaticana exstant, ut tradit etiam Aringhus pluribus in locis, qui non semel ectypum

earum profert. Aliud genus est unguæ instar chirothecæ ferreæ tribus digitis, quæ reperta fuit in cœmeterio Calepodii. Vide tabulam 26, et Aringhum tom. II, pag. 687. An autem fidiculæ sint idem quod unguæ, disputatum est inter viros doctos, quorum aliqui putarunt esse vincula nervea, quibus membra reorum equuleo adhærebant: plerique ungas ferreas esse confirmant, quibus clare favent Isidorus et Prudentius in Romano. Dicebantur autem *fidiculæ* a *findendo*, vel *fodicando*, ut nonnullis placet; *ungulæ* vero, quod imitentur ungas ferarum, quæ propterea in cod. Theod. ix, tit. 12, lege 1, discrete nominantur *vestigia ferarum, unguæ ferarum*. Vide vers. 481, in Romano.

45. Brev. Moz., *fortis expectabat*, renuente metro.

46. De carceribus antiquis vide comment. ad lib. II contra Symmach., vers. 468, et tab. 23. Rat. pro duris habet *survis*. In Brev. Moz. mendum est *baccis impetit*. De diversa scriptura vocis *bovis* dictum ad prælat. Psychomachia, vers. 55. Eadem hic occurrit varietas. Vat. A, Alex., Ald., Egm., Torrentianus unus et Heinsiani, *bacis*, sive *baccis*. Id fere placuit recentioribus. Hailsbr., Vat. B, *bagis*. Idem Hailsbr. supra, Prag., Rat., *bogis*. Fabr., *baüs*. Weitz., Gis., Bollandiani, nonnulli alii, *bois*, ut legendum esse suspicatus est Nebrissensis. Iso videtur agnovisse *boia, бага* et *baca*. Mihi placet scriptura hæc *boia* pro instrumento quo martyrum colla illigabantur, dum carceri inclusi erant: quale postea Prudentius describit, *Et chalybs attrita colla gravibus ambit circumculis*. Insigne antiquitatis monumentum ab eminentissimo cardinale Stephano Borgia e celeberrimo suo museo Velitris nobiscum liberaliter communicatum exhibemus æri incisum.



Ex ære Velitris in Museo Borgiano.

879 Barbaras forum per omne tortor exercet A 55

[manus :

Veritas crimen putatur : vox fidelis plectitur.

Tunc et ense cæsa virtus triste percussit

[solum,

50 Et rogis ingesta mœstis, ore flammæ sorbuit :

Dulce tunc justis cremari, dulce ferrum perpeti.

Hic duorum cara fratrum concalescunt

[pectora :

Fida quos per omne tempus junxerat sodalitas.

Stant parati ferre quidquid sors tulisset ultima.

GLOSSÆ VETERES.

48. Plectitur, punitur, condemnatur, Iso.

50. Ingesta, facie, I.

51. Dulce, dulcis res fuit, I.

55. Sodalitas, sodales dicuntur, quasi simul edales, id est, simul comedentes, I, Vat. A.

Seu foret præbenda cervix ad bipennem pu-
[blicam :

Verberum post vim crepantum, post catastas

[igneas,

880 Sive pardis offerendum pectus, aut leo-

[nibus.

Nosne Christo procreati mammonæ dicabimur,

Et Dei formam gerentes serviemus sæculo?

60 Absit ut cœlestis ignis se tenebris misceat.

Sit satis quod capta primo vita sub chiro-

[grapho,

COMMENTARIUS.

Videri etiam possunt vincula S. Petri, quæ in ecclesia hujus nominis religiose asservantur, et a cl. cancellerio in suo erudito opere de Carcere Mamertino, ejusdem eminentissimi cardinalis Borgiæ cura pariter delineata, æri incisa proferuntur, in quorum extremitate boiam, sive circulum ferreum observare licet. Ad majorem cruciatum in parte interna circuli interdum acumina ferrea eminebant, ut colla aut immota permanerent, aut, si flecterentur, in aculeos impingerent, ut apparet in boia quam nos exhibemus. De boiis agunt Gallonius cap. 3, Sagittarius cap. 2, ubi de variis vinculorum generibus disserunt.

47. Weitz., barbarus, qui solum agnovit, in Vulg. et Widm. supra esse barbaras. Plerique tamen legunt barbaras. Notandum est ex Actis martyrum, in loco hujusmodi carnificinas exerceri solitas. Interdum autem fiebant extra urbem, et carnifices ipsos extra urbem habitasse probat Kirchmannus de Funer. Rom., cap. 24, libr. II, cujus consuetudinis nonnullum Romæ exstat vestigium.

49. Gis. ad oram perculit solum. Ense martyrem cæsum exprimit tabula 21, lit. D.

50. Diversos modos quibus martyres igni tradebantur, vide in tab. 16 et 17.

51. In Thuan. et Boher. priore, vetustissimis codicibus, jussit pro justis. Conjicit Heinsius jus fit. Melior est scriptura pervulgata, Dulce tunc justis cremari; et in Heinsii notis legendum est dulce tunc, non dulce nunc.

52. Ald., Fabr., Weitz., Bollandiani, conualescunt pro concalescunt, quod magis est Prudentianum. Giffaninus a Weitzio et Heinsio citatur pro conualescunt. Vat. A, Rat., corpora quod alicubi invenit Weitzius. Retine pectora.

55. Prag., vinxerat sodalitas.

55. Bipennis est securis, ita dicta a duabus pennis seu pennis, hoc est fastigiis, quæ utriusque acuta erant. Peveratus ex Baronio ad martyr. Rom. ix cal. Aprilis dubitat an eo tempore securis in usu fuerit. Verum etsi credibile sit majorem Christianorum partem gladio potius quam securi fuisse percussam, ut nuper ex Gallonio aiebam, dubitandum minime est quin aliquando securi cæsi fuerint, ut vel ex solo Prudentio demonstratur, et pluribus confirmat Sagittarius cap. 7 de Cruciat. Savaro ad Sidonium, pag. 88, hanc phrasin notat, præbere cervices, ex Apollinari et ex Adone Trevirensi: Ita ut sponte cervices suas securibus darent. Martyres ultro præbuisse cervices carnifici secundas, sexcentis exemplis in eorum actis et martyrologiis constat.

56. Val. A, crepantem, minus bene. Nebrissa pro igneas conjiciebat ligneas; neque hæc conjectura Sagittario, cap. 10, displicebat: qui addit, de pe-

gmate editorum in quo rogas accenderetur, per tropum dici posse catastas igneas, scilicet multo igne radiantibus. Advertit nihilominus apud Isonem et vetus aliud glossarium catastam esse lectum ferreum. Giselinus ligneas reperit in ed. Daventr.; sed, ut ipse observat, cum in hymno S. Laurentii vers. 599, crates ferrea, quæ jam ignita erat, catastas datur, nihil est causæ quamobrem igneas mutetur in ligneas. Apud Christianos scriptores sæpe catastas significat locum eminentiorem ubi de reis sumebatur supplicium. Putant aliqui inde dictum Hispanis *cadahalsa*, et Italis *catafalco*.

57. Vulgaris erat gentiliū acclamatio: Christianos ad leonem, ut Tertullianus, Cyprianus, et alii referunt. Nonnunquam: Christianos ad bestias. Hieronymus utrumque conjungit lib. VII in Isaiam, cap. 18. De pardis, quorum laniatui exponebantur Christiani, meminit Eusebius lib. I Hist., cap. 16. In martyrio S. Ignatii pro leonibus nonnulli leopardos memorant.

58. Ex Matth. VI, 24: Non potestis Deo servire et mammonæ. Barthius lib. LV, cap. 4, Advers., ait Isonem non debuisse disjungere diabolo, vel divitiis mundanis. Mammon enim non aliter idolum est opum et divitiarum, quam belli Mars. Alius glossator apud eundem Barthium exponit, mammonem fidem, pecuniosam, sæcularem, avaram. Plura ibi Barthius, et cap. seq. de mammona pro dæmone, pro avaritia, pro divitiis. Scripsit autem hunc versum: Nosne Christo procreati serviemus mammonæ? puto, errore memoriæ.

59. Cauchius malebat serviemus idolo. Nihil est necesse, ait Heinsius.

60. Aldus recte ediderat absit ut. Non intelligo quid sibi voluerit, cum, renuente metro, correxit absit ne. Probe emendavit ignis pro igni. Sententia petita est ex II Cor. VI, 14: Quæ societas luci ad tenebras?

61. In Aldo error capra pro capta. Nebriss. suspicatur cæpta. Chirographum esse militare sacramentum, inutile sit monere. Ex Ambrosio Morales Peveratus notavit ecclesiam Toletanam codicem per vetustum habere quo vita martyrum continetur, ubi verba ab Eulogio de his martyribus adducta habentur, scilicet tanquam prolata a Celedonio Hemeterium hortante. Addit magnopere esse animadvertendum quam ea historia sit antiqua, quæ tempore Eulogii fuerit conscripta. Verum Eulogio longe antiquior est Prudentius. Eulogius lib. I Memor. mart. ita habet: Sic nimirum beati martyres Hemeterius et Celedonius, cum tradere pro Domino animas anhelarent, tali sese invicem ad passionem astantes hortatu impellunt: Feriunt ubique hostem missilibus suis vibrata

881 Debitum persolvit omne functa rebus. A 70

[Cæsaris.

Tempus est Deo rependi quidquid est proprium

[Dei.

Ite, signorum magistri: et vos, tribuni, absistite.

65 Aureos auferte torques, sauciorum præmia:

Clara nos hinc angelorum jam vocant stipendia.

Christus illic candidatis præsidet cohortibus.

Et throno regnans ab alto, damnat infames deos,

Vosque, qui ridenda vobis monstra divos fingitis.

Hæc loquentes obruuntur mille pœnis mar-

[tyres,

Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor,

Et chalybs attrita colla gravibus ambit circulis.

882 O vetustatis silentis obsoleta oblivio!

Invidentur ista nobis, fama et ipsa exstinguitur.

75 Chartulas blasphemus olim nam satelles abstulit:

Ne tenacibus libellis erudita sæcula

Ordinem, tempus, modumque passionis pro-

[ditum

GLOSSÆ VETERES.

64. Tribuni, *super mille*. — Absistite, *discedite*, I.

65. Torques, *circulos*. — Sauciorum, *infirmorum*. — Præmia, *quæ sunt*, I.

68. Infames, *sine bona fama, ingloriosos*, I.

71. Rigor, *duritia*, I.

72. Chalybs, *ferrum, chalybs Græce sideros*, I.

75. Obsoleta, *inveterata*, I.

COMMENTARIUS.

confessio, et latentem fidei inimicum ubicunque fuerit inquiramus. Eminentissimus archiepiscopus Toletanus Franc. Lorenzana in pereruditis notis tom. II SS. Patrum Toletanorum ait, in Actis martyrum a Joanne Tamaio Salazar primum editis, postea ab Antuerpiensibus ad diem 3 Martii, ac postremo ab Emmanuele Risco tom. XXXIII. Hisp. Sacr., Append. 2, videri, esse verba unius e duobus martyribus, *Feriat ubique hostem missilibus suis vibrata confessio*, et juxta nonnullos mss. codd. Hemeterii, reliqua vero alterius, nempe Celedonii.

62. Matth. xxii, 21: *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.*

63. Rat. et duo Heinsiani contra legem metri, *quidquid proprium est Dei*. Vat. B, Weitz., Cauch., Widm. a prima manu, *quidquid est suum Dei*. Alii bene, *quidquid est proprium Dei*.

64. Brev. Moz. mendose, *adsistite*. Bollandiani, *assistite*. Scripti Heinsiani, Ald., Weitziani, nostri, et vos. Giselinus omisit et. Sermo est de tribunis militum, sive præfectis legionum, non de tribunis plebis. Confer glossam Isonis.

65. Aldus ediderat *aureos auferte torques*; in emendatis novo errore posuit *aureos auferre torques*. Vat. A, *afferte*, recte emendatum supra, *auferte*. Idem Vat. A, *aureas*; alii, *aureos*. Brev. Moz. *perperam, aureos offerte*. Vegetius lib. II, cap. 7, *Torquarii duplares, torquarii simplares, quibus torques aureus solidæ virtutis præmium fuit*. Stewechius in Comment. ait, *auxiliares milites aureis torquibus a Romanis donatos, at cives non nisi argenteis*. Iso *sauciorum explicat infirmorum*: melius intelliges eos indicari qui vulnera bello acceperunt.

66. Brev. Moz. male, *clara vox angelorum vocant stipendia*.

67. Exercitus martyrum *candidatus* dicitur in hymno *Te Deum laudamus*. Vide Comment. ad vers. 157 hymn. 3 Cath.

69. Brev. Moz. non male, *Quæque de ridenda nobis monstra divos fingitis*.

71. Rigor pro duritie ponitur, ut *rigor ferri* apud Virgilium I Georg., *rigor auri* apud Lucretium, in cuius indice vide notata a Gifanio in *rigor auri*. Paulinus Natali 4, *Stat manibus colloque chalybs*.

72. Ald. recte impresserat *circulis*, quod non recte mutavit in *cyclis*. Vide quæ disserui in notis ad Hymnodiam Hispanicam die 3 Martii de hoc eodem versu, et intelliges contra metri rationem esse *gravis ambit circulis*, ut edidit Weitzius cum Hailsbr. et Widm. Nec melius Vat. Q, *gravis ambit circulus*. Male etiam Vat. P, *circuit* pro *circulis*. Weitz. cum Hailsbr. scribit *calyps*; Alex. et Widm., *calips*. Gruterus volebat *artita*, quod secutus est Weitzius. Hailsbr. *atrta*. Widm. ad oram, Vatt. A, B, Prag., Rat., *astricta*; alii *attrita*, quod unice probat Heinsius ex

B suis scriptis. Confer præfat. Psychomachie vers. 33, *Attrita bovis colla liber erigit*. In Brev. Moz. hæc est discrepantia, *colla duriter ambit pro gravibus*.

75. Arnobius lib. IV, prope finem: *Quod si haberet vos aliqua vestris pro religionibus indignatio, has potius litteras, hos exurere debuistis olim libros, istos demoliri Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerint damnari? cur conventicula dirui? Eusebius lib. VIII, cap. 2 meminit edicti quo Diocletianus sacros Christianæ religionis codices cremari, et ecclesias ad solum usque dirui jussit. Ejusmodi rei mentio exstat apud Optatum, S. Augustinum, et plurima Acta SS. martyrum. Id anno 303 circiter contigit. S. Hieronymus, lib. II. Comment. in Zachariam, cap. 8, *Hæc persecutionis tempore in Ecclesia Christi expleta conspeximus, quando in tantam rabiem persecutorum feritas excitata est, ut etiam conciliabula nostra destruerent, divinos libros ignibus traderent*. Adis Ruinartium præfat. in Act. martyr. De hac consuetudine comburendi scripta, ejusque origine apud Romanos non satis inter se conveniunt Tacitus, et auctor Controversiarum et Suasoriarum sub nomine Senecæ Patris. Hic in proœmio lib. V, Controvers., de Labieno loquens ait: *In hunc primum excogitata est nova pœna. Effectum est enim per inimicos, ut omnes ejus libri incenderentur. Res nova et insueta, supplicia de studiis sumi. Bono hercule publico ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inventa est Ejus qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viventis scripta combusta sunt: jam non malo exemplo, quia suo Cassii Severi, hominis Labieno junctissimi belle dicta res ferebatur. Illo tempore quo libri Labieni ex senatusconsulto urebantur: Nunc me, inquit, vivum uri oportet, qui illos edidici*. Audi nunc Tacitum lib. IV. Annal., cap. 5, ubi causam de Annalibus Cordi Cremutii in senatu anno Urbis 778, imperii Tiberii 10, ita exponit: *Cornelio Cosso, Asinio Agrippa coss., Cremutius Cordus postulatur novo; ac tunc primum audito crimine, quod editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Cassium Romanorum ultimum dixisset Cremutius relinquendæ vitæ certus, in hunc modum exorsus est: Verba mea, patres conscripti, arguuntur, adeo factorum innocens, sum Antonii epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum, sed multum cum acerbitate habent carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Cæsarium (sorte Cæsaris) leguntur, sed ipse divus Julius, ipse divus Augustus et tulere ista, et reliquere. Alia addit Tacitus, e quibus colligas tunc primum libros ex senatusconsulto combustos fuisse. Equidem magis Tacito assentior; nodum fortasse alio tempore dissolvam.**

77. Hos SS. martyres sæculo IV ineunte, aut paulo ante martyrium subiisse, multi recentiores affirmant. Sed melius est cum Prudentio et auctore Actorum apud Bollandianos, fateri tempus passionis ignorari.

883 Dulcibus linguis per aures posteriorum A
[spargerent.
Hoc tamen solum vetusta subtrahunt silentia,
80 Jugibus longum catenis an capillum paverint :
Quo viros dolore tortor, quave pœna ornaverit.
Illa laus occulta non est, nec senescit tempore,
Missa quod sursum per auras evolarunt mu-
[nera,
Quæ viam patere cœli præmicando ostenderent.
85 Illius fidem figurans, nube fertur annulus :
Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium :
884 Quæ superno rapta flatu lucis intrant in-
[timum.

Per poli liquentis axem fulgor auri absconditur,
Ac diu visum sequacem textilis candor fugit :
90 Subvehuntur usque in astra, nec videntur am-
[plius.
Vidit hoc conventus astans : ipse vidit carnifex,
Et manum repressit hærens, ac stupore oppal-
[luit :
Sed tamen peregit ictum, ne periret gloria.
Jamne credis, bruta quondam Vasconum gen-
[tilitas,
95 **885** Quam sacrum crudelis error immolarit
[sanguinem?
Credis, in Deum relatos hostiarum spiritus?

GLOSSÆ VETERES.

84. Patere, *illis*, I.85. Annulus, *qui signat fidem sine fine figurans*, I.86. Orarium, *ab ore, id est sudarium*, I.87. Intimum, *secretum*, I.B 88. Lipientis, *liquidi, vel sereni*, I.89. Visum, *hominum*, I.92. Hærens, *dubitans*, I.96. In, *pro ad.* — Spiritus, *animas*, I.

COMMENTARIUS.

80. Brev. Moz. corrupte, *catenis ad capillum tracti*. Nebrissensis id notat : *Non constat quo mortis genere sint affecti ; mortui sint in catenis, et nutrierint longum capillum et barbam : restituimus autem ordinem versuum, qui erant confusi, et turbabant sensum. Ita autem disponit : Dulcibus, Quo viros, Jugibus, Hoc tamen, Illa laus.* Verum ordo quem codices præferunt, rectum sensum efficit. Apud Romanos rei comam nutriebant, adeoque juges catenæ, sive longum carceris tempus ex longo capillo dignosci poterant. Vide vers. 55 hymni 11 Peristeph, ubi *crinita agmina* vocantur martyres carceribus detenti.

81. Hailsbr., Widm. supra, Brev. Moz., Gis. ad marg., Vatt. A, P, Q, *quave pompa*, quod placet Heinsio, tanquam de victimis agatur. Gallandius putabat contextum *respuere pompa*, et pro *pœna*, allegat præstantem Aldinam editionem anni 1501, nimirum hanc ipsam qua nos utimur. Thuan., Alex., *quave pompa*. Vat. B, Urb., Weitz., Bollandiani, alique, *quave pœna*. Mihi id non displicet, nam præcedit *dolore tortor* ; pro *ornaverit* autem malle *affecerit*, aut aliud similis significationis. Verum poetice et figurate recte id dicitur.

85. Aldi error *nubæ*. Teolius, cum fateatur quæcunque de his duobus martyribus scimus ea nos debere Prudentio, nihilominus affirmat post Chamillardum, annulum esse Hemeterii, orarium Celedonii : quod ita distinctum in Prudentio non invenio. Bene tamen ex hoc loco arguit Teolius consuevisse veteres Christianos annulos gestare, quorum aliqui asservantur in museo Vaticano ab equite Victorio illustrati. Cur autem annulus fidem figuret, si quærat aliquis, dicam etiam ab sponso sponsæ annulum dari ad fidem conjugalem significandam. Itaque Innocentius III, annulum Fulconi abbati Corbeiensi concedens, his verbis scripsit : *Inter cæteros ornatus prælati Ecclesiarum conceditur annulus, qui est signaculum fidei, juxta quod pater filio revertenti dare annulum in manu præcepit, ut videlicet Ecclesiam sibi commissam prælatus ipsius intemerata fide custodiât, ad quam fideliter observandam per visibilem speciem jugiter admonetur.* Vide Macrum in Hierolex. verbo *annulus*, ubi Innocentii verba exponit.

86. Orarium usu ecclesiastico olim sumebatur pro stola, ut notum est. Hæc appellatio aliquatenus conservata apparet in Latinitate corrupta sæculi x cujusdam instrumenti donationis, quod exstat tom. XXXIV Hispaniæ sacræ, pag. 455, ubi Ovecus episcopus legionensis circa annum 951 inter alia donabat *albas cum eisdem amictis 10, orales 10, quod scripturas dicunt stolas*. Hac significatione orarium hic accipi non puto. Pro sudario, quo os abstergitur, orarium dixerunt Ambrosius et alii ; et in glossa le-

gam a *tergendo sudore oris*, vel a *tergendo ore*. Chamillardus existimat orarium ab *os oris* posse accipi pro operculo capitis quo utebantur antiqui dum invocabant Deum : quo sensu orarium erit signum pietatis Celedonii. Sed nullum illius significationis adducit testem. Itaque adhæreo glossæ. Peculiarem etymologiam *orarii* ab *aurariis* et *auris* explicui ad hymn. 1 Cath., vers. 22. Animadvertendum etiam est, nonnunquam oculos martyrum qui gladio erant feriendi, linteo sive oratio fuisse ligatos. Ado, vi cal. Junii : *Sic accepto orario, ligans (S. Julius) sibi oculos martyri palmam gladio cædente percepit.* Et vi cal. Decembris : *Beatus Alexander cum duceretur, obviavit ei quædam vidua, quam beatus martyr rogavit dicens : Commoda mihi orarium. At illa præstitit ei. Officiales autem dixerunt mulieri : Perdidisti orarium tuum. Facto itaque signo crucis, exspoliavit se beatus martyr tunica, et in linea stans, texit sibi de oratio oculos, dein positus genibus suscepit gladium.*

88. In Prag. desideratur *per ante poli*.89. Vat. A a prima manu, *visus* ; a secunda manu, *visu*. Lege *visum*.92. Vat. A, et manus. Gis. ad oram, *palluit*, et pro alia scriptura, *expalluit*. Vatt. P, Q, Urb. scribunt *obpalluit*, Alex. *oppalluit*.

93. Nebrissensis *peregit ictum* exponit *percussit truncavitque martyres* : sed addit id contrarium esse ei quod supra dixerat. Mihi non videtur contrarium, non solum si attendantur tormenta citra mortem, ut Nebrissensis interpretatur, sed etiam si præ oculis habeatur mortis genus. Prudentius ante dixit, satellitem chartulas abstulisse, ne posteri modum passionis, ordinem, tempus scirent, et ignorari qua pœna fuerint affecti. Nunc ait, carnificem peregissee ictum, ex quo nec modus passionis, nec pœna liquido perspiciuntur. Hæc ratio *ne periret gloria* ab aliis etiam adhibetur in martyrum passionibus enarrandis. Thomas Hurtado, in opere de Vero martyrio resolut. 35, digress. 2, ubi fuse agit de aliquibus instrumentis quibus tyranni martyres torquebant, sect. 10 quærit, *cur martyres fere semper gladio cesserunt, gladius vero raro martyribus cessit*, et rejectis aliis rationibus cum Delrio respondet, rationem esse, quia gladius est præcipuum et maxime legitimum ordinariumque justitiæ ulticis instrumentum. Censeo addi posse martyres cessisse mitissimo mortis generi, interdum vero superstites fuisse aliis, in quibus tormenta doloresque incredibiles sustineri debent, ut eorum constantia soli virtuti divinæ ascriberetur.

95. Rat., *immolaret*. Brev. Moz., *heroum pro error, male*.96. Brev. Moz., *relatum hostiarum spiritum*.

Cerne, quam palam feroces hic domentur A
[dæmones;
Qui lupino capta rictu devorant præcordia,
Strangulant mentes et ipsas, seque miscent
[sensibus.
100 Tunc suo jam plenus hoste sistitur furens
[homo,
Spumeas efflans salivas, cruda torquens lumina,
Expiandus quæstione non suorum criminum.
Audias, nec tortor astat, ejulatus flebiles :
Scinditur per flagra corpus, nec flagellum cer-
[nitur,
105 **886** Crescit et suspensus ipse vinculis laten-
[tibus.
His modis spurcum latronem martyrum vir-
[tus quatit; B
Hæc coerces, torquet, urit; hæc catenas incutit;
Prædo vexatus relictis se medullis exuit.

Linqvit illæsam rapinam : faucibus siccis
[fugit :
110 Ungue ab imo usque ad capillum salva reddit
[omnia,
Confitens, ardere sese : nam gehennæ est incola.
Quid loquar purgata longis alba morbis cor-
[pora?
Algidus cum decoloros horror artus concutit :
Hic tumor vultum relinquit, hic color verus
[redit.
115 Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur,
[præstitit,
Martyrum cum membra nostro consecravit
[oppido:
887 Sospitant quæ nunc colonos, quos Ibe-
[rus alluit.
State nunc, hymnite, matres, pro receptis
[parvulis :

GLOSSÆ VETERES.

102. Quæstione, examinatione, Iso.
105. Crescit, tumescit, I.
113. Algidus, febris, I.

117. Iberus, fluvius Hispaniæ. — Alluit, influit, I.
118. Hymnite, canite, I. Hymnizantes, Vat. A.

COMMENTARIUS.

97. Ald., Vat. B, Alex., Urb., Bollandiani, *domantur*. Vat. A, P, et plerique edd., *domentur*. Vat. Q. mendose, *domuntur*. De miraculis ad sepulera martyrum patris superfluum est dicere : plena enim sunt Acta SS. martyrum.

98. Vat. A, B, P, Alex. a secunda manu, Hailsbr., Widm. supra, Bollandiani, *rictu*. Vat. Q, Urb. et plerique edd., *ritu*. Pro *devorant* perperam Breviar. Mozarab., *deformant*.

99. Vat. A. corrupte, *stragulant*.

100. Gis. ad oram, *nunc suo nam*. Fabricius verbo *pœnæ* ait : *Pœnæ Christianorum persecutoribus Dei iudicio sæpe horrendæ sunt inflictæ, ut de Hispano quodam Steph. primo scribit Prudentius, qui in furorem actus, et a Satana flagellis cæsus, ligatus, atque suspensus est*. Prudentium Fabricius non intellexit : non enim hic qui a dæmone torquetur, persecutor Christianorum a Prudentio dicitur.

101. Breviar. Mozarab., *spumans*, contra metrum.

102. Nebrissa, *non suorum criminum* interpretatur, quia illud crimen non est hominis, sed dæmonis. Chamillardus ait posse fieri ut homines innocentes a dæmone vexentur; additque dæmoniacos non peccare dum verba proferunt, aut turpia facinora patiant in viti. Teolius plane Chamillardo consonat. Existimo Prudentium *quæstionem non suorum criminum* posuisse pro formula exorcismi, quæ jam tum in usu erat, et videri potest quodammodo descripta in Apoth. vers. 406. *Fuge, callide serpens*, etc., ubi multa a Prudentio et a nobis dicta sunt quæ totum hunc locum de dæmoniacis et exorcismis possint illustrare.

105. Brev. Moz. versum hunc vitiose exhibet *Audiens hæc tortor adest ejulatu flebili*. Teolius edidit *nec tortor instat*; nescio an suorum codicum auctoritate permotus, an quia in notis Heinsii legerit, *instat* esse in Nomsio et schedis Cauchianis, et *astat* jam præcessisse. Cellarius etiam hac nota Heinsii impulsus edidit *instat*. Cæterum Heinsius in textu posuit *astat*, et quod ait, jam præcessisse *astat*, falsum est, nisi intelligat *astans*, quod legitur vers. 91. Nonnulli scribunt *hejulatus*.

105. Brev. Moz. male, *latentibus est*.

106. Cellarius reponit in notis : *Vis divina torquet diabolum*. Videtur improbare phrasim *virtus martyrurum*. At SS. Patres ita locuti sunt, et theologi nostri scite distinguunt inter virtutem propriam faciendi miracula, quæ Deo soli convenit, et virtutem seu facultatem

patrandi eadem miracula, a Deo communicatam, de qua Matth. x, 8 : *Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones ejicite*.

107. Vat. A male, *cohercit*. Ab hoc versu incipit codex Marietti.

108. Brev. Moz. non inepte, *e medullis exiit*.

109. Imitatio Virgilio in *Æn.*, *Catulique relictis Faucibus expectant siccis*. Nebrissa ait translationem esse sumptam ex lupis qui relinquunt prædam incruentam, et abeunt faucibus siccis. At Virgilius loquitur de catulis qui expectant : nam de lupis præmiserat, *Lupi ceu Raptores atra in nebula, quos improba ventris Exegit cæcos rabies, catulique relictis*, etc.

110. Cum ait *ungue ab imo*, satis exprimit unguem pedum.

111. Brev. Moz., *nec gehennæ*, quod aliqua ratione defendi posset.

113. Ald., Mar., Weitz., vetustiores Heinsiani, *decoloros*, pro qua scriptura Heinsius allegat Egmondanum Weitzii, qui a Weitzio videtur mihi citatus pro *decolores*. Habent etiam *decoloros* Vat. B, P, Q, Urb., et Alex. a secunda manu, Brev. Moz. In Prag., Vat. A, Bollandianis et aliis, *decolores*. Giselino magis placet *decolores*, quia alibi Prudentius usus est *decolor*; neque hæc ratio non placet Chamillardo. Verum huiusmodi vocabula *unicolor*, *multicolor*, *decolor*, ad secundam declinationem etiam inflecti possunt; et Prudentius ipse alibi dixit *multicolor fucus*, alibi *multicolora prata*, et tam hoc quam illud a metro illis in locis exigitur. Aliis in locis discrepantia non obest, sive *decolores* sive *decoloros* dicatur. Algidum horrorem vocat horripilium sive frigus quod febrem præcedit.

114. Egm., Vat. A, Q, *reliquit*; alii, *relinquit*. Widm. supra, *color versus*. Brev. Moz., *hinc tumor... hinc color*.

116. Brev. Moz., *quod membra*.

117. Mar., *sospitansque*, et ad oram pro div. script. *sospitantque*. Alex., *sospitantque*; melius *sospitant que*.

118. Vat. B mendose, *martyres pro matres*. Rat., Vat. B, Q, Mar., Prag., Weitz., præstantiores Heinsiani, Alex., Urb., Bollandiani, et alii, *hymnite*. Ald., Nebr., Fabr., Sich., Egm., Gis. ad oram, Gall., *hymnistæ*. Pal. et, ut videtur, Vat. Q, *hymnitæ*. Cauchius conjiciebat *Clara nunc hymnistiarum pro receptis parvulis*. Brev. Moz., *invictæ matres*. Vera lectio est *hymnite* a Græco ὑμνεῖτε. Vossius de Vitus ser-

Conjugum salute læta vox maritarum strepat : A II HYMNUS. INCIPIT PASSIO S. LAURENTII.
120 Sit dies hæc festa nobis, sit sacratum gaudium. 888 Antiqua sanorum parens,

GLOSSÆ VETERES.

Vers. 1. Fanorum, idolorum. Fana dicta templa ab eo, quod est fano, id est vox, id est a responsis. — Pa-
rens, mater, I.

COMMENTARIUS.

monis Latini lib. III, cap. 14, contendit legendum *hymnistæ*, quia, ut ait, ævo Prudentii æ sonabat ut e, neque tamen ullum simile exemplum e Prudentio profert. Imo ipse affirmat, *hymnistam tantum generis esse virilis, neque de hymnos canente hymnistam, sed hymnetem recte dici*. Cur igitur lectionem optimorum codicum *hymnite* rejicit? Atqui in mss. glossarii sui antiqui idem Wossius invenit *imnio pro hymnum cano*, ut refert lib. IV, cap. 10. Neque Teolius recte asserit verbum hoc *hymnio* singulare esse Prudentio, et apud alium Latinum scriptorem non inveniri. In veteri hymno S. Emiliani officii Mozar. ad diem 12 Novembr. legitur, *Hymnite mecum consonante carmine*. Nade quæ animadverti ad diem 3 Martii in Hymnodia Hispanica. Cur autem Prudentius dicat *state*, et an hinc colligatur hymnos a stantibus cani solitos, merito quærat aliquis. Arbitror Prudentium respexisse ad vocabulum *stationis*, quæ in vigiliis sabbati, diei dominicæ, et anniversariis martyrum solemnitatibus habebatur. Chrysostomus, hom. 1 de verbis Isaïæ in principio: *Unde perspicio sermones ad opus proficere? Nimirum ex hoc concursu... ex hac pernocte perpetuæ statione, ex eo quod angelicorum ordinum stationem imitantes, sine cessatione laudes et hymnos offertis Conditori*. De stationibus dixi ad hymn. 8 Cathem., vers. 9.

119. Ald., Mar. a prima manu, Gis. in textu, Weitz., Alex., Bollandiani, Heinsius, *maritarum*. Prag., Rat., Widm. et alii, *maritorum*. Ald., Fabr., Sich., Gis. prima ed., *strepet*. Gis. ad oram utriusque ed., *crepet*. Melius *strepet*.

120. Brev. Moz. non male, *sit sacrata gaudiis*. Post hunc hymnum in Vat. A, B, Mar., sequitur passio S. Vincentii martyris; in Aldo et aliis hymnus S. Laurentii. De patria horum martyrum dissident eruditi scriptores. Ex hoc hymno Prudentii tantum colligitur eos martyrium subisse in oppido Vasconum, quod Iberus alluit. Ex alio vero hymno SS. octodecim martyrum Cæsaraugustanorum arguitur hoc oppidum esse Calagurrim: *Nostra gestabit Calagurris ambos, Quos veneratur*. Dubium non est quin in utroque hymno sermo sit de SS. Hemeterio et Celedonio, quamvis eorum nomina non exprimantur. In hujus hymni inscriptione diserte statuitur hymnum esse in laudem horum martyrum qui in multis antiquissimis codicibus dicuntur Calagurritani. Non autem constat an hæc appellatio a Prudentii manu sit, et an ea tantum indicet martyres Calagurri passos. Traditio et sententia communis est eos fuisse e civitate Legionis in Hispania, filios S. Marcelli centurionis, cujus duodecim filii martyres recensentur. Riscus, tom. XXXIV Hispan. sacr., pag. 315, refert in quodam codice ecclesiæ Legionensis ab Aria, viro erudito, notam anno 1069 ascriptam fuisse, qua filii S. Marcelli Legionensis nominantur: *Hæc sunt nomina sanctorum quæ in archivo Tolitano reperta sunt. Emeterium et Celedonium Calahorritana ecclesia suscepit*, etc. Videri etiam idem potest tom. XXXIII, pag. 276. Nebrissa eosdem SS. martyres Calagurritanos fuisse, confirmare vult ex hymno 18 martyrum Cæsaraugustanorum; et putat dictos fuisse e Legionis, quia milites legionarii fuerunt, scilicet ex quadam legione imperatoria; sed non persuadet. Teolius tamen pro certo tradit fuisse Calagurritanos; sed contra faciunt Acta antiqua apud Bollandianos ad diem 3 Martii, et martyrologium Romanum, Usuardi, et pleraque alia, in quibus hi martyres Legionenses, et clarius ex civitate Legionis in Hispania fuisse dicuntur. Ex Actis quidem anti-

quis nonnulli solum colligunt eos in hac urbe Legionis militasse; sed aperte nihil Legionarii dici videntur quia in ea nati sunt. Illud tamen nobis liceat observare, patriam eorum a Prudentio non fuisse expressam, ut jam rationem cl. Perezii de Bayer illustrare incipiamus, qui in dissertatione de S. Laurentio Hispanis asserto et vindicato, negat Prudentium solitum SS. martyrum patriam designare. Teolius dementer reponit, *id demum esse lectorum credulitate nimis abuti, cum ex quatuordecim SS. MM. hymnis quibus hic Peristephanon liber constat, tribus vel quatuor demptis, cæteri omnes martyris patriam disertis verbis prodant, imo et prædicent*. In hoc primo hymno vidimus neque Calagurrim, quæ a Teolio patria SS. horum martyrum creditur, esse proditam aut prædicatam tanquam patriam, neque Legionem, quæ verius fuit eorundem patria. Sermo autem est de Calagurri Vasconum, quæ nunc Calahorra dicitur, non de alia veteri Calagurri prope Oscam, ubi nunc est Loharre. Olim plerique Calagurrim, quæ nunc existit, et vocatur Calahorra, putabant a Romanis dictam fuisse *Fibulariam* sive *Fibularensis*; aliam Calagurrim prope Oscam *Nassicam*. Cl. Riscus, tom. XXXIII Hisp. sacr., tract. 69, cap. 3, erudite opinionem Marcæ, Cellarii, et Wesselingii confirmat, quod Calagurris Vasconum sit ipsa *Julia Nassica*, cujus plures antiquos nummos profert Florezius in opere de Nummis ant. Hisp.; altera vero Calagurris Oscæ vicina fuit *Fibularia*: quæ sententia satis est probabilis, ut ad hymn. 4, vers. 13, comprobabo. Bartholomæus Leonardus de Argensola, in epistola ad Joannem Marianam, quam laudavi cap. 2 Prolegom., dubitat etiam an Calagurri, an Tudelæ, an in oppido Tauste, aut in alio Cæsaraugustæ viciniori, SS. martyres martyrium subierint. Verum hæc dubitatio satis refellitur antiqua et constanti traditione, ac certissimis monumentis, quæ Prudentium de Calagurri esse intelligendum omnino confirmant. Quod autem opponit, Calagurrim fuisse coloniam nobilissimam, et oppidum inferius esse urbe aut civitate, neque apposite de Calagurri dici posse, id plane falsum esse demonstrabo ad vers. 533 hymni S. Vincentii, *Coire toto ex oppido*. Obiter notabo ejusdem Bartholomæi alium errorem esse, quod Aldus Romæ Prudentii opera ediderit.

Vers. 4. Titulum excripsi ex Vat. B, ubi ponitur hic hymnus post hymnum S. Vincentii, ut etiam in codice Marietti. In Vat. A, *Passio beatissimi Laurentii*, et ponitur post hymnum S. Agnetis, quod notandum est, ne quis firmum argumentum ex ordine hymnorum confici putet ad S. Laurentium Hispanis asserendam, et vindicandum. Variant enim codices in hoc ordine statuendo, neque facile demonstrari potest ordo a Prudentio observatus. Alex., Thuan., *Incipit passio Laurentii beatissimi martyris*. Ald., Put., Ox., *Hymnus in honorem passionis Laurentii beatissimi martyris*. Janus Parrhasius, *Passio beatissimi martyris Laurentii*. Hac editione Parrhasii mihi antea ignota, neque ab aliis indicata, nunc uti incipiam. Libellus est in-8, ita inscriptus: *Sedulii carmen paschale. Aurelii Prudentii poemata*. Absoluto carmine paschali Sedulii, ponitur elogium Prudentii a Gennadio conscriptum, quod falso S. Hieronymo ascribitur: *Divus Hieronymus de viris illustribus*: ubi hæc peculiaris lectio animadvertenda est, *agnoscitur palatinus simul fuisse pro miles fuisse*. Post elogium, *Aurelii Prudentii Clementis Christiani poetæ περὶ στεφάνων*, id est, *de coronis liber*. Solum autem hoc libello conti-

889 Jam Roma Christo dedita,
Laurentio victrix duce

890 Ritum triumphas barbarum.

5 Reges superbos viceras,
Populosque frenis presseras :
Nunc monstruosis idolis
Imponis imperii jugum.

Hæc sola deerat gloria
10 Urbis togatæ insignibus,
Feritate capta gentium,
Domaret ut spurcum Jovem.

A Non turbulentis viribus,
Cossi, Camilli, aut Cæsaris :

15 Sed martyrīs Laurentii
Non incruento prælio.

Armata pugnavit fides.

891 Proprii cruoris prodiga :

Nam morte mortem diruit,

20 Ac semet impendit sibi.

Fore hoc sacerdos dixerat

Jam Xystus affixus cruci,

GLOSSÆ VETERES.

2. Roma, tu. — Dedita, tradita, I.

4. Triumphas, vincis. — Barbarum, gentilem, I.

6. Frenis, legibus, I.

7. Monstruosis, terribilibus, I.

10. Togatæ, nobili, pacificatæ. — Insignibus, ornamentis, eum absolutum est; cum adjectivum, gloriosis, I.

14. Cossi, Camilli, duorum ducum. Cossus Afrorum lingua rugosus, Camillus ingenuus. Cossi ducis, Camilli consulis, I.

18. Prodiga, perditrix; prodigus, qui porro adiens,

id est, porro distribuens, I.

21. Fore, futurum esse, I.

22. Cruci, Gesta non habent, Xyxtum crucifixum, sed gladio jugulatum: quia crucem suam bajulat, quisquis pro Christo animam ponit, quamlibet Xyxti passionem vocamus crucifixionem. In hoc sensu potes accipi, quod hic dicitur: Jam Xyxtus affixus cruci: item crucis sub ipso stipite, id est, imminentis passionis agone, Prag.

COMMENTARIUS.

nentur hymni S. Romani, SS. Petri et Pauli, S. Laurentii, S. Hippolyti, S. Cassiani, S. Agnetis, SS. octodecim martyrum Cæsaraugustanorum, SS. Fructuosi et sociorum, et ex libro Cathemerinon *Hymnus divi Prudentii sumpto cibo*, sic enim inscribitur, et *Hymnus divi Prudentii post jejunium*. Post hymnos exstat epistola Jani Parrhasii ad Franciscum Medullam Atellanum, Mediolanensem Vicarium: in qua Sedulium et Prudentium multis in locis illustrat, et exponit, et nonnullas emendationes adjicit. In fine: *Impressum Mediolani, sumptibus Jani, et Catelliani Cottæ, dexteritate Guillelmorum le Signerre fratrum*. Annus editionis colligitur ex privilegio Ludovici Francorum regis, ac Mediolani ducis die 1 Julii 1501, ex quo constat, *Sedulium atque Prudentium præstantissimos religionis nostræ poetas suis impensis (Jani) et industria nuper in lucem datos*, ubi etiam Janus dicitur *de vero Dei cultu benemeritus*. Hanc editionem ignorasse videtur Argelatus, qui in bibliotheca Mediolanensi editiones ante annum 1501 factas aggressus recensere, alias antiquas anni incerti, et editionem Claudiani anno 1501, opera Parrhasii procuratam, commemoravit, hanc Sedulii et Prudentii penitus omisit. Cum rarissima hac editione, casu inventa, uti jam cœpisssem, humanissimis litteris cl. Jacobi Morelli, custodis selectissimæ bibliothecæ S. Marci Venetiis, ad me datis accepi, eandem editionem nuper bibliothecam S. Marci acquisivisse. Parrhasius codicem veterem videtur nactus, quo Sedulii carmen, et pauci hi hymni Prudentii tantum continebantur: in quo tamen sunt non paucae discrepantes lectiones minime pœnitendæ, et fama ipsa celeberrimi editoris magnopere commendandæ, quas accurate tanquam ex vet. cod. describam. Unum e præclaris Blanchini argumentis pro Romano natali S. Laurentii est, quod Roma a Prudentio versu primo vocatur *sanorum parens*. Vim conclusionis ipse viderit. Nisi codicem illum suum vetustum Sacramentarii in tabulario Capituli Veronensis invenisset, ubi hæc nova opinio tot sæculis quot ipse malit, conspulta jacuerat, opinor, etiam isthæc arguendi ratio periisset. Certe Rupertus Tuitiensis non tam fuit acutus, qui lib. vi de Oper. Spiritus S., cap. 18, initium hujus hymni excrripsit, et id collegit quod mox proferam. In Breviario Moz. festum S. Laurentii celebratur paucis strophis ex hoc hymno desumptis, quod propterea minus frequenter laudabimus.

2. Aldus contra metrum, *Christo dicata*.

4. Ald., Put., Ambr., Heinsius, Vat. A, Gis.,

Bong., Fabr., triumphas. Vatt. B, P, Q, Urb., Alex., Mar., Weitz. et alii, triumphans. Rupertus legit *Ritus triumphas barbaros*.

6. Ald. et Rupertus mendose, *populos frenis*.

9. Weitz. cum Hailsbr., *derat*. Alex. *aberat*; ad oram, *deerat*.

10. Virgilius *gentem togatam dixerat*.

12. Infra vers. 248, *spurca stupra*.

13. Vat. A dividit et scribit *turbo lentis*. Weitz. cum Hailsbr., Widm., Vat. B, Mar. edidit *turbo lentis*.

14. De his ducibus ejusque victoriis passim historici Romani. In codice Marietti supra caractere minuto additur diversa scriptura, sed inepta *Classica millia ut Cæsaris*. Merenda, § 3 de Damasi Operib., evidenter hinc colligi ait Laurentium non minus Romæ natum quam Cossus, Camillum et Cæsarem. Contra Rupertus Tuitiensis loc. cit. cum hos ipsos versus retulisset, *Et quidem (ait) hoc de omnibus dici potuisset sanctæ Romanæ Ecclesiæ martyribus, quia ducibus illis ritus Roma triumphavit barbaros, sed hic triumphus illius dux præcipuus est, quippe cujus mors insolita, sive inusitata, quasi totius belli tuba maxima universo mundo audita est, et jugiter personat*. Error vero metri est apud Rupertum Camilli, atque Cæsaris.

16. Gifanius in vet. lib. invenit *incruente*, quasi Prudentius dixerit *incruens*, ut *opulens, suaviloquens*. Vide indicem Lucretii verbo *suaviloquens*. Facile ex *incruento*, quod alii omnes habent, exscriptor aliquis errans posuerit *incruente*: quanquam in Alex. etiam est *incruente*.

17. Ald., Brev. Moz., *pugnabat fides*.

18. Egm., Hailsbr. male, *cruoris prodita*. Horatius lib. i. ode 12, *Animæque magnæ Prodigium Paulum*.

21. Fabr., Bong., Hailsbr. supra, Gis. *fore hæc*, Alii, *fore hoc*.

22. Alii scribunt *Xistus*, alii *Xystus*, alii *Sixtus*. Nebrissa scribendum ait *Xistus*, non, ut vulgus scribit litteris inversis, *Sixtus*. Fortasse alii homines *Sixti*, alii *Xysti* dicebantur, aut idem nomen utroque modo efferebatur. *Xystus* Græce est porticus, in qua athletæ per hiemem exercebantur. Sichardus aliique putarunt hunc Xystum esse Xystum primum, qui Alexandro successit tempore Adriani Cæsaris anno 116. Verum Xystus de quo in hoc hymno agitur est Xystus secundus, qui post Stephanum I pontificatum tenuit anno 257 sub Valeriano imperatore. Plerique affirmant Xystum capite truncatum fuisse.

	Laurentium flentem videns Crucis sub ipso stipite.	A	Digne relexens concinam? Ille primus e septemviris, Qui stant ad aram proximi, Levita sublimis gradu, Et cæteris præstantior, Caustris sacrorum præerat, 892 Cœlestis arcanum domus Fidis gubernans clavibus, Votasque dispensans opes. 43 Versat famem pecuniæ Præfectus Urbi regiæ, Minister insani ducis, Exactor auri, et sanguinis.
25	Desistè discessu meo 892 Fletum dolenter fundere : Præcedo, frater, tu quoque Post hoc sequeris triduum.	40	
50	Extrema vox episcopi Prænantia gloriæ Nihil sefellit : nam dies Prædicta palmam præstitit.	43	
55	Qua voce, quantis laudibus Celebrabo mortis ordinem ? Quo passionem carmine		

GLOSSÆ VETERES.

52. Palmam, coronam, l.
39. Levita, levita interpretatur assumptus, sicut diaconus minister. — Gradu, in ministerio, l.
40. Præstantior, nobilior, sublimior, quia præstat, l.
44. Votasque, oblatas, Mar. Devotas, votivas, obla-

- B las. l.
45. Versat, cogitabat. — Famem, cupiditatem, desiderium, l.
48. Exactor, quæstor, l.

COMMENTARIUS.

Cyprianus epist. 82, al. 80, in cœmeterio animadversum ait, non vero gladio animadversum, ut multi jactant : quinquam gladii mentio in martyrologiis fit, ubi mors S. Xysti annuntiat. Pamelius in notis ad Cyprian. Prudentii hunc locum exponit de cruce in genere pro quovis cruciati, aut cujuslibet generis supplicio, et ita quidem explicat glossa Pragensis. Mariettus hanc ipsam interpretationem corroborat, quia Prudentius in hymno S. Vincentii vocat Vincentium collegam propriæ crucis Christi, cum non constet Vincentium non fuisse cruci affixum. Favet etiam versus 254 in eodem hymno Vincentii, *Crucis peritus artifex*. Gallonius, de Cruciat. SS. martyr. pag. 65 et 66 probat equuleum et alia torquendi instrumenta crucis olim fuisse appellata. Cæterum, etsi interpretes communi consensu tradant solum Prudentium narrasse Xystum fuisse crucifixum, tamen in Hymnario Ven. Thomasi exstat hymnus in honorem S. Laurentii sine auctoris nomine ubi hæc lego : *Pontifex Xystus monuit ministrum Fixus in ligno crucis, Esequeris Me cito*. Exstat in eodem Hymnario alius hymnus in honorem S. Laurentii sub S. Ambrosii nomine, et alius ex hoc Prudentii hymno confectus. Bollandiani non audent temeritatis notam ei inuere, qui verbum Cypriani *animadversum* cum Prudentio determinet ad mortem crucis.

25. Recte notavit Barthius lib. VI Advers., cap. 11, *discessum* et *discedere* a veteribus Christianis pro morte et mori usurpari, ex Prudentio et Cassiano. In editione Weitzii ad hunc versum nota hæc Nebrissæ apponitur *discessu meo, quo a te divellor per mortem. Qua voce poeta dicit se imperam a l describendam tam grandem materiam. Quid hæc sibi vult?* Disjunge hæc verba, et ad vers. 33 differ notam, qua voce, *Poeta dicit*, etc. Ita enim in editione Hispana hæc notæ disjunguntur.

26. Weitzius, *fletus*; alii, *fl. tum*.

50. Hymn. ven. Thom., *pronuntiatrix*.

32. Vat. A perperam, *prædictam*. Thom. *palam*, repugnante metro. Put., Noms., *prætulit*, hoc est præ se tulit, ut Heinsius explicat.

54. Parrhasius, *celebrabo*, nescio an consulto, nihil enim in hoc versu correxit, ut fecit in aliis. Metri lex *celebrabo* admittit.

57. Parrhasius scribit bene *septemviris*. Sozomenus lib. VII, cap. 19 : *Apud Romanos diaconi non plures sunt hactenus quam septem instar eorum qui ab apostolis primum ordinati sunt. Apud alios vero haudquam definitus est diaconorum numerus. Adhuc in Ecclesia Romana idem numerus constat in septem*

diaconis cardinalibus. Officia primi diaconi sive archidiaconi egregie a Prudentio describuntur. Alii edunt *septem viris*.

39. Ald. distinguit *Levita-sublimis gradu Et cæteris præstantior*. Dicitur *sublimis gradu*, quia primus erat et cæteris præstantior, et fortasse, dum diaconi ad aram proximi astabant, primus diaconus sublimiori gradu eminebat. Isidorus lib. II de Eccles. Offic., cap. 8 : *Ex hinc jam decreverunt apostoli, vel successores apostolorum per omnes Ecclesias septem diaconos, qui sublimiori gradu cæteris proximi circa aram Christi, quasi cotumæ altaris assisterent*.

41. Thesaurum ecclesie, ubi sacra suppellex asservabatur, præerat primus diaconus. In S. Laurentio id agnoscunt Ambrosius, Augustinus, Maximus, Leo, Petrus Chrysologus. De diaconorum cardinalium origine vide Panvinium in libro, qui est de Septem Urbis ecclesiis, cap. 5.

44. Chamillardus ait id esse ex sententia eorum dictam qui affirmant veteres Christianos etiam conjugatos paupertatem vovisse. Opes de quibus Prudentius crant certe oblate a Christianis. Verum etiamsi credamus, per votum paupertatis fuisse oblatas, nondum consequitur, omnes Christianos etiam conjugatos vovisse paupertatem.

45. *Fames pecuniæ*, ut apud Virgilium *Auri sacra fames*, et mox *Aurum, quod ardentius sitis*.

46. Ald., Weitz., Heinsiani minus antiqui, Vat. P, Q, Urb. et alii, *Urbis*. Duo vetustiores Heinsiani, Alex., Gis., Farr., Parrh. et alii *Urbi*. De præfectis Urbis videri possunt Contelorius et Corsinius. Anno 258, quo B. Laurentius martyrii palmam adeptus est, præfectus Urbis dicitur fuisse Cornelius Secularis sub Valeriano imperatore. Error Chronici Eusebiani, quo asseritur Laurentium sub Decio imperatore passum multos decepit. Simulcum præfecto Urbis imperatorem martyrio presentem adfuisse, sine idoneis testibus Ignatius Comus affirmavit.

48. Aldus ediderat *Exactor hauriet sanguinis*, in emendatis correxit *Exactor auri, et sanguinis*. Nebrissensis correctionem non vidit, et censuit legendum *Exactor hausti sanguinis*. Neque Giselinus ad Aldi correctionem advertisse videtur, nam ex mss. emendatam locum exhibet. Parrhasius quoque jam ediderat *auri, et sanguinis*. In nonnullis vet. edd. legitur *Exactor haurit sanguinis*. Hoc minus eisdem verbis expressum *exactor auri* reperitur in antiquis inscriptionibus, ut apud Martorium class. 9, pag. 4029, num. 8 : *Exactor auri et argenti trium provinciarum* Unde apparet acumen Prudentii *Exactor auri,*

Quia vi latentes eruat
 50 Nummos, operta existimans
894 Talenta sub sacrariis,
 Cumulosque congestos tegi.
 Laurentium sisti jubet:
 Exquirat arcam ditibus
 55 Massis refertam, et fulgidæ
 Montes monetæ conditos.
 Soletis, inquit, conqueri,
 Sævire nos justo amplius,
 Cum Christiana corpora
 60 Plusquam cruenta scindimus.

A Abest atrocioribus
 Censura fervens motibus:
 Blande, et quiete efflagito,
 Quod sponte obire debeas.
 65 Hunc esse vestris orgiis
 Moremque, et artem proditum est:
895 Hanc disciplinam fœderis,
 Libent ut auro antistites.
 Argenteis scyphis ferunt
 70 Fumare sacrum sanguinem,
 Auroque nocturnis sacris
896 Astore fixos cereos.

GLOSSÆ VETERES.

50. Nummos, a Numa Cæsare (Lege rege), I.
 54. Arcam, ab arcendo visum. — Ditibus, aureis, I.
 55. Refertam, plenam, I.
 56. Monetæ, moneta dicitur, eo quod monet mentem
 inscriptione nominis regis ne paracaraximi, id est falsi
 nummi fiant. — Conditos, absconditos, I.
 57. Conqueri, causari, deplorare, I.
 61. Abest, absit, I.
 65. Orgiis, officiis, orgia ministeria; ministeriis; vel

B sacrificiis, I. Orgia dicebantur sacrificia Baccho dicata:
 translato itaque nomine a sacrificiis ad sacrificia deri-
 det impius iudex Christi mysteria, in quibus vinum of-
 ferri prodiderat jam fama, Prag.
 66. Proditum est, dictum est, I.
 68. Libent, sacrificent, I.
 69. Scyphis, vasculis. — Ferunt, dicunt homines, I.
 71. Sacris, officiis, I.

COMMENTARIUS.

et sanguinis. In museo Pio-Clementino inscriptionem
 his verbis conceptam, *Exactor auri*, in quadam basi
 memini me olim legere.

50. Etymologia nummi vel, ut alii malunt scribere,
 numi, a Numa, quæ a glossa asseritur, ridicula qui-
 dem videtur, sed auctorem habet Suetonium; quod
 tamen ineptum videtur Scaligero in Conject., et Bec-
 mano de Orig. ling. Lat., qui Græcam originem repe-
 tunt a νόμος, a quo est nomisma, de quo paulo post.
 Alii cum Varrone vocem Siculam affirmant esse.

55. Sisti proprie de reo, qui ad tribunal iudicis
 trahitur, quod notavit Peveratus ex Actis martyrum,
 Apuleio, et veteris inscriptionis versiculō. SISTI . QVAE
 CVACTOS . IVBET . AD . VADIMONIA . MORTI.

56. Nebrissa montes monetæ Hispanice explicuit
 montones. Respicit fortasse Prudentius ad prover-
 bium aureos montes polliceri.

60. Weitz. cum solo Hailsbr., scindimus. Retine
 scindimus.

63. Rat., Vat. B, afflagito.

64. Ald., quos; Egm., quo. Verum est quod. In
 Vat. A abest obire. Vat. B, Prag., adire; Mar., obire,
 ad oram obedire, vel adire; sed obedire non congruit
 metro.

65. Orgia, peculiari significatione ea sacra sunt in
 quibus mysteria et sacramenta peragebantur: et hac
 de causa nocturna Christianorum sacra orgiis com-
 parantur ab ethnicis, qui sæpius suis in orgiis ad ne-
 fanda facinora initiabantur. Si de vino, quod in Chri-
 sti sanguinem convertitur, ethnicis aliquid suboluerat,
 hac ratione nocturna Christianorum sacra orgia for-
 tasse appe labant, tanquam sacra Bacchi seu Liberii.
 Cum autem orgia simpliciter accipiantur pro quibus-
 vis cæremoniis, ut auctor est Servius ad IV Æneid.,
 etiam hoc sensu orgia hic locum habent. Etymologia
 ab aliis dicitur από τῆς ὀργῆς, id est furore vel ira,
 ab aliis από τῶν ὄρων, id est montibus, quod in mon-
 tibus fierent. Virgilius lib. IV, vers. 392: *Ubi audito
 stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat
 clamore Cithæron*. Ab aliis από τῶν ὀργᾶδων, scilicet a
 locis deo alicui consecratis.

67. Rat., *Hanc esse disciplinam fœderis*: sed esse ex
 glossa aliqua contra metrum immisum est.

68. In Mar. codice abest ut, recte additum supra.
 Calices aliquando ligneos, vitreos, marmoreos, cor-
 neos fuisse in nonnullis ecclesiis, vel ob penuriam ear-
 rum, vel ob incrimiam ministrorum, vel quod genti-
 lium cupiditatem et avaritiam vellent Christiani et-

fugere, satis certum videtur. Fuisse autem plerum-
 que ejusmodi vasa sacra aurea et argentea non ob-
 scure ex hoc loco colligitur; quod confirmat S. Am-
 brosius, lib. II de Officiis, cap. 28: *Nunquid dictum
 est S. Laurentio: Non debuisti erogare thesauros Ec-
 clesie; vasa sacramentorum vendere?... In his tribus
 generibus vasa ecclesie etiam initiata confringere, con-
 flare, vendere licet*. Tempore S. Augustini qualis esset
 hac de re fidelium persuasio, luculenter comprobatur
 paucis ejus verbis, in alium usum prolatis, epist. 23:
*Si calicem aureum invenisses in terra, donares illum
 ecclesie Dei*. Confer prolegom. cap. 15.

69. Weitz. scribit scyphis cum Hailsbronnensi. In
 Widm. est scyphis.

70. Vat. A, libare sacrum. Alludit præfectus ad
 fabulam de qua Minucius in Octavio: *Jam de initian-
 dis tirunculis fabula tam detestanda quam nota est. In-
 fans farre contactus, ut decipiat incautos, apponitur ei
 qui sacris imbuatur. Is infans a tirunculo sarris super-
 ficie, quasi ad innocuos ictus provocato, cæcis, occul-
 tisque vulneribus occiditur: hujus prohi nefas, sitienter
 sanguinem lambunt, hujus certatim membra disperunt,
 hac fœderantur hostia, hac conscientia sceleris ad si-
 lentium mutuum pignerantur*. Huic calumnie Simon
 Magus, Menander, Carpocrates, Nicolaitæ et Gnostici
 occasionem præbuisse dicuntur, quod similia flagi-
 tiosa facta in suis sacris perpetrarent. Heraldus in
 notis ad Minucium ait calumniam istam omnibus
 Christianorum apologiis confutatam, neque inven-
 tum esse aliquem, qui ejus immanitatis sectam ullam
 hæreticorum vel levissima suspicione aspererit,
 adeoque existimat quæ de Gnosticis et Quintilianis
 Epiphanius, et nonnulli alii postea tradiderunt, ea
 omnia falsa esse et conficta. Confer etiam Elmen-
 horstium in notis ad eundem Minucium. Gis. ait,
 ethnicos nonnullos teste August. Cereris et Bacchi
 adorationes Christianis malitiose impegisse. Fortasse
 hoc intelligit præfectus fumare sacrum sanguinem,
 scilicet vinum conversum in sanguinem. In Giselino-
 teste August. explicandum est teste Augustino. Cha-
 millardus teste Augusto scrip-it.

71. Cum tyranni in Christianos sævirent, non alio
 tempore hi poterant convenire ad sacra celebranda,
 nisi nocte. Tertullianus lib. de Fuga, cap. 14: *Sed
 quomodo colligemus, inquis, quomodo dominica solemnia
 celebrabimus?... Si colligere interdum non potes, habes
 noctem*.

72. De cereorum usu in ecclesia lege proleg. cap. 11.

Tum summa cura est fratribus,
 Ut sermo testatur loquax,
 75 Offerrē fundis venditis
 Sestertiorum millia.
 Addicta avorum prædia
 897 Fœdis sub auctionibus
 Successor exhæres gemit,
 80 Sanctis égens parentibus.
 Hæc occuluntur abditis
 Ecclesiarum in angulis,
 Et summa pietas creditur
 Nudare dulces liberos.
 85 Deprome thesauros, malis
 Suadendo quos præstigiis

A Exaggeratos obtines :
 Nigrante quos claudis specu.
 Hoc poscit usus publicus,
 90 Hoc fiscus, hoc ærarium,
 Ut dedita stipendiis
 Ducem juvet pecunia.
 Sic dogma vestrum est, audio.
 Suum quibusque reddito.
 95 En Cæsar agnoscit suum
 898 Nomisma nummis inditum.
 Quod Cæsaris scis, Cæsari
 Da : nempe justum postulo.
 Ni fallor, haud ullam tuus

GLOSSÆ VETERES.

73. Tum, *insuper*. — Fratibus, *vobis*, Iso.
 75. Fundis, *possessionibus, agris*, I.
 76. Sestertiorum, *talentorum* : *sestertium* quinque sextarii, *id est* duo scrupuli et semis, I. Sestertius, *ut quidam aiunt, quinque stateres valet, stater autem 2 didragmas, didragma autem 2 dragmas, una autem dragma 3 denarios facit*, Mar.
 77. Addicta, *assignata, id est ab avis addicta hæredibus, vel deputata, tradita*, Iso.
 78. Fœdis, *quibus vobis scæde augetis*. — Auctionibus, *venditionibus*, I.
 79. Exhæres, *carens hæreditate*, I.
 80. Sanctis, *ironice*, I.

B 81. Occuluntur, *absconduntur, occultantur*, I.
 86. Præstigiis, *maleficiis, doctrinis, præstringi dicuntur a præstringendo, eo quod præmoneant hominē, et constringant timere suis demonstratōnibus*, I.
 87. Exaggeratos, *accumulatos*, I.
 89. Poscit *indiget*, I.
 90. Fiscus, *succulus in quo publica pecunia portabatur*. — Ærarium, *gazophylacium*, I.
 91. Dedita, *tradita*. — Stipendiis, *publicis*, I.
 94. Suum, *proprium*, I.
 96. Nomisma, *imaginē*, I.
 98. Nempe, *quippe*, I.

COMMENTARIUS.

73. Weitzius ineptissime edidit *Tum summa est cura fratribus*, cum notaverit in Bong. esse *Tum summa cura est fratribus*, quod et metrum poscit et alii habent. Nam Aldus etsi ediderit *Tum summa est cura*, id in emendatis correxit. Notandum olim passim omnes Christianos vocatos fuisse *fratres*, ut etiam esæcis Litteris constat. Hinc gentiles nostris illudebant. Minucius: *Ac se promiscue appellant fratres et sorores*. Animadvertendum sacra hæc nomina gentilibus fuisse antea lasciva et amatoria : hoc ergo per calumniam innuere volebant gentiles apud Minucium.

75. Ex prima Ecclesiæ disciplina Act. apost. xv, 54, 55 : *Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum*. Qui nostro ævo antiquæ Ecclesiæ paupertatem vulgo jactant, si ad hanc consuetudinem revocarentur, potius nostros anores laudarent, quibus ecclesiasticis ministris non tam nova dona offeruntur, quam vetera auferuntur.

76. Sestertius appellatus fuit quasi semistertius, quia valebat asses tres dempto semisse. Sestertium neutro genere valebat mille sestertios. In veteribus libris pro *sestertius* scribitur *HS.*, vel *IIS.*, quia duæ lineolæ asses binos notant, S. vero semissem. Vossius in Etymologico ait sestertium genere virili esse nummum argenteum quatuor assium, sive quartam partem denarii, qui sexdecim valebat assibus. Prudentius speciem pro genere ponit.

77. Rat. male a prima manu, *addita* pro *addicta*. Pro *vendita* apud jurisconsultos *addicta* usurpatur : exstatque titulus in D. de in diem Additione, ubi Paulus: *In diem addictio ita fit : Ille fundus centum esto tibi emptus, nisi si quis intra calendas Januarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res a domino abeat*. Weitzius ex Rudolpho Forner. lib. v Rer. quotid., cap. 25, observat juris auctores non facile permittendum credidisse, ut quis majorum prædiis, laribus, sepulcris carere cogere. *Inde prædia paterna, vel avita abalienare minus honestum, contraque distracta recuperare laudabile semper habitum est*. Id tamen ita est accipiendum, ut honesta præsertim religionis causa interveniente laudabile sit abalienare,

quod nulla lege debet retineri, aut ad posteros transmitti. Calumnia vero est, quod parentes Christiani liberos exhæredare consueverint, ut objicit præfectus.

78. In glossa non satis liquet an *quibus*, an aliud legi debeat.

80. Vat. A, Prag., *salvè* : lege *sanctis*. Ironice loquitur præfectus, et ut vocabulum Christianorum ipsis exprobraret : nam *sancti* hi dicebantur, ut liquet in epistolis S. Pauli : *Dilectis Dei, vocatis sanctis*.

86. Scribunt *præstringis* Weitzius, Wilh., Parrhasius, Put., et nonnulli alii. Vide Comment. ad vers. 140 hymn. 4 Cath. In *præstringere* est etiam quædam scribendi varietas : nam aliqui malunt *exarare præstringere*.

87. Vat. A, *exaggerandos*, minus bene.

90. Nebrissa recte ita distinguit, ut fiscus sit principis ærarium reipublicæ.

91. Heinsius cum Put., *ut didita*, quomodo Cauchium restituisse innuebat Torrentius. Schedæ Cauchii et Parrhasius, *debita*. Alii, *dedita*. Vat. Q. mendose, *suspendiis* pro *stipendiis*.

94. Hailsbr. supra, *reddite*.

96. Ald. Weitz., alique eod. et mss. constanter *nomisma*, nisi quod in Alex. scribitur *numisma*, in editione Parrhasii *nummismata*, in Vat. Q videtur esse *nommismata*, in nonnullis Vulg. *nummismata*. Heinsius ait non esse audiendum Wowerum, qui ad Minucium castigabat *Ænigma nummis inditum*, etsi consentientem habuerit Joannem Gerardum Vossium. Wowerus quidem dicit fortasse rectius esse *ænigma*. Sed (adit) *νόμισμα* et *χάραγμα* et nummum notat. De *nomismate* vide supra comment. ad vers. 50, et Glossarium Ducangii.

97. Matth. xii, 19, et seqq. : *Ostendite mihi nummismata census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus : Cujus est imago hæc et superscriptio ? Dicunt ei : Cæsaris. Tunc ait illis : Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo*.

98. Parrhas., *Da. Nempe justum postulo*?

99. Hailsbr., *aut*, ex quorundam veterum scribendi ratione, pro *haud* vel *haut*, ut scribit Weitz. Ruinarivius edidit *aut*.

100 Signat Deus pecuniam.
Nec cum veniret, aureos
Secum Philippos detulit :
Præcepta sed verbis dedit,
Inanis a marsupio.

105 Implete dictorum fidem.
Quam vos per orbem venditis :
899 Nummos libenter reddite :
Estote verbis divi es.
Nil asperum Laurentius

110 Refert ad ista, aut turbidum.
Sed ut paratus obsequi,
Obtemperanter annuit.
Est dives, inquit, non nego

A Habetque nostra ecclesia
115 Opumque et auri plurimum,
Nec quisquam in orbe est ditior.

Is ipse tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Augustus, arcem possidens,

120 900 Cui nummus omnis scribitur.

Sed nec recuso prodere
Locupletis arcem Numinis :
Vulgabo cuncta, et proferam
Pretiosa quæ Christus tenet.

125 Unum sed orans flagito,
Induciarum paululum,

GLOSSÆ VETERES.

100. Signat, vindicat, curat, I. — Nomen illius non scribitur in nummis. Vat. A.

101. Aureos, Mancusa, Philippii Mancosi; sed hic Philippos metri causa. Mancusa Philippii est civitas de qua in Evangelio: Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi, I. — Philippeos, id est, Bizan' eos, vel Mancosos, alio modo Mancosnes, vel denarios aureos. Vat. A.

106. Venditis, spargitis, I.

110. Refert ad ista, respondet, I.

112. Annuit, consentit, I.

117. Tantum, tam multum, I.

118. Ænigmatum, figuras, denariorum. Ænigma obscura parabola; inde ænigma dicitur nummorum; nam metallis insensat s, obscuris, nomen regis capitur et imponitur, I. — Denariorum. Mar.

119. Augustus, Octavianus, I.

122. Locupletis, divitis, locuples talentis. — Arcem Nummis thesaurum Dei, I. — Numinis, id est D. i. Vat. A.

COMMENTARIUS.

100. Tertullianus cap. 10 Apolog., Ab ipso Saturno primum tabulæ, et imagine signatus nummus. Minucius Jano attribuit, quod Italos docuerit nummos signare. Id Lampridius in Alexandro Severo dixit nummos figurare. Ducangius alique putant Justinianum anno 685 circiter Christi signo nummos primum figurasse. Ii quidem Prudentii versus probare possunt tempore S. Laurentii non fuisse nummos Christi imagine aut nomine signatos; non autem recte allegantur ad probandum id ætate Prudentii non accidisse. Nam Prudentius ex persona præfecti accommodate ad hujus tempora loquitur.

102. Egria, Hailsbronnens., Vat. P. male, Philippus. Vat. A, Urb., Philippeos, Alex. Philippos; lege Philippos a Philippo rege ita dictos. Horatius regale numisma Philippos. Glossæ exponunt Bizanteos, seu Mancosos. Glossæ de Mancosa civitate Philippi aut corrupta est, aut inepta, aut utrumque.

104. Parrhasius scribit marsyppio.

106. Ald., Vat. A a prima manu, Oxon., Gis. in textu, Vat. Q, Urb., quæ vos, scilicet dicta: plerique quam, nempe fidem. Put., qua; etiam Alex., qua; sed supra, quæ cum Vat. P et aliis.

113. Gis. ad marg., Prædices, inquit.

115. Gis. ad oram, opesque et auri.

116. Ald., Mar. a prima manu, Bong., omittunt est post orbe.

118. Nebrissa legendum ait emblematum, et intelligit vasa emblematis insignita. Revera ita legit Parrhasius, et Weitzius testatur quædam exemplaria habere emblematum. Vera tamen est lectio ænigmatum. Giselinus ex Huberto Goltzio observavit aversas numismatum epigraphas; quæ summorum virorum officia et munera, sæpe etiam propria symbola certis signis ostendebant, vulgo, exteris posterisque vera ænigmata fuisse. Argumento sunt in eum usum scripta a Joanne Pierio hieroglyphica. In glossariis Latino-Barbaris ænigma moneta dicitur. Gothofredus, lib. ix cod. Theod., tit. 22, lege 1, opinatur Prudentium ænigmata vocare numismata Cæsarum effigie cusa, et in veteri glossario ænigma monetam exponi confirmat. Addit Arabes numismata Christianorum quæ caput humanum præferunt, vocare methalia, quod verbum proprie significat εἰκόνας. Hinc Hispani et Itali vocant medallas et m. daglie, vel potius a metallo.

119. I. o. ridicule Augustum exponit Octavianum Omnes imperat res Augusti appellabantur. Suspiciamus legendum Augustus, arcem possidens, Cui nummus omnis scribitur. Neque refert quod paulo post occurrit Locupletis arcem Numinis, nam Prudentius sæpe idem verbum in brevi orationis periodo repetit, et hoc loco concinnum est comparare locupletis Numinis arcem arcem, cui nummus omnis scribitur, sive in qua nummi undique congeruntur. Veteres arcem fisci, publicam, vel populi pro ærario interdum usurparunt, ut ex inscriptionibus veteribus patet. Erant etiam arcæ pontificum, collegiorum, privatorum: unde arcarii dicti qui eas administrabant. Erant præterea arcæ vinaria, olearia, frumentaria, quæstoria, de quibus vide Gothofredum lib. xii cod. Theod., tit. 6; lege 14, et Salmasium not. in Ætium Lampridium; et de arcis ecclesiarum Ducangium. Si legatur arcem, simpliciter arx ponitur pro imperio, ut notavit Barthius lib. v Adv., cap. 12, ex glossa veteri in codice præco ad vers. Prudentii in Psychomachia, Et Christum gaudere suis victoribus arcem.

120. Nebrissa et alii interpretantur imaginem Augusti in omni nummo scribi. Sic Juvenalis dixit sat. 6, vers. 204: Scripto radiat Germanicus auro. Potest etiam intelligi cui Augusto, sive arci, aut arcæ nummus omnis scribitur, sive penditur. Scribere nummos alicui dicitur, qui pro iis in certam diem solvendis creditori cavet chirographo. Vide Plautum Asin. 2, 4, 34, et Horatium ii, sat. 5, vers. 69.

122. Vat. B, Prag., Mar. a prima manu, minis, male, pro numinis. Tertullianus et Augustinus vocant etiam arcem, Paulinus mensam, Cyprianus corbonam, alii gazophylacium, secretarium, sacrarium, ubi scilicet opes ecclesiæ servabantur. Prudentius ante vers. 42, colest s arcem domus. Vide Roswey-dum ad Paulini epist. 34, et Binghamum tom. I. pag. 333, lib. ii, cap. 21, ubi probat archidiaconum vocari arcæ custodem. Paulinus Petricordius, lib. iv de Vita S. Martini, Protinus astanti diacono, quem more priorum Antistes sanctæ custodem legerat arcæ.

123. Prag. scribit vulgabo.

124. Ald., quæ Christi, minus bene.

125. Nebrissa recte notat vocem induciarum: quia scilicet Laurentius post triduum bellum cum præfecto gesturus erat.

Quo fungar efficacius
 Promissionis munere.
 Dum tota digestim mihi
 150 Christi supellex scribitur :
 Nam calculanda primitus,
 901 Tum subnotanda est summula.
 Lætus tumescit gaudio
 Præfectus, ac spe devorat
 155 Aurum, velut jam conditum
 Domi maneret, gestiens.
 Pepigere tempus tridui :
 Laudatus inde absolvitur
 Laurentius, sponsor sui,
 140 Et sponsor ingentis lucri.
 Tribus per Urbem cursitat
 Diebus : infirma agmina,
 Omnesque qui poscunt stipem,
 Cogens in unum et congregans.

A 145 Illic utrisque obtutibus
 Orbes cavatos præferens
 Baculo regebat prævio
 Errore nutantem gradum.
 Et claudus infracto genu,
 150 902 Vel crure trunco semipes,
 Breviorve planta ex altera,
 Grossum trahebat imparem
 Est ulcerosis artubus
 Qui tabe corrupta fluat ;
 155 Est cujus arens dextera
 Nervos in ulnam contrahat.
 Tales plateis omnibus
 Exquirat, assuetos ali
 Ecclesie matris penu,
 B 160 Quos ipse promus noverat.
 Recenset exin singulos,
 903 Scribens viriim nomina,

GLOSSÆ VETERES.

127. Fungar, utar. — Efficacius, operosius, melius, perfectius, I.
 128. Munere, officio, I.
 129. Digestim, ordinatim, ordinabiliter, rationabiliter, I.
 130. Supellex, substantia, thesaurus, I.
 131. Calculanda, numeranda, ordinanda, I.
 132. Summula, numerus. Stipendium dicitur summula a sumendo, I.
 136. Gestiens, gaudens, exultans, Iso.
 139. Sponsor, promissor, I.
 145. Stipem, eleemosynam, I.
 144. Cogens, colligens, I.

145. Illic, scilicet fuit. — Obtutibus, visibus, I.
 146. Orbis, orbis dicunt vestigia aratri, sed non hic, nam scilicet sunt cavati oculi, I.
 149. Infracto, valde fracto : genua habens, sed non utitur, I.
 150. Trunco, syncope, I.
 153. Est, scilicet illic, Iso.
 154. Tabe, a tabe, I-o.
 155. Arens, arida, Iso.
 159. Penu, arario, cellario, I.
 161. Exin, nos, deinde, unde, exinde, I.
 162. Viriim, singillatim, per singulos, ordinatim, singulariter, per singulos viros, I.

COMMENTARIUS.

150. In editione secunda Cellarii et in Parmensi C scribitur *supellex*, quod non patitur lex carminis.
 151. Parrhasius, *Nam calculandum primitus*. *Calculare* occurrit apud Sidonium et alios non veteres; *calculator* apud Martialem, Ulpium et vet. inscriptiones.
 152. Alii habent *tum*, alii *tunc*.
 154. Ald., Mar., Rat., Ambr., et alii antiquissimi Heinsiani, Parrhasius, Gis., *spe devorat*. Weitz. cum Pal. restituit *spe devorat*, ut legitur in Vatt. A, B, Alex., Rott., et conjectaverat Cauchius. Peveratus etiam legerat *spe devorat*, ac similem phrasim ex Cicerone pro Flacco allegaverat? *Amissum enim est præter spem, quod erat spe devoratum*. Veteres legebant et distinguebant *ac spem devorat, Aurum*, etc.
 156. Fortasse præ oculis habuit locum Ciceronis in Pisonem: *Nummus interea mihi, Caesar, neglectis scrupulis triumphalibus, domi manet, et manebit*.
 158. Rat., *Laudatur, inde absolvitur*.
 141. Hailsbr. inepte, *per orbem*.
 145. Nonnulli scribunt *omnisque*.
 144. Ald., Parrhasius, Gis. ad oram, Weitz. scripti Heinsiani et nostri, *Cogens in unum, et congregans*. Fabr., Gis. in contextu, *Cogens in unum congregat*.
 149. Parrhasius, *est claudus pro et*. Vat. B, *gradu*; supra, *genu*.
 150. Mar., *truncus semipes*, supra *trunco*. Rat., *truncus, semipes*.
 151. Tria claudorum genera de cribu, *fractio genu, trunco crure, breviorve planta altera*.
 156. Rott., *in unum contrahat*. Egm., *in ulnam contrahit*. Ulna est os brachii.
 158. Weitz. scribit *asuetos*, quia ita invenit in Widm. Sæpe dixi ineptissimum esse ex unius vel alterius codicis errore certam scribendi rationem sequi.
 159. Laudabilis olim hæc erat consuetudo, ut ec-

cliarum per u pauperes alerentur; quæ maxime viguit in Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum matre ac magistra; quamvis quævis Ecclesia mater eorum qui in ea educantur recte etiam dicatur. Ante fores ecclesie pauperes consistebant, ut eleemosynas acciperent. Vide vers. 178.
 160. Omnes vet. edd., etiam Parrhasius, ediderant *ipse primus*. Ille usius ex Pat. restituit *promus*, quod in Bohet. pervetusto confirmatum reperit. Teolius in uno Vat. invenit *promus*, qui fortasse est Alex., ubi id videtur esse pro div. lect. In Vat. P est *primos*. Recentiores omnes sine ulla dubitatione arripiunt *promus*. Et sane *promus* convenienter dicitur, quia præcessit *penu*, et diaconi arcæ ecclesie præerant, ut notat Heinsius. Addo ex S. Paulino epist. 12 ad Severum inscriptionem a dextra apsidis: *Hic locus est, veneranda penus, qua conditur, et qua Promitur alma sacri pompa ministerii*. Itaque primus diaconus, qui penam *fidis gubernabat clavibus*, ut ante dicebat Prudentius (nam celestis arcanum domus est hæc penus) non immerito *promus*, et *promus condus* vocabitur. Nihilominus non penitus damno communem tot codicum lectionem *primus*, quæ etiam exstabat in antiquissimo codice Bollandianorum sæculi viii aut ix. Potest enim intelligi Laurentium novise pauperem, quia primus erat e septemviris seu diaconibus, ut vers. 57 expressum est, et ad primum diaconum cura pauperum spectabat, ut ex vers. 44 patet, *Votisque dispensans opes*, et colligitur ex concil. iv Carth. can. 17: *Ut episcopus gubernationem viduarum, pupillorum, ac peregrinorum non per se ipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat*. In comment. Ezechiel. cap. 48, Hieronymus ait: *Qui primus fuerit ministrorum, quia per singula concionatur in populos, et a pontificis latere non recedit, injuriam putat, si presbyter ordinatur*.

Longo et locatos ordine
Astarte pro templo jubet.
165 Præscriptus et jam fluxerat
Dies : surebat fervido
Judex avarus spiritu,
Promissa solvi efflagitans.
Tum martyr : Assistas velim,
170 **904** Coramque dispostas opes
Mirere, quas noster Deus
Prædives in sanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere vasis aureis,
175 Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.
It ille, nec pudet sequi.
Ventum ad sacratam januam :
Stabant catervæ pauperum,

A 180 Inculta visu examina.
Fragor rogantum tollitur :
Præfectus horrescit stupens
Conversus in Laurentium,
Oculisque turbatis minax.
185 Contra ille, Quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid displicet?
Num sordida hæc, aut vilia?
Num despuenda existimas?
905 Aurum, quod ardenter sitis,
190 Effossa gignunt rudera
Et de metallis squalidis
Pœnalis excudit labor.
Torrens vel amnis turbidis
Volvens arenis implicat,
B 195 Quod terrulentum ac sordidum
Flammis necesse est decoqui.

GLOSSÆ VETERES.

164. Pro templo, *coram*, I.
165. Præscriptus, a *judice*, *deputatus*. — Fluxerat, *venerat*, *præterit*, I.
168. Efflagitans, *postulans*, I.
169. Tum martyr, *ait*. — Assistas, *ut*, I.
170. Coramque, *palam*, I.
175. Patentes, *amples*, I.
176. Structos, *cumulatos*, Mar.
181. Fragor, *clamor*, I.

185. In Laurentium, *contra Laurentium*, I.
188. Despuenda, *contemnenda*, I.
189. Sitis, *desideras*, I.
190. Rudera, *arizzi*, *vel stercora*. Rudera dicuntur *maceriam ruinæ*, I.
192. Pœnalis, *durus*. — Excudit, *fabricat*, *excoquit*, I.
194. Arenis, *sicut Pactolus et alii*, I.

COMMENTARIUS.

165. Teolius Ignatium Comum impugnat, quod affirmaverit Prudentium in his rerum adjunctis enarrandis paulo aliter ac in Actis referuntur, aut poetica licentia ab usum, aut longe ab Urbe binis remotum Alpibus rem, uti accidit, non bene didicisse. Etsi autem descriptiones poeticæ amœniores narrationibus historicis esse debeant, tamen si qua sit in re ipsa varietas, fides potius adhibenda est Prudentio quam Actis anonymis. Nam quod ait Comus, Prudentium hunc hymnum fecisse juvenem, et antequam Romam venisset, et poeta palatinus fuisset renuntiatus, nugæ hæc sunt sine ullo idoneo auctore prolatæ.

164. Nunc ait *pro templo*, postea vers. 175, *ingens atrium*; vers. 175, *per patentes porticus*; vers. 178, *sacratam januam*: quæ omnia probant Romæ domum amplam fuisse in quam Christiani ætate S. Laurentii conveniebant; et quæ tunc saltem a præfecto Urbis fuerit cognita. Hujusmodi ædes sacræ a primis Christianis non appellabantur *templum*, quod hæc vox nescio quid consecrationis paganæ indicaret. De re plane constat. Ad i sæculum pertinet quod auctor Recognition. in fin. refert: *Theophilus, qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior, domus suæ ingentem basilicam ecclesiæ nomine consecravit*. Eusebius, lib. viii, cap. 4, narrat Christianorum numerum inter Valeriani et Diocletiani persecutionem adeo crevisse, ut *prisca ædificia jam non contenti, in singulis urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis exstruerent ecclesias*. Optatus Milevitanus lib. i testatur ante persecutionem Diocletiani basilicas plures fuisse quæ Christianis ablatae sunt, postea restituta. De ecclesiis in ultima persecutione Diocletiana solo æquatis passim loquuntur Arnobius, Lactantius, Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Gildas, et alii.

165. *Gis. en jam*: in prima ed., *et jam*, quod reliqui habent.

166. Ald., Put., Oxon., *fervidus Judex avaro*: plerique, etiam Heinsius, et Parrhasius, *fervido Judex avarus*.

170. Ald., Sich., Mar., et nonnulli alii cum Gis., Weitz., *dispostas*. Castigatiores Heinsiani, Alex., *di-*

spositas, quod a metro minime respuitur. Parrhasius edidit *dispositas*, in emendationibus subrogavit *dispostas*, quod aures magis probant.

172. Utitur Laurentius voce ambigua *sanctis*, qua intelligi possent sacraria et secretaria ecclesiæ, seu arca, vel etiam ipsum templum, et simul significantur pauperes Christiani: nam, ut constitit ad vers. 80, sanctorum appellatio Christianis omnibus tribuebatur: *Sanctum* pro templo non est vox solum ad Latinitatem inscriptionum referenda, quod nonnulli putarunt. Persius pro templo posuit *sanctum* sat. 2, vers. 69: *D cite, pontifices, in sancto quid facit aurum*.

181. Hailsbr., *fragor*, supra *clamor*.

183. Prag., *conversus ad*.

184. In Mar., Vatt. A, B, Rat. desideratur *que* post *oculis*.

185. Mar. a prima manu, Widm., *quid furens*.

186. Parrhasius emendavit *minaris*: sed probum est *minitaris*.

188. Parrhasius scribit *dispuenda*.

189. De siti auri vide vers. 45.

190. Sich. *stercora*. Retine *rudera*, Codex Ambr. scribit *offossa*, quod damnare non audeat Heinsius; nam in veterissimis Maronis exemplaribus occurrunt *offugere*, *offulgere*, *offore*, *obvolvi aris*, et similia. Vide Comment. ad vers. 410. Psychomachia. In glossa *arizzi* vocabulum est quod solum Isonem habet auctorem apud Ducangium.

192. Mar. a prima manu, Prag., Rott., *excludit*. Vox *pœnalis* Paulini, Prosperi, Sedulii, Aviti et similibus est. Tertullianus etiam de eadem re cap. 27 Apolog.: *Itaque cum vice rebellantium ergastulorum, sive carcerum, vel metallorum, vel hoc genus pœnalis servitutis erumpunt adversus nos*. De quo genere pœnæ agunt Gallonius et Sagittarius.

195. Rat., Bong., Widm., *et amnis pro vel amnis*. Vat. A, Egm., Hailsbr. a prima manu, *turbidus*.

195. Hac voce *terrulentus* usus etiam est in præf. Hamart., vers. 5.

196. Weitzius scribit *dequoqui* cum Hailsbr. Alii recte, *decoqui*.

Pudor per aurum solvitur,
 Violatur auro integritas,
 Pax occidit, fides perit,
 200 Leges et ipsæ intercidunt.
 Quid tu venenum gloriæ
 Extollis et magni putas?
 Si quæris aurum verius,
 906 Lux est, et humanum genus.
 205 Hi sunt alumni luminis,
 Quos corpus arctat debile,
 Ne per salutem viscerum
 Mens insolescat turgida.
 Cum membra morbus disjicit,
 210 Animus viget robustior:
 Membris vicissim fortibus
 Vis sauciatur sensuum.
 Nam sanguis in culpam calens
 Minus ministrat virium,
 215 907 Si fervor effetus malis

A

Elumbe virus contrahat.
 Si forte detur optio,
 Malim dolore asperrimo
 Fragmenta membrorum pati,
 220 Et pulcher intus vivere.
 Committe formas pestium
 Et confer alternas lues,
 Carnisne morbus foedior,
 An mentis et morum ulcera?
 225 Nostri per artus debiles,
 Intus decoris integri,
 Sensum venusti innoxium
 Languoris expertes gerunt.
 Vestros valentes corpore
 230 Interna corrumpit lepra,
 Errorque mancum claudicat,
 Et cæca fraus nihil videt.
 Quemvis tuorum divitum,
 B Qui veste et ore prænitent,

GLOSSÆ VETERES.

197. Pudor, castitas, verecundia, I.
 198. Integritas, virginitas, I.
 199. Occidit, deficit, Iso.
 201. Quid, quare. — Venenum, avaris. — Gloriæ, aurum dicit, I.
 202. Magni, pretii esse, I.
 204. Et, etiam. — Humanum, scilicet aurum, I.
 205. Hi, mendici. — Alumni, socii, vel filii. — Luminis, regni cælorum, I.
 206. Arctat, affligit, I.
 208. Insolescat, superbiat, sine consuetudine vivat, intumescat. — Turgida, superba, I.
 209. Cum, quando. — Disjicit, secat, consumit, lacerat; disperdo, disjicio, I.
 210. Viget, interius, I.

B

211. Vicissim, mutuatim, Iso.
 212. Sensuum, mentium, I.
 213. Nam, quoniam. — In, ad, I.
 215. Effetus, infructuosus, vacuatus, I.
 216. Elumbe, infirmam libidinem, quia sine viribus facit, infirmum, debile, infirmam libidinem. — Contrahat, colligat, I.
 221. Committe, compara. — Pestium, vitiorum, I.
 223. Carnisne, utrum, Iso.
 227. Venusti, pulchri, I.
 229. Valentes, robustos, I.
 231. Mancum, curve, I. Adverbium. Prag.
 233. Quemvis, quemcunque asser, I.
 234. Ore, facie, I.

COMMENTARIUS.

200. Lucanus lib. III, vers. 418: *Usque adeo solus ferrum mortemque timere Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo Amissæ leges. Virgilius, lib. VI, vers. 652, Fixit leges pretio, atque refixit. Verum de avaritia, radice omnium malorum, hujusmodi sententiæ passim sese offerunt.*
 201. Nebrissa explicat aurum esse venenum gloriæ, quia eo vera gloria perit, aut quia more christiano gloria accipitur pro vita æterna. Prima interpretatio magis placet: sic pudor per aurum solvitur, violatur auro integritas, etc.
 204. Teolius ita hunc versum exponi posse arbitratur: *Si quæris aurum, illius splendore raptus, scias humanum genus esse lucem, et pauperes esse alumnos seu participes lucis. Verius et simplicius Nebrissensis: Christus, qui est lux mundi, et homines ab eo redempti. Unde subdit: Hi sunt alumni luminis; de quo lumine Joannes præbuit testimonium cap. I. Sane Laurentius occasione auri, quod præfectus cupiebat, Christum verum aurum et lucem opportune illi prædicavit. Tolemus in cap. I Joannis, Magno consilio utraque locutione Joannes in præsentibus usus est: dixit enim: In ipso vita erat, ubi vita pro ea quam Verbum efficit et dat nobis, ponitur. Postea subjunxit: Et vita erat lux, ubi vita pro ipso Verbo, quod est causa vitæ, accipitur.*
 209. De hoc verbo disjicit, aut dissice, ut plerique codd. scribunt, aut uno s. disicit, ut habet Rat., dictum jam est ad hymn. 4 Cath., vers. 97. Ald., Fabr., Gis. in contextu, dissecat. Parrhasius, Gis. ad oram, Sich. et alii, dissicit. Gifanius in Proicere ait se in Ovidii et Prudentii mss. invenisse dissicit, et in quodam vet. Prudentii disicit; et apud Virgilium in vet. l. b. dissice constanter exaratum, monuisse Pierium. Cæterum (adit) ut ingenue dicam quod sentio, de his

C

locis mihi non lique profiteor, sed mutationes odi... Quærendum ergo amplius. Weitzus et Heinsius amplexi sunt dissicit.

210. Ep. II ad Cor., cap. XII, v. 10: *Cum enim infirmor, tunc potens sum.* Ludovicus a Ponte egregium librum edidit de Thesauris ægritudinum corporis.

211. Ald., mentis. Sich. cum id invenisset, recte restituit membris. Parrhasius jam ediderat membris.

215. Parrhasius in culpa cordis, quod metri lex non patitur.

215. Mar. scribit servos. Hailsbr., effectus malis. Lege effectus.

222. Parrhasius primum scripsit lues; quod meto adversatur, correxit vices: sed melius est lues. Hailsbr., alteras lues.

228. Ald., Vat. A supra, Pat., Oxon. et alii edd. atque mss., laboris. Urb., Vat. B, Q, Weitz., Mar., Rat., Sich., languoris, quod rectius est. Alex., Parrhasius scribunt langoris. Vat. Q, mendose, langores experti. Weitzius edidit languoris experti. Lege expertes.

D

231. Parrhasius, errorque mancus. Mar. pro div. script. mance.

233. Ald., Vat. A supra, Wigm. supra, Fabr., Gis. prima ed., principum. Melius alii, divitum, ut respondeat mox pauperum.

234. Vat. A. prænitent, quod pro diversa scriptura a Weitzio indicator, et exstat in Fabricio. Giselinus mendose edidit prænitent, et correxit prænitent; Heinsius et Chamillardus mendose etiam prænitent. Ruinartius ex ms. S. Michaelis restituit prænitent. Verum prænitent jam olim exstabat in editione Aldina, et Tornæsiana an. 1555, Parrhasiana aliisque. Suspiciatur Ruinartius legendum et auro: quo fortasse alludit Alex., Qui veste et oro prænitent.

255 **908** Magis probabo debilem,
 Quam quis meorum est pauperum.
 Hunc, qui superbit serico,
909 Quem currus inflatum vehit,
 Hydrops aquosus lucido
 2.0 Tendit veneno intrinsecus.
 Ast hic avarus contrahit
 Manus recurvas in volam,

A Plicans et uncis unguibus,
 Laxare nervos non valet.
 245 Istum libido fetida
 Per scorta tractum publica
 Luto, et cloacis inquinat,
 Dum spurca mendicat supra.
 Quid ille fervens ambitu,
 250 **910** Sitimque honoris æstuans,

GLOSSÆ VETERES.

256. Pauperum, scilicet sit, l.
 257. Serico, purpura, l.
 259. Hydrops, hunc, l.
 242. Volam, in mediam palmam, medietas palmæ, Iso.
 243. Uncis unguibus, unguis curris, l.
 246. Scorta, scortum, quasi sortum. Sortum est so-

lea: sicut enim solea maceratur in manu sutoris, sic pellicula meretricis ab adulteris, l.
 247. Cloacis, lacubus, sordibus. Cloacæ sunt loca in quibus adunatur stercus civitatis, l.
 249. Fervens, ardens desiderio. — Ambitum, cupiditatem, honorem, l. o.
 250. Æstuans, desiderans, l.

COMMENTARIUS.

256. Ald., Bong., meorum pauperum, sine est.
 257. Teolius ex Mazochio tom. I Specim. Biblic., dissert. 8, part. 2, etymon serici refert ad arborem sorek, cuius mentio fit Genes. XLIX, 11. De eadem origine jam disseruerat Beermanus de Orig. Lat. ling. verbo SER ex Buxtorffio et Kimchio, qui tamen sorek proprie interpretantur surculus. Accipitur plerumque sorek pro vinea. Communis opinio etiam antiquissimorum scriptorum etymologiam repetit a seribus, quod nomen est animalium nentium metaxam, sive rude sericum, et populorum ubi hæc animalia nutriuntur. Nonnulli ex arboribus sericum sine bombycum opere fieri putant: sed verius videtur, antiquos scriptores arborum mentionem facere, quod in arboribus vermiculi seres lanam, sive sericum texunt. De comparationibus morhorum corporis cum vitiis animi videri possunt Chrysostomus, Basilii aliique SS. Patres, qui in eis explicandis frequentes sunt. Giselinus, quoniam medicum agebat, diligentius, et peritus, quantum quidem ad rem medicam pertinet, hoc versus illustrat, cuius explicationem iuvat proferre. Elatos homines ac superbos hydropicis similes facit Prudentius, quibus crudorum humorum copia vitæ sanguinis massæ affusa, cutim prætumidam reddidit. Ambitiosos, et honorum cupidos *καύσος* laborantibus; his enim, cum a curis, vigiliis iatensisque cogitationibus morbus oriatur, perpetua frigida sitis, ampla et frequens exspiratio, bilis vomitus, immensus ac mordicans totius corporis calor fere adsunt. Avaros, et *δξύχειρος*, quod iis manus tenaces sint, et ad rapiendum paratæ, chiragricis comparat: tales, ne dolo em ab humore maligno in digitorum vincula, et articulos impaccio exci atum augeant, neque manus adducunt omnino, neque etiam explicant: sed in medio quodam situ continent, qui et maxime doloris sit exers, et naturæ consentaneus. Sic enim malevolos obtrectatores hypochondriacis seu splenicis: fortasse quod cum his omnia membra sint arida et præ inedia consumpta, tamen cibum fastidiant, bilis vomitione prorumpat, unguis denique a scalpendo non contineant: quæ omnia ad calumniatores non illepide quis tra duxerit. Invidos præterea cum strumosis, seu *χοιραδώδεσι* confert, nec male, quoniam huiusmodi morbi genus adipem carni circumscissum, ipsamque adeo cutim exedit, et ulcus in dies serpendo ulterius reddit malignius. Postremo idololatrias regio morbo laborantibus non dissimiles esse ait, quod quemadmodum isti, ut valetudinem recuperent, lectis mollioribus, ludis, lascivia que demulceri debent: ita infelices demonum cultores, cum religio iis pro ludo et inani plebeculæ terri culamento sit, ex impotenti fere mollitie, insolentia, et dissolusione eo cæcitatibus abripiantur. Rude et incultum quid iis Deus sonat. Di immortales dicendi sunt eis sua fata, cæci curæ, orbiumque cælestium genios affingunt, idque

B animi causa, cæteroquin *ἄθροισι*, et nihil minus, quam immortalitatem somniantes. Quod ad ganeones attinet, qui se ad putidissima usque scorta complectenda abijciunt, eos non ægrotis, sed infimæ sortis hominibus sordicas, latrinas, et cloacas everrentibus vias faciunt.

259. Ald., Heinsiani omnes, Fabr., Weitzius, nostri, Sich., lucido, et notat Nebr. ex Horatio, *Turget vitrea lili*; ex Persio, *sp'endida bilis*; Heinsius vero ex Horatio, *Aquosus albo corpore languor*. Gis. ad oram, *lurido*, quod Heinsio non displicebat. Parrhasius, *livido*. Teolius ait *lucido* habere mss. omnes, *lurido* editiones. At pleræque editiones clare *lucido* præferunt.

240. Heraldus in Arnobium lib. II, pag. 149, pura de avarorum moribus habet, et hos ipsos versus ex Prudentio, quos tamen ex martyrio Vincentii desumptos per memoriæ errorem dicit.

242. Gronovius, cap. 5 Observat. eccles., ex Widm. Weitzii legit *Manus recurvas in volam*, et cum in vulg. sit *Manus recurvas, et volam*, ipse restituere vult *Manus recurvas in volam, et Plicans*. Heinsius cum vulg. facit, et cum Heinsio Teolius, qui Heinsio favere melioris notæ collige Vaticanos affirmat. Cellarius secutus est codicem Widmanianum, cui revera astipulantur Vat. B, Mar., Rat., Prag. Recte dicitur *contrahere manus recurvas in volam*, ut vers. 156, *Nervos in ulnam contrahat*. De avaris Psyc. om. vers. 465, *Spoliisque unques exercet aenos*.

243. Quod Gronovius volebat *in volam, et plicans aduncis unguibus*, concinnius ex nostris codicibus Mar., Rat., Prag., Vat. B. restituimus, scilicet *Plicans et uncis unguibus*, non *plicans aduncis*, ut hactenus editum est. Egm., Pal., Widman. supra minus recte, *ungulis* pro *unguibus*. Ungula dici solet de animalibus, quæ digitos non habent. In Isone *ungulis* fortasse est diversa lectio.

246. In glossa corrigendum videtur *corium pro sortum*: nam etymon *scorti* trahitur a *corio*; et *scortum* proprie est pedis crassior.

248. Plautus Amph. act. IV, sc. 2, vers. 12: *Quia senecta ætate a me mendicans malum*.

249. Widm., Bong., Sich., Mar., Vat. B, Rat., ambitum, Sitimque, quod tenent Teolius, quia ab Heinsio hæc lectio commendatur. Ipse Heinsius edidit *ambitu, Sitimque*, ut exstat in Ald. et multis mss. Miratur Teolius Chamillardom adhuc habere cum vet. edd. *ambitu, Sitique*. At in Chamillardo idem lego quod in Heinsio, *ambitu, sitimque*, nisi quod Heinsius scribit *sitem* cum Egm. Beermanus verbo *eo* ex Pal. ms. legit *ambitu*, et mendosum *ambitum* in aliis esse putat. Notat vero ambitum pro ambitione poni. De hac phrasi *æstuare sitim* vide comment. ad vers. 9, lib. I contra Symmachum.

250. Parrhasios cum aliis vet. edd., ut dictum est vers. sup., legit *ambitu, Sitine*.

Mersisne anhelat febribus,
 Atque igne venarum furit?
 Quisquis tacendi intemperans
 Silenda prurit prodere,
 255 Vexatur, et scalpit jecur,
 Scabiemque cordis sustinet.
 Quil invidorum pectorum
 Strumas retexam turgidas?
 Qui purulenta et livida
 260 Malignitatum vulnera?
 Tute ipse, qui Romam regis,
 Contemptor æterni Dei,
 Dum demonum sordes colis,
 Morbo laboras regio.
 265 Hi, quos superbus despicias,
911 Quos execrandos judicas,
 Brevi ulcerosos exuent
 Artus, et incolumes erunt
 Cum carne corruptissima
 270 Tandem soluti ac liberi,
 Pulcherrimo vitæ statu
 In arce lucebunt Patris:

A Non sordidati, aut debiles,
 Sicut videntur interim;
 275 Sed purpurantibus stolis
 Clari, et coronis aureis.
 Tum si facultas suppetat,
 Coram tuis obtutibus
 Istos potentes sæculi
 280 Velim recensendos dari.
 Pannis videres obsitos,
 Et mucculentis naribus,
 Mentum salivis nvidum,
 Lipposque palpebra putri.
 285 Peccante nil est tetrius.
912 Nil tam leprosum aut putridum:
 Cruela est cicatrix criminum,
 Oletque ut antrum tartari.
 B Animabus inver-a vice
 290 Corrupta forma infligitur,
 Quas pulcher aspectus prius
 In corpore oblectaverat.
 En ergo nummos aureos,
 Quos proxime sponderam,

GLOSSÆ VETERES.

251. Mersis, occultis, in mentem mersis, I.
 254. Prurit, quasi perurit, ardet. Prurigo ex ardore
 nimio venit, I.
 255. Vexatur, se cædit. — Scalpit, scabit, I.
 258. Strumas, tumores, chelen. — Retexam, rese-
 ram, I.
 259. Purulenta, putrida, venenosa, a pus, puris, I.
 264. Morbo regio, elephantico. Regius morbus, et
 arcuatus, et ictericus, et elephanticus. Regius ideo di-
 citur, quia non potest curari nisi regis cibus; aut quod
 rationem mortis pandat; elephantinus, eo quod ele-
 phantino osse curetur: arcuatus, eo quod colorem ar-
 cus cælestis habet, I., Vat. A.

267. Brevi tempore, statim; I.
 274. Interim, nunc usque dum, hic est, I.
 277. Facultas, possibilitas. — Suppetat, abundat, I.
 280. Recensendos, numerandos, Iso.
 282. Mucculentis, sordidis. Murcus, qui præcisum
 habet nasum, I.
 284. Lipposque, scilicet oculos. — Putri, humida, I.
 285. Tetrius, nigrius, I.
 286. Leprosum, leprosus a laterum pruritu; I.
 289. Animabus, vacat. — Inversa vice, una pars, I.
 290. Forma, imago, I.
 293. En ergo, scilicet habes, præsentatim, I.
 294. Proxime, nuperrime, I.

COMMENTARIUS.

251. Parrhasius, mersusne, quod melius fortasse
 est quam mersisne. Hailsbr., habebat, male, pro an-
 helat.

256. Vat. A, sordis, supra recte cordis.

261. Ald., Pal., Parrhasius, Heinsius, cum aliis
 edd., tute ipse. Weitzius, tu et ipse, quod confirmant
 Vatt. A, B, Mar., Rat., Prag.

263. Heinsius cum Put., colis. Alii edd. et mss.,
 coles, nisi quod Cellarius et Chamillardus Heinsio
 adherent.

269. Weitz., quin carne. Alii, cum.

275. Mar., Rat., ac debiles.

276. Weitzius explicat coronas aureas martyribus
 donari ad similitudinem militum. Verum hic sermo
 est de Christianis pauperibus, qui in arce lucebunt
 Patris, si recte vixerint, sive martyres fuerint, sive
 sancti. Omnes igitur qui vitam æternam consequen-
 tur, coronis aureis, quas vers. 926 Hamartigeniæ
 rutilas Prudentius vocat, donabuntur. Paschalius,
 de Coronis lib. viii, cap. 5, ostendit ex Prudentio
 martyres Christi ad similitudinem militum, sicuti
 triumphatores tyranniæ impietatis, coronis aureis
 insigniri.

277. Ald. et alii scribunt tunc si.

281. Terentius Heaut. ii, 3, 53, Pannis obsita, ne-
 glecta, immunda illuvie.

285. Ald., nihil; ita edidit Parrhasius, sed emen-
 davit nil. Posset retineri nihil mono yl'abum, aut
 recepto tribrachy secundo loco.

286. Pro aut, Mar., Rat., Vat. P, habent ac. Egm.,

Hailsbr., Palat., Vat. A, Heinsii potiores, putidum
 Ald., vet. edd., etiam Parrhasius, Vat. P, Q, Alex.,
 Urb., Mar., Rat., alique multi, putridum; neque
 video cur Teolus Vaticanos pene omnes pro puti-
 dum allegaverit. Heinsius quidem legit putidum, sed
 duabus manibus rationibus pernotus, quia putri jam
 præcessit, et quia Prudentius primam in putris solet
 corripere. Nollem id ab Heinsio dictum. Nam præ-
 cessit putris, non putridus; et sensu nonnihil di-
 verso. Quod autem Prudentius primam in putris cor-
 rипere solius sit, quid vetat quominus syllabam
 certo communem vel in putris, vel in putridus ali-
 quando produxerit? Imo produxit in putris hymn. 7
 Cath., vers. 9. Arvina putrem ne resudans crapu-
 lam.

288. Virgilius vi Æn., Quam super haud ullæ po-
 terant impune volantes Tendere iter pennis: talis sese
 obtus atris Faucibus effundens supera ad convexa fe-
 rebat. Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum.
 Hinc fauces graveolentis Averni.

289. Scriptores posterioris ætatis ita sæpe sunt
 locuti; et præponebant quidem participium versa vice,
 non vice versa: Prudentius metri causa inversa vice.
 In glossa vacat mendum cubare videtur. Prudentius
 ait, animabus quas olim pulcher aspectus delecta-
 verat in corpore, econtrario corruptam formam in-
 fligi, quod explicat Nebrissa verbis Aristotelis in
 Ethic.: Pænæ medicinæ quædam sunt, ut quæ per
 contraria fieri debent, ut qui dum viverent erant orna-
 tus studiosi, in morte sint deformes.

- 295 Quos nec favillis obruat,
Ruina, nec fur subtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Christum putes :
Gemmas corusci luminis,
500 **913** Ornatur hoc templum quibus.
Cernis sacratas virgines,
Miraris intactas anus,
Primique post damnum tori
Iguis secundi nescias.
505 Hoc est monile Ecclesiae :
His illa gemmis comitur,
Dotata sic Christo placet,
Sic ornat altum verticem.

503. Damnum, amissionem, I.
504. Ignis, amoris. — Nescias, viduas, I.
505. Monile, ornamentum, I.
506. Comitur, ornatur, I.
507. Dotata, ornata, I.
509. Eccum, ecce, I.
517. Furcifer, exclamative, succensor ignis, I.
518. Strophas, versutias, fraudes; versutias, strophas
fraus quæ techna vocatur, unde strophosus fraudulentus
vocatur. — Cavillo, derisione, vel deceptione. Ca-

GLOSSÆ VETERES.

- A
Eccum talenta suscipe,
510 **914** Ornabis urbem Romulam,
Ditabis et rem principis,
Fies et ipse ditior.
Ridemur, exclamat fremens
Præfectus, ac miris modis
515 Per tot figuras ludimur,
Et vivit insanum caput!
Impune tantas, furcifer,
Strophas cavillo mimico
Te nexuisse existimas,
520 Dum scurra saltas fabulam?
Concinna visa urbanitas
915 Tractare nosmet ludicris?

- B villum convicium cum joco; illusionem vel deceptionem
derisoria. — Mimico, scurrili, I.
519. Nexuisse, involvisse, I.
520. Saltas, saltare facis, vel saltando dicis, I.
521. Concinna, composita. — Visa, scilicet est. —
Urbanitas, eloquentia. Conveniens urbanitas, id est
pulchritudo. Cinnum genus potionis ex diversis mixtu-
ris compositæ; inde concinna res, ex diversis composita
sententiis, Iso.

COMMENTARIUS.

295. Hailsbr., quod nec. Ex Luc. XII, 33: Facite
vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non de-
ficientem in cælis: quo fur non appropriat, neque tinea
corrumpit.
299. Ald., Gis. prima ed. in textu, numinis; me-
lius alii luminis. Sic vers. 205, Hi sunt alumni lumi-
nis: quanquam hoc loco gemmarum splendor intel-
ligi poterit.
500. Singulare hoc notandum, quod relativo qui-
bus absolvatur strophas, raro trajectionis exemplo.
501. Mar. a prima manu, Prag., Widm., cerne;
Hailsbr., cernes. Alii, cernis.
502. Bong., Fabr., Pal., Gis. prima ed., mveris, alii,
miraris. Nebrissensis et Chamillardus anus intactas in-
telligunt esse viduas ignis secundi nescias post damnum
primi tori, quamvis alias a Virgilio intacta virgo di-
catur. Existimo hic etiam ipsas sacratas virgines vo-
cari intactas anus, quod virginitatem ad senectutem
conservaverint; tum his addi viduas ignis secundi
nescias. Scilicet aliæ sunt intactæ, aliæ ignis secundi
nesciæ. Aldus quidem et Parrhasius ita distinguunt,
ut interrogationis notam post intactas anus apponant,
et Iso glossam viduas apponit post nescias. Gothofre-
dus, in lege 2 cod. Theod., lib. IX, tit. 25, suspicatur
legendum invras, quasi univiras, seu viduas pro vel
invitas, quia a Prudentio hoc loco aliisque Patribus
viduæ et virgines junguntur, raptusque earum exæ-
quantur. Verba ejus legis, a Joviano latæ anno 564,
ita habent: Si quis non dicam rapere, sed vel atten-
tare matrimonii jungendi causa sacratas virgines, vel
invitas ausus fuerit, capitali sententia feriatur. Conji-
cit præterea legi posse vel non invitas. Sed mihi sen-
tentia legis recte procedere videtur; scilicet prohi-
betur attentari matrimonii jungendi causa virgines
sacratas, etiam non invitas, aliasque non sacratas in-
vitas: quod pluribus confirmare possem, sed non
vacat.
505. Hoc elogium virginum et viduarum addi po-
terit innumeris aliis quibus Christiana castitas merito
celebratur. S. Cyprianus in libr. de Disciplina et Ha-
bitu virginum: Flos est ille ecclesiastici germinis, de-
cus atque ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles,
laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, Dei
imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior
portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis
largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas:

- quantoque pius copiosa virginitas numero suo addit,
tanto plus gaudium matris augetur.
507. Ecclesia comparatur sponsæ ornata viro suo
Apocalyps. cap. XXI. In hymno Dedicationis ecclesie
ad vespas, Sponsæque ritu cingeris... Dotata Patris-
gloria.
509. Sicardus, talentum. Alex., alenta, supra ta-
lenta. Parrhasius, Hæc tu talenta suscipe, quod Lati-
nius est. Alioquin eccum erit porum adverbium.
511. Horat., ep. 1, lib. 1, Ut rem facias, rem Si-
possis recte, si non, quocunque modo rem. Patrimo-
nium res significat.
513. Parrhasius, Rat. a prima manu, Vat. A a pri-
ma manu, Mar., Vat. B, Egm., Pal., Hailsbr., Ambr.,
Thuan., Alt., Rott., tres Torrent., Heinsius, Gis. ad
oram, fremens. Weitzius cum aliis, furens
514. Ald., et miris; alii, ac miris.
517. Isonis glossam non intelligo. Notum est furci-
ferum vocatum servum qui ignominia magis quam
supplicii causa furcam circa viciniam, aut per urbem
ferre cogebatur. De furca tam veteri quam nova Li-
psius lib. III de Cruce.
518. Thuan., capillo, male. Apud Sedulium lib. V
perperam circumferri labellis, et favillis pro cavillis,
notavit Heinsius: Jam jamque volant mendacia mille
In Dominum vanis hominum conflata cavillis. Mimus
ab imitatione rerum vilium et personarum dicitur:
hinc pantomimus omnium rerum imitator. Solebant
autem mimi jocos et sententias in illa sua represen-
tatione miscere, ac celebres sunt sententiæ Publii
Mimi. Lactantius, lib. VII, cap. 12. Sententia delin-
i hominis ridicula mimo dignior quam schola fuit quod
sumpsisse videtur ex Minucio: Non philosophi sane
studio, sed mimici vitio digna ista sententia visa est.
Alii legunt mimico officio, alii mimi convicio. Heraldus
vero suspicatur legendum mimi cavillo, vel cavillitio,
vel mimico cavillitio, quia cavillari proprium est mi-
morum.
519. Recte strophas neetere dicitur. Ammianus lib.
XV, Et Paulo quidem CATENÆ inditum est cognomen,
eo quod in complicandis calumniarum nexibus erat in-
dissolubilis.
520. Saltabantur etiam fabule et carmina, hoc
est, saltu representabantur, de quo plura ad Roma-
num. Ovidius, lib. V Trist., eleg. 7: Carmina quod
pleno saltari nostra theatro.

Egon' cachinnis venditus
Acroma festivum fui?
525 Adeone nulla austeritas,
Censura nulla est fascibus?
Adeon' securim publicam
Mollis retundit lenitas?
Dicis: Libenter oppetam:
530 Votiva mors est martyri.
Est ista vobis, novimus,
Persuasionis vanitas.
916 Sed non volenti impertiam,
Præstetur ut mortis citæ
535 Compendiosus exitus:
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo, et differam

A Pœnis morarum jugibus,
Et mors inextricabilis
540 Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes sternite,
Ne fervor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.
545 **917** Vapor senescens languæa,
Qui fusus afflatu levi
Tormenta sensim temperet
Semustulati corporis.
Bene est, quod ipse ex omnibus
550 Mysteriarches incidit:
Ilic solus exemplum dabit,
Quid mox timere debeant.

GLOSSÆ VETERES.

524. Acroma, gloriosus ludus. Acroma proprie ly-
rarum auditio; hic autem jocus accipitur, vel carmen
scenicum, I.
525. Adeone, nonne adeo, I. — Austeritas, severi-
tas, Mar. — Severitas, asperitas, I.
526. Fascibus, honoribus, I.
527. Adeon', in tantum, I.
529. Oppetam, moriar. Oppetere quasi terram pe-
tere; nam viri fortes, dum moriuntur, terram more
(forte morsu) petunt, ne vox audiat, I.
530. Votiva, desiderabilis, I. — Cara, Mar.
535. Impertiam, sinam, Mar.

B 355. Compendiosus, brevis, difficilior, I.
359. Inextricabilis, inflexibilis, vel insolubilis, indis-
solubilis, I. — Infinalis, indissolubilis, Mar.
344. Abdita, occulta, secreta, I.
345. Senescens, deficiens, I.
347. Sensim, leniter.
348. Semustulati, semiusti: semustulatus et semi-
ustus unum sunt, I.
350. Mysteriarches, princeps mysteriorum, Mar.
— Princeps minister, mysteii princeps; et Græcum est.
— Incidit, scilicet in penam, I.
352. Debeant, scilicet alii, I.

COMMENTARIUS.

525. Parrhasius, Heinsius cum Ambr., Ruinartius,
ergon' cachinnis; Hailsbron., ego; alii, etiam codex
Bolland., egon' cachinnis. Bong. male, chachinnus.

524. Vat. A, Parrhasius, ac Romæ festivum, re-
nente metro et sensu. Heinsiani scripti, Ald., Vat.
B, Mar., acroma; alii, acroama, quod defendi potest.
Acroama, sive malis scribere acroma, Latine est au-
ditio, sed accipitur pro festiva jucundaque narratio-
ne, et interdum pro homine qui eam recitat. Pruden-
tius fortasse imitatus est Ciceronem 6 in Verrem:
Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario disce-
deret; et pro Sexilio: Ille ipse ludius non solum spe-
ciator, sed etiam actor et acroama. Ruinartius auditio-
nem seu auditorem etiam ejuscemodi narrationis
acroamatis nomine aliquando designari putat, quod
ego dubium esse de auditore judico.

525. Parrhasius, adeo nulla; Ald., adeone ulla.
Utrumque male.

526. Heinsius non assentitur Salmasio, qui hoc loco
censuram capit pro dignitate: sic censura oris, ut
ait, et vir censorius sumitur pro pulchro. Chamillar-
dus favet Salmasio. Melius tamen intelligitur censu-
ram esse severitatem, cui mox respondet lenitas.
Nihil enim obest quod præcesserit austeritas; nam
eadem sententia amplificatur.

527. Mar., adeone securim, quod non ausim dam-
nare. Vocat securim publicam, ut hymn. super. vers.
55, bipennem publicam. Parrhasius scribit securem.

528. Ald., Parrhas., retudit, male.

529. Glossæ etymon non accipio. Oppetere dicitur
qui rem sibi contrariam petit: sic oppetere mortem,
et simpliciter oppetere dicitur de viro forti qui mor-
tem petit, quamvis contra naturam sit.

532. Vanum et ineptum credebant ethnici in Chri-
stianis velle mori spe futuræ vitæ. Minucius: Proh!
mira stultitia et incredibili audacia spernunt tormenta
præsentia, dum incerta metuunt et futura; et dum mori
post mortem timent, interim mori non timent. Lactantius,
lib. vii, cap. 5: Ita necesse est sapientem pro stulto habe-
ri, qui dum appetit bona quæ non cernuntur, dimittit e
manibus quæ videntur.... Quod accidit nobis cum neque
cruciatum. neque mortem pro fide recusamus. Nota vo-

cam persuasionis, quæ pro opinione vana et inepta
sumi solebat, et præsumptio etiam dicebatur. Minucius:
Audio eos turpissimæ pecudis caput asini consecratum
inepta nescio qua persuasione venerari. Ammianus,
quamvis ethnicus, hanc constantiam in Christianis
laudare videtur lib. xxii: Qui deviare a religione com-
pulsus, pertulcre cruciabiles pœnis adusque gloriosam
mortem intemerata fide progressi, et nunc martyres ap-
pellantur.

535. Parrhasius perperam, sed jam.

536. Arnobius lib. ii, in fine: Itidem et vos flam-
mis, exsiliis, cruciatibus, bellis, quibus corpora lan-
cinatis et diu vexatis nostra. Alii paulo aliter legunt.

537. S. Augustinus, tract. 27 in Joann., de S. Lau-
rentio: Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in
igne. Diu vivere permissus est: imo non diu vivere per-
missus est, sed tarde mori compulsus est. S. Cyprianus
ad Demetrianum: Nec saltem contentus es dolorum
nostrorum compendio, et simplici, ac veloci brevitate
pœnarum: admoves laniandis corporibus longa tormenta,
multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia.

538. Petrus Faber, lib. iii Semestrium, cap. 8 mal-
let moratam. Sed nihil est necesse, ut monet Heinsius.

539. Prag., Mar. a prima manu, ut videtur, ut
mors; alii, et mors. Mors inextricabilis sumitur pro
morte lenta, et quæ finem invenire nesciat, ut no-
tavit Mariættus.

540. Mar., Prag., Rat., Widm. supra, Urb. a pri-
ma manu protrahat. Sic melius, ut... mors protrahat.
Alii, protrahet.

545. Vapor pro calore apud optimos quosque scri-
ptores, Lucretium, Virgilium, Horatium, etc., sæpe
ponitur. Virgilius lib. v, Lentusque carinas Est vapor.
Vide Gifanium verbo VAPOR indic. Lucr.

348. Ald., et codex Bolland., semustulati: Par-
rhasius et alii, semiustulati.

550. Mysteriarches dicitur, quia primus et prin-
ceps erat diaconorum, quibus cura incumbere erudi-
endi fideles de mysteriis fidei. Vide comment. ad
vers. 160.

552. Weitz., Gis. ad oram, quod mox; ita etiam
Mar., Prag.

Conscende constratum rogam ;
 Decumbe digno lectulo :
 555 Tunc, si libebit, disputa,
 Nil esse Vulcanum meum.
 918 Hæc fante præfecto, t uces
 Hinc inde tortores parant
 Nudare amictu martyrem,
 560 Vincire membra, et tendere.
 Illi os decore splenduit,
 Fulgorque circumfusus est.
 Talem revertens legifer
 De monte vultum detulit :
 565 Judæa quem plebs, aureo
 Bove inquinata, et decolor
 Expavit, et faciem retro
 Detorsit impatiens Dei.
 Talemque et ille prætulit
 570 Oris corusci gloriam

A Stephanus, per imbrem saxeum
 Cœlos apertos intuens.
 Illuminatum hoc eminus
 Recens piatis fratribus,
 575 919 Baptisma quos nuper datum
 Christi capaces fecerat :
 Ast impiorum cæcitas,
 Os oblitum noctis situ
 Nigrante sub velamine
 580 Obducta, clarum non videt.
 Ægyptiæ plagæ in modum,
 Quæ, cum tenebris barbaros
 Damnaret, Hebræis diem
 Sudo exhibebat lumine.
 585 Quin ipsa odoris qualitas,
 B Adusta quam reddit cutis,
 Diversa utrosque permovet :
 Illis nidor, illis nectar est.

GLOSSÆ VETERES.

556. Vulcanum, ignem, I.
 559. Nudare, despoliare, I.
 560. Vincire, ligare, I.
 561. Os, facies, I.
 565. Legifer, Moyses, I.
 568. Impatiens, non sustinens, I.
 571. Per imbrem, per densitatem, I.
 573. Illuminatum, manifestatum, manifestum.
 —Hoc, genus fuit.—Eminus, elonge, I.
 574. Recens, recenter.—Piatis, baptizatis, I.

578. Os, faciem.—Oblitum, circumdatum.—Situ tenebris, I.
 579. Nigrante, nigro, I.
 580. Clarum, claritatem, I.
 584. Sudo, sereno. Sudum dicimus, quasi sub udum serenitas que post pluvias fit, I.
 585. Quin, insuper.—Qualitas, scilicet Laurentii, I.
 588. Nidor, fetor.—Nectar, dulcedo. Omnis suavitas odoris dicitur nectar, odor suavis, I.

COMMENTARIUS.

553. Gis. ad oram, Weitzius cum plerisque suis, constructum. Mel us, constratum, ut supra, Prunas tepentes sternite.

554. Gallonius, cap. 7, tabula 17, describit craticulam ferream qua assatus est S. Laurentius, quæ religiose asservatur partim in ecclesiâ S. Laurentii in Lucina, partim in Paneperna. Sagittarius descriptionem Gallonianam in dubium vertit cap. 10, cum non possimus, ut ait, Laurentianæ craticulæ Romæ asservatæ reliquiis tuto præstare fidem. At præter venerabilem antiquitatem, eo majorem fidem his reliquiis præstare possumus, quod tribus costis craticula illa constet. Ado ita lectulum sive cratem ferream describit: *Allatus est autem lectus cum tribus costis, et cæspoliatus Laurentius vestimentis suis, extentus est in cratem ferream: et allati sunt batuli cum prunis, et miserunt sub cratem ferream. Qui cum fucis ferreis coarctaretur desuper, dixit, etc.* A batulo, qui est pala ferrea, sit diminutivum batillus, Hispanis, *badil*. Gallonius inter cratem et lectum ferreum distinguit, quod lectus ferreus esset instar veri strati, craticula pluribus costis ad longum inter se distantibus esset fabricata. Vide tabulam 17. Sagittarius de hac distinctione dubitat. Hoc quidem loco, lectulus pro crate ferrea ponitur. De veneratione qua S. Laurentii craticula jam a Justiniani imperatoris et a S. Gregorii Magni temporibus colebatur, videri possunt Bollandiani.

555. Rat., Vat. B, Mar., Prag., tunc si libebit. Alii, libebit.

556. Prag. scribit *Volcanum*. Intelligitur de deo et de igne. Nam Laurentius deos iridebat: sic vers. 405: *Et fac periculum, quid tuus Vulcanus ardens egerit.*

558. Hailsbr. male, *torrentes parant*.

559. Mar., Parthasius, Rat., *amictum*. Melius *amictu*.

560. Alex. a prima manu, *vincere*; Vat. A, *vinciri*. Utrumque corrigendum.

565. Vide Exod. xxvii et xxxiv

566. Male nonnulli vulg., *et die color pro et decolor*
 569. Vide Act. apost. vi et vii.
 572. Cælos numero plurali Lucretius dixit, vix alius e profanis. Apud Christianos usitatissimum id est e sacris Literis et Hebraico stylo.

573. Nebrissa suspicatus est aliter esse legendum; exponit autem *illuminationem* de fulgore, quem videbant baptizati, et non pagani: sed hæret dubius an sermo sit de fulgore Stephani an de Laurentii; nam huic etiam *os decore splenduit*. Giselinus Ægyptiis cæciores esse pronuntiat, qui mendum subesse putant, eosque affirmat in media luce cæcutire: rem tamen sibi claram cæteris non explicuit. Cellarius ait sensum esse Christianos omnes qui astabant, cœlum apertum vidisse: non autem paganos, indignos tanta luce. Videtur ergo id accipere de cœlo aperto, dum Stephanus lapidibus obrueretur. Certum tamen mihi est Prudentium de fulgore S. Laurentii loqui: de cuius odore simile miraculum pergunt narrare vers. 585, *Quin ipsa odoris qualitas*.

575. Heinsius, lib. 2 Adv., cap. 6, conjicit *baptisma ratum*. Nihil est necesse mutare. Hi videntur esse Patres, qui postea laudantur vers. 490.

579. Cath. hymn. 7, vers. 154, *Nigrante vultum conegit velamine*.

586. Virgilius lib. xii: *Nidoremque ambusta dedi*. Vide Elmenhorstium ad Arnobium lib. vii, pag. 116.

587. Rat., *diverse*, non male.

588. De nidore vide comm. ad vers. 759 Apoth. *Nectar* sumitur pro odore ex nectare effluente. Ovidius Metam. lib. iv: *Nectare odorato spargit corpusque locumque*. Lucretius lib. ii: *Et nardi florum, nectar qui naribushalat*. Prudentius, hymn. S. Vincentii, vers. 280, *Redolente nectar carcere*. Gafanius advertit translationes ex uno sensu in alium sumi solere, ideoque poni nectar pro odore suavissimo. Sed melius diceret causam poni pro effectu: ut si quis vinum pro odore vini suavissimo usurpet.

Itemque sensus, di-pari
 390 variatus aura, aut afficit
 Horrore nares vindice,
920 Aut mulcet oblectamine.
 Sic ignis æternus Deus:
 Nam Christus ignis verus est:
 395 Is ipse complet lumine
 Justos, et urit noxios.
 Postquam vapor diutinus
 Decoxit exustum latus,
 Ultro e catasta judicem
 400 Compellat affatu brevi.
 Convertite partem corporis
 Satis crematam jugiter,
 Et fac periculum quid tuus
 Vulcanus ardens egerit.
 405 Praefectus inverti jubet.
 Tunc ille: Coctum est, devora,
 Et experimentum cape,
 Sit crudum an assum suavius.
 Hæc ludibundus dixerat:
 410 **921** Cælum deinde suspicit,
 Et congemiscens obsecrat,
 Miseratus urbem Romulam.
 O Christe, Numen unicam,

A
 O splendor, o virtus Patris,
 415 O factor orbis et poli,
 Atque auctor horum mœnium,
 Qui sceptrâ Romæ in vertice
 Rerum locasti, sanciens
 Mundum Quirinali togæ
 420 Servire, et armis cedere:
 Ut discrepantum gentium
 Mores, et observantiam,
 Li-guasque, et ingenia, et sacra,
 Unis domares legibus.
 425 En omne sub regnum Remi
 Mortale concessit genus:
 Idem loquuntur dissoni
922 Ritus, id ipsum sentiunt.
 B
 Hoc destinatum, quo magis
 430 Jus Christiani nominis,
 Quodcunque terrarum jacet,
 Uno illigaret vinculo.
 Da, Christe, Romanis tuis,
 Sit Christiana ut civitas:
 435 Per quam dedisti ut cæteris
 Mens una sacrorum foret.
 Confoederentur omnia

GLOSSÆ VETERES.

390. Aura, odore. — Afficit, affligit, afflixi, I.
 391. Vindice, vindicante, I.
 392. Oblectamine, delectatione, I.
 397. Diutinus, longus, I.
 399. Ultro, sponte. — E catasta, e craticula: qui
 n catasta erat, I. E craticula, Mar.
 405. Periculum, inquisitionem, separationem, I.
 404. Vulcanus, dicitur ignis, I.
 406. Tunc ille, scilicet ait, I.

409. Ludibundus, similis ludenti, I.
 419. Quirinali, Romanæ, I.
 425. Remi, imperatoris Romanorum, I.
 426. Concessit, convenit, scilicet Dominus, I.
 430. Jus, lex, Mar.
 435. Cæteris, gentibus, I.
 C
 436. Mens, fides, I.
 437. Confoederentur, conjungantur, I.

COMMENTARIUS.

390. Aldus, variatur: melius variatus.
 392. Rupertus Tuitientis, lib. viii de Divin. Offic.,
 cap. 10, de S. Laurentio: Cujus assatura suaviter in
 tota Christi fragrat Ecclesia.
 395. Cur Deus vocetur ignis, vide Hamartig. vers. 71.
 396. Egm., Palat., uret; alii, urit.
 399. Parrhasius scribit cathasta. Josephus lib. de
 Machab. memorat catastas frictorias, et ait igni in ca-
 tasta martyrem objici. Suspicio a Prudentio hoc loco
 catastam sumi pro crate ferrea. Vide comment. ad
 vers. 56 hymni. 1 Peristeph. Sagittarius cap. 10 ait
 id explicari posse de editori pegmate, in quo excru-
 ciatum esse Laurentium verisimile est.
 400. Hailsbr., affectu brevi; supra affatu, probe.
 407. Bong., experimento non ita bene. Antepenul-
 tima in experimentum brevis solet indicari; a Pru-
 dentio producitur per diastolen vel necessitate metri.
 408. Hailsbr., sic crudum: lege sit.
 409. Quærat aliquis an hic locus in martyre Lau-
 rentio debeat laudari. Quæstionem resolvunt SS.
 Patres, qui laudarunt. Augustinus serm. 505, alias
 423 de Diversis: Quid pluribus? Craticula admota
 est, et tostus est. Et cum ex uno latere arsisset, dicitur
 tanta tranquillitate illa tormenta tolerasse, ut imple-
 retur in eo quod modo in Evangelio audivimus: In pa-
 tientia vestra possidebitis animas vestras. Denique
 flamma ustus, sed patientia tranquillus: Jam, inquit,
 coctum est: quod superest, versate me, et manducate.
 Tale duxit martyrium, ista gloria coronatus est.
 413. Put., Ambr., nomen unicum, quam lectionem
 Heinsius fulcire conatur, quia vers. 159 hymni seq.
 legitur: Nomen et ipsa sacrum loquitur purpura san-

guinis elicit. Verum longe diversum est cruorem
 quodammodo loqui nomen Christi, ac Christum vo-
 cari nomen unicum, dum invocatur. Melius fortasse
 allusio fieret ad nomen super omne nomen.
 414. In Romano vers. 468, Christus paterne gloriæ
 splendor. Ep. ad Hebr., cap. 1, v. 3: Qui cum sit
 splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus.
 419. Mar. perperam, et mundum.
 421. Vide Prolegom. cap. 8.
 423. S. Augustinus, lib. xix de Civit. Dei, cap. 7:
 At enim opera data est, ut imperiosa civitas non solum
 jugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per
 pacem societatis imponeret; per quam non deesset, imo
 et abundaret etiam interpretum copia.
 428. Ald., ad ipsum; melius id ipsum.
 429. Ald. Weitz., Parrhasius et alii, quod magis,
 Nonnulli quod.
 431. Gis. ad oram, Rat. a secunda manu quocun-
 que; Oxon., quacunque; præstantiores, quodcunque.
 432. Bong., Fabr., Rat., Gis. ad oram, Teol. ad
 oram, illigares.
 434. Ald. mendose, Christiani.
 437. Ald., Parrhasius, Put., Oxon., Heins., confæ-
 derantur, et postea mansuescit. Ita etiam Cellarius,
 qui pro hac lectione mss. codd. citat; et Teolius, qui
 probatior pro eadem allegat. Nihilominus confæde-
 rantur exstat in Vat. A, Mar., Prag., Rat., Weitzia-
 nis, plerisque Heinsianis, cod. Bolland., et aliis. Gal-
 landius prætulit confæderentur, et mansuescat cum
 emendatissima editione Tormesiana, S. Leo Magnus
 serm. 88 non solum sententiam hanc expressit, sed
 etiam verba ipsa Prudentii sumpsisse videtur: Dis

Hiuc inde membra in symbolum :
 Mansuescat orbis subditus,
 440 Mansuescat et summum caput.
 Advertat abjunctas plagas
923 Coire in unam gratiam :
 Fiat fidelis Romulus,
 Et ipse jam credat Numa.
 445 Confundit error Troicus
 Adhuc Catonum curiam,
 Veneratus occultis focis
 Phrygum penates exsules.
 Janum bifrontem, et Sterculum
 450 Colit senatus (horreo
 Tot monstra patrum dicere),
 Et festa Saturni senis.
 Absterge, Christe, hoc dedecus.

A

924 Emitte Gabriel tuum,
 455 Agnoscat ut verum Deum
 Errans Iuli cæcitas.
 Et jam tenemus obsides
 Fidissimos hujus spei :
 Hic nempe jam regnant duo
 460 Apostolorum principes.
 Alter vocator gentium,
 Alter cathedram possidens
 Primam, recludit creditas
 Æternitatis januas.
 465 Discede, adulter Juppiter,
 Stupro sororis oblite,
 Relinque Romam liberam
 Plebemque jam Christi fug.

B

925 Te Paulus hinc exterminat,

GLOSSÆ VETERES.

438. In symbolum, unitatem, fidem catholicam, concilium, unam fidem, I. — In unitatem, Mar.
 439. Mansuescat, mitis fiat, I.
 441. Advertat, sentiat, intelligat. — Abjunctas, separatas, I.
 443. Fidelis, credulus, I.
 444. Numa, consul, id est Sabini, I.
 446. Catonum, consulum, consiliariorum, vel sapientum, legis doctorum. — Curiam, familiam, Iso.
 448. Phrygum, Trojanorum, I.

449. Sterculum, adjectivum, id est cloacinum, Iso.
 454. Gabriel, fortitudinem tuam, I. o.
 456. Errans Iuli cæcitas, Roma, Romana Ascanii, I — Ascanii, Mar.
 461. Alter, unus. — Vocator, prædicator, I.
 463. Recludit, aperit. — Creditas, scilicet sibi, Iso.
 466. Oblite, vocativi casus, I.
 468. Plebemque, Christianitatem, I.
 469. Exterminat, depellit, extra terminum minat, I.

COMMENTARIUS.

posito namque divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno confœderarentur imperio, et cito pervios haberet populos prædicatione generalis, quos unius teneret regimen civitatis. In eandem sententiam disse- runt Hieronymus in Isaiam; Eusebius lib. 1, cap. 4, Præpar. evang.; Origenes lib. 11 contra Celsum, Ambrosius in psalm. XLV. Verbo confœderare utuntur Hieronymus, Orosius, et Tertullianus Apologet. cap. 2: ubi tamen alii legunt ad conferendam.

438. Ald., hic ide membra, vitiose.

439. Vat. A, mansuescat et orbi non bene. Marietti codex mansuescit, quamvis vers. 437 habeat confœderentur.

440. In Romano vers. 167 Roma vocatur sæculi sum- mum caput; ab Orosio lib. 11, c. 12, caput gentium.

441. Heinsiani omni, Ald., Mar., Parrhasius, Sich., Weitz., Gis. ad marg., Vat. Q et alii, abjunctas, quod ex vet. lib. probavit Gifanius in INCEDERE. Vatt. A, B, P, Fabr., Egm., Pal., Hailsbr., Bong., et Widm. a secunda manu, adjunctas, non ita bene. De verbo abjunctus pro diviso, disjuncto, vide vers. 816 lib. 11 in Symmachum.

443. Parrhasius, fiatque fidelis, quod sustineri potest.

445. Troius Æneas deos suos Latio intulit, ut ait Virgilius init. Æneid.

446. Libr. 1 in Symm., vers. 546, Conciliumque se- num gestire Catonum. Duo præcipue Catoines Romæ sapientes habiti sunt, Juvenalis sat. 2, vers. 40, Ter- tius e cælo cecidit Cato. Vide Ruxum ad vers. 841 Æn. lib. VI.

447. Vatt. B, P, Mar., Bong., Parrhasius, veneratur, Plerique, veneratus. Sermo est de igne vestalium, qui in locis abditis ardebat. Virgilius, 11 Æn., vers. 296: Sic ait: et manibus vittas Vestamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

448. Weitzius maluit scribere Frigum cum Widm., et Bong., quam cum aliis optimis codd., Phrygum. Penates exsules secum Æneam advexisse notum est ex Virgilio. De eorum templo egi in comment. ad vers. 965 lib. 11 in Symm.

449. Iso non videtur agnovisse deum Sterculum, sive is fuerit ipse Saturnus, ut explicat Macrobius, aut quispiam Fauni filius, Italiæ rex, stercorationis

inventor. Stercutium vocat Plinius, alii Sterculium: eum irridet Lactantius lib. 1, cap. 10; Tertullianus Apologet. cap. 23.

451. Apud Teolium Vat. unus, referens, minus bene, pro dicere. De monstris portentisque deum gentilium, ac de festis Saturnalibus, dictum jam est in libris contra Symmach.

452. Ruinartius, lenis; Bollandiani hoc ipsum cum Ruinartio, sed ad marg. notant in ms. eorum esse senis. Addere potuissent lenis esse contra metrum, neque Saturno congruere.

454. Barthius, lib. VIII Adv., cap. 12, ait Prudentium, sibi constantem, eandem syllabarum quantita- tem in Gabriel secutum hoc loco, et vers. 98 ditto- chæi, ubi ait: Gabriel Patris ex solio, sedemque re- pente. At secunda in eo versu dittochæi necessario est longa in Gabriel: in hoc vero Emitte Gabriel tuum brevis esse posset, facto iâmbō in tertia sede.

456. Ald., Parrhasius, Palat., plerique nostri, et Heinsiani, Gis. in contextu, et quidam ms. quem is vidit, Iuli. Gis. prima ed., unus Rott., Bong., Iulica, male; neque melius Weitz. cum Widm., Iulia. Gis. ad oram ex suo ms., unus Rott., Iula, quod placuit Cauchio. In Vat. P. Iulii valet Iuli. Virgilius 1 Æn. Iulius, a magno demissum nomen Iulo. Widm. supra; civitas pro cæcitas.

460. De his versibus egi in Proleg.

465. Sive primus legatur, sive primam, eadem est sententia de principatu Petri apostoli, rejecto errore Ecclesiæ bicipitis. Hæc vero sunt sectionis varietates. Ald., Widm. supra Put., Thuan., Oxon., Rott., Nomis., Gis. in textu, Fabr., Rat. a prima manu, Vat. B a secunda manu, Mar. a prima manu, et clare ad marginem, primam. Weitz., codex Bolland., tres Torr. Alt., Palat., Hailsbr., Parrhasius, Sich., primus. In Ambr. videtur esse primas, et in eodem creditus.

465. Baronius, tom. I Annual. ad annum 69, his Prudentius versibus de religionis in melius muta- tione explicat quædam oracula et prodigia quæ finem Romani imperii imminere portendebant.

466. Juno Jovis et soror, et conjux.

468. Aliqui interpungunt Plebemque jam Christi: fuge.

470 Te sanguis exturbat Petri,
Tibi id, quod ipse armaveras
Factum Neronis officit.

Video futurum principem
Quandoque, qui servus Dei

475 Tetrus sacrorum sordibus
Servire Romam non sinat.

Qui templa claudat vectibus,

926 Valvas eburnas obstruat,
Nefanda damnet limina,

480 Obdens aenos pessulos.

Tunc pura ab omni sanguine

A Tandem nitebunt marmora,
Stabunt et æra innoxia,
Quæ nunc habentur idola.

485 Hic finis orandi fuit,
Et finis idem vinculi
Carnalis; erupit volens
Vocem secutus spiritus.

Vexere corpus subditis

490 Cervicibus quidam patres,

927 Quos mira libertas viri
Ambire Christum suaserat.

Repens medullas indoles

GLOSSÆ VETERES.

472. Officit, valde nocet, obest, I.
475. Principem, Constantinum, Mar. Constantinum
vult dicere, I.
476. Sinat, non consentit, I.
478. Valvas, fenestras, seras, I.
479. Damnet, claudat Constantinus, I.
480. Obdens, opponens, contra dans. — pessulos,
jectes, I.
481. Pura, Deo dicata. — Sanguine, inquinata,

mento, I.
485. Æra, idola, I.
485. Hic, tunc. — Orand, scilicet S. Laurentii.
486. Vinculi, corporis, I.
491. Libertas, fiducia Laurentii, I.
B 492. Ambire, desiderare, I.
493. Recens, repentina. — Medullas, viros. — In-
doles, nobilitas, I.

COMMENTARIUS.

471. In Vat. B. ex armaveras, factum est amaveras, non ita bene.

472. Tertullianus cap. 50 Apologet.: *Nec quidquam tamen proficit exquisitior quæque crudelitas vestra, illecebra est magis sectæ. Plures effimur, quoties metimur a vobis. Semen est sanguis Christianorum.... Inde est quod ibidem sententiis vestris gratias agimus, ut est amulatio divinæ rei et humanæ.*

475. Interpretes omnes, cum veteres tum recentiores, hunc principem affirmant esse Constantinum. Equidem magis credo, a Prudentio suum vel potius nostrum Theodosium laudari. Theodosius enim vere ille fuit qui Romam servare idolis vetuit, templa clausit vectibus, et fecit ut æra innoxia starent, quæ olim habebantur idola, dum permisit, stare simulacra artis pretio, non divinitate, merenda. Vide lib. I in Symm., vers. 505. De eodem Theodosio post Prudentium ita scribit Orosius lib. VII, cap. 54: *Cum afflictum ac pene collapsum reipublicæ statum videret (Gratianus), eadem provisione qua quondam legerat Nerva Hispanum virum Trajanum, per quem respublica reparata est, legit et ipse Theodosium, æque Hispanum virum et restituendæ reipublicæ necessitate apud Syrmium purpuram induit, Orientisque et Thraciæ simul præfecit imperio, in hoc perfectiore iudicio; quia cum in omnibus humanæ vitæ virtutibus iste par fuerit, in fidei sacramento religionisque cultu sine ulla comparatione præcessit: siquidem ille persecutor, hic propugator Ecclesiæ. Animadvertendum est, usque ad Theodosii imperium præcipuam nobilitatem Romanam idolorum cultum fuisse addictam. Augustinus Confess. lib. VIII, cap. 2, de Victorino loquens ait: *Statuam in Romano foro meruerat et acceperat usque ad illam ætatem venerator idolorum sacrorumque sacrilegorum particeps, quibus tunc tota fere Romana nobilitas spirabat.**

474. Ald., Mar. supra aliena manu, nonnulli vulg., servos. Lege servus. Idem Theodosius princeps bonus vocatur hymn. 12 Peristephan., vers. 47.

477. Hoc loco templa accipit pro fano idolorum, quæ a primis Christianis proprie templa dicebantur. Hieronymus ad Riparium ep. 109, al. 55, de Vigilantio: *Et cum Juliano persecutore sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa converteret. Zeno Veronensis serm. de continent. lib. I tract. 5: Tibi ecclesiæ, illi adeunda sint templa.* Supra autem Prudentius, vers. 164, basilicam sive conventiculum Christianorum, ut appellant Arnobius, Lactantius, Orosius, Ammianus, templum dixit. Vide vers. 107 Psycho-

mach. Theodosius anno 391 legem tulit cod. Theod., de Paganis l. XI: *Nulli sacrificandi tribuatur potestas, nemo templa circumeat, nemo delubra suscipiat, interclusos sibi nostræ legis obstaculo profanos aditus recognoscant.* Quod uberius confirmavit anno et leg. seq.

479. Ald., Parrhasius, Pal., omnes Heinsiani, et nonnulli alii, nefasta. Vat. B, Mariettus, Rat., Prag., Weitz., Gis. et alii nefanda.

480. Gis. 2. ed., aeno, in prima ed., aenos cum cæteris, excepto Parrhasio, qui habet aenis pessulis. Alii ahenos, alii aenos scribunt. Alex. mendose, ænos.

485. Ald., *Stabunt et vera innoxia*; Parrhasius, *Et stabunt æra innoxia*: utrumque contra metrum. Alt., Noms., Rott., *Stabunt ut æra innoxia*. Vera lectio, *stabunt et æra innoxia*. Theodosius lib. I in Symm. ita Romanos alloquitur: *Marmora tabenti respergine tincta lavate, O proceres; liceat statuas consistere puras, Artificum magnorum opera.*

C 486. Sich., et finis item: repugnat lex metri. In Ald. pro vincula lege vinculi.

487. Gallandius cum Ruinartio rescripsit *volans pro volens*. At *volens* verum est ex fide mss. et concinnum hoc loco: sic vers. 529, *Dicis, Libenter oppetam*. Vide comment. ad vers. 22 præfat. carminum. Non tamen spernendum est *volans*. Et ita legit Latinus.

489. A loco martyrii, scilicet a colle Viminali, ut fama refert, ubi nunc ecclesia est S. Laurentii in Panisperna, corpus delatum fuit in alium locum, nempe in prædium Cyriacæ in agro Verano, via Tiburtina, ubi alia est ecclesia S. Laurentii, quam fuscus describit Montfauconius in Diario Italico, et Ciampinius de Ædific.

490. In Actis vulgatis S. Laurentii et apud Adonem, Patres qui corpus S. Laurentii vexerunt dicuntur Justinus et Hippolytus. Verum hi jam pridem erant Christiani, et Prudentius nominat Patres, quo nomine senatores videntur designari, recens ad fidem conversi ob admirabilem libertatem et constantiam martyris. Igitur præter Hippolytum et Justinum, quorum mentio fit apud Adonem, alii ad deferendum corpus conveniunt, Teobius Comum redarguit, quod per Patres a Prudentio indicatos Justinum et Hippolytum intelligi commode posse affirmaverit. Bollandiani eosdem Justinum et Hippolytum intelligi censuerunt. Fortasse quod mox ait Prudentius, *Ambire Christum*, explicari poterit de desiderio martyrii. Sed aliud suadent versus seqq. et 575.

493. Ambr., tres Torrentiani, Rottendorphius, Cauchianus, *replens*, quod exstat etiam in Parrhasio, ubi mendose *indole*. Cellario placuit *replens*; plerique

Afflarat, et coegerat
 495 Amore sublimis Dei
 Odisse nugas pristinas.
 Refrigit ex illo die
 Cultus deorum turpium :
 Plebs in sacellis rarior ;
 500 Christi ad tribunal curritur.
928 Sic dimicans Laurentius ,
 Non ense præcinxit latus :

496. Nugas. *idola*, I.
 497. Refrigit, *gelavit*, I.
 499. Sacellis, *templis deorum*, I.
 500. Tribunal, *ad ecclesiam*, I.
 501. Dimicans, *pugnans*, I.
 502. En-e, *gladio*, I.

A Hostile sed ferrum retro
 Torquens in auctorem tulit.
 505 Tum dæmon inuictum Dei
 Testem lacecit prælio,
 Perfossus ipse concidit,
 Et stratus æternum jacet.
 Mors illa sancti martyris
 510 Mors vera templorum fuit :
 Tunc Vesta Palladios lares

GLOSSÆ VETERES.

501. Auctorem, *diabolum*, I.
 505. Tum, *usque*, I.
 506. Lacecit, *provocat cum prælio*, I.
 508. Æternum, *æterna'iter, in æternum*, I.
 511 Vesta, *dea ignis*, I. — Lares, *ignis*, I, Mat.

COMMENTARIUS.

legunt *repens*, hoc est repentina in dolens, quæ a Giselino exponitur *libera quædam, et nobilis generositas*. Poterit etiam intelligi *repens* tanquam adverbium pro repente ut in Eulalia vers. 161, *Emicat inde columba repens*.

496. Nugæ pristinæ sunt aniles fabulæ de cultu deorum. Aliqui putant *nugas, nantias*, accipi etiam pro larvis et idolis. Res in idem recidit, sive idola intelligas, sive fabulosam doctrinam de idolis. Vide comment. ad vers. 34 hymni 11 Cath., *Venerans inanes nantias*.

497. Huc faciunt quæ de multitudine Christianorum, ante Diocletianeam persecutionem crescente, dixi ad vers. 164. Plinius etiam ante S. Laurentii martyrium epist. 97, lib. x, *queritur prope iam desolata templa fuisse*, quod multi ex omni ordine Christiani fierent. Cicero simili significatione dixit ep. 1 lib. 1 ad Atticum : *Cum Romæ a judiciis forum refrigerit*. Vulpus ad carmen Catulli 62 putat id imitatum Prudentium, *veterum*, ut ait, *elegantiarum studiosissimum*, et eodem sensu accipit Catulli verba : *Tepida limina*.

500. Cauchius coniecit *curritur* : sed bene est *curritur*. Hos duos versus ita legit Latinius, cum in Torn. invenisset *Plebs ad tribunal curritur Christi in sacellis rarior*. Ad tribunalia basilicarum respicit a poeta, monet idem Cauchius. De hoc tribunali Prudentius hymn. 11 Perist. vers. 225 : *Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal Tolitur, antistes prædicat unde deum*. P. Franciscus a Puteo ex recenti nostra loquendi ratione rem voluit explicare : *Nempe ad sacra baptisteria, et ad ecclesiarum tribunalia, in quibus Christiani sacerdotes resident, ut eos a peccatis abluant, absolvantque juxta ritus a Christo institutos, et potestatem sibi divinitus collatam*. Videtur intelligere confessionalia, ut nunc loquimur, quæ tribunalia poenitentiae solent appellari. Vereor ne id irrideant hæretici.

505. In Mar. videtur esse *tum demum*; male.

511. Vat. A, *Palladis*; Egm., *Pallidios*; Vat. B, *Palladeos*; Weitz., *Paldios*. Verum es. *Palladios*. Quid autem sibi volunt *Palladii lares*? Nebrissa ait templum, ubi erat Palladium. Chamillardus vult intelligi lares seu deos domesticos, Palladios dictos ob Palladium, illam scilicet Palladis statuam quæ urbem in qua erat inexpugnabilem reddere dicebatur. In interpretatione vero ait nec Vestam nec Palladium jam a Romanis adorari. Cellarius ex Herodiano lib. 1, cap. 11, notat in Vestæ templo Palladium custoditum. Marietti Glossa cum Isonæ *lares* interpretatur ignes : quod recentes interpretes an advertisse non videntur. Aliorum interpretatio mihi non placet : haud scio, an mea alis placebit. Sermo hic est de igne vestalium, de quo vers. 447 : *Veneratus occultis focis Phrygum penates exules*. Postea narrat vestales ad Christum conversas, vers. 527, *Vestalis in-*

trat Claudia. Ait, *impune descri ignem vestalem*, quia flagris verberari debebant virgines vestales, quarum negligentia ille ignis exstinguereetur. Ignis autem Vestæ Palladius dicitur, tum quia apud vestales Palladium conservabatur, tum quia Athenis, urbe a Pallade condita, hic ignis aut originem habuit aut singulari honore colebatur. Prudentius lib. II in Symm., vers. 164 et seqq. : *His, ni fallor, ager vitis corruptus, et ante Subjucuit, quam Palladium, quam Vesta Penates Sub lare Pergameo servarent igne reposito, Quam Priami genitor conductis mœna fabris Exstrueret, quam virgo suas fundaret Athenas Pallas : in his quoniam Vestalis origo favitæ Urbibus, ut memorant*. Etsi autem Prudentius dicat, *Tum Vesta*, tamen de suo tempore loquitur, ut ex versibus seqq. liquido patet. Denique Lares esse ignes, aut pro eis accipi, docent glossæ Isonis et Marietti. Ignis sacer erat Laribus : et ut ego puto, instrumenta ipsa ferrea quæ ad ignem alendum, conservandum, et ad ejusdem usum circa locum erant, quibusdam imaginibus erant ornata, quæ pro diis Laribus colebantur. De his Laribus sive diis, sive instrumentis in deorum formam effictis, accipio illud Horatii Epod. 2, *Positosque vernas, Dis examen domus, Circum residentes Lares*; et vers. 204 lib. II in Symm., *Unguentoque Lares humescere nigros*. Prudentius, qui Lares irridet, vocat eos *nigros* ob lumum culinæ; Horatius *residentes*, ut significet coram eos expoliendi, nisi mavis *residentes* explere oleo quo ungebantur nitentes. Imo quod ait Isidorus lib. XX Etym. cap. 2, *lardum* dictum quia in *laribus*, hoc est domibus conservatur, non ita videtur probabile, ac *lardum* dictum a Laribus, a quibus pendebat, vel prope quos conservabatur, vel quod eo Lares religionis causa ungerentur. Hispani *lares* vocant catenam ferream ex qua ad ignem lebetes pendunt : eam vocem ex laribus trahere originem, verum forte se non erit, sed est certe verisimile : quod etiam Covarrubia nostro placuisse video. Recte enim Barthius de Hispano sermone, qui *romanze* dicitur, mihi proventiasse videtur libr. XLVI Adv., cap. 15 : *Romanæ vero lingue titulum sibi vindicant hodieque Hispani, et certe puto nullum idiotismum illi propiore esse, nec ullus magis integra servavit verba ; itaque magna nos delectatione cepit Castilianismus hodiernus*. Quod eo vel maxime confirmare posset, quia in Hispanorum lingua tot sunt verba Latina simul et Hispanica, ut et oratione soluta, et metro Hispano plura exstant opuscula verbis Hispano Latinis composita a Joanne de Meua Ferdinando Perez de Oliva, Ambrosio Morales, Ludovico Gonzalez, Francisco de Castilla, Joanne de Gusman, Magistro Martinez, Didaco de Aguiar, Joanne Rodriguez de Leon, Joanna Agnete de la Cruz, aliisque multis. Sed, ut ad Lares redeam, non est omittendum Larium mentionem, uti etiam Penatum sæpe occurrere in describendo igne vestali. Virgilius lib. V, vers.

929 Impune sensit deseri.

Quidquid Quiritum sueverat
Orare simpuvium Numæ,

515 **930** Christi frequentans atria,
Hymnis resultat martyrem.

Ipsa et senatus lumina,
Quondam luperci, aut flamines,
Apostolorum et martyrum

GLOSSÆ VETERES.

513. Quiritum, Romanorum, I.
514. Simpuvium, combarbationem; nam simulacrum illius barbatus fuit. Barbati in pictura. — Numæ, consulis, Cæsaris, I. — Vas cum quo sacrificabatur Numæ. Vat. A. — Simbuvium, id est barbatus simulacrum, Vat. S.
516. Resultat, laudat, I.
517. Lumina, principes, principalia,
518. Luperci, idoli. Sacerdotes Panis dicti, quod lupos ab ovibus arceant. Hi vere pastores sunt. Lupercal vero templum Panis, ita appellatum, quod ei so-

A **520** Exosculantur limina.
931 Videmus illustres domos
Sexu ex utroque nobiles
Offerre votis pignora
Clarissimorum liberum.
525 Vittatus olim pontifex
Ascitur in signum crucis,
Ædemque, Laurenti, tuam

lemnia ludicra celebrantur, unde lupercalia prostibula dicuntur. — Flamines, sacerdotes deorum. Flamen est dictum, quasi filamen, eo quod filo caput cingebant antiqui, I.

521. Domos, familias, I.
522. Sexu ex utroque, virorum, et mulierum, Iso.
523. Pignora, pueros, I.
524. Liberum, hominum, I.
525. Pontifex, sacerdos, I.
526. Ascitur, acquiritur, I.
527. Ædem, ecclesiam, I.

COMMENTARIUS.

744. Pergameumque larem, et canæ penetralia Vestæ. De Prudentio in hoc eodem hymno, et lib. II contra Symmachum jam vidimus. Nec mirum: nam ipsam Vestam Macrobius lib. III Saturnal., cap. 4, inter deos penates, aut certe eorum comitem recenset.
512. Hailsbronn., deleri: corrigere deseri.
514. Put., Noms., Torrentiani duo, Oxon. a secunda manu, Thuan., Widm., Weitz., Vat. A a secunda manu, Vat. Q, Alex., a prima manu, Rat., Mar. a prima manu, Prag., Orare simpuvium Numæ. Ruinartius, Gallandius cum ms. S. Michaelis in Periculo maris, Hailsbr. supra, Egm. ad oram, Gifanius verbo MOENERA, ex vet. lib., Ornare simpubium Numæ. Ald., Torn., Fabr., Sich., Ornare res vanas Numæ. Vat. A, a prima manu, Hailsbr. a prima manu, Egm. a prima manu, Oxon. a prima manu, Alex. ad oram pro div. script., Vat. P., Ornare res impias Numæ; quam lectionem Aldo non jure affingit Teolius. Urb., Ornare res Numæ impias. Gis. ex ms., Hailsbr. ad oram, Ornare nœnias Numæ; quam lectionem confirmat Giselinus ex vers. 34 hymni 11 Cath.: Venerans inanes nœnias. Afirmat Giselinus in aliis esse, ornare res sacras Numæ. Parrhasius legit, Orare in pulvinar Numæ: non patitur metrum. Sustineri posset Ornare pulvinar Numæ. Sic Horatius lib. I, oda 57, Ornare pulvinar deorum. Verum Weitzius, aliique recentiores editores Prudentii merito præferunt Orare simpuvium Numæ, quod placebat etiam Cauchio. Alii scribunt simpuvium, alii sinpuvium, alii simpubium, alii simputum, alii simpullum. Id erat vas sacrificiis aptum, quia omnes sacerdotes simul inde bibebant, sive a sumendo ita dictum, sive aliam originem id vocabulum habuerit. Simpuvium quo Numa usus fuerat, posterius summo in honore habebant. Cicero Paradoxo 1, Quid autem. Numa Pompilius? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur? Persius sat. 2, Aurum, vasa Numæ. Apuleius in apol. 4 eodem respicit: Paupertas etiam populo Romano imperium a primordio fundavit proque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo et catino sacrificat. Juven. sat. 6, Simpuvium ridere Numæ, nigrumque catinum. Quod expressit Prudentius. Ait autem orare simpuvium, quia pagani illud venerabantur, et ad illud orabant. Quam interpretationem ex lib. I in Sym. confirmari, monuit Mariettus, sed locum non indicavit. Plura de simpuvio vide apud Meursium in lib. IV Arnobii, c. 9.

516. Nonnulli Vulg., martyrum; quod fortasse verius.
517. Senatores lumina senatus, curiæ passim dicunt Cicero, Lactantius et alii.
518. Ald., Torn., Gall., Parrhasius, aut flamines. Ita etiam in multis mss. Sed Heinsius mutavit in et flamines cum Geselino. Tria erant Romæ lupercorum collegia, duo antiquissima Fabianorum et Quintilia-

norm; tertium Julianorum a C. Julio Cæsare additum.
519. Parrhasius, aut martyrum.
520. Exstat de Liminibus apostolorum disquisitio historica habita a Petro Salomoni Romæ 1777. Auctor dissertationis est Petrus Lazzeri, qui nuper Romæ obiit, cum magna singularis doctrinæ opinione diu florisset: probat limina hæc in basilica Vaticana fuisse non limina exterioris ambitus, sed confessionis, quam vocant; quæ scilicet est solium sive locus ubi recondita sunt corpora SS. apostolorum Petri et Pauli. Etsi autem id verum sit, ritus tamen osculandi limina in ipsis januis templorum videtur hic indicari: sane antiquissimus ille ritus est, S. Paulinus Natali 6: Ingressusque sacram magnis cum fletibus aulam, Sternitur ante fores, et postibus oscula figit, Et lacrymis rigat omne solum, pro limine sancto Fusus humi. Chrysostomus homil. 30 in Epist. II ad Corinth.: Templum Christi sumus. Itaque templi vestibula et aditum osculamur cum alii alios osculamur. An non cernitis quotnam homines etiam hujusce templi vestibulis osculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum admoventes. Ac per has portas et januas ingressus est Christus; et ad nos ingreditur, cum communicamus. Etiam nunc pia hæc consuetudo a multis religiose observatur. V. plura ad hunc ritum pertinentia apud Rosw. in not. ad carm. 18 et 21 Paulini, et apud Murator. in not. ad Nat. 12, ubi minus bene dubitat an Chrysostomi verba de templo Dei mystico, quod nos sumus, liceat interpretari: nam exploratum est Chrysostomum e veneratione, quæ templorum vestibulis exhibebatur, argumentum ad nos petere. Opus Martini Kempii de Osculis, ubi de osculis Christianorum agit, multa indiget correctione.

521. Parrhasius, illustres domo.
523. Hanc consuetudinem offerendi liberos Deo confirmat Paulinus Natali 15, vers. 64: Et simul Eunomia æternis jam pacta virago. — In cælo thalamis, quam matris ab ubere raptam Festino placitam sibi Christus amore dicavit. Et vers. 261, de Asterio: Quem simul unanimes vera pietate parentes Infantem Christo constituere sacrum. Muratorius in notis ad hunc versum heterodoxos recte redarguit, quod in monachismum, et religiosorum vota invehantur, cum veteres Christiani ab ipsis incunabulis Deo liberos consecrarent. Vide comm. ad vers. 154 lib. II in Sym.
524. Latinius legit Clarissimorum, quod omnino præferendum videtur, præsertim si faveant mss.
526. Vat. A scribit ascitur. Nescio cur moneat Giselinus ascitur esse in libris calamo exaratis: nam ita etiam est in Aldo aliisque libris impressis, quam alii scribunt ascitur. Tractam metaphoram ab iis qui in aliquod collegium sive societatem asciscuntur, non immerito opinatur Gis. Cham. edidit accitur.
527, 528. Mar. non bene, Eademque ad Lauren-

D **521.** Parrhasius, illustres domo.
523. Hanc consuetudinem offerendi liberos Deo confirmat Paulinus Natali 15, vers. 64: Et simul Eunomia æternis jam pacta virago. — In cælo thalamis, quam matris ab ubere raptam Festino placitam sibi Christus amore dicavit. Et vers. 261, de Asterio: Quem simul unanimes vera pietate parentes Infantem Christo constituere sacrum. Muratorius in notis ad hunc versum heterodoxos recte redarguit, quod in monachismum, et religiosorum vota invehantur, cum veteres Christiani ab ipsis incunabulis Deo liberos consecrarent. Vide comm. ad vers. 154 lib. II in Sym.
524. Latinius legit Clarissimorum, quod omnino præferendum videtur, præsertim si faveant mss.
526. Vat. A scribit ascitur. Nescio cur moneat Giselinus ascitur esse in libris calamo exaratis: nam ita etiam est in Aldo aliisque libris impressis, quam alii scribunt ascitur. Tractam metaphoram ab iis qui in aliquod collegium sive societatem asciscuntur, non immerito opinatur Gis. Cham. edidit accitur.
527, 528. Mar. non bene, Eademque ad Lauren-

932 Vestalis intrat Claudia.

A 933 O ter, quaterque, et septies


GLOSSÆ VETERES.

528. Vestalis, quæ fuit sacra in vestibus. — Claudia, virgo Vestæ. Quædam famula Vestæ Claudii filia

fuit; familia, I.


COMMENTARIUS.

tium: quanquam aliquo pacto defendi posset. Pro quavis virgine vestali nominat Claudiam, quia familia Claudia erat nobilissima, de qua uberrime agit Suetonius in Tiberio cap. 1, ex qua virgo vestalis fratrem injussu populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam tribunorum esset. Ejusdem etiam gentis Claudia fuit quæ navem cum sacris matris deum deæ obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret. Montfauconius in Antiq. Explic. tom. I, lib. II, imagines exhibet Bellicæ, Modestæ, Neratiæ, et Tucciæ vestalium. De Tuccia Valerius Max. lib. VIII, cap. 2. Lipsius e memoriis priscis plures inscriptiones de vestalibus in Syntagm. de Vest. exscribit. Ex hoc loco conjicit Victorius Prudentium loqui de æde S. Laurentii nuncupata *Palis perna*, seu *Panis perna*, quæ a monialibus Franciscanis nunc tenetur. Verum hæc ratio exigui roboris est: nam quod vestales ædem S. Laurentii ingrederentur, probat eas ex vestalibus factas Christianas, ut antea ait Prudentius, senatores quondam Lupercos aut flamines, exoculari limina apostolorum. Nullum autem vel levissimum argumentum petitur ex hoc versu, *Vestalis intrat Claudia*, jam tempore Prudentii eam ecclesiam annexam fuisse monasterio sanctimonialium. Gravior conjectura pro æde S. Laurentii in Palisperna duci potest ex consuetudine adhuc permanente, quod populi Romani Conservatores quotannis S. Laurentio ad ejus ædem Palispernae argenteum calicem et patenam argenteam cum cereis funalibus quatuor offerunt. Oblatio cerei ad altare S. Laurentii exprimitur in antiqua Victorii lamina ex plumbo, cujus hoc est ectypum:



Romæ ex Museo Victorio.

Plumbi mensura.



Prodiit in lucem *Dissertatio philologica, qua nonnulla monumenta sacræ vetustatis ex museo Victorio deprompta æti incisa tabula vulgantur, expenduntur, illustrantur Romæ, 1751, in-4, ex typ. Palladis.* Auctor est ipse Victorius. Quod attinet ad S. Laurentium, explicat gemmam annularis moduli, in qua visitur S. Laurentius super craticulam. Hanc gemmam exhibe-

bimus ad vers. 563, simul cum aliis quinque monumentis veteribus, quibus antiquus cultus S. Laurentii Romæ præstitus illustratur. Deinde Victorius exponit antiquam, ut dicebam, ex plumbo laminam rotundam, quæ ab aliquo Christiano, ut credere æquum est, deferebatur collo appensa, veluti sacrum amuletum ad ejusdem apud Deum obtinendam intercessionem, de quibus sacris amuletis multa ibi Victorius. In ea lamina seu numismate post martyrem stare videtur femina, vel in aera non nihil sublata, vel loco a terra edito cælum oculis respiciens, ad mamillas succincta, manibusque orantis in modum apertis elatisque; quæ fortasse Laurentii animam designat. Apud ethnicos etiam animæ forma feminea effingi consueverunt. De anima Laurentii Prudentius vers. 487, *Erupit volens Cælum secutus spiritus*. In altera numismatis parte cælatum est altare quatuor columnis teretibus, cui nomen vetus est *confessio*; et in Cæremoniali episcoporum lib. I, cap. 12, § 4, legitur: *Locus qui in plerisque ecclesiis sub altari majori esse solet, ubi SS. martyrum corpora requiescunt, martyrium seu confessio appellatur*. Anastasius Bibliothecarius in vita Sixti III loquitur de confessione, transenna, altari S. Laurentii, ut videtur, in basilica agri Verani, ac deinde de alia basilica S. Laurentii, quæ probabiliter est ecclesia S. Laurentii in Lucina. Plura addit Victorius de templis S. Laurentii quæ Romæ exstant, et de ejusdem martyris cultu. Ignatius Como in opere de S. Laurentio, ubi agit de gloria posthuma, decem præcipuas ejus ecclesias Romæ existentes ita enumerat, ut prima ab eo ponatur basilica in agro Verano, de qua Prudentium locutum existimat, cum in ea jaceat corpus S. martyris, secunda ecclesia S. Laurentii in Lucina, tertia in Damaso, quarta in Panisperna, quinta in fonte ad radices Exquilini montis, sexta parochia, ubi ad montem Capitolinum ascenditur ab orientali parte, septima in Miranda apud antiquum forum Romanum, octava in Burgo, aliter in Piscibus, nona SS. Benedicti et Laurentii in Piscinula, decima Lateranense pontificium oratorium, sive Sancta Sanctorum. De hoc sacello pontificio vidi libellum eruditum *dell' Oratorio di S. Lorenzo nel Laterano, hoggi detto Sancta Sanctorum, discorso di Benedetto Millino*. Romæ 1666. De aliis celeberrimis templis S. Laurentii, præsertim Forentino et Scorialensi agunt Bollandiani § 4 de Gloria posthuma S. Laurentii, et idem Ignatius Como, ubi cap. 3 cramben ab exteris centies repetitam, ac milles ab Hispanis rejectam, profert, scilicet Foxio architecto Parisiensi constructionem ejus fabricæ deberi. Monumentis certissimis constat primum architectum fuisse Joann. Baptistam de Toledo, Joannem Herrera ejus discipulum magnam operis partem perfecisse. De aliis vero ecclesiis S. Laurentii, quæ olim Romæ exstant, videri potest Martinellius. Excepta enim Deipara, nullus videtur fuisse sanctus cui tot Romæ consecrata fuerint templa.

529. Fabr., Gis., quaterque o septies. Virgilius *Æn. O terque quaterque beati*. Hujusmodi invocationum pleni sunt hymni Prudentii, uti etiam carmina Damasi, Paulini et aliorum. Neque vero hæc parvi sunt faciendæ, quasi a poetis dicantur; sed potius in exemplum adduci debent, quod in cætibus publicis ecclesiarum cani solerent. Responsio hæreticorum quam sit inepta et impudens, collige ex Sagittarii verbis de Martyrum Natalitiis cap. 5, num. 42; siquidem non erubescit affirmare, quod *His sæculis nulli essent qui superstitiones illas et erroneas invocationes cum auctoritate corrigerent vel reprimerent*. Quasi vero tot sanctissimis ac doctissimis viris, qui sæculo IV floruerunt, ad superstitiones et errores corrigend-

530 Beatus Urbis incola :
 Qui te ac-tuorum cominus
 Sedem celebrat ossuum.
934 Cui propter advolvi licet,
 Qui fletibus spargit locum,
 535 Qui pectus in terram premit,
 Qui vota fundit murmure.
 Nos Vasco Iberus dividit
 Binis remotos Alpibus,
 Trans Cottianorum juga,
 540 **935** Trans et Pyrenas ninguidos.
 Vix fama nota est, abditis
 Quam plena sanctis Roma sit,

A Quam dives urbanum solum
 Sacris sepulcris floreat.
 545 Sed qui caremus his bonis,
 Nec sanguinis vestigia
 Videre coram possumus,
 Caelum intuemur eminus.
 Sic, sancte Laurenti, tuam
 550 Nos passionem quærimus :
 Est aula nam duplex tibi,
 Hic corporis, mentis polo.
 Illic inenarrabili
 Allectus urbi municeps,
 555 **936** Æternæ in arce curiæ
 Gestas coronam civicam.

GLOSSÆ VETERES.

530. Incola, *Romani cives*, I.
 531. Cominus, *prope*, I.
 532. Sedem ossuum, *sepulcrum*, I.
 533. Propter, *juxta*.— Advolvi, *prosternere*, I.
 534. Fletibus spargit, *plorat*, I.
 536. Murmure, *oratione, susurratione*, I.
 537. Iberus, *fluvius Hispanicus*, I.
 538. Alpibus, *montibus*, I.
 539. Cottianorum, *Alpium. Duæ Alpes, Cottianæ, et Pyrenææ. Cottianorum, Scottorum*, I.

540. Ninguidos, *a nive*, I.
 543. Urbanum, *civile*, I.
 547. Coram, *præsentialiter, manifeste*, I.
 B 548. Caelum, *ad Deum*.— Intuemur, *operibus propinquamus*.— Eminus, *longius*, I.
 550. Passionem, *passionis diem*, I.
 554. Allectus, *electus, advocatus*.— Municeps, *telenarius minister, vel civis*, I.
 556. Civicam, *angelicam, vel domesticam, cœlestium civium, cœlestem*, I.

COMMENTARIUS.

dos auctoritas aut voluntas defuerit : imo ipsi ejusmodi corruptelas foverent.

531. Vat. A a prima manu, Egm., Pal. a prima manu, cod. Bolland., *qui te præsentem*, contra metrum.

532. Egm., vetustiores Heins., Vat. A, Bong., Hailsb. ossuum, quod placet Heinsio ; et certe ossua pro ossa sæpe in antiquis inscript. occurrit. Hailsb. male, *sede*.

533. Veterum fuit hic mos complectendi tumulos eorum quos sibi caros haberent. Leo, novella 53, *Quorum dolori atque orbitati magnum sane solatium est, si amici sui sepulcrum amplexari ac in id lacrymas profundere possint*. At Christiani religionis et venerationis causa tumulis martyrum advolvebantur. C Testis est Prudentius multis in locis, testes alii scriptores ecclesiastici.

534. Hailsbr., *spargat*, minus recte.

535. Vat. A, *aspectus* : supra, *qui pectus*, quod est retinendum.

536. In Put. *murmuræ*, mendose. Heinsius contra fidem mss. legit *murmura* : sic supra, ut ait, *Votasque dispensat opes*, quod et ibi perperam immutarant. Ignoro quinam illum versum 44 immutarint, nisi quod ibi omnes legunt *Votasque dispensans opes*, Heinsius in hac nota *Votasque dispensat opes* errore typographico. Teolius Heinsium secutus est, et addit in nonnullis editionibus legi *murmure*, sed hic esse *murmura vota*, hoc est votiva, sive S. Laurentio nuncupata. Idem Gallandio cum Chamillardo placuerat. At ante Heinsium omnes editiones habebant *murmure*, neque ullus ms. citatur pro *murmura*. Nihil ergo mutò. Imo si inter se codices mss. dissiderent, præferrem *murmure*. Prudentius enim ait vota fundi submissa voce, quod sæpius explicat hoc vocabulo *murmure*. Atque ita exponit Iso. Quod si mutationi locus esset, rescriberem potius *Qui voce fundit murmura* : nam simili phrasi usus est Prudentius hymno 4, vers. 17, *Voce murmur fuderit*.

537. Alt., Vulg. nonnulli, Cauch. ex conjectura, *Iberos* : melius *Iberus*, sive *Hiberus*, qui fluvius *Vasco* dicitur, quod Vascones alluit, non quod in Vasconia ortum ducat, ut affirmavit Nebrissensis. Vide Prolegom. num. 35 et 36, et confer Wesselingium ad Vet. Rom. Itin. pag. 393. Teolius exponit *nos Hispanos fluvius Iber separat*. At non omnes Hispanos Iber separat a Roma, sed eos tantum qui trans flumen siti sunt. Virgil. ecl. 4, *Toto divisos orbe Britannos*. Ovid. eleg. 9 Pont., lib. 1, *Atque tuis toto dividor orbe rogis*.

538. In editione Teolii peccat metrum *Nos binis remotos Alpibus* : dele *nos*. Binas has Alpes esse Cottianas et Pyrenæas, monuit Nebrissa. Gellius de Catone loquens ita ait : *cum de Hispanis Alpibus scriberet, qui circa Iberum colunt*. Et Ausonius ad Paulinum in Hispania degentem *Nunc tibi trans Alpes et marmoream Pyrenen* : quod Scaliger, lib. II Auson. lect., cap. 16, intelligit de Pyrenæis montibus, qui Alpes dicantur. Isidor. lib. XIV Orig. cap. 8, *Gallorum lingua Alpes montes alti vocantur*. De Alpibus Cottianis vide comm. ad v. 216 Apoth. Ald. scribit *Cottianorum*. In glossa *Scottorum* mendose vel imperite scriptum est.

540. In nonnullis vulg. scribitur *ningidos*. Bollandiani et Franciscus a Puteo post Ruinartium pro diversa scriptura, aut pro glossa ad oram adjecerunt *nividos*, quod neque Latinum est, et metro adversatur. *Ninguidus* ab antiquo *ninguis*, a quo etiam *ninguere*. Utitur *ninguidus* Ausonius epist. 22, *Barcino, me bimaribus juga ninguida Pyrenæi*.

541. De multitudine SS. martyrum dicam ad vers. 4 hymni S. Hippolyti.

544. Servius ait Ennium, Lucretium, Virgilium verbo *florendi* usos variis omnino in rebus. Lucretius dixit : *Florent flumina flammis, Florent urbes pueris, Floret mare navibus*. Sed elegantissimum est hoc Prudentii, *Solum urbanum floret sepulcris martyrum*. Quod aperte imitatus est Isidorus lib. XV Etym., cap. 4, *Cæsaraugusta . . . florens SS. martyrum sepulcris*. Fortasse Isidorus scripserit *sepulcris* : nam phrasim desumit ex Prudentio.

545. Parrhasius, *sed quia*, non bene.

546. In vasis, in linteolis, in spongiis sanguinem SS. martyrum accurate conservatum, vel ex hoc loco discas. Confer in Hippolyto vers. 140 et seqq.

548. Parrhasius, *cælum tuemur*.

551. Bayerius, in dissert. de S. Laurentii patria, cap. 4, argute excogitavit Prudentium hanc sententiam ex Cicerone expressisse, qui de M. Porcio Catone Tusculi nato loquens, ait lib. II de Legib., sub initium : *Ego mehercule et illi, et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis*.

554. De cœlesti Jerusalem Apocalyps. cap. XXI.

555. Weitz. cum Egm., Hailsbr., Widm., *æterne*. Alii, *æternæ*, probe.

556. Weitz., Egm., *gestis pro gestas*. Mariettus glossam vel suam, vel aliter apponit : *Civicam, civium, quod Laurentius cives ab idolis liberaverit. Civica enim*

Videor videre illustribus
 Gemmis coruscantem virum,
 Quem Roma cœlestis sibi
 560 Legit perennem consulem.
 Quæ sit potestas credita,
 Et muneris quantum datum,

557. Videor videre, *mihî cernitur*, I.
 558. Virum, *Laurentium*, I.
 559. Roma cœlestis, *Hierusalem*, I.
 560. Legit, *elegit*, I.
 561. Credita, *scilicet tibi illi*, I.

dabatur ei qui civem liberasset. Teolius vult *civicam* dici, quod Laurentius *cives suos* liberaverit: scilicet præludit suæ opinioni de Roma, natali solo S. Laurentii. At quis unquam somniavit eum qui *civica corona* donaretur intelligi natum Romæ? Aulus Gellius, lib. v, cap. 6: *Civica corona appellatur, quam civis civi a quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisque perceptæ dat. Ea fit e fronde querna. Hac corona civica L. Gellius, vir censorius, in senatu Ciceronem consulem donari e republica censuit.* Paschalius, de Coronis lib. vii, cap. 8, putat Prudentium ex omnibus coronis elegisse *civicam*, qua Laurentium donaret in cœlo degentem, ob solam hujus præmii dignitatem.

557. Vulpius ad carmen 60 Catulli ex hoc loco Prudentii conjicit in Catullo legendum *Flammeum videor videre, non venire.*

561. Weitzius hoc loco allegat Lessium de *Justitia et jure* lib. ii, cap. 36, et Chemnitium in *Exam.* part. 3, pag. 352. Verum, ut Lessii doctrinam de veneratione sanctorum ambabus ulnis excipimus, sic Chemnitii aliorumque novatorum hæreses auctoritate Prudentii ac SS. Patrum unanimi suffragio abominamur.

563. S. Augustinus serm. 304, alias de diversis 57, *Quam gloriosa enim, et quanta virtutum multitudine, quasi florum varietate, distincta Laurentii martyris sit corona, universa testis est Roma.* Ac revera præter ea quæ ad vers. 528 attuli, ex pluribus antiquissimis monumentis liquet quam singulari cultu Romani S. Laurentium persecuti sint. In tabula ærea annexa



A Probant Quiritum gaudia,
 937 Quibus rogatus annuis.
 565 Quod quisque supplex postulat.
 Fert impetratum prospere:
 Poscunt, litantur, indicant,
 938 Et tristis haud ullus redit.

GLOSSÆ VETERES.

562. Datum, *scilicet illi*, I.
 563. Quiritum, *militum*, I.
 564. Annuis, *subvenis, vel consentis, adjuvas*, I.
 565. Postulat, *orat*, I.
 568. Ullus, *scilicet hominum*, I.

COMMENTARIUS.

ostenduntur quatuor hujusmodi monumenta e vitro in cœmeteriis Romanis reperta, ac quatuor primis numeris distincta; quæ omnia Constantini ætatem videntur præcessisse, ut ex præfatione Buonarrotii ad opus de Vitris cœmet. colligitur. Sex autem hæc monumenta, quæ repræsentamus, exstant etiam simul collecta apud virum pium doctumque Franciscum a Puteo in opusculo anonymo: *Memorie della vita, del martirio, de' miracoli, del culto, etc., di S. Lorenzo. Romæ 1766.* Primo numero exhibetur fragmentum vitri quod asservatur in museo Vallicellano, jam ab Aringho et Victorio editum. Laurentii nomen litteris aureis inscriptum est: in capite apparet monogramma Christi, et ex uno latere o mega, cui ex altero respondebat, ut recte arguitur, alpha. Circum hæc verba tantum supersunt ANE VIVAS IN CR. Crux quæ tergo S. Laurentii supereminet, indicat S. martyrem crucem Domini ad martyrium usque portasse, vel etiam fuisse diaconum, cujus munus erat proprium crucem in sacris officiis portare: quæ fortasse est causa cur S. Laurentius in antiquissimis picturis musivis crucem manu ferens exhibeatur. In altero vitro num. 2, inter SS. apostolos Petrum et Paulum S. Laurentius depingitur, tanquam si ab ipsis in cœlesti solio fuerit collocatus. - Manu sinistra Evangelium Laurentius tenet, quod ad diaconum legere Evangelium pertineat: adeoque similes Laurentii imagines antiquæ plures exstant apud Aringhum, Ciampinium, Bolland. Propyl. pag. 918. In vitro num. 3 volumen Evangelii aliquantum explicatum S. Laurentius ostendit; circum autem inscriptum est litteris aureis: VICTOR VIVAS IN NOMINE LAURETI. Ubi in nomine Laurentii litera N omissa est ex veterum Græcorum et Latinorum usu, aut fortasse ex imperitia vel incuria artificis. In vitro num. 4 Christus duos sanctos, qui nominati non sunt, coronat; circum autem repræsentantur Petrus, Paulus, Laurentius, Sustus (Sixtus), Ciprianus (Cyprianus), Epolitus (Hippolytus). Num. 5 ejusdem tabulæ S. Laurentius in craticula, igne supposito, torquetur: duo carnifices ignem palis admovent, tertius carbonem in sacco videtur afferre, quibus ignem auceat. In 6 num. martyrium etiam S. Laurentii in vitro expressum est, vivis flammis subjectis: in S. Laurentio limbum cœlestem, et tonsuram clericorum propriam licet observare. Hoc postremum monumentum Panormi in museo Martiniano exstabat. Joannes Felus, qui in not. ad epist. 80 Cypriani affirmat, ad passionem Laurentii confirmandam auctorem aliquem martyrologiis vulgatis fide digniorem desiderari, parum legerat: siquidem non solum tot veterissima monumenta, verum etiam innumera Patrum antiquissimorum testimonia, quibus martyrium idem comprobatur, ignorabat, aut martyrologiis recentiora censebat.

567. Heinsiani plerique, etiam Ambr., et tres Torrent., Parrhasius, Bong., Vat. B., Alex., Prag., Rat., Sich., *poscunt, jocantur*: neque ausus est obniti Heinsius, et ad oram expressit id ipsum Giselinus, quamvis in contextu cum Ald. ediderit *litantur*. Id tenuit Nebrissensis, qui exponit *litantur* pro *litant*,

Ceu pr esto semper adsies,

A 570 Tuosque alumnos urbicos

GLOSSÆ VETERES.

569. Adsies, pro adsis, I.

570. Alumnos, filios, I.

COMMENTARIUS.

scilicet impetrant quod poscunt. Vat. A, Alt., Egm., Palat., lætantur, contra metrum. Widm., jocanter; supra, lætantur. Hailsbr., latenter, quod non est absurdum, ut murmura et vota occulta indicentur; supra lætantur. Weitzius scripsit licenter ex Fabricio, qui habet licentur, quod pariter Giselinus pro diversa scriptura margini apposuit. Heinsius putavit a Weitzio allegari codicem Fuldensem, deceptus nota F, quæ me etiam semel aut bis decepit in primis hymnis libri Cathemerinon. Sed certum est hac littera Fabricium a Weitzio indicari: nam Fuldensi codice solum in Psychomachia usus est Weitzius; quem codicem solet appellare *Fuld.* Chamillardus Weitzii conjecturam fidenter secutus est: *Nec litantur, nec jocantur legendum esse, quis non videt?* Ita ille: cujus opinioni adhæsit etiam Gallandus. At si a codd. mss. licet recedere, restituendum putarem *Poscunt, litant et indicant.*

569. Ald. scribit *assies*, Vat. A, *adsias*, alii *adsies*, quod pro *adsis* a Terentio etiam positum est. Pro *ceu* suspicor *tu præsto*.

570. Sicut Roma antonomastice *Urbs* dicitur, ita Romani *Urbici*. Simili modo Ambrosius in epist. ad Valentinianum contra Symmachum *Urbicorum sacerdotum dispendia*, quod de sacerdotibus ethnicis Romanis intelligitur. Paulinus papam *Urbicum* Siricium vocavit ep. 1 ad Severum. Quia vero Romanis tanquam patronus favet Laurentius, illi alumni vocantur. Sic in inscriptionibus veteribus reperitur: *Patronus alumno posuit.* Sensum horum versuum nemo ignoraret, nisi studio partium abriperetur. *Tu, o Laurenti, complexus lactante sinu Romanos, qui tui sunt alumni, eos tanquam pater, sive amore paterno nutri.* Quis contra hiscere ausit? At quoniam ea nunc libido invaluit, ut argumenta undique conquirantur quibus suadeatur S. Laurentium natum Romæ, etiam ex his versibus hanc opinionem recentiores quidam Itali confirmare laborant. Possem illico eludere eorum conatus, si cum præstantissimo codice Alexandrino a prisca et prima manu legerem *urbicos*: quasi omnes, qui per totum orbem Laurentii opem implorant et sentiunt, intelligantur. In eandem rem adducerem vers. 573, *HOS INTER, o Christi decus, Audi et poetam rusticum.* Sed legamus *urbicos*. S. Leo serm. 2 in nat. SS. Apost. Romanos vocat *alumnos* S. Petri. In Prudentio *tuos cives* interpretatur Teolius, *Quos, nisi Romanos?...* *Hoc unum dicam, qui in ea adhuc sententia permanent, ut S. levitam Hispanis accensendum velint, eos ad argumentum ex Prudentii silentio petitum, nihil habere quod respondeant; nam repperere, uti faciunt P. Perez et novus auctor de Sanctitate S. Laurentii, Prudentium solitum non esse martyrum patriam designare, id demum est lectorum credulitate nimis abuti, cum ex quatuordecim SS. martyrum hymnis quibus hic Peristephanon liber constat, tribus vel quatuor demptis, cæteri omnes martyris patriam disertis verbis prodant, imo et prædicent.* Quisnam sit is P. Perez, quem pro diabolari aliquo fratre aut monacho Teolius traducere videtur, dixi cap. 5 Proleg., num. 106, in nota. Hymnus Prudentii quid probet, Pinius in comment. prævio § 4 declarat: *De patria (S. Laurentii) ac parentibus nihil novi memoriæ proditum a Patribus, uti nec a Prudentio in hymno quem is de Sancto panxit. Et 11: Ad urbem Romanam quod attinet, quasi in ea natales hauserit Prudentius, adeo omni probabilitatis specie videtur destitui opinio quæ hoc asserit, ut ne proponi quidem, nedum refutari mereatur.* Neque silentium Prudentii obstitit quominus

Bollandiani Prudentium Hispanis adjudicarent. Brevis nunc rationes doctissimi et laudatissimi viri Perezii de Bayer, bibliothecæ Hisp. reg. præfecti, contra Teolium exponam. Ait Perezius Prudentium solitum non esse martyrum patriam designare. Id verissimum est, ac clarius intelligitur, si idonea distinctio adhibeatur et explicetur. Ut duplex est martyrum natalis, alter quo terris, alter quo celo nascuntur, ita duplex est patria huic duplici natali respondens, altera ubi huic mortali vitæ, altera ubi æternæ vitæ nascuntur. Simili ratione sicut in martyribus aliisque sanctis ille natalis præcipue celebratur, quo vitam æternam consecuti sunt, ita non tam eorum patria qua in hanc miseram lucem prodierunt, prædicari solet, quam locus ille (sive patriam alteram voces, sive id nomen dare renuas) quo ad cælum evolarunt, et quo eorum cineres conservantur. Prudentius hunc secutus est morem: laudat sæpe urbes in quibus martyres coronati sunt, et in quibus eorum ossa requiescunt; de loco ubi nati sunt, in plerisque hymnis nihil sollicitus. Vide vers. 176 hymni 4 Perist. Exemplo sit hic ipse hymnus quem præ manibus habemus. Nusquam dicit Romæ natum Laurentium, aut Romam hoc alumno et germine gloriari posse. Quid enim ait Romanos celebrare? *Beatus Urbis incola, Qui te ac tuorum cominus Sedem celebrat ossuum.* Locus hic erat indicandi Romæ etiam primam lucem vidisse Laurentium. Quid ergo est quod Teolius affirmat in plerisque Prudentii hymnis patriam martyrum disertis verbis prodi, imo et prædicari? In primo hymno adeo non proditur patria SS. martyrum, ut Teolius putaverit eos fuisse Calagurritanos, cum potius fuerint Legionenses. In Eulalia Emeritam ejus patriam prædicari facile concedo, quamvis nonnulli dubitent. Vide comment. ad vers. 4. De octodecim martyribus Cæsaraugustanis vide vers. 15, 107, 113, hymni 4. Neque Paulus, qui in eo hymno Narboni tribuitur, patria fuit Narbonensis, neque de aliis ibidem laudatis constat an in eis urbibus nati fuerint quæ eorum reliquiis aut patrocinio gloriantur. Succedit hymnus 5 de S. Vincentio, ubi patria ejus nullo modo memoratur, ut dicam ad hymni inscriptionem. Pariter ad titulum hymni 6 observabo, de patria S. Fructuosi et sociorum non constare ex hymno Prudentii. Sequitur hymnus 7 S. Quirini, ubi ad vers. 5 dicam dubium esse an hæc verba, *Complexu patrio fovent*, Sisciam patriam ejus fuisse indicent. In hymno autem 8 versus ad ornatum baptisterii alicujus proferuntur, quin resciri possit ubinam exstiterit illud baptisterium, et quinam fuerint illi duo sancti martyres qui eo loco passi dicuntur. Neque ex hymno 9 constat S. Cassianum, qui eo laudatur, in Foro Cornelii natum fuisse, ut ad titulum ejus hymni notabo. In hymno 10 nihil est ex quo argui possit S. Romanum genere fuisse Palæstinum. Vide comment. ad inscriptionem hymni. Quænam fuerit S. Hippolyti patria, neque Prudentius hymno 11 indicavit, neque aliunde nobis liquido constat. In hymno 12 patria SS. apostolorum Petri et Pauli nullo modo memorata est, nedum prædicata. Panicam terram S. Cyprianum tulisse, ex hymno 13 scimus, nihil aliud ex eo certo exsculpimus. Sepulcrum S. Agnes Romæ esse hymnus 14 expresse declarat; de natali solo hujus virginis nihil in eo exprimitur. Quo ergo jure Teolius infert, ex quatuordecim his hymnis, tribus vel quatuor demptis, cæteros omnes martyris patriam disertis verbis prodere, imo et prædicare? Argumenta Blanchini Bayerius

939 Lactante complexus sinu

940 Paterno amore nutrias.

Hos inter, o Christi decus,

Audi et poetam rusticum,

575 Cordis fatentem crimina,

Et facta prodentem sua.

Indignus agnosco et scio

Quém Christus ipse exaudiat :

Sed per patronos martyres

A 580 Potest medelam consequi.

Audi, benignus, supplicem

Christi reum Prudentium :

Et servientem corpori

Absolve vinclis sæculi.

III HYMNUS. IN HONOREM B. EULALIÆ MARTYRIS.

941 Germine nobilis Eulalia,

GLOSSÆ VETERES.

571. Lactante, saliente, I.

583. Corpori, peccato, I.

1. Germine, generatione. — Eulalia; interpretatur

boniloqua. B. Eulalia, boniloqua. Eusebia bona, cultura. Theosebia, Dei cultura, I.

COMMENTARIUS.

egregie refellit, præsertim verba petita ex Sacramentario veteri sub S. Leonis nomine commoda explanatione excipit. Sane periodus illa, si mendosa non est, obscura certe est; ita enim habet: *Quamvis enim Sanctorum tuorum, propagante te, Domine, toto orbe clara sit gloria, de beati tamen solemnitate Laurentii peculiarius præ cæteris Roma lætatur, cujus nascendo civis; sacer minister, et dicatum nomini tuo munus est proprium.*

571. Vat. A, B, P, Q, Alex. Mar. pro div. script., Prag. pro div. script., Parrhasius, Rat., Gis., Weitz., Heins., *lactante*, neque ullam codicum discrepantiam Weitzius et Heinsius notant. Ald., Prag. a prima manu, *jactante*, quod prætulit Gallandius, quia *jactare* sumitur pro in aliquem se corpore inclinare. Ego vero de hujusmodi significatione valde dubito; nisi *jactor* passive; aut *jactare se* dicatur. Mar. a prima manu, *laxante*. Alex. a prima manu, *lactente*. Prag. pro *complexus*, non bene, *complexos* cum Mar. a prima manu.

573. P. Franciscus a Puteo luculentissimum hoc, ut vocat; iv sæculi auctoris docti; maximeque orthodoxi testimonium de invocatione sanctorum multis aliis allatis testimoniis eruditissime confirmat. Quae de re nos plura diximus cap. 7 Prolegom. Weitzius lectorum remittit ad Camerarium in lib: de piis Precibus. At noverint tandem heterodoxi Camerario nos auctore uti ad Plautum explanandum, minime vero ad fidei Christianæ doctrinam explicandam.

574. Ald., Weitz., Parrhasius, Heins. et alii, *audi poetam*. Mar., Prag., Rat., Bong., *audi et poetam*.

579. Heinsius; Parrhasius, Alex., et alii, *martyras*. Ald. cum aliis, *martyres*. Martyres patronos Prudentius sæpe dicit; quod nos sæpius, invitis hæreticis, repetere juvat. Ambrosius, ep. 22, class. 1, de SS. Gervasio et Protasio: *Patronos habebamus, et nesciebamus*.

580. Vatt. A, B, Mar., Rat., Prag., *medela*. Melius *medelam*.

582. Reus Christi dicitur; ut apud Ciceronem Clodius reus Milonis, quia a Milone accusatus est.

584. *Ablue* error Aldi est, ab ipso emendatus, quod non videtur advertisse Becmanus cap. 6 Manuuct. Correxerit enim *absolve* ex ms. Pal. Sæculum ab ecclesiasticis scriptoribus sumitur pro mundo rebusque mundanis. Sic Hieronymus ep. 22 dixit *codices sæculares*. In Vat. B, post hunc hymnum sequitur hymnus S. Hippolyti, uti etiam in Parrhasio.

1. In Vat. B. est hic titulus; *Aurelii Prudentii Clementis V. C. ymnus in honore Eulaliæ martyris*. Ita etiam Mar., sed addit *Incipit ymnus in honore beatæ Eulaliæ*, etc. Rat.; *Incipit ymnus in honore Eulaliæ B. martyris*. Vat. A; *Hymnus in honore passionis Eulaliæ beatissimæ virginis*. Aldus, *Ode in laudem Eulaliæ martyris*. Heinsius, qui Put. et Oxon. sequitur in titulis hymnorum hujus libri adnotandis; *In honorem passionis Eulaliæ beatissimæ martyris*. Nostri co-

B dices hic, et alibi sæpius scribunt *in honore*, non *in honorem*, perinde quasi *in festo* dicerent. Osiander, Epitom. hist. eccles. cent: 4, lib. 1, cap. 9, martyrium Eulaliæ a Prudentio eleganti carmine descriptum observat. Ruinartius hymnum hunc Prudentii aliis actis vulgatis merito prætulit, martyrium S. Eulaliæ ad annum 304 revocandum censuit. Ad Prudentii fidem in hujus martyrii narratione vindicandam plura disserui in Hymnodia Hispanica ad diem 9 Decembris. Putarunt nonnulli Prudentium acta S. Eulaliæ Barcinonensis ad S. Eulalam Emeritensem per errorem transtulisse. Cæterum cum Prudentius eodem sæculo vixerit quo Eulalia Emeritensis martyrium subit, cum in provincia Tarraconensi scripserit, ubi potius Eulaliæ Barcinonensis laudes rescire et prædicare potuit, quam Eulaliæ Emeritensis, cum de Eulalia Emeritensi luculenta proferant testimonia Idatius, Isidorus; auctor vitæ S. Fructuosi Bracarenensis antistitis sæculo vii, codex Veronensis officii Gothici plusquam millenarius a Josepho Blanchinio editus, Gregorius Turonensis, Fortunatus; alique veteres: contra ex antiquis primus certus auctor Eulogius sæculo ix clare mentionem fecerit; ut dubium Quirici hymnum et acta anonyma prætermittam; quæ certe non majoris sunt ponderis quam acta Eulaliæ Emeritensis; cum, inquam, hæc omnia ita se habeant, jure verba Lucii Andreae Resendii repetere hoc loco possum ex epistola ad Bartholonæum Quevedo: *De Emeritensi exstant et acta, et sacer ille Prudentius. De altera viderint cives Barcinonenses, et solertius investigent*. In martyrologio ecclesiæ Germanicæ, quod per septingentos annos latuerat, et in publicum prodiit e bibliotheca Friderici Beckii anno 1687, mense Decembri iv id.; sit mentio *Eulaliæ virg. Melciadis papæ*. Mense vero Februario nullâ Eulalia nominatur. Nuper magno animorum æstu hujusmodi controversia in Hispania agitabatur, ut vel ex-inscriptione hujus operis arguere poteris. *Iusta repulsa del argumento negativo, y equivocaciones, en que cimentaba la defensa de su censura, que dio a luz el M. R. P. M. Fr. Agustín Sala a fin de impugnar algunos hechos del martirio de la insigne virgen y p. otomartir S. Eulalia Barcelonesa. Por D. Josef Pedros y Riera. In 4 pp. 256. Madrid por Hilario Santos Alonso 1787*. Vidi opuscula quædam, quæ præcesserant, tum Borixæ; tum Salæ, quorum hic ut suas opiniones tueatur, Prudentii fidem debilitare, ille corroborare studet. Et Sala quidem eo usque progressus est, ut affirmaverit, ipsi etiam Prudentio suos errores fuisse cognitos, siquidem factus est acta martyrii SS. Hemeterii et Celedonii perisse. Cujus argumenti vim plane non percipio. Quod autem addit, Prudentium in Romano, in Hippolytò, in Cypriano errasse, id cujusmodi sit, suis in locis videbimus. Neque vero si viro cuiquam docto errasse aliquando Prudentius visus est, ita etiam judicari Salæ licebit, levioribus rationum momentis permoto.

942 Mortis et indole nobilior,
Emeritam sacra virgo suam,
Cujus ab ubere progenita est,
5 Ossibus ornat; amore colit.

Proximus occiduo locus est,
943 Qui tulit hoc decus egregium,
Urbe potens, populis locuples:
Sed mage sanguine martyrii,
10 Virgineoque potens titulo.
Curriculis tribus atque novem

A Tres hyemes quater attigerat,
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices,
15 Supplicium sibi dulce rata.
Jam dederat prius indicium,
Tendere se Patris ad solium,
Nec sua membra dicata toro:
944 Ipsa crepundia reppulerat,
20 Ludere nescia pusiola.
Spernere succina, flare rosas,

GLOSSÆ VETERES.

2. Indole, ingeniosa, vel bona spe: spe, vel virtute. Indoles est imago quædam propriæ virtutis, I.

3. Emeritam, Emerita, civitas Hispaniæ dicta, quod ibi emeriti, id est veterani milites erant, I.

6. Occiduo, in fine, I.

7. Tulit, genuit, detulit, I.

10. Titulo, sepulcro, I.

11. Curriculis, annis, I.

15. Crepitante, sonante.—Pyra; pyra ignis dicitur genus qui antequam succendatur rogos vocatur, I.

14. Aspera, fortis, Vat. A.

15. Rata, arbitrata, I.

17. Patris, omnipotentis, I.

18. Toro, conjugio, I.

19. Crepundia, monilia, ornamenta, gemmas, insignia, vel indicia, quæ expositis infantibus adhibentur: jocalia ornamenta, I.—Lusus, pueriles jocos; Mar.

20. Pusiola, parvula, juvencula puella. Diminutivum a pusione, qui est communis generis, et significat puerum vel puellam fortiolem jam: inde pusiolus et pusiola diminutiva pusiola, pusilla. Pusio dicitur primus natu, I.

21. Spernere, scilicet cepit. Spernebat, id est abominabatur.—Succina, gemmæ fulvicolores, quæ ex lacrymis arborum fluunt, et in lapidem durescunt. Et sunt succina a succo dicta. Oscula in ore infantum.—Flare, flabat.—Rosas, jucunditates mundanas, I.

COMMENTARIUS.

Multo vero minus ei liceat affirmare, sæculo IV, quo doctrina et religio Christiana maxime floruit, exactam judicandi rationem defuisse. Omissa vellem hæc ejus verba, Prudentium sæpius in rebus historicis sanctorum errasse *por ser aquellos tiempos tan calamitosos, las memorias, y actas de los martires muy raras y escasas, la critica poco exacta, y la credulidad sobrada*. S. Eulaliæ Barcinonensis acta quovis modo defendantur, per me licet: dummodo sua fides Prudentio ejusque æqualibus constet.

2. Indoles vocari solet spes quam ex vultu colligimus, futuræ virtutis in pueris, et a Græcis dicitur *χαρακτήρ*. Hic ergo sumitur pro caractere, aut genere mortis. Nebrissensis exponit *virtute* ut ponatur effectus pro causa; quia indoles præcedit virtutem. Heinsius monet in scriptis esse *mortis et*, non *mortis at*, aut *mentis et* pro *mortis et*. Gis. et Weitz. ediderant *mortis at*. Cauchius conjiciebat *moris at*: sed ex Statio observat Heinsius *Ingenium crudele necis*. In Romano vers. 665, *Lactentis oris indolem*. Cath. 12, 68, *Puer o cui trinam Pater Prædestinavit indolem*.

4. Patriam S. Eulaliæ Emeritam hic declarari, nullus dubito. Riscus, tom. XXX Hisp. Sacr. cap. 10, modeste rejicit virum clarissimum Hispanum, qui affirmaverat Prudentium nunquam designasse patriam martyrum quos celebravit. Certe Bayerius in dissert. de S. Laurent. aperte profitetur Prudentium dixisse, sed obiter tantum, Emeritæ in lucem editam fuisse Eulaliam. Ego non video qui possit intelligi, *Cujus ab ubere progenita est*, nisi dicamus Emeritæ ortam S. Eulaliam. Giselinus tamen, de hac nostra Eulalia loquens, in civitate Barcinonensi a Donato presbytero catechizatam puellam dicit; quod narrationi Prudentianæ parum congruit. Florezius tom. XIII Hisp. Sacr., tract. 61, cap. 6, plures alias opiniones do patria S. Eulaliæ in examen vocat, meritoque rejicit, Prudentii auctoritate fretus. At notandum est etiam hoc loco Prudentium illud præcipue in Emeritæ laudem vertere, quod martyrio et sepulcro S. Eulaliæ claruerit, ut in fine hymni superioris monebam, et ex versibus 186 et seqq. hujus hymni manifestius patet. De Emerita ad eos versus nonnihil commentabor. Illud nunc præmonebo, Schelstratum in append. ad opus geographic. antiq. Eccles. parum caute affirmasse Emeritæ civitatis nihil modo nisi ruinas superesse.

5. Brev. Mozarabicum totum hunc hymnum in of-

ficio S. Eulaliæ inserit. Ex quo lectiones variantes ascribam. Hoc loco male ibi legitur *amoreque colit*.

6. Barthius, lib. V Advers. cap. 21, ex scheda ms. in qua hymnus Eulaliæ erat descriptus, nonnullos versus illustrat, et scripturam diversam adnotat. Ait *occiduum* non addito solis nomine plagam occidentalem designare, ut apud Calpurnium: *Dicitur occiduas impellere Bætis arenas*. Addi vel præferri possunt Ovidius, Claudianus, et alii. Hoc autem peculiare est Prudentio, quod *occiduum* sine sole, sine orbe, sine aqua aut simili aliquo substantivo ponat pro *occidenti*.

7. Prag., qui attulit. Scheda Barthii, *Qui tulit egregium decus hoc*. Etiam ex hoc versu liquet Eulaliam Emeritæ progenitam. Nam idem locus qui tulit Eulaliam, martyrio hujus et sepulcro illustrior dicitur.

8. Brev. Moz. perperam, *urbs potens*. Idem scribit minus bene *locuplex*. Chamillardus in contextu et in nota legit *orbe potens*. Nescio an consulto; non enim monet se ab aliis omnibus recedere. Si lectio cod. esset deserenda, libentius legerem *arce potens*. Sic Auson. in epigr., quod mox in examen vocabo: *Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant*.

9. Prag. contra metrum, *martyris*.

10. *Titulus* pro sepulcro, ut sæpe Prudentius uti solet, quanquam hic etiam basilica cum sepulcro intelligi potest.

11. Annorum duodecim ætas his duobus versibus exprimitur. Monuit id Barthius, ne quis annos viginti quatuor intelligeret. Siquidem postea puellula, e thalamo proxima dicitur.

13. Mox vers. 156, *Flamma crepans volat in faciem*. Virg. I Georg. 85, *Crepitantibus urere flammis*.

14. Nebrissa et Teolius exponunt *aspera in semetipsam*. Magis probo glossam *fortis*. Et voces *trepidus terruit* aliquo sensu in carnifices *asperam*, sive eis terribilem innuunt. Adde orationem martyris ad tyrannum, et vers. 127 et seqq., *Infremit, inque tyranni oculos Sputa jacit*.

15. Brev. Moz. perperam, *subit* pro *sibi*.

18. Brev. Moz., *et sua: lege nec sua*. Prag., *dicare toro*.

19. Plerique codices nostri unico *p* scribunt *reppulerat*: sed cum prima sit longa, hoc loco recte scribetur *reppulerat*.

20. Brev. Moz., *pusilla*: corrige *pusiola*.

21. *Succina* unico *c* scribunt aliqui codices. Sich., Weitz., Bong., Iso, *flare*, quod Salmasio placebat, et

Fulva monilia respuere :
 Ore severa, modesta gradu,
 Moribus et nimium teneris
 25 Canitiem meditata senum.
 Ast ubi se furiata lues
 945 Excitat in famulos Domini,
 Christicolasque cruenta jubet
 Thura cremare, jecur pecudis
 30 Mortiferis adolere deis,
 Infremuit sacer Eulaliæ
 Spiritus, ingenique ferox
 Turbida frangere bella parat,
 Et, rude pectus anhela deo,
 35 Femina provocat arma virum.
 Sed pia cura parentis agit,
 Virgo animosa domi ut lateat,
 Abdita rure, et ab urbe procul :
 Ne fera sanguinis in pretium
 40 Mortis amore puella ruat.
 Illa perosa quietis opem

A Degeneri tolerare mora,
 Nocte fores sine teste movet,
 946 Septaque claustra fugax aperit,
 45 Inde per invia carpit iter.
 Ingreditur pedibus laceris
 Per loca senta situ, et vepribus,
 Angelico comitata choro :
 Et licet horrida nox sileat,
 50 Lucis habet tamen illa ducem.
 Sic habuit generosa patrum
 Turba columniferum radium :
 Scindere qui tenebrosa potens
 Nocte viam face perspicua
 55 Præstitit, intereunte chao.
 Non aliter pia virgo, viam
 Nocte secuta, diem meruit,
 Nec tenebris adoperta fuit,
 Regna Canopica cum fugeret,
 60 Et super astra pararet iter.
 Illa gradu cita pervigili,

B

GLOSSÆ VETERES.

22. Fulva, aurea.—Monilia, splendida ornamenta in vertice mulierum.—Respuere, respuebat, I.
 25. Ore severa, facie stricta, sobria.—Modesta, quieta, I.
 25. Canitiem meditata, morem imitata est, I.
 26. Furiata lues, persecutio, mortalitas, vel morbus, I.
 30. Adolere, incendere; aliter crescere, I.
 32. Ferox, fertilis, I.
 34. Anhela, spirans, I.
 35. Virum, syncope pro virorum, I.
 36. Parentis, matris.—Agit, operatur, I.

38. Rure, in pago, I.
 43. Teste, vidente.—Momet, aperit, I.
 45. Invia, loca sine via, I.
 46. Laceris, laceratis, I.
 53. Qui, radius, I.
 54. Face, luce, I.
 55. Chao, chaos, confusio rerum, I. Confusione notis, Vat. A.
 57. Secuta, dum sequebatur, I.
 59. Canopica, Ægyptiaca, id est mundana, I.
 61. Cita, velox, I.

COMMENTARIUS.

verum putavit Heinsius in notis, et ita demum cor-
 rexit. Cellarius quoque expressit flare, et confirma-
 vit auctoritate Suetonii Calig. cap. 38: Julii et Au-
 gusti diplomata, ut vetera, et obsoleta deflabat. Apud
 scriptores ecclesiasticos exsufflare pro indicio sper-
 nendi passim sumitur: sic etiam insufflare in Ro-
 mano vers. 920, Insufflat, ipsos ceu videret daemones.
 Ambr. et Oxon., flore rosas, quod Chamillardus pla-
 cebat, id est, nascentes in flore rosas. In Brev.
 Moz. legitur succina flores rosas; sed id metro repu-
 gnat. Quod autem miratur Chamillardus, quod nullus
 hujus loci mendum tollere ausus fuerit, et putat legen-
 dum flare aut flore, parum diligenter Heinsium le-
 gisse arguitur, a quo discere potuit Weitzium ex
 Bongarsiano edidisse flare, præter Sichardum, qui
 ad marginem idem ascripsit. Cæterum nostri codices,
 et Heinsiani plerique legunt flere rosas, quod expli-
 cat Nebrissensis cum flatu abjicere. Et Gallandio
 aptius contextui visum est flere, scilicet spernere,
 flere, respuere. Mihi verius videtur flare, et contextui
 aptius: nam flare et respuere simili fere ratione con-
 temptum indicant. Editor postremæ editionis Pari-
 siensis Patrum idem judicium tulit ac Chamillardus.

23. Nonnulli Vulg., serena: corrige severa. Noms.,
 Rott., modesta gradum quod tenuit Heins., noto, ut
 ait, Græcismo. Sed perpendendum an contra aucto-
 ritatem optimorum codd. tot Græcismos liceat admit-
 tere quot vult Heins. Ego quidem non faciam.

25. Barthius interpretatur Fovens canitiem proxi-
 mam declarationi. De significatione hujus verbi me-
 ditor plura dixi ad vers. 124 hymn. 10 Cath.

26. Vat. B, Mar., Prag., Rat., a prisca manu,
 furiata dies.

28. Rat., Christicolas cruenta, a prima manu; sed
 a secunda manu recte Christicolasque.

29. Jecur in sacrificiis adhiberi solitum fuisse, no-

C tum est. Symm. II, vers. 1007, Gallinæ pulmone
 rigare. Et hymno S. Cypriani, vers. 82, Salis aut mi-
 cam, jecur aut suis litarent.

30. Alii deis, alii diis, scribunt.

32. In Barthii scheda ingenique ferax cum glossa
 fertilis. Idem videtur legisse Iso, cujus eadem est
 glossa. Thuan., Ruinartii ms., nisi fortasse est idem
 Thuan., ingeniumque ferox; non placet Heinsio. Ferox
 pro forti, terribili, recte. Nebrissa ita verba ordinat
 ad constructionem: Et rude pectus, et ferox ingenio
 parat frangere, id est superare, etc. At non male pro-
 cedit hic ordo: Spiritus ingenio ferox parat frangere
 bella, et rudi pectore ipsa scilicet femina anhela deo,
 provocat arma virum.

34. Pectus rude pro inexperto. Rudis pro novo, re-
 centi, sæpe a Prudentio usurpatur.

38. An rus, ubi virgo Eulalia latebat, fuerit Por-
 ceiana, an alius locus, inutili labore a nonnullis quæ-
 ritur, cum vetera desint monumenta.

39. Efferata amore martyrii, ait Nebr. ad voc., fera.

D 41. Prudentius non jungit perosus cum gignendi
 casu, ut affirmant Cellarius et Teolius, sed ait
 Eulaliam perosam tolerare opem quietis.

47. Ex Virg. VI Æn. vid. com. ad v. 45 hym. 1 Cath.

48. Prag., contra metri legem, comitatu, pro comi-
 tata.

50. Ruinartius, lucis tamen habet, male.

51. Exod. XIII. Vide hymn. 5 Cath., ubi fuse histo-
 ria hæc narratur.

56. Manifestam versuum trajectionem ex suo ms.
 corrigere voluit Barthius. Dixi jam proleg. cap. 22.

58. Ipsa virgo Eulalia non tenebris adoperta fuit,
 cum mundum, per regna Ægyptiaca significatum,
 fugeret. Hanc difficultatem ope suæ schedæ vitare
 voluit Barthius.

59. Vat. A perperam trajicit voces Regna cum fu-

Millia multa prius peragit,
 Quam plaga pandat eoa polum :
947 Mane superba tribunal adit,
 (5) Fascibus astat et in mediis.
 Vociferans : Rogo, quis furor est
 Perdere præcipites animas,
 Et male prodiga corda sui
 Sternere rasilibus scopulis,
 70 Omnipatremque negare deum?
 Quæritis, o miseranda manus,
 Christicolum genus? En ego sum
948 Dæmonicis inimica sacris :
 Idola protero sub pedibus :

A 75 Pectore, et ore Deum fateor.
 Isis, Apollo, Venus nihil est,
 Maximianus et ipse nihil :
 Illa nihil, quia facta manu :
 Hic, manuum quia facta colit :
 80 Frivola utraque, et utraque nihil.
 Maximianus opum dominus,
 Et tamen ipse cliens lapidum,
 Prostituat, voveatque suis
 Numinibus caput ipse suum :
 85 Pectora cur generosa quatit?
949 Dux bonus, arbiter egregius
 Sanguine pascitur innocuo :

GLOSSÆ VETERES.

62. Peragit, *percucurrit*, I.
 63. Eoa, *orientalis*, I.
 64. Superba, *nobilis*, I.
 65. Fascibus, *honoribus, potestatibus, vel pompis*, I.
 66. Rogo, *interrogo : ad paganos dicit*, I.
 69. Sternere, *flectere ad orationem*. — Rasilibus
scopulis, rasis lapidibus, id est dolatis per imagines, I.
Idolis dolatis in lapidibus, Rat.
 71. Manus, *multitudo*, I.

B 72. Christicolum, *Christicolarum*, I.
 76. Isis, *dea Ægyptiorum*, I.
 80. Frivola, *vana, vel mendacia*, I.
 82. Cliens, *servus, vel socius, servitor, amicus mi-*
nor, I. *Servus, vel amicus*, Mar.
 83. Prostituat, *tradat, vel turpiter se-inclinat*, I.
 85. Generosa, *Christiana*. — Quatit, *persequitur*, I.
 86. Dux bonus, *per ironiam*, I.

COMMENTARIUS.

geret Canopica. Thuan., Mar. a prima manu *Canopica*. S. Damasus de sorore sua Irene : *Cum suggeret mundum, dederat mihi pignus honestum, Quam sibi cum raperet melior tum regia cæli*. Alii legunt, *quem sibi*.

64. Breviar. Moz., *tribunalia*. Metrum poscit *tribunal*. Sæpius *superbus* in malam partem accipitur, nonnunquam in bonam, ut a Prudentio hoc et aliis in locis. In censura hymnorum Santolii Victorini scripsi mihi non placere de S. Barbara dici *Christo superba conjuge*. Posset hoc exemplum Prudentii allegari. Responderem, non tam dedecere hoc epitheton in S. Eulalia forti et intrepido animo adversus tyrannum pugnatura, quam in S. Barbara, quæ ea solum ratione *superba* videtur appellari, quod Christum haberet sponsum. Sala, in opusculo de S. Eulalia Barcinonensi, ait, pag. 129, S. Eulogium lib. I Mem. SS. *negare, Eulalam Emeritensem non quæsitam se iudici obtulisse*. Verum neque Eulogius id negat, neque, si negaret, major ei fides quam Prudentio, fere æquali Eulaliæ, esset præstanda. Ac fortasse ea jam tum opinio irrepserat, eandem esse S. Eulalam Barcinonensem et Emeritensem. Illud constat ex operibus Eulogii, maximam tunc fuisse Cordubæ librorum ecclesiasticorum inopiam, quod advertit etiam Amb. Morales. Certe si Eulogius Prudentii librum Perist. legisset in Memoriali martyrum ejus auctoritate usus fuisset.

65. Lictores fasces et securim magistratibus præferebant, fasces ad quædam leviora supplicia, securim ad mortem irrogandam.

66. Breviar. Moz., *Vociferans ita : Quis pudor est*. Ald., Urb., *Vociferans : Rogo, quis pudor est*. Alex., *quid furor est*.

67. Animas paganorum intelligit.

68. Breviar. Moz., *omittit sui*.

69. Nebrissa *rasilibus* explicat *viscera vestra radentibus*. Videtur id totum accipere de morte paganorum, qui ad inferos detruduntur. At sermo certe est de cultu idolorum, quæ vocat *scopulos rasiles*. Consule glossas. Ex hoc loco posset confirmari scriptura nonnullorum v. 210 lib. I in Sym., *Cæsa derupe poposcit*.

70. Helpidius in carmine de Christo *omniparis* voce usus est : *Illic omniparis succrevit gloria Verbi*. Prudentius non semel *omniparens* dixit. Fortasse hic etiam præstaret *omniparemque*. *Cunctipater* exstat apud Teodulfum carm. 1, vers. 69 : *Cui tria cunctipater voluit superaddere lustra*.

72. Teolius *Christicolarum genus* : metri lex obstat. Alia apud hunc prætereo, quæ etiamsi metro

repugnare videantur, tamen vitium tollitur, si recta scribendi ratio adhibeatur, ut ante vers. 39, *sanguinis in præcium*, et vers. 42, *tollerare mora*. Nam cuius in promptu est legere *pretium* et *tolerare*, et tunc recte procedit metrum. Post hunc vers. 72 in Aldo irrepserunt duo alii, qui sunt ordine vers. 110 et 111 : *Proxima dotibus, et thalamo. Non movet aurea pompa tori : qui suo loco iterum ab Aldo immittuntur*.

73. Tertullianus, et Sedulius utuntur etiam vocabulo *dæmonicus*.

74. Rat., ab rasis prioribus, *Et simulacra terens pedibus*, scilicet manu recentis correctoris, qui secundam in *idola* corripere volebat.

77. Estne hic Maximianus Hercules an Galerius Maximianus? Gifanius hujus potius jussu Eulalam mortuam ait verbo *viridans*. Cellarius intelligit Maximianum Herculeum, qui anno 305 imperator erat, quamvis fax et concitator fuerit Galerius Maximianus tunc Cæsar. In eadem sententia est Ruinartius : quia anno 304 in Hispania, quæ Maximiano Herculeo parebat, Datianum sævisse certum est. Actis, quæ Eulalam sub Calphurniano præside passam referunt, auctoritatem Prudentii merito præfert.

78. Sapient. xv, 16 et 17 : *Homo enim fecit illos... Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his, quos colit, quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquam*.

80. Rat., prioribus ab rasis, recenti manu, *utraque frivola pro frivola utraque*. Cauchius malebat *Frivolum utrumque, et utrumque nihil*. Nihil est necesse. Alibi etiam in *utraque* nominandi casu a produxit Prudentius.

D 82. Christiani scriptores *idola* per contemptum vocant lapides. Arnobius lib. 1, *Si quando conspexeram lubricatum lapidem. Minucius, lapides... effigiatos sane, unctos, et coronatos*. Nebrissa notat, *clientem esse cultorem, quia cliens a colendo dicitur*.

87. Inscript. Hispaniensem Gruterus pag. 280 profert ex Schotti aliorumque schedis, si tamen vera est.

DIOCLETIANVS. IOVIVS. ET
 MAXIMIAN. HERCVLEVS
 CAES. AVGG.
 AMPLIFICATO. PER. ORIEN
 TEM. ET. OCCIDENTEM
 IMP. ROM
 ET
 NOMINE. CHRISTIANORVM
 DELETO. QVI. REMP. EVER
 TEBANT

Corporinisquē piis inhiāns,
Viscera sobria dilacerāt,
90 Gaudet et exērciāre fidem.
Ergo age, tortor; adure, sēca,
Divide membrā coacta luto.
Solvere rem fragilēm facile est :
Non penetrabitur interior
95 Exagitantē dolōre animus.
Talibus excitus in furias
Prætor, ait : Rape præcipitem,
Lictor, et obrue suppliciis :
Sentiat, esse deos patrios,
100 Nec leve principis imperium.
Quam cuperem tamen ante necem,
950 Si potis est, revocare tuam,
Torva puellula, nequitiam !

A Respice, gaudia quanta metas,
105 Quæ tibi fert genialis honor.
Te lacrymis labefacta domus
Prosequitur, generisque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occidis in tehero,
110 Proxima dotibus, et thalamo.
Non movet aurea pompa tori,
Non pietas veneranda senum,
Quos temeraria debilitas?
951 Ecce parata ministeria
115 Exeruciabilis exitii.
Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data fumificis,

GLOSSÆ VETERES.

88. Inhiāns, appetens, vel nimis cupiens, I.
90. Exērciāre, extorquere, I.
92. Coacta, cōjuncta, I.
94. Penetrabitur, interficitur, I.
95. Exagitante, fatigante, I.
96. Talibus, verbis. — Excitus, commotus. Exiabi-
lis, I.
98. Lictor, carnifex a ligando, I.
101. Quam, in quantum, I.

B 102. Si potis est, si possibile est, I.
105. Torva, aspera vel minax, vel contumax, I.
105. Genialis, nuptialis, lectus nuptialis, vel honor
gratus, I.
110. Thalamo, conjugio, I.
115. Temeraria, præsumptrix. — Debilitas, delu-
dis, excrucias, fœdas; infirmitas (forte infirmas), I.
114. Ecce, aspice. — Parata, scilicet sunt, I.
115. Exitii, periculi vel mortis, Iso.

COMMENTARIUS.

Quæ inscriptio Cluniæ in Hispania exstabat in pul-
chra columna. Ibidem ex schedis Schotti similis hæc
inscriptio Cluniæ.

DIOCLETIAN. CAES
AVG. GALERIO. IN ORI
ENTE. ADOPT. SVPERST
TITIONE. CHRIST.
VBIQ. DELETA. ET CVL
TV. DEOR. PROPAGATO

Vide Baronium ad an. 304, n. 9 et 10.

88. Prag. omittit que, quod desideratur ad metri
rationem.

93. Ovidius in Trist., eleg. 14, Et minimæ virēs
frangere quassa solent.

99. Caligulæ illud traditur fuisse præceptum : Ita
feri, ut se mori sentiat.

100. Breviar. Moz., ne temneat : emenda nec leve.

102. Ald., Breviar. Moz., Heinsius cum suis ve-
tustioribus, Fabr., Hailsbr., Bong., Ruinartius alii-
que, si potis es. Urb., Vatt. P, Q, Weitz., Egm.,
Widm., si potis est, quod videtur exstare in Alex.,
et ex vet. lib. defenditur a Gifanio in viridans, quod
venuste dici putat, ut apud Terentium, et antiquos si
potest, si poterit. Id non placet Heinsio, quia ex an-
tiquorum imitatione dici deberet si pote est, non si
potis est. Vide comment. ad vers. 84 præf. lib. I in
Symmach. Etsi autem Gifanius hoc carmen de S. Eu-
lalia vocet elegantissimum, tamen satis sordide pro-
tulisse Prudentium ait revocare nequitiam. Fortasse
hoc vitare voluit Giselinus, qui in contextu edidit
Si potis es, revocare viam Torva puellula, nequitia :
quod eodem fere tempore expressit Fabricius. Re-
pugnant scripti codices. Et Ovidius simili sensu
dixit ix Met. : Si facta mihi revocare liceret; et Se-
neca de Benef. lib. iv : Revocare promissum. Sic etiam
revocare se pro mutare sententiam apud Ciceronem.

103. Quod Eulalia duodecim puellula non im-
merito vocetur, ostendi in Hymnodia Hispanica in
nota ad hymnum S. Eulaliæ et pluribus aliis exem-
plis posset confirmari.

104. Vat. B, petas : melius metas.

105. Genialis honor pro nuptiis a Genio deo gene-
rationis : hinc lectus genialis.

109. Put. sole pro flore, quod non esse ex nihilo,
ait Heinsius : siquidem Salmasius similem ex Hamar-
tigenia ascripserat locum, Ut pueros sol primus agit.
Verum epitheton tenero exigit flore, et locus ex Psy-
chomachia (non ex Hamartigenia), vers. 845 : Scu-
pueros sol primus agit, seu fervor epheros Incendat
nimius, etc., non valde similis est huic phrasi occi-
dere in sole tenero. Heinsius cum Put. et Oxon., tha-
lamis, ex quo suspicatur thalami. Alii probe, thalamo.
Recentiores, thalamis, cum Heinsio.

114. Ministeria pro ministris et instrumentis sup-
plicii. Apuleius in Met. : Tunc me per proscenium me-
dium velut quamdam victimam publice ministeria perdu-
cunt. Adde utrumque Plinium, Tacitum, alios.

115. Oxon., Excruciatilis exitii, minus bene : sed
pejus Breviar. Moz., Ex cruciabilibus exitis.

116. Notat Peveratus gladio feriatum esse formulam
quæ interdum rei damnabantur, ut in eos gladio
animadverteretur. Pontius diaconus in Vita S. Cy-
priani : Sententia ex tabella recitata est in hæc verba :
Cyprianus gladio feriatum. Plura alia addit Sagittarius
cap. 7 de Cruciat. de hac formula feriatum, gladio
feriatum, securi feriatum, ex jure civili, SS. Patribus,
Martyrologiis. Vide tabulam XXI.

117. Intelligi potest de supplicio crucis, in qua
relinquebantur rei dilaniandi a canibus et rapacibus
volueribus; de quo Horatius, Non pasces in cruce cor-
vos. Vide Lipsium de Cruce lib. III, cap. 11, et ta-
bulam I et II, ubi martyres in crucem acti exprimuntur.
Gifanius tamen putat, accipi posse feros pro equis,
ut accipiuntur in hymno S. Hippolyti, qui ab equis
distractus est.

118. Barthius affirmat id elegantissime dictum,
quod vulgo aliquis diceret : In usum faculæ accensa.
Catullus, Et non pistrino traderis, atque asino : hoc est
ad molam vice asini. Vide comment. ad præfat.
Psych., vers. 5. Hujus generis supplicii in Christia-
nos Tacitus meminit xv Annalium : Pereuntibus ad-
dita ludibria, ut ferarum tergis contacti laniatu canum
interirent, aut crucibus affixi, aut flammam; atque ubi
defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.
Quod fere totidem verbis narrat Sulpicius Hist. sacr.
lib. II. Vide tabulam XVII. Cellarius consuetam com-

Flebiliterque ululanda tuis
 120 In cineres resoluta fluës.
 Hæc, rogo, quis labor est fugere?
 952 Si modicum salis eminulis
 Thuris et exiguum digitis
 Tangere, virgo, benigna velis;
 125 Poena gravis procul abfuerit.
 Martyr ad ista nihil : sed enim
 Infremit, inque tyranni oculos

A

Sputa jacit : simulacra dehinc
 953 Dissipat, impositamque molam
 130 Thuribus pede prosubigit.
 Nec mora, carnifices gemini
 Juncea pectora dilacerant,
 Et latus unguis virginium
 Pulsat utrinque, et ad ossa secat,
 135 Eulalia numerante notas.
 Scriberis ecce mihi, Domine,

GLOSSÆ VETERES.

121. Rogo, interrogo, I.
 122. Eminulis, longe præminentibus; ab eminus diminutivum, I. Valde parvis; Mar.
 126. Nihil, respondit, I.
 129. Mola, mola est quoddam genus sacrificii ex sarre et sale, quo hostia et cultri, atque ipsi ignes aspergebantur, Vat. A.

130. Prosubigit, subvertit. Subigo multa significat : 1° acuo, ut Subigunt in cute secures; 2° compello, ut Subigitque fateri; 3° foedio vel conculco, ut Pede subigit terram, I.

132. Juncea, tenera, juvenilia propter viriditatem, I.

134. Ad ossa, usque ad ossa, I.

135. Notas, figuras, maculas vel cicatrices, I.

COMMENTARIUS.

bustionem tantum intelligit. Sagittarius, cap. 10, credibile putat Prudentium respexisse ad supplicii genus quo Nero Christianos affecti, sed posse etiam explicari de facibus quibus martyres nonnunquam ustulati sunt. Vestem, qua martyres comburendi involvabantur, vocabant tunicam molestam et ardentem : de qua Seneca epist. 14 : Cogita hoc loco carcerem, et cruces; et eculeos, et uncum, et adactum per medium hominem, qui per os emergat, stipitem. et distracta in diversum actis curribus membra, illam tunicam alimentis ignium et illitam, et intexam, et quidquid aliud præter hæc commenta sævitia est. Barthius legit Aut facibus data funificis, nescio an ex sua scheda, an funificis exciderit pro fumificis : nam fumificis existat in aliis.

121. Videtur iudex verbis S. Eulaliæ vers. 66 : Rogo, quis furor est? aliis similibus responderè.

122. Ald. non bene disjungit e minulis. Digitis eminulis est summis digitis, quasi prominentibus sive eminentibus. Lactantius lib. 1, cap. 20 : Colunt enim thure, ac summis digitis, quæ sensibus intimis horrere debuerunt. Et lib. v, cap. 19 : Docui, ut opinor, cui populus noster apud stultos stultus habeatur. Nam cruciari atque interfici malle quam thura a tribus digitis comprehensa in focis jactare tam ineptum videtur, quam in periculo vitæ alterius animam magis curare quam suam. Nesciunt enim quantum sit nefas adorare aliud, præterquam Deum. Hieronymus epist. ad Heliodor. Non est in eo tantum servitus idoli, si quis duobus digitulis thura compressa in bustum aræ jaciat. Hinc mica thuris apud Ovidium, Columellam, Plinium. Confer Brissonium de Formulis lib. 1, et vers. 82 hymni S. Cypriani. Voce eminulus utuntur Varro et Apuleius. Peveratus observat locupletes solitos focis acervos thuris ingerere, pauperes vero grana aliquot summis digitis injicere. Fit autem salis mentio ob salsam molam, de qua paulo post. Teolius probabiliter censet, usum salis in sacrificiis ex Hebræis ad ethnicos permanasse. Calmetus autem ad cap. 11 Levit., vers. 15, tradit temporibus heroicis sal in sacrificiis minime fuisse adhibitum. Recentiores vero Græci et Latini D nulla sacrificia conficiebant sine salsa mola.

125. Breviar. Moz., corrupte, pœnam gravem procul aufugeris. Urb., Vat. P, Aldus et alii, abfuerit, quod magis placet quam affuerit, cum Vat. Q, aut asuerit, ut scribunt Alex., Weitz., Egm., Hailsbr., Bong., Heinsius, qui pro hac lectione allegat duos veterrimos codices, et sic legi affirmat apud Maronem, Gellium, alios passim in antiquissimis exemplaribus. Teolius Heinsium sequitur, quamvis lateatur in uno tantum Vat. codice esse asuerit, in cæteris abfuerit. Sed excipiendus est Vat. Q, ut dixi.

126. Baronius in Annal., pag. 734, ad ann. 503; censet hinc permotos Patres concilii Eliberitani, ut statuerent, in numerum martyrum non recipi qui

B idola fregerit et ibidem fuerit occisus. At Gabriel Vasquez tom. 1, in 3 part., quæst. 25, art. 3, disp. 105, cap. 2, id probabile non putat, quia Eulalam non solum laudare, sed et imitari quisque deberet, cum ea tempestate Christiani ad sacrificandum idolis cogentur : quâ occasione conculcare idola non solum licet, sed gloriosum quoque est. Damnât tamen temeritatem nonnullorum qui intempestive martyrio se objecerunt.

128. Benedictus pontifex XIV. lib. III de Beatific., cap. 16 et 17, late hanc quæstionem agit, an liceat se ultro offerre ad martyrium, tyrannum provocare ad mortem inferendam, idola despere et confringere, ex quo mors certo sit secutura. Summa omnium est, hujusmodi actiones sæpius non licere, nisi peculiari impulsu Spiritus sancti exerceantur. Vide comment. ad vers. 580 lib. 1 contra Symmach. In Eulalia hunc impulsu fuisse ex ejus constantia in perferendis tormentis et ex miraculis consecutis, aperte colligitur. Putabam legi posse inque tyranni oculis, quasi coram tyranno despueret idola. Certe exemplum simile non legi : quamvis multa alia sint in Actis martyrum de his qui idola conspuerunt aut simulacra flatu contempserunt. Neque tamen aliud ab Eulalia factum intelligo, nisi ut hunc contemptum sufflans, vel leviter exspuens indicaret. Videndus loc. cit. Gabriel Vasquez.

130. Breviar. Moz., pede prosiliit. Rectum est prosubigit, sumptum ex III Georgic., et pede prosubigit terram.

132. Breviar. Moz., vitiose; lancea pro juncea. Boria in opusculo de S. Eulalia Barcinonensi deceptus est, existimans juncea esse in ablativo; et significare instrumentum quo pectora dilacerata sunt. Explicat Hispanice con junco. Prudentius pectora vocat juncea. Terentius, Eunucli. act. II, scæn. 3, de tenui femina : Deducunt cibum, tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Huc respexit Prudentius. Catullus simili metaphorâ lanæum latusculum pro molli dixit, et ideim atque Lucretius contraria significatione feminas atido et exsucto corpore vocant ligneas. Quod Chamillardus opinatur, Prudentium intelligere pulchre deducta et composita membra, ut sunt opera ex junco facta, id mihi non persuasit, quamvis Nebrissenem videatur secutus, qui pectora juncea exponit pulchre deducta et composita. Magis mihi probatur Isonis glossa. Terentii verba a Donato ita exponuntur : Bona, plena, magna et pinguis : JUNCEAS, tenues et pallidas.

134. Breviar. Moz.; et nonnulli vulg., pulsat utrumque.

135. Proprie notæ erant compendia litterarum; ut fusius dicam ad hymnum Cassiani. Ex hac significatione sequitur in stropha seq., scriberis; apices; etc.

Quam juvat hos apices legere,
 Qui tua, Christe, tropæa notant!
954 Nomen et ipsa sacrum loquitur
 140 Purpura sanguinis eliciti.
 Hæc sine fletibus et gemitu
 Læta canebat, et intrepida.
 Dirus abest dolor ex animo,
 Membraque picta cruore novo
 145 Fonte cutem recalente lavant.
 Ultima carnificina dehinc,
 Non laceratio vulnifica,
 Crate tenus nec arata cutis :
 Flamma sed undique lampadibus
 150 In latera stomachumque furit.
 Crinis odor et in jugulos
 Fluxerat, involitans humeris,
955 Quo pudibunda pudicitia,
 Virgineusque lateret honos,

A 155 Tegmine verticis opposito.
 Flamma crepans volat in faciem,
 Perque comas vegetata, caput
 Occupat, exsuperatque apicem :
 Virgo, citum cupiens obitum,
 160 Appetit et bibit ore rogam.
 Emicat inde columba repens,
 Martyris os nive candidior
 Visa relinquere, et astra sequi :
 Spiritus hic erat Eulaliæ
 165 Lacteolus, celer, innocuus.
 Colla fluunt, abeunte anima,
 Et rogos igneus emoritur :
956 Pax datur artubus exanimis,
 Flatus in æthere plaudit ovans,
 B 170 Templaque celsa petit volucer.
 Vidit et ipse satelles, avem
 Feminæ ab ore meare palam,

GLOSSÆ VETERES.

137. Quam juvat, in quantum jucundum est. — Hos, martyrii, I.
 140. Eliciti, expressi vel extracti, Iso.
 146. Carnificina, locus vel excruciatio, I.
 151. In jugulos, in pectora. Mar.

161. Emicat, salit. — Repens, subita, I.
 165. Innocuus, sicut columba est, I.
 169. Plaudit, ludit, jocatur, I.
 171. Satelles, minister; vel sequax, I.

COMMENTARIUS.

144. Breviar. Moz., tincta, fortasse melius quam picta: nam sequitur lavant.

145. Widm., recalente levant; supra, lavant, probe.

148. Vat. A, Hailsbr., Egm., Pal., Bong. a prima manu, ore tenus. Alii melius cratetenus vel crate tenus. Breviar. Moz., male, cratis tenus. Non semel Prudentius cratem pro costis usurpavit, ut Virgilius aliique poetæ. Boria loc. cit., cratem videtur accepisse pro eculeo, quod defendi nequit.

149. De hoc supplicio inspicere tabulam IX et XIV. An alia supplicia quæ de Emeritensi Eulalia in ejus actis referuntur, pro certis habenda sint, disputant nonnulli. Narratio Prudentii certa mihi est; alia, quæ adduntur, aut falsa aut minus certa sunt.

151. Breviar. Moz., corrupte, Crinis et odor ut in jugulos. Ald., Put., Thuan., Alt., Rott., Crinis odor ut in jugulos: neque id immutari debuisset, ait Heinsius. Nihilominus Vat. B, Mar., Rat., Prag., Weitz. et alii habent et in jugulos. Giselinus etiam et, sed in emendandis monuit in plerisque libris legi ut pro et, et orationem esse suspendendam usque ad alterum quinonem sive stropham. Crinem odorum vocat, quod divino miraculo suaviter fragraverit, ut Virgilius ait in Æneid. vers. 403, Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem spirare. Nebrissa hunc versum Virgilii laudat; sed odor explicat non tunc, sed qui solebat odoribus suffiri. Recte ab aliis interpretibus rejicitur. Suspiciamus crinis honorum. Puto autem crinem odorum dici, quia cum per comas vegetaretur flamma, ut postea narrat, crinis fetorem emittere debebat, sed odorem suavem emittebat. Simile miraculum in odore qui e corpore S. Laurentii emanabat, expositum fuit vers. 385 et seqq. Adde odorum posse capi pro bene vel male olente.

152. Palat., humeros, non male. Alex. scribit umeris.

153. In passione Agnetis, vers. 42, vocat verendum locum.

154. Breviar. Moz., lateat: legendum lateret ad regulas metri.

158. Mar. a prima manu, exsuperat apicem.

159. Nonnulli vulg., cito cupiens.

161. Mar. ad marg. pro diversa lect., columba re-

cens. Breviar. Moz., replens. Latinius ex ingenio, ut puto, sed acute, columba tepens. Petrus Lazzeri, in dissertat. de regulis criticeis, § 6, affirmat in actis S. Polycarpi verba illa. Egressa est columba, solum significare animam exivisse: nam, ut ex Aringho aliisque constat, in cœmeterialibus Christianorum monumentis, certe in sepulchralibus eorundem titulis frequenter deprehenditur columba ad indicandas animas justorum. Recenset alias historias quibus egressa columba dicitur, ut hanc S. Eulaliæ in Prudentio et in missali Mozarabico de utraque Eulalia Emeritensi et Barcinonensi, S. Potiti, S. Quintini, S. Reparatae, S. Devotæ, S. Spei abbatis, S. Felicis Trevirensis, S. Meningi Fullonis, S. Blasii Armentarii, SS. Viti, Modesti. et Crescentiæ, S. Olivæ, S. Amatoris, S. Scholasticæ. Lazzerus suspicatur aliquos ex simplici phrasi, Egressa est columba, miraculum adornasse. Quidquid autem sit de aliis historiis, Prudentius clarissime narrat columbam emicuisse nive candidiorem, quæ os martyris visa fuit relinquere, et astra sequi: quam spiritum esse Eulaliæ interpretatur. Vide infra vers. 171. De columbis earumque significatione confer comment. ad hymn. 5 Cathem., vers. 165.

165. Barthius, lib. VI, cap. 28, Advers., ait lacteum a Latinis dici, quod est ab omni labe alienum atque remotum, ut lacteolus a Prudentio hoc loco, et a Chalcidio in Empedoclis versuum interpretatione, Et tali sexu inde animal, tum lactea virgo.

168. Pax datur corpori, tanquam si bellum cum tyranno et tormentis gesserit.

170. In Vat. A desideratur que post templa. Prudentium credidisse puras animas hinc decedentes ad cœlum evolare, quin in secreta aliqua sede detineantur, resurrectionis diem expectantes, manifeste ex hoc loco atque aliis similibus in hoc libro de Coronis ostenditur.

171. Heinsius edidit vidit et ipse; sed in notis videtur velle vidit ut ipse, nisi mendum irrepserit. Teolius etiam vidit ut ipse, nescio quorum mss. fide: nam plerique cum editi tum mss. habent vidit et ipse.

172. Aldus mendose, femina.

Obstupefactus, et attonitus
 Prosilit, et sua gesta fugit,
 175 Lictor et ipse fugit pavidus.
 Ecce nivem glacialis hyems
 Ingerit, et tegit omne forum :
 Membra tegit simul Eulaliæ,
 Axe jacentia sub gelido,
 180 Pallioli vice linteoli.

A Cedat amor lacrymantum hominum,
 Qui celebrare suprema solent,
 Flebile cedat et officium :
 Ipsa elementa, jubente Deo,
 185 Exsequias tibi, virgo, ferunt.
 Nunc locus Emerita est tumulo
 957 Clara colonia Vettoniæ :
 958 Quam memorabilis annis Ana

GLOSSÆ VETERES.

180. Vice, in similitudine, I.

187. Vettoniæ, provinciæ Hispaniæ, I.

188. Ana, fluvius, I.

COMMENTARIUS.

174. Mar., et Rat. pro divers. lectione, sua facta.
 177. In comment. ad vers. 47 hymni 1 observatum
 est plerumque in foro martyres martyrium passos.
 178. Breviar. Moz., *membraque tegit* contra metrum.
 179. Breviar. Moz. corrupte, *ossa jacent sub gelido*.
 182. Prag., *suprema solet*.

186. Prag., *hunc locum*, mendose. Vat. P male,
non locus. Ald., Heins., Mar. a secunda manu, Alex.,
 Vat. Q, Urb., Weitz. et alii, *nunc locus*. Rat., Widm.,
hic locus. Florezius, tom. XIII Hisp. sacr., tract.
 41, cap. 6, putavit voce *tumulo* declarari locum emi-
 nentem ubi sita est Emerita. Mihi exploratum est,
 credo etiam aliis, sermonem esse de sepulcro Eula-
 liæ, quod suo tempore Emeritæ esse ait Prudentius.
 Ubi autem nunc sint reliquiæ hujus sanctæ virginis,
 erudite edisserit Florezius.

187. Lucanus lib. iv producit *o in Vettones*, aut
Vectones; *Vettonesque leves, profugique a gente vetu-*
sta Gallorum. Vettonia, non *Vectonia* scribunt vetu-
 stiores Heinsiani et nostri; in Alex. tamen *Vecto-*
niæ, in Vat. Q *Vetoniæ*. Prudentius corripit secundam
 in *Vettonia* licentia in nominibus propriis valde com-
 muni. Vettones a Ruinartio, Chamihardo et Teolio
 locantur inter Durium et Tagum. At tunc Emerita
 extrâ Vettoniam esset, cum inter Durium et Tagum
 sita non sit, sed potius ejus moenia præterfluat et
 lavet Anas. Cellarius Vettoniam collocat inter Du-
 rium et Anam, præsertim posteriori ævo, et vete-
 rem inscriptionem producit ex Grutero pag. 383.

PROC. PROVINCIAE LUSITAN
 ET. VETTONIAE

Quam inscriptionem Gruterus exstare ait in Hispali
 nova e Fabricio et Morali. Similem inscriptionem e
 Resendio adducit Gruterus pag. 591, quæ Emeritæ
 in domo Petri Mexiæ visebatur. A Prudentio hymno
 seq., vers. 37, Emerita dicitur *Lusitanorum caput*
oppidorum: adeoque Vettonia ad Lusitaniam perti-
 nere videtur. Non ergo satis intelligitur qua ratione
 in veteri inscriptione Lusitania et Vettonia distin-
 guantur: nisi dicas Emeritam coloniam Vettoniæ
 fuisse, et simul caput Lusitaniæ, quod rationi com-
 muni loquendi non satis congruit. Nebrissa etiam
 putat Vettones populos esse Lusitaniæ. Florezius, ut
 quæstionem solvat, loc. cit. advertit Emeritam a
 Prudentio in Vettonia collocari, a Strabone in Tur-
 dulis, a Mela, Dione Cassio, Aggeno, in Lusitania,
 ab Hygino in Bæturia. Rem ita explicat, ut alii pro-
 vinciam intellexerint, alii regiones: scilicet Emerita
 caput erat provinciæ Lusitaniæ, exstabat in regione
 Turdulorum, et in confinibus Vettonum et Bæturiæ.
 Scaliger, in Lection. Auson. cap. 30, ex Prudentii
 verbis colligit Emeritam dici *Emeritam Augustam*
Vectonicæ, ubi intelligendum *Vectonicæ*, id est civi-
 tatis: nam Vectones sunt populi Lusitaniæ: in qui-
 bus Emerita fuit princeps ac matrix totius provinciæ
 Lusitaniæ. At vero cum Prudentius dicat Emeritam
 esse claram coloniam Vettoniæ, magis videtur cor-

sentaneum judicare Vettoniam esse regionem popu-
 lorum Vettonum, quam esse aliud nomen Emeritæ
 Augustæ. Contendit etiam Scaliger epigramma Auso-
 nii 8 de urbibus Emeritæ convenire, ut lectio vulgata
 habebat, non Hispali, cujus nomen exstat in mss.
 vett. Sic enim olim legebatur: *Jure mihi posthac*
memorabere, nomen Iberum, Hispaliæ æquoreus quam
præterlabitur amnis. Summittit cui tota suos Hispania
fascas, Corduba non, non arce potens tibi Tarraco cer-
tant, Quæque sinu pelagi jactat se Bracara dives. Sca-
 liger legit *Emerita* pro *Hispali*, quia Hispalim non
 præterfluit æquoreus amnis, sed Emeritam, testem-
 que producit Prudentium. Ana enim fluvius hanc
 alluit; quod disertissime, ut ait, a Prudentio his
 versibus explicatur. Contra ego existimo æquoreum
 amnem Hispalim præterlabi, non Emeritam. Scaliger
 explicat æquoreos amnes dici quorum ostia, quia in
 Oceanum exonerantur, æstum Oceani patiuntur. Ego
 addo æquoreum amnem, qui aliquam alluit urbem,
 intelligi de amne qui in ea parte ubi æstum Oceani
 patitur, urbem præterlabitur: nam alioquin de omni-
 bus fluviis qui in Oceanum se exonerant id promiscue
 dici posset. Jam Bætis Hispalim præterfluit, et, ubi
 eam alluit, æstus maris percipitur. Emerita vero ita
 anni Anæ apposita est, ut ab æstu maris longe sit
 remota. Accedit nomen *Iberum*, quod ait Ausonius,
 de Hispali recte dici, minus recte de Emerita, quæ
 potius est nomen Latinum sive Italum, ut de suo no-
 mine dixit Ausonius epist. 16: *Apologos en misit tibi*
Ab usque Rheni limite Ausonius, nomen Italum, Præ-
ceptor Augusti tui. Et erat quidem etiam tum cele-
 berrima urbs Hispali, Colonia Romula, apud Flore-
 zium tab. 29 in veteribus nummis dicta. Hæc cum
 ita ego cogitarem de Ausonii loco restituendo, incidi
 postea in commentarios Gothofredi ad cod. Theod.
 lege 5, tit. de sponsal., ubi Constantini lex exponitur
 ad Tiberianum vicarium Hispaniarum data et acce-
 pta Hispali anno Christi 336. Ait Gothofredus ex hac
 lege colligi sedem vicarii Hispaniarum fuisse Hispa-
 lim, et in Ausonii epigrammate legi Hispali in veter.
 libro, et Hispali congruere laudes quas ibi tribuit
 Ausonius. Addit Ausonii verbis, *Summittit cui tota*
suos Hispania fascas, non innui in ea urbe fuisse pro-
 consulis tribunal, qui eo tempore nullus erat, sed
 eam primam urbem totius Hispaniæ esse.

188. Teolius scribit *Anas*, plerique *Ana*: utrolibet
 modo licet. Marietti codex conjungit, et scribit *Amni-*
sana: ita prorsus ediderat Aldus, sed correxit *amnis*
Ana. Neque ratione caret *Amnisana*, ut civitates quæ-
 dam ex communi civitatis nomine, et alio peculiari
 simul conjunctis appellantur. Nunc flumen hoc voca-
 tur *Guadiana* composito nomine ex *quad*, lingua Ara-
 bica *amnis*, et Ana veteri nomine Latino fluminis:
 ut aliæ similes appellationes ex Arabico idiomate
 sunt in Hispania *Guadalquivir* (Bætis), *Guadalupe*
 (Aquæ Lupiæ). Heinsius ex Vossiano codice corri-
 gendum monet in epistola Ausonii ad Paulinum quæ
 incipit *Excitimus*, etc., versum illum, *Emeritæque*
amnes, latæque fluenta Garumnæ, ac legendum, *Eme-*
ritensis Anæ, latæque fluenta Garumnæ.

Præterit, et viridante rapax
 190 Gurgite moenia pulchra lavit.
 Illic, ubi marmore perspicuo
 Atria luminat alma nitor
 959 Et peregrinus, et indigena,
 Reliquias cineresque sacros
 195 Servat humus veneranda sinu.
 Tecta corusca super rutilant
 De laquearibus aureolis,
 Saxaque cæsa solum variant,
 Floribus ut rosulenta putes
 200 Prata rubescere multimodis.
 Carpite purpureas violas,

A Sanguineosque crocos melite :
 Non caret his genialis hyems,
 Laxat et arva tepens glacies,
 205 Floribus ut cumulet calathos.
 Ista comantibus e foliis
 Munera, virgo, puerque, date :
 Ast ego sertâ choro in medio
 960 Texta feram pede dactylico,
 210 Vilia, marcida, festa tamen.
 Sic venerarier ossa libet,
 Ossibus altar et impositum
 Illa Dei sita sub pedibus

GLOSSÆ VETERES.

189. Viridante, irrigante. — Rapax, *velox turbiter*, I. B
 190. Luit, *lavit*, I.
 192. Nitor, *scilicet marmorum*, Mar.
 196. Super, *desuper*, I.
 198. Solum, *pavimentum*, I., Vat. A.
 199. Rosulenta, *a rosa, sicut rorulenta a rore*, I.
 205. Non caret, *quia et in hyeme ibi sunt*. — Genialis, *nobilis*, I.
 206. Comantibus, *constantibus*, I.
 210. Festa, *festiva*, I.
 215. Sita, *posita*, I.

COMMENTARIUS.

189. Gurgitem Anæ vocat *viridantem* propter arbores, ait Nebrissa, vel herbas adjacentes, quod illius fluminis est proprium. Herbæ scilicet in pratis Anæ celeberrimæ sunt, ad quas hyeme depascendas pecora e montibus Asturum longissimo quamvis itinere aguntur. Quod autem ait Nebrissa, Anam dividere Bæticam a Lusitania, recenti more ita est explicandum, ut Anas Extramaduram interfluat, tum Portugalliam extremo Algarvios a Bætica dividat.

190. Ald., Urb., Vat. P, et alii, *lavit*. Mar., Rat., Weitz., Widm. a secunda manu, *luit*. Vatt. B, Q, Hailsbr. supra, Alex. a prima manu, Heinsius cum Noms., et duobus vetustissimis suis, *lavit* ab antiquo *lavo, lavis*, ut Virgilius, Horatius et ibi utuntur. Breviar. Mozar., *pluit*, non recte.

191. Vat. A, *præspicuo*.

192. Vat. B, Sich., Fabr., Bong., Gis., in contextu, *alta*, quod ex conjectura placebat Gallandio. Plerique et vetustiores cum Aldo, *alma*. Breviar. Mozar. corrupte, *Atria luminant alma viator Et peregrinus*, etc. Notandi sunt hi et sequentes versus ad ornatum cultumque templorum, de quo in prolegom. cap. 13.

198. Pavimenta marmoribus sectis vermiculata, arte musiva distincta, in templis Emeritæ etiam nunc conspici, testis est Nebrissa. De Romanis antiquissimis templis res nota est.

199. Breviar. Moz., *rorulenta* : lege *rosulenta* a rosis et floribus in pavimento formatis. *Rosulenta* dixit per analogiam, ut *rorulenta* hymni 7, vers. 168. *Rosatus* et *rosulatus* voces sunt sequioris ævi apud Duncangium.

201. De floribus quibus sepulcra ornari solebant, dictum cap. 14 prolegom.

202. Rat., *sanguineos*; recenti manu, *sanguineosque*, quod metrum poscit.

203. Breviar. Moz., *gemellis* : corrige *genialis*. Apud Virgilium lib. I Georg., vers. 502, *Invitat genialis hyems*. Ait Prudentius Emeritæ propter aeris clementiam flores provenire; aut etiam innuit ante diem florere annum, ut sepulcrum Eulaliæ decoretur. Paulinus Natali 5, *Purpureum ver spiret hyems, sit florens annus Ante diem, sancto cedat natura diei. Martyris ad tumulum debes et, terra, coronas*.

204. Prag. a prima manu, *arva tepens*, quod mihi non displicet, ut *glacies* sit in accusativo plurali. Breviar. Moz. male *laxat et arctat tepens glacies*.

208. Breviar. Moz. mendose, *choro et in medio*. Poetæ sua carmina *serta* et *coronas* vulgo appellant quibus caput illius quem laudant aiunt ornari.

209. Exprimit metri genus quo utitur carmen dactylicum, ut sæpe alias. Blanchinum male correxisse *dactylo* pro *dactylico*, notavi proleg. num. 217.

211. Breviar. Moz. contra metrum *venerari* pro *venerarier*, ut vers. seq., *altare* pro *altar*. Vide vers. 80 Dittochæi.

212. Consuetudo hæc vetus fuit, ut ossa martyrum sub altari recondentur, vel potius, ut ubi corpora martyrum sepulcra jacebant, ibi altaria superextruerentur. Hoc ipsum iterum docet Prudentius hymn. seq., vers. 189 : *Hæc sub altari sita sempiterno*; in passione Vincentii vers. 517, *Subjecta nam sacrario*; et in Hippolyto vers. 169, *Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis, Propter ubi apposita est ara dicata Deo*. Etiam nunc hæc consuetudo in multis altaribus observatur, ut corpus alicujus sancti sub altari positum sit : et quoniam olim altaria erigi non solebant, nisi reliquiae sanctorum supponerentur, adhuc sacerdos ad altare accedens orat sanctos *quorum reliquiae*, inquit, *hic sunt*. Advertendum tamen est consuetudinem recentem non valde a veteri differre. Non enim nunc licet arcam ubi corpus alicujus sancti reconditum est, super altare collocare, et venerationi fidelium exponere; quamvis partes aliquæ corporis hierothecis decentibus inclusæ supra altare exponi possint. Vide cap. 2 prolegom., num. 27. Cardinalis Baronius, ex verbis, quæ ibi exscribit, Eunapii, religionis Christianæ sub Juliano Apostata acerrimi hostis, ad an. 389, num. 82, id vere colligit : *Sed et ille veteris observantiæ usus attendendus ex verbis Eunapii, non solum sub altaribus claudi martyrum reliquias, sed et foris relinqui præcipua eorumdem membra certis diebus cunctis perspicua et adoranda*.

215. Prudentius Eulaliam *Dei sub pedibus sitam* ait, quia supra erat eucharistiæ sacramentum, aut sacrificium missæ peragebatur, ut apertius explicat in Hippolyto loc. cit. S. Felix Romanus pontifex, qui anno 274 decessit, apud Anastasium Bibliothecarium constituisse dicitur supra sepulcra martyrum missas celebrari. Hieronymus, adversus Vigilantium tom. II operum, pag. 595 : *Male facit ergo Romanus episcopus, qui super mortuorum hominum Petri et Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem pulvisculum, offert Domino sacrificia, et tumulos eorum Christi arbitratu altaia? Et non solum unius Urbis, sed totius orbis errant episcopi*, etc. Ambrosius, epist. 22, tom. II operum, de reliquiis SS. Germanii et Protasii : *Succedant, inquit, victimæ triumphales in locum ubi Christus hostia est : sed ille super altare, qui pro omnibus passus est; isti sub altari, qui*

961 Prospicit hæc, populosque suos
215 Carmine propitiata fovet.

IV HYMNUS. IN HONOREM XVIII MARTYRUM
CÆSARAUGUSTANORUM.

Bis novem noster populus sub uno

A 962 Martyrum servat cineres sepulcro
Cæsaraugustam vocitamus urbem,
Res cui tanta est.

5 Plena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam,

GLOSSÆ VETERES.

215. Propitiata, placata. — Fovet, nutrit, I.
3. Cæsaraugustam, una civitas a Cæsare Augusto

ipsius conditore, I.
4. Res cui, scilicet credita, I.

COMMENTARIUS.

illius redempti sunt passione. Nonnulli putant, ethnicis interrogantibus cur Christiani nullas aras, nulla templa haberent, Minutium, Origenem, Clementem Alexandrinum, Arnobium, Lactantium ideo respondisse, aram nullam animæ justæ gratiorem Deo posse dici, quia tabulæ sive operecula sub quibus condita erant martyrum corpora, primis Christianis pro aris erant. Quod ego subtiliter magis quam vere excogitatum censeo. Profecto ethnici quærebant de aris et templis qualia ipsi habebant: et talia apud se esse Christiani negabant, quamvis et ecclesias haberent et sacra peragerent. Nullum præ anima sanctius templum, nullam aram gratiorem esse addebant, ut innuerent religionem internam præcipue esse laudandam. An vero corpora sanctorum non solum sub altari, sed etiam sub ara olim collocarentur, quandoquidem inter aram et altare nonnulli distinguunt, dicam ad hymnum S. Hippolyti loc. cit. Alia quæstio hinc etiam oritur, an Prudentius existimaverit animas martyrum et sanctorum sub altari requiescere, exspectantes beatam spem resurrectionis. Prudentius quidem minime in ea fuit sententia: nam vers. 169 diserte affirmavit: *Flatus in æthere plaudit ovans*. Et in Vincentio cum de ossibus sacrario subjectis esset locutus, vers. 521 ait: *Sic corpus: ast ipsum Dei Sedes receptum continet*. Syxtus Senensis Biblioth. sanct. lib. vi adducit plurimum Patrum opiniones, qui verba Apocalypsis vi: *Vidi sub altari Dei animas interfectorum*, ita videntur interpretari, ut negent animas sanctorum ante resurrectionem corporis divinæ visionis gloria frui, Prudentiumque recenset, quasi hymn. seq., *Hæc sub altari sita sempiterno*, animas martyrum sub altari collocaverit. Sed ut de aliis taceam, Prudentius quidem ad verba Apocalypsis alludit, sed ita ut sententiam catholicam de animabus justis in cælum ante corporis resurrectionem recipiendis sæpius expresserit. Neque aliud innuit, nisi cineres sanctorum sub altari terreno esse, eamque consuetudinem tumulandi ossa martyrum sub altari ex verbis Apocalypsis permanasse: quæ multorum est probabilis opinio. Respicit etiam thronum Dei in cælis, sub quo sunt animæ sanctæ.

215. Breviar. Moz. corrupte, *Carmine propitiatio talis foveat*: Mendose pariter Ruinartius, *propitiata fovet*. Post hunc hymnum in Vat. B et Mar. ponitur hymnus Fructuosi episcopi, etc. In Vat. A, *Liber de beato Romano martyre*. In Alex. sequitur hymnus S. Vincentii, et post hunc hymnus SS. octodecim martyrum. Weitzius cum Vat. B et Mar. facit: reliqui editi cum Aldo hunc, quem sequimur, ordinem tenent. Equidem tantæ varietatis codicum in hymnis Peristeph. collocandis nullam satis idoneam causam invenio.
4. Inscriptionem exhibui quæ exstat in Vat. A, nisi quod in eo, ut in plerisque aliis, legitur *in honore*, ut dixi ad hymnum præcedentem. Vat. B, *Incipit hymnus in honore martyrum Cæsaraugustanorum*. Mar., *Incipit hymnus in honore xxiii martyrum Cæsaraugustanorum*. Rat., *Incipit hymnus in honore xviii martyrum Cæsaraugustanorum*. Ald. *Ode in laudem SS. xviii martyrum Cæsaraugustanorum*. Heinsius, *Hymnus in honorem SS. xviii martyrum Cæsaraugustanorum*. In Vat. A ponitur post passionem S. Vincentii; in Vat. B. et Mar. post passionem SS. apostolorum Petri et Pauli. Verior videtur titulus *In honorem xviii martyrum Cæsaraugustanorum*: nam alii mar-

tyres qui recensentur videntur huc tanquam in episodio adducti, scilicet Vincentius, Encraïtis, Caius, Cremenius, qui cum xviii sunt xxii; adeoque nescio cur Marietti codex habeat *In honore xxiii*. De martyribus octodecim Cæsaraugustanis martyrologium Romanum ad diem 16 Aprilis: *Cæsaraugustæ in Hispania natalis SS. decem et octo martyrum, Optati, Luperci, Successi, Martialis, Urbani, Julæ, Quinctiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Cæciliani, Eventii, Primitivi, Apodemii et aliorum quatuor, qui Saturnini vocati esse referuntur. Hi omnes sub Datiano Hispaniarum præside simul pœnis affecti atque interempti sunt: quorum illustre martyrium Prudentius versibus exornavit*. Ordo ipse nominum ex Prudentio petitus est, non ex aliis actis antiquioribus: nam Prudentius, ut metro consuleret, ita ea disponere debuit; neque facile quis dicet ita casu in vetustioribus actis fuisse collocata. Martyrium horum SS. martyrum contigit circa annum 304, in Maximiani persecutione sub Datiano præside. Eorum festum alii diei 15 Aprilis, alii diei 16 ejusdem mensis consignant. Hymnum Prudentii inter Acta sincera Ruinartius profert pag. 516 edit. Parisi. 1689. Eundem exscripserant Bollandiani ad diem 16 Aprilis.

2. Rodriguez. de Castro in Biblioth. Hisp. ait Prudentium sepulcri unius nomine fortasse comprehendisse omnia sepulcra SS. martyrum qui in conventu Cæsaraugustano exstabant: siquidem scopus Prudentii fuit de aliis etiam martyribus qui Cæsaraugustæ sepulti non erant loqui. Sic Lucretius terram *commune sepulcrum* dixit. Ego vero puto Prudentium clare loqui de uno sepulcro Cæsaraugustæ existente, cum addat, *Cæsaraugustam vocitamus urbem, res cui tanta est*. Intellego autem hos octodecim martyres sub uno altari conditos, quod jure a Prudentio vocatur sepulcrum, ut ab aliis *confessio, martyrium, memoria martyrum*. Confer vers. 189 et seqq., *Hæc sub altari sita sempiterno*. Advertendum etiam sæpe Prudentium verbum *servare* de reliquiis martyrum usurpare, ut hymn. sup., *Servat humus veneranda sinu*, et rursus in hoc hymno vers. 191, *Turba quam servat procerum creatrix Purpleorum*. In Hippolyto vers. 175, *Servat ad æterni spem iudicis ossa sepulcro*. Ex initio autem et fine hymni liquido constat scopum Prudentii esse laudare octodecim martyres Cæsaraugustanos, quamvis in laudem Cæsaraugustæ occasione ex hoc magno numero sumpta alios martyres adjungat.

4. Latinius, *res ubi*; bene et vere est *res cui*. Parrhasius ait ignoscendum quidem Prudentio, sed ferendum non esse, quod *cui* fiat bisyllabum, et ultima consonans vertatur in vocalem. Qua ego de voce dixi proleg. num. 209, 212, in nota, Martialis simili prorsus modo *cui* dissyllabum protulit.

6. Chamillardus ex hoc alii que locis Prudentii colligit poetam nostrum in ea fuisse opinione, terram in fine mundi penitus destructum iri. Mihi non ita clarum videtur id sensisse Prudentium: nam ejus verba, sicut alia similia sacræ Scripturæ, de magna mundi commutatione apte possunt intelligi. Porro post resurrectionem cælum et terram, et elementa omnino alia ab his quæ nunc existunt esse instituenta, multi opinantur. Plerique mundum non prorsus in nihilum esse redigendum, sed in melius commutandum, defendunt. Vide dissert. Calmeti de fine et mundi statu post iudicium, ante epist. Pauli ad Galat.

963 Tot sinu gestans simul offerenda
Munera Christo.
Cum Deus dextram quatiens coruseam
10 Nube subnixus veniet rubente,
Gentibus justam positurus æquo
Pondere libram :
Orbe de magno caput excitata

A
15 Obviam Christo properanter ibit
Civitas quæque pretiosa portans
964 Dona canistris.
Afra Carthago tua promet ossa,
Ore facundo Cypriane doctor ;
Corduba Aciscium dabit, et Zoellum,
20 **965** Tresque coronas.

GLOSSÆ VETERES

7. Gestans, dum gestat, I.
9. Cum, quando, I.
10. Nube, in nube enim in qua cælum ascendit, credimus venire ad iudicium. — Rubente, ignea, I., Mar.
15. Excitata, elevata, erigens caput, I. — Caput, per caput, Mar.

14. Properanter, celeriter, I.
16. Canistris, sarcophagis, I., Mar.
17. Afra, Africana, I.
20. Tresque coronas, scilicet aliorum martyrum. Tres martyres, id est, Faustum, Januarium, Martialem, I. — Tres martyres, Mar.

COMMENTARIUS.

9. Breviar. Moz. corrupte, quem Dei dextram.
10. Breviar. Moz. mendose, rubentem. Vide hymn.
11. Cathem., vers. 401 et seqq., cum comment.
14. Breviar. Moz., posituros, male. Quod Deus describatur extremi iudicii die altera lance bona opera, altera mala appendens, originem trahere potest ex Job vi, 2: *Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas quam patior in statera*: et ex Danielis v, 27: *Appensus es in statera, et inventus es minus habens*. Vide Mazochium Spicileg. Biblic., vol. II, pag. 285. Cæterum ut unicuique æquo pondere jus veluti appendatur, Græci veteri proverbio dicunt *libram tenere*, cujus meminit Eustathius ad lib. vii Iliad., *Ζυγού προς δίχην εὐθύστερος*. Consule notata ab Elmenhorstio et Heraldio ad Minucii verba, *Ut libram teneas æquissimi iudicis, nec in alteram partem propensus incumbas*. Homerum imitatus est Virgilius lib. xii, vers. 725, *Jupiter ipse duas æquato examine lances Sustinet*.

15. In Alex. cod. ommissa erat tota hæc strophæ, quæ a veteri manu ad marginem est addita. Aberat etiam a cod. Thuan. Ait Prudentius *caput excitatas civitates*, sive earum caput excitari, ut in hymno Fructuosi de Tarracone: *Attollit caput ignibus coruscum*, et *Quo nostræ caput excitatur urbis*.

15. Ald., Tornæs. et nonnulli vulgat., *civitas omnis*, quod non satis Latinum esse ait Gifanius in *Elongum*. Scripti *civitas quæque*, ut e postremum sit longum ob *pr* dictionis sequentis; quod familiare est Prudentio, et nullo modo reprehendendum. Breviar. Mox., *civitas quoque*, vitiose. Teolius, *pretiosa dōna explicat martyres indigenos, quos decem et octo offeret Christo Cesaraugusta*. Teolius adhuc cogitat de patria S. Laurentii. Prudentius certe hoc loco intelligit martyres qui in singulis civitatibus sunt sepulti, ac præcipue qui earum civitatum sunt patroni, sive indigenæ sint, sive secus. Neque vero evidens est omnes et singulos martyres octodecim Cæsaraugustanos Cæsaraugustæ natos esse. Contra constat Felicem, quem Gerundæ ascribit, et Cucufatem, quem Barcinoni D tribuit, in Hispania natos non fuisse.

16. Glossæ *canistris* exponunt SARCOPHAGIS. Prudentius fortasse huc respexerit, quod et dona canistris ferri soleant, et marmora sepulcrorum nonnulla sint in canistrorum formam scalpta.

17. Weitzius cum Widm. scribit *Kartago*, et ex Hailsbr. notat *Chartago*. Dicit *Afra Carthago*, ut discernat a Carthagine nova, quæ Spartariæ etiam nomen habet, nunc *Cartagena* in Hispania, cujus nominis alia recentior in America condita est. Nebrisensis ait solam Carthaginem Africæ ex urbibus peregrinis a Prudentio poni, cum cæteræ omnes sint in Hispania. Non video qua ratione dici possit in Hispania esse Arelatem et Narbonem, quo tempore scribebat Prudentius, neque adhuc Gallia Narbonensis a Gothis erat occupata.

18. De S. Cypriano hymnus exstat in hoc libro decimus tertius: ubi Prudentius cum *amore nostrum*, id

B est Hispanum vocat. In Vat. B hi versus ita leguntur, *Afra Carthago, Cypriane doctor Ore facundo, tua promet ossa*.

19. Vat. A, Rat., *Aciscum*. Prag., *Asciscum*. Widm., *Ascliscum*, Egim., Pål., *Acliscum*. Alii, *Aciscum* cum Aldo et nonnullis martyrologiis. Vetustiores Heinsiani, *Acliscum*, vel *Acliscum*, nisi quod Put., *Aciscum*. In Ox., *Asciscum* pro *Aciscum*, quomodo in martyrologio Adonis. Heinsio *Aciscus* genuinum martyris nomen videtur: ex *Acisculo* fit per contractionem *Aciscus*, et in familia Valeria nonnulli *Acisculi* dicti sunt ab instrumento latomico. Philippus a Turre, in Monum. vet. Antii, cap. 2, fuse de *Acisculo* cognomine gentis Valeriæ disserit ex nummis ejusdem gentis: et hunc nostrum martyrem genti Valeriæ ascribi posse monet. Mazochius de Dedicatione sub ascia id minime posse colligi confirmat. Pro *Zoellum* Vat. A *Zoelum*, supra minutiori caractere *Zolutum*; Rat., *Zoelum*, Mar. a prima manu, Vat. A, *Encellum*, Prag. *Enetellum*. De *Acisculo* martyrologium Rom. die 17 Nov. de Zoello, sive Zoilo idem martyrologium die 27 Junii: *Cordubæ sanctorum martyrum Zoili et aliorum decem et octo*. Ecclesiam ab eo denominatam S. Eulogius in Memor. sanct. libr. ii, cap. 6, refert. In Breviario Mozarabico die 17 Novembris fit officium *S. Aciscii et comitum ejus*. In orationibus plerumque nominantur *Aciscus et Victoria*, nonnunquam *Aciscus et socii ejus*. In eodem Breviario die 27 Junii fit officium *S. Zoili* cum hymno proprio, versibus ex præsentis hymno Prudentii hinc inde sumptis ac male consutis. Sepulcrum *Aciscii* Cordubæ existisse constat etiam ex S. Isidoro in Chronico ad æram 587, ubi de Agila: *Iste adversus Cordubensem urbem prælium movens, dum in contemptum catholicæ religionis, beatissimi martyris Aciscii injuriam inferret, hostiumque ac jumentorum cruore sacrum sepulcri ejus locum ut profanator pollueret, inito adversus Cordubenses cives certamine, penas dignas, sanctis inferentibus, meruit*.

20. Chamillardus quærit cur *tres coronas* dicat Prudentius, cum ex Martyrologio Romano constet alios undeviginti cum Zoilo fuisse martyrii palma donatos. Respondet, apud Surium in vita S. Anastasiæ, corpus Chrysogoni martyris fluctibus delatum fuisse ad litus maris, ubi Zoilus, vir pius, et presbyter, diversabatur apud Agapen, Chioniam et Irenem sorores: cui Chrysogonus in somnis apparens prædixit illum brevi pro Christo vitam finiturum, ac pariter tres illas Christi ancillas. Has igitur colligit Chamillardus esse *tres coronas* a Prudentio indicatas. Bollandiani vero putant per *tres coronas* intelligi Victoriam, quæ totidem coronas cælo delabi vidit, ideoque duobus istis tertiam se adjunxit. Iso autem verius ait esse tres martyres *Faustum, Januarium et Martialem*. Horum trium festus dies agitur in officio Mozarabico die 15 Octobris. Gallandus cum Ruinartio de his intelligit Prudentium, cum hi Cordubæ passi fuerint ac monet Ruinartius, in codice

Tu tribus gemmis diadema pulchrum

Offeres Christo genitrix piorum.

Tarraco : intexit cui Fructuosus

966 Sutile vinclum.

25 Nomen hoc gemmæ strophio illigatum est :

Emicant juxta lapides gemelli,

A

Ardet et splendor parilis duorum

igne coruseo

Parva Felicis decus exhibebit

30 967 Artubus sanctis locuples Gerunda,

Nostra gestabit Calagurris ambos,

Quos veneramur.

GLÓSSÆ VETERES.

25. Strophio, Ornamento, cingu'o. Strophium cingulum ab eo quod est strophæ, id est convertere, l.

26. Gemelli, duo diaconi, l., Mar.

31. Ambos, duos, l.

32. Quos veneramur, scilicet martyres quos supra dixit, Hemeterium et Celedonium, l.

COMMENTARIUS.

Regio annorum 800 glossam esse martyres. Horum trium martyrum Cordubensium missa habetur in missali Mozarab. Leslei pag. 387, iv cal. Octobr. Acta ex quatuor codd. mss. Ruinartius protulit. Martyrologia in eorum die festo designando dissentiunt.

21. Weitzius censet Prudentium alludere ad morem eo ævo usitatum, quo virgines nomina sua monilibus intexta gestabant : de quo Aristenæus lib. i, epist. 4, et Meursius Exercit. crit. part. 2, lib. ii, cap. 46. Paschalius, de Coronis lib. ix, cap. 11, observat Prudentium in diademate agnovisse tres gemmas, non quod ibi solæ sint, sed quod oculos primæ feriant. Intelligit autem esse gemmas de quibus Capella : Quippe tres fuerant a fronte gemmæ, tychnis, astrites et ceraunos : quod non puto cogitasse Prudentium. S. Leo Magnus, cum aliis in locis, tum in hoc satis clare imitatus videtur Prudentium serm. 1 SS. apostolorum Petri et Pauli : Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur ; et semper dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur. Unde duo ista præclara divini germina seminis (SS. Petrus et Paulus) in quantam sobolem germinarint, beatorum millia martyrum protestantur, qui apostolicorum æmuli triumphorum urbem nostram purpuratis et longe lateque rutilantibus populis ambierunt, et quasi ex multarum honore gemmarum conserto uno diademate coronarunt.

23. Tarraco a Ptolomæo et veteribus monumentis in Cosetanis collocatur, ad oram maris Mediterræni. Vide Cellarium Geogr. ant. lib. ii, cap. 1. Chamillardus monet vina Tarraconensia olim in pretio habita ex Martiali lib. xiii, Tarraco Campano tantum cessura lyæo. Idem confirmant Plinius et Silius Italicus. Addi potest etiamnum ea vina in pretio esse : nisi quod nunc tot sunt diversi generis vina in Hispania, quæ ubique maximo in pretio habentur, ut multa alia Tarraconensibus debeant præferri. Ac mirari subit cur aut Romani olim ea vina ignoraverint, aut contempserint, aut, quod magis credo, Hispani suas vineas diligentius excolere non curaverint. Non enim apud veteres vini Hispani tam frequens occurrit mentio quam aliorum. Video tamen, ejus usum ab Ovidio præscribi ad custodes aut fallendos, aut deliniendos, aut consopios : Fallitur et multo custodis cura lyæo : Illa vel Hispano lecta sit uva jugo. De Fructuoso et sociis hymnum 6 hujus libri habemus.

24. Paschalius ait sutile vinclum esse gemmam laminæ assutam, qua diadema clauditur et subnectitur sicuti fibula. Quod Virgilio est aurea fibula in hoc versu : Aurea purpuream subnectit fibula vestem, Prudentio est in diademate fibula gemmea sive sutile vinclum. Prudentius lapillos sutiles Cathem. 7, vers. 458 ; et hyacinthos sutiles dixit Hamart. vers. 268, qui in coronam consuuntur, vel diademati assuuntur.

25. Ald. contra metrum, hoc nomen gemmæ. Aldus, Weitzius, Giselinus, edd. vett., illigatum est, quod exstat in plerisque codicibus nostris, Thuan., Noms., Ambr., Put., Parrhasius, illigatæ, quod tenent recentiores, et rectius putat Heinsius. Verum S. Isidorus jam legerat illigatum est lib. xix Etym., cap. 33. Strophium est cingulum aureum cum gemmis, de quo ait Cinna : Strophio lactentes cincta papillas. Et Prudentius :

dentius : Nomen hoc gemmæ strophio illigatum est. Hemistichium primum Catulli est in Nuptiis Pelei, sed potuit illi esse commune cum Cinna, ut observat adnotator Isidori. Paschalius suspicabatur Namine hoc gemma est strophio illigata. Nebrissensis conjiciebat Hoc novæ gemmæ strophio illigatum est.

B At recte procedit lectio codicum, sive quam Heinsius sequitur, sive quam nos utpote antiquiorem cum S. Isidoro retinuimus.

27. Theolius, ardet splendor : corruptum est metrum omisso et.

29. Martyrologium Rom. 1 Augusti : Gerundæ in Hispania natalis S. Felicis martyris ; qui post diversa tormentorum gênera a Datiano tandem jussus est lanari, donec invictum Christo spiritum redderet. In Breviario Mozarabico ad diem 1 Augusti ejus festum celebratur, exstatque hymnus trochaicus, quem facile Prudentio adjudicarem, nisi quod nonnulli versus injuria temporum et negligentia exscriptorum corrupti apparent, ut factum esse constat in aliis hymnis eidem breviario insertis, qui certo sunt Prudentii. De nonnullis aliis hymnis Breviarii Mozarabici idem judicium fero : fortasse aliquando eos ex mss. et conjecturis suo auctori suoque nitore restitui.

Ita incipit hymnus S. Felicis : Fons Deus vitæ perennis, lux origo luminis, Aspice plebem canentem festa summi martyris. Vides stylum Prudentianum, exactaque metri legem : hæc turbatur vers. seq. Excipe vota precantum, sume laudum cantica : quamquam sustineri id potest ratione cæsurae. Auctor fortasse Sume vota te precantum, sume laudum cantica. Felix Cæsarea Mauritaniae Gerundam usque martyri cupidus perrexit, ut ex hymno cit., et S. Eulogio colligitur lib. i Memorial. martyrum : Sic namque et felicissimus Felix, cum fidei relatu persecutionem catholicorum quæ apud Gerundam, Hispaniæ urbem confinem Galliæ, gerebatur, comperiret, crudeliterque Ecclesiam Dei ibidem a paganis infestari cognosceret, extemplo litteraturæ liberalis studium derelinquens, quod in Cæsarea Mauritaniae positus excolebat, præpeti navigatione æquore transmissio, prædictum oppidum adiit, ibique martyrium, quod patriæ suæ deerat, devotus miles Christi triumphaliter consummavit. De hoc S. Felice S. Gregorius Turonensis lib. i, cap. 92. Ruinartius acta S. Felicis in nonnullis mss. viderat, sed aliquatenus, ut putabat, depravatâ.

30. Gerunda, nunc Girona, dicitur urbs in Ausetanis, olim conventus Tarraconensis.

31. Vat. A, Mar. scribunt Calagurris : Gis. in contextu, Cellarius, præstabit. Scripti nostri et Heinsiani cum Aldo, gestabit. Weitzius in nonnullis suis videtur legisse præstabit. Gregorius Turonensis, lib. i de Gloria martyr., cap. 93 : Calagurris urbs Hispaniæ Hemeterium Celedoniumque martyres gestat, etc. Alludit ad hos versus Prudentii, ex quo elogium eorum martyrum sumit. Parrhasius scribit Calagurris, atque ita etiam in aliis monumentis legitur, ut in fragmento anecdoto Titii Livii, quod e pervetustis membranarum rescriptis, ut vocant, bibliothecæ Vaticanæ primus publicavit

32. Alicubi legi veneratur. Sed scripti et editi plerique veneramur.

Barcinon claro Cucufate freta

368 Surget, et Paulo speciosa Narbo,

35 Teque præpollens Arelas habebit,
Sancte Genesi.

Lusitanorum caput oppidorum

Urbs adoratae cineres puellæ

Obviam Christo rapiens, ad aram

A 40

Porriget ipsam.

Sanguinem Justî, cui Pastor hæret,

Ferculum duplex, geminumque donum

Ferre Comp'utum gremio juvabit

969 Membra duorum.

43 Ingeret Tingis sua Cassianum,

Festa Massylun monumenta regum :

GLOSSÆ VETĒRES.

33. Barcinon, *civitas*. — Cucufate, *martyræ*. — Freta, *confisa*, I.

34. Narbo, *civitas*, I.

35. Arelas, *civitas*, I.

37. Lusitanorum, *Lusitania regio est Indiæ, dicta a lusibus faunorum et satyrorum, qui Libero patri saltantes occurrerunt*, Vat. A. — A *patr. a Lusitania pro-*

vincia. — *caput, quæ est caput*, I.

42. Ferculum, *sarcophagum*, Mar.

43. Complutum, *civitas, oppidum*. — Juvabit, *delectat ferre*, I.

44. Duorum, *martyrum*, I.

45. Tingis, *civitas Cotiæ*. — Sua, *propria*, I.

46. Monumenta, *recognitiones*, I.

COMMENTARIUS.

publicavit, scholiisque illustravit cl. Vitus M. Giovannazius. Quæ Livii verba ad Calagurris situm investigandum plurimum conferunt. *Profectus* (Sertorius) inde in *Bursaonum, et Casuaninorum* (leg. *Cascanti-norum*) et *Graccuritanorum fines, evastatis omnibus, proculatisque segetibus, ad Calagurim Nasicam sociorum urbem venit; transgressusque amnem propinquum urbi, ponte facto, castra posuit*. Ex quo loco Giovannazius sententiam de Calagurri Vasconum, quæ eadem sit Nasia, sive Nassica, ut alii scribunt, egregie confirmavit. Cum enim Livius dicat Sertorium ex Graccuritanorum finibus ad Calagurim venisse, tum ponte facto, amnem propinquum urbi fuisse transgressum, id certe efficitur, Calagurim cognomento Nasicam ultra Iberum fuisse sitam. Quare quæ cis flumen erat, quid relinquitur, nisi ut Fibulariensis et esset, et cognominaretur? Graccuris Vasconæ etiam urbs est ex Ptolomeo.

33. Vat. B, Mar., Prag., Weitz., Widm., Hailsbr., Bong., Sich., *Barcilon*. Rat., *Parcilon*. Fabr., *Barcinon*. Vetustiores Heinsii cum Aldo, *Barchinon*. Unus Torrent., *secta pro freta*. In breviario Mozarabico die 30 Julii hymnus incipit *Barchinon læto Cucufate vernans*. Corpus S. Cucufatis olim Barcinone, aut non procul in monasterio S. Cucufatis *Sant Colgat del Valles* exstabat, nunc in Parisiensi monasterio S. Dionysii asservari dicitur. Baronius, martyr. Rom. pag. 309, ad diem 25 Julii, hymnum qui in breviario Toletano canitur, aliis actis vulgatis hujus martyris præfert: intelligit, opinor, hymnum breviarii Mozarabici, ubi ex urbe Scillitana Hispaniam venisse narratur. Plura de eo Bollandiani ad diem 25 Julii.

34. *Narbo* masculino etiam genere solent efferri. De S. Paulo Martyrologium Romanum 22 Martii: *Narbonæ in Gallia natalis sancti Pauli episcopi, apostolorum discipuli, quem tradunt fuisse Sergium Paulum proconsulem, qui a beato apostolo Paulo baptizatus, et cum in Hispaniam pergeret, apud Narbonam relictus, ibidem episcopali dignitate donatus est. Ubi prædicationis officio non segniter expleto, clarus miraculis migravit in cælum*. Confer Bollandianos.

35. *Arelas*, nobis *Arles*, civitas est in Gallia Narbonensi sita.

36. Diversus est hic *Genesis* ab alio ejusdem nominis, mimo, et postea martyre. Vide Baronium ad Martyr. Rom. viii cal. Septem., et Rosweydam in notis ad homiliam martyrii *Genesisii Arelatensis* sub Pauli Nolani nomine vulgatam.

37. Glossa Vat. A contemnenda est.

38. Ald., *Urbs adoratae et cineres puellæ*. Widm., *Urbs adorata et cineres piorum*. Urb., *Urbs adorata: et cineres puellæ*. Vat. Q, Rat., *Urbs adorata cineres puellæ*. Mar., *Urbs adoratas cineres puellæ*; recentiori manu, *adoratos*, quod non displicet. Verior est lectio Vat. A, B, Rat., Parisii, Alex., Gis., Weitz., Heins. et aliorum, *Urbs adoratae cineres puellæ*. Ser-

mo est de Eulalia, quam Emerita caput Lusitaniam colebat, ut vidimus hymn. 3.

39. Heinsius conjicit *obvia Christo*. Rat., Mar. a prima manu, *radians*. Melius *rapiens*.

40. Prag., *porrigit*, non ita bene.

41. SS. martyrum Complutensium *Justi et Pastoris* festum celebratur die 6 Augusti in officio Mozarabico cum hymno de quo disserui in Hymnodia Hispanica: quem ab Asturio antistite Toletano, qui corpora reperit, compositum aiunt. Paulinus Nolanus in panegyri de obitu Celsi, *Justum et Pastorem* intelligit cum de filiolo suo loquens ait: *Quem Complutensi mandavimus urbe, propinquis Coniunctum tumuli fœdere martyribus: Ut de vicino sanctorum sanguine ducat, Quo nostras illo purget in igne animas*.

43. Nebrissensis ait Complutum civitatem esse Hispaniæ Tarraconensis, fortasse *Alcala*; nam id omnes opinantur. Cellarius in Geograph. ant. ait neminem dubitare quin Complutum sit *Alcala de Henares*. Nihilominus nonnulli graves scriptores id negant, quorum rationes videri possunt in Historia oppidi *Guadalaxara*, cap. 5 et 6, auctore Alfonso Nunez de Castro. Nescio an aliquid huic opinioni communi adversetur, qua Complutum *Alcala de Henares* esse dicitur.

45. Prag., *ingerit*: melius *ingeret*. Iso Tingim vocat civitatem *Cotiæ*, fortasse quia in Mauritania, ubi Tingis (*Tanger*) sita est, mons est dictus eo nomine. Vide comment. ad vers. 216 Apoth. Alius est Cassianus, quem peculiari hymno hujus libri ix laudat Prudentius. Martyrologium Romanum: *Tingi in Mauritania passio sancti Cassiani martyris, qui exceptoris diu gerens officium, tandem cœlitus inspiratus, execrabile duxit neci Christianorum deservire: unde renuntians eidem officio sub Christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrii, tertio nonas Decembris anno Christi 303*. Ejus acta sincera profert Ruinartius. Ad diem 3 Decembris Tingim vocat *metropolim*.

46. Weitz. scribit *Massilum*, Hailsbr. *Massellum*, supra *Masilum*. Alii *Massylum*, scilicet pro *Massylorum*. De his Virgilius lib. iv, *Massylique ruunt equites*. Ubinam hæc gens sita esset, non omnium eadem est opinio. Ab aliis prope Barceos, ab aliis apud Getulos, ab aliis ad occidentem in Numidia collocatur. His favet Prudentius. Papebrochius, tom. II, Aprilis die 16, pag. 409, conjicit legendum *Fessa*, seu *Fezza* pro *festa*, et intelligit Fezam (*Fex*) urbem nobilissimam Mauritaniæ Tingitanæ. Wesselingus, ad Vet. Rom. Itiner., pag. 58, ait optimum esse *festa*, *Et quis, inquit, veterum Fessæ; seu potius Fexæ meminit?* Bernardus Aldrete, lib. iii Antiquit. Hisp., cap. 7 et 8, ostendit a Saracenis primum eam urbem conditam. Poterit autem hic esse sensus: Tingis ingeret suum Cassianum, qui est festum monumentum Massylorum regum, quod in Massylia ejus memoria celebretur: quo alludit Teolius. Aut cum Chamillardo: Tingis,

Qui cinis gentes domitas coegit
Ad juga Christi.
Singulis paucæ, tribus, aut duobus,
50 Forsan et quinis aliquæ placebunt
Testibus Christi, prius hostiarum
Pignore functæ.
970 Tu decem sanctos revehes, et œt'ro,
Cæsaraugusta studiosa Christi,
55 Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.
Sola in occursum numerosiores
Martyrum turbas Domino parasti:
Sola prædives pietate multa
60 Luce frueris.
Vix parens orbis populosa Pœni,
Ipsa vix Roma in solio locata,
Te, decus nostrum, superare in isto

A Munere digna est
65 Omnibus portis sacer immolatus
Sanguis exclusit genus invidorum
Dæmonum, et nigras pepulit tenebras
971 Urbe piata.
Nullus umbrarum latet intus horror:
70 Pulsa nam pestis populum refugit.
Christus in totis habitat plateis:
Christus ubique est.
Martyrum credas patriam coronis
Debitam sacris, chorus unde surgens
75 Tendit in cælum niveus togatæ
Nobilitatis
Iude, Vincenti, tua palma nata est,
Clerus hic tantum peperit triumphum:
B Hic sacerdotum domus infulata

GLOSSÆ VETERES.

48. Juga, *fidem*, 1.
49. Paucæ, *urbes, civitates*, I. — *Sciti. et urbes*, Mar.
52. Functæ, *usæ*, I.
55. Revehes, *referes*, I.
57. Numerosiores, *pluriores*, I.
61. Parens orbis, *Carthago*, Vat. A. — *Carthagō*,

mater. — *Pœni, Africani*, I.
69. Umbrarum, *dæmonum*, I.
77. Inde, *scilicet Cæsaraugustæ*, I.
78. Clerus, *cohors clericorum, id est Cæsaraugusta*, I.
79. Infulata, *ornata*, I.

COMMENTARIUS.

Mibi Massylorum reges mandant r sepulturæ, ingeret suum Cassianum, qui nunc cinis est, sed olim gentes domitas ad juga Christi coegit. Ruinartius ait incertum esse quid *Massylum* nomine intelligi debeat, et in mss. S. Michaelis legi *Maxillum*. Mibi locus nonnihil ob-curus est; sed poetæ mens satis intelligitur.

49. Ex urbibus quas memoravit Prudentius, Calagurris duos martyres, Tarraco tres, Corduba quinque offert. Cæsaraugustam numero martyrum præferendam ait.

51. Vat. B, *Christo*; alii *Christi*, quod tenendum est. Sæpe Prudentius *testes* pro martyribus ponit. Paulinus, Natali 13, vers. 85 et 86: *Hinc ergo sanctis sive confessoribus, seu consecratis passionis testibus*. Muratorius male, *sive consecratis*.

53. Rat., Wilm., *revelis*.

54. Vat. A, Pal., Put., Oxon., Alt., tres Torrentiani, *Christo*.

55. Ald., *vertice*: melius *verticem*. Cæsaraugusta caput oleis redimita describitur, quia oleis abundat, quæ sunt pacis insigne et honor. Vide epigramma Nebrissensis ad suam Prudentii editionem proleg. num. 107, in nota.

56. Heinsius cum scriptis edidit *honore*; sed suspicatur legendum *honora*. Teolius in textu *honora*, sed in nota habet: *Sic Heinsius; nostri pene omnes HONORE: nec alter Ruinartius*.

57. Hæ numerosiores turbæ martyrum intelliguntur esse innumerabiles martyres Cæsaraugustani, quorum festum agitur die 3 Novembris. In breviario Mozarabico non sit eorum mentio. De Prudentio dubitare aliquis possit an ipsos octodecim martyres Cæsaraugustanos vocet turbas numerosiores, quam sint martyres ab aliis urbibus Christo offerendi. At ea quæ sequuntur rem distinctam, et innumerabiles martyres satis demonstrant. Martyrologium Romanum, Flori, Usuardi, Galesini, sub innumerabilium martyrum nomine eos celebrant. Massam candidam appellari, quia eorum cineres ab alienis candore discreti, ac simul congesti reperti sunt, plurimi confirmant. Ruinartius ait id miraculum in mss. vetustioribus desiderari.

61. Breviar. Moz. male, *Penis* pro *Pœni*. Vocem *populosus* nonnulli suspectam habuerunt: ea usi sunt

Apuleius, Solinus, Ammianus, Vegetius, et alii, quorum verba in lexicis indicantur.

66. Mar., *excludit*, ut videtur.

68. Mar., *orbe piato*, sed supra *orbe glossa, id est urbe*. Aliquis etiam ibidem correxit *urbe piata*.

69. Parrhasius mendose, et contra metrum, *late tinctus horror*.

72. Mar., *ubique sine est*, quod recentiori manu est additum.

73. Nebrissensis recte explicat *martyrum patriam, ubi martyres nimia fertilitate proveniunt*.

75. Martyres candidatos vocat ob stolas albas, de quibus Apocalyps. vii. *Nobilitatem togatam* eodem sensu accipio potius quam ut gens togata, id est Romana; intelligatur. Infra-vers. 191 eosdem martyres vocat purpureos proceres ob fusum sanguinem.

77. Riscus tom. XXX. Hisp. sacr. hinc colligit Vincentium Cæsaraugustanum fuisse, ac jure refutat Doddwellum in dissert. 19 Cyprianica, et Joannem Morinum lib. ix, cap. 19, de Administr. sacram. pœnitent., qui negant persecutionem Diocletiani et Maximiani ad Hispanos pervenisse. Existimant nonnulli primum martyrio coronatum Vincentium, tum octodecim martyres, ac postremo innumerabiles. At contrarius est Prudentius vers. 105, *Noverat templo celebres in isto Octies partas, deciesque palmas*.

78. Vat. A, Fabr., Bong., Gis., *clerus hinc*, ut vers. seq. iidem *hinc sacerdotum*. Heinsius a Giselino recessit, et edidit utrobique *hic*, neque tamen varietatem lectionis advertit. Heinsio concinit Teolius, quamvis ex duobus Vatt. melius fortasse dicat *hinc*. In plerisque est *hic*, etiam in Parrhasio.

79. Prag., *sic sacerdotum*. Peveratis putat unum eundemque fuisse Valerium Cæsaraugustanum episcopum, qui interfuit concilio Eliberitano, et cujus diaconus fuit S. Vincentius, quamvis Prudentius numero plurali Valerios nomine: quam sententiam tenuit Baronius ad ann. 505. Chamillardus ad hunc locum ait: *Quia Ecclesia Cæsaraugustana unum tantum agnoscit Valerium episcopum, hanc sequor opinionem, licet Prudentius alia esse videatur*. Sed cum Ecclesia Cæsaraugustana exactum et perpetuum catalogum suorum episcoporum non habeat, potuerunt duo vel plures esse Valerii episcopi, quin eos nunc agno-

- 80 **972** Valeriorum:
 Sævus antiquis quoties procellis
 Turbo vexatum tremefecit orbem,
 Tristior templum rabies in istud
 Intulit iras.
 85 Nec furor quisquam sine laude nostrum
 Cessit, aut clari vacuus cruoris.
 Martyrum semper numerus sub omni
 Grandine crevit.
 Nonne, Vincenti, peregre necandus
 90 **973** Martyr, his terris tenui notasti

- A Sanguinis rore speciem futuri
 Morte propinqua?
 Hoc colunt cives, velut ipsa membra
 Cespes includat suos, et paterno
 95 Servet amplectens tumulo beati
 Martyris ossa.
 Noster est, quamvis procul hinc in urbe
 Passus ignota dederit sepulcri
 Gloriam victor prope littus altæ
 100 **974** Forte Sagunti.
 Noster, et nostra puer in palæstra

GLOSSÆ VETERES.

80. Valeriorum, *episcopi erant*, I.
 85. Nostrum, *pro nostrorum*, I.
 88. Grandine, *persecutione*, I.
 89. Peregre, *in perigrinatione*, I.
 91. Futuri, *temporis*, I.

99. Prope littus, *promontorium maris*, I.
 100. Sagunti, *civitatis Hispaniæ, civitas Hispaniæ, fida Romanis, et est generis feminini*, I.
 B 101. Palæstra, *lucatione*, I. *Certamine*, Mar.

COMMENTARIUS.

scat; adeoque imbecilla est isthæc ratio, ut Prudentii opinionem, imo historicam narrationem deseramus. An autem ex Prudentii verbis certo argui valeat ipsum plures Valerios episcopos agnovisse, affirmare non ausim; sed certe id innuit, in familia Valeria plures floruisse episcopos. Vide proleg. num. 51, 52, 58, et Baron. ad Martyrol. Rom. 28 Januarii. Possit dubitari an Prudentius domum infulatam Valeriorum vocet etiam quia in ea familia sæpe erat unius aliquis flamen apud Romanos: in cuius nummis insigne cernitur apex sacerdotalis in egregia collectione nummorum reipublicæ Romanæ apud cl. baronem Alminusæ Alexandrum Recuperum Catanensem, qui novum de asse Romano systema proferet in lucem.

80. Parrhæsius scribit *Valleriorum*. Apud Florezium Valeriorum nomine multi nummi Cæsaraugustani et Calagurritani inscripti apparent tab. 4 et tab. 9. Bollandiani ad diem 23 Januarii hæc verba breviiarii Cæsaraugust. ed. an. 1572 proferunt: *Et pietate et doctrina insignis Valerius ex consulari Valeriorum turba, teste Prudentio, Cæsaraugustæ ortus est.*

83. Nebrissa *templum* intelligit Christianos, qui templum Dei sunt. Melius intelliges ecclesiam, sive urbem Cæsaraugustanam, ut infra vers. 105, *Noverat templo celebres in isto.*

85. Henschenius legerat *Nec furori quis sine laude nostrum*; sed postea in appendice tom. II Aprilis correxit *Nec furor quisquam sine laude nostrum*. Sensus est, Cæsaraugustæ in omnibus persecutionibus plurimos martyrium subiisse.

87. Numerum Christianorum crevisse, quo plures martyrio coronabantur, certum est, et id voluisse Prudentium plerique interpretes affirmant. Sed fortasse Prudentius hoc loco solum innuit Cæsaraugustæ numerum martyrum in singulis persecutionibus fuisse semper majorem, ac plures passos in extrema persecutione quam in præcedentibus.

88. Grandinem pro adversa fortuna sumi monuit Barthius lib. IV Adv., cap. 9, ut apud Ovidium, *Cum Deus intonuit.*

89. Ald., Vat. P., Urb., Gis. ad oram, *necatus*; alii *necandus*. Alex. supra, Vat. P., Urb., Ald., Gis., aliique edd., et scripti, *peregre*. Gifanius ex vet. lib. in indice Lucr. verbo COLLI restituit *peregrini*, quod ex suis scriptis amplexus est Heinsius, et cum Heinsio Teolius: qui nihilominus omnes Vatt. allegat pro *peregre*. Ego in Vat. Q et Alex. a prima manu reperi *peregrini*. Versus cum *peregre* etiam recte procedit. Parrhæsii lectio peculiaris est, *peregrine quamvis*.

90. Nebrissensis ad verba *tenui rore sanguinis* hoc notat: *Forte propterea dicit, quod ibi didicit, quo pacto deberet esse martyr, cum videret cives suos martyrium pati.* Chamillardus interpretatur: *Nonne, o Vincenti, qui altera in regione morti debebas occumbere, hic tenui quidem cruoris tui effusione notasti, quam,*

dum mors immineret, dolores patereris toleranter? Rem proferam, quæ levis fortasse videatur, sed cuius habeo auctorem gravissimum S. Eugenium, Toletanum episcopum. Antequam S. Vincentius Cæsaraugusta ad martyrium educeretur, sanguis ex ejus naribus effluxit, qui Cæsaraugustæ religiose asservabatur. Huc respexit Prudentius. Audi epigramma Eugenii De Basilica S. Vincentii in Cæsaraugusta, ubi dicitur cruor ejus effluxisse, tom. I Operum PP. Toletanorum, pag. 23: Macte decus proprium, Vincenti martyr alumne, Unica spes nobis, macte decus proprium. Purpureus niveum meruisti sanguine cælum, Et sequeris Agnum purpureus niveum. Passio sacra tuam proexit ad æthera nomen, Conservet populum passio sacra tuum. Hic jacet ille cruor, quem das pro corpore pignus, Nare fluente, tuus hic jacet ille cruor. Hic tua nunc tunica, quod Christi fimbria præstat, Tactu nam salvat hic tua nunc tunica. Hic veniam culpæ mereantur, vota favorem; Gaudia summa ferat, qui petit hic veniam. Incertum mihi, an sponte ille sanguis fluxerit, an sive a Vincentio ipso evocatus, sive ab aliquo percutiente.

91. Bayerius in dissert. de S. Laur. acute suspicatus est legendum *specimen futuri*. Pronum est conjicere hoc specimen esse stolam S. Vincentii Cæsaraugustæ asservatam, cujus portionem Childebertus rex Galliæ Parisios detulit, de qua Ado in Chron. ad annum 527, Gregorius Turonensis lib. III Hist. Franc., cap. 29, et alii.

95. Nebrissensis ait legi posse *hunc colunt cives*. Exponit autem hoc, scilicet quod Cæsaraugustæ natus et institutus est ad fidem. Mihi videtur hoc esse specimen, de quo paulo ante dixi, scilicet cruorem e naribus ejus effusum, sive tunica, sive stola, sive linteolo exceptum. Ruinartius mendose, *velut ipso*.

94. Breviar. Moz. in festo S. Zoili contra metrum legit, *suos et paternos*.

98. Gis. in contextu, Fabr., Bong. a prima manu *sepulcro*.

99. Vat. A, *gloria*: lege *gloriam*.

100. Vat. A, *Sagonti*; Egm., *Saginti*, Saguntus, nunc *Monv edro*, condita sunt, ut dicitur, a Zacynthiis, et fortasse hoc sensu *alta* sive antiqua vocatur. A Valentia, ubi passus est Vincentius, non procul distat. *Forte* ejus litus dicitur, quod cives Hannibali acriter resisterint, a quo demum urbs deleta est. Opinionem nonnullius, qui *forte* adverbium esse putat, quasi Prudentius de loco martyrii dubitaverit, non probo. Vocat autem Prudentius Valentiam urbem ignotam ipsi Vincentio, hoc est externam. Livius scripsit, Saguntum a mari distare passus mille ferme, Plinius tria millia passuum; nunc magis distat, quod mare recessisse arguit. Vide Florezium tom. VIII Hisp. sacr., tract. 25, cap. 4.

101. Petrus Mantuanus, *nostra in palæstra inter-*

- Arte virtutis, fideique olivo
Unctus horrendum didicit domare
Viribus hostem.
- 105 Noverat templo celebres in isto
Octies partas, deciesque palmas
Laureis doctus patriis, eadem
Laude cucurrit.
- 975 Hic et, Encrate, recubant tuarum
110 Ossa virtutum : quibus efferati
Spiritus mundi violenta virgo

A

Dedecorasti.

- Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare nostris :
113 Sola tu morti propriæ superstes
Vivis in orbe.
- 976 Vivis, ac pœnæ seriem retexis,
Carnis et cæsæ spoliū retentans,
Tetra quam sulcos habeant amaros
120 Vulnera, narras.
Barbarus tortor latus omne carpsit,

GLOSSÆ VETERES.

105. Templo, scilicet Vincentis, I.
106. Partas, syncope. — Palmas, martyres, Iso.
107. Laureis, coronis, Iso.
108. Cucurrit, coronatus est, I.
109. Encrate, proprium nomen mulieris. Encrates
abstinens Græce dicitur. Hinc Encratici hæretici vocan-
tur, qui creaturas Dei damnant. Dicunt non esse bonum
manducare carnem et bibere vinum, I. — Encrates La-
tine abstinens. Hinc Encratici hæretici, qui a cibis
quos Deus creaverat abstinabant, Vat. A. — Encrate Græ-
cum nomen positum in vocativo : sic Socrate alicubi,

Prag.

110. Ossa virtutum, id est fortia opera : nam vi a
erat quando hæc fuerunt scrip'ta. — Quibus efferati,
ossibus sævi, I.
112. Dedecorasti, deturbasti — (forte deturpasti), I.
115. Tu morti, tu sola post martyrium viva
fuisti, I.
117. Seriem, ordinem, I.
118. Carnis et cæsæ, abscisa carne, frusta est, I.
121. Barbarus, durus, I.

B

COMMENTARIUS.

pretatur de Valentia prope Saguntum; quod absur-
dum esse jam multi observarunt. Palæstra hic est
Christiana religio vel militia, ut explicat Nebrissa,
vel locus certaminis, ut innuit glossa. Hymn. seq.
vers. 215 : *Ventum ad palæstram gloriæ, Spes certat,
et crudelitas.* Quod autem dicitur nostra, aperte id
significat esse palæstram Cæsaraugustanam. In Bre-
viario Mozarabico hæc strophæ applicatur etiam S.
Zoilo.

102. Hic et tres seqq. versus absunt in Put. co-
dice. In breviar. Moz. ad festum S. Zoili corrupte le-
gitur *fidei collybo pro fideique olivo.* Cum poeta nomi-
naverit palæstram, apposite addit *fidei olivo* : nam
et oleum chrismales innuitur, et athletarum mos in-
d'eat, qui oleo inungebantur. Observat Peveratus,
hinc olei nomine impensam significari surptivæ,
qui fit ad scientiam, artemve aliquam perdicendam,
unde natum proverbium, *Oleum et operam perdidit,*
ducta scilicet metaphora ab athleticis, quos aliptæ et
pædotribæ inungere solebant.

103. Pal. male, *vinctus* pro *unctus*. Breviar. Moz.
in festo S. Zoili, *cunctis*, repugnante meiro.

107. Ald., Weitz., Egm., Oxon., *doctas*, quod non
audet damnare Heinsius; scilicet *cucurrit palmas
doctas*. Confer comment. ad vers. 53 hymni 12. Ri-
scus ex his verbis *laureis patriis*, et ex vers. 191,
Turba, quam servat procerum creatrix Purpureorum,
arguit, hos octodecim martyres patria fuisse Cæsa-
raugustanos, et satis quidem probabiliter. Bollan-
diani etiam ita opinantur, adeoque sententiam Lus-
tanis martyres illos octodecim adjudicantem reji-
ciunt. Non tamen propterea certo affirmabo, omnes
et singulos tam ex octodecim martyribus quam ex
innumerabilibus Cæsaraugustæ fuisse natos, cum Pru-
dentio satis sit, quod plerique in ea urbe ortum ha-
buerint, et cæteri in ea vixerint, palmamque mar-
tyrii obtinuerint. Eapropter vers. 175 et seq. ait octo-
decim martyres *Urbis unius regimen tenere jure sepul-
cri.* Hic ipse conatus quo multis rationibus persuadet
Vincentium annumerari debere Cæsaraugustanis,
probat a Prudentio in aliis civitatibus præcipue lau-
dari gloriam sepulcri et martyrii.

109. Ald. edidit *Encrati* : emendavit *Encratis*,
quod Heinsius non animadvertit, qui Put., Ambr.
cum Aldo pro *Encrati* allegat. Mar., Rat., Prag.,
Rot., Weitz., et alii, *Encrate*; Gis., *Encrates*;
Parrhasius, *Eucrate*; Oxon., *Encratia*; breviar.
Moz., *Engrati*. Nunc Hispanice hæc sancta virgo En-

gracia nuncupatur. Heinsius et recentiores habent
Encrati, quod exstat etiam in Alex. codice. Martyro-
logium Romanum xvi, ca. Maii : *Ibidem (Cæsaraugustæ)
natalis S. Encratidis virginis et martyris, quæ
laniato corpore, mamilla abscissa, et jecore avulso,
adhuc superstes, in carcere inclusa est, donec ulcera-
tum corpus putresceret.* Quod ex hymno Prudentii vide-
tur esse depromptum.

110. Isoni non assentior, quod vivam Encrati-
dem dicit cum hæc sunt scripta. Confer comment.
vers. 137.

111. Breviar. Moz., *spiritu* : lege *spiritum*. Hailsbr.,
violata; supra recte, *violenta*. Ex Evangelii verbis
videtur id sumptum Matth. xi, 12 : *Regnum cælorum
vim patitur, et violenti rapiunt illud.*

113. Breviar. Moz., *remeante vita*, et ita etiam le-
gitur ibidem in festo S. Zoili, cui hæc strophæ canit-
ur. Ex hoc et seq. versu probat V. C. Bayerius pa-
triam octodecim martyrum Cæsaraugustanorum non
fuisse Cæsaraugustam, quasi martyrum nullus, dum
viveret, Cæsaraugustæ habitasset. Dissentit Riscus,
quia Prudentius solum refert S. Encratidem post tor-
menta superstitem, Cæsaraugustæ vixisse, quod aliis
martyribus Cæsaraugustanis non contigit. Ita prorsus
existimo.

115. Breviar. Moz. vitiose, *solus*, et *subprestes*. In
festo S. Zoili etiam *solus*, sed *superstes*; et de S.
Zoilo *solus* non quidem metricè, sed grammaticè
recte dicitur; de S. Encratide neque metricè, neque
grammaticè.

116. Breviar. Moz., *Vivis in orbem*. Vat. A., *Vivis
in urbe*, quod non abhorret.

117. *Retexere* proprie est quod textum, infectum
reddere. Sic Prudentius hymno 10 Cath., vers. 16, *Et
dissona texta retexi.* Aliis est renarrare, ut hic, et
vers. 81 hymni 5 Cath. : *Quæ tandem poterit lingua re-
texere Laudes, Christe, tuas?*

118. Ald., *recentans*, quod interpretatur Nebrissa
renovans, et quasi *exulcerans*, quod jam in cicatricem
coierat. Alii, *retentans*. Breviar. Moz. scribit *retem-
tans*. Mihi non displicet *recentans* : nam *recento* est
recens facio, ut observare licet apud Nonium et A.
Gellium. Fortasse etiam trahi poterit a *canto*, quasi
recanto, sive recino. Isonis glossa videtur corrupta.
Fortasse legendum *frustata est* a verbo *frusto*, in
frusta concido, quod nonnulli Floro tribuunt.

119. Breviar. Moz. male, *Terra quam sulcos habeat
amaros Vulnera* narrans.

Sanguis impensus, lacerata membra ;
Pectus abscisa patuit papilla
Corde sub ipso.

125 Jam minus mortis pretium peractum est :

Quæ venenatos abolens dolores,
Concitam membris tribuit quietem

977 Fine soporo.

Cruda te longum tenuit cicatrix,

130 Et diu venis dolor hæsit ardens,
Dum putrescentes tenuat medullas
Tabidus humor.

A Invidus quamvis obitum supremum
Persecutoris gladius negarit :

135 Plena te, martyr, tamen, ut peremptam,
Pœna coronat.

Vidimus, partem jecoris revulsam

Ungulis longe jacuisse pressis,

Mors habet pallens aliquid tuorum,

140 978 Te quoque viva.

Hunc novum nostræ titulum fruendum

Cæsaraugustæ dedit ipse Christus,

Juge viventis domus ut dicata

GLOSSÆ VETERES.

122. Impensus, *effusus est, redditus*, I.

125. Minus, *id est non*, I.

126. Abolens, *delens*, I.

128. So oro, *soporifero*, I.

129. Cruda, *recens*. — Longum, *diu, longe*, I.

140. Viva, *vivente*, Mar.

141. Titulum, *hoc decus*. — Fruendum, *habendum* Iso.

B 143. Juge, *diu*, I.

COMMENTARIUS.

122. Gifanius docet *impensus* veteribus idem sonare quod magnus, ingens; quod Lucretii et Cæsaris auctoritate confirmat, adducitque hunc Prudentii versum. Verum *sanguis impensus* hic significat sanguinem effusum, et quia *impensus* sonat effusus, profusus, idcirco nonnunquam idem valet ac magnus, ingens: ut *impensa libido*, *impensum pretium*.

125. Nonnulli scribunt *abscissa* cum duplici s, *vestustiores abscisa* cum uno. Martyrologium Romanum fortasse ex Prudentio sumpsit, *Mamilla abscisa, et jecore avulso*. In basilica SS. octodecim martyrum a servabatur papilla abscisa, ut constat ex epigrammate S. Eugenii, quod exscribam ad vers. 145.

125. Ald., Oxon., Urb., *peractæ sine est*. Ambr., vetusti Heinsiani, Mar., Rat., Prag., Bong., *peractæ est*. Vatt. A, B, P, Q, Widman. a prima manu, *peractum est*. In Alex. est *pa*, et reliqua obscura. Weitzius citat Fabricium pro *per ictum*: sed alium voluit dicere; nam Fabricius legit *peractum est*. Breviar. Moz. mendose *peractu est*. Nebrissensis explicat, *Non multi æstimandum*. Præteritum namque aliquando *pœnam significat*. Certe hoc loco non significat, nam Prudentius ait minori laude videri dignos martyres qui occubuerunt, quam Enekratidem, quæ martyrio fuit superstes.

127. Breviar. Mozar. vitiose, *concita membra*.

128. Ald., Breviar. Moz., *sine supremo*. Plerique et vetustiores, *soporo*. Utrumque agnoscunt Gis., Prag., Palat., Widm., Sich. et alii.

129. Hailsbr., *te longe*. Alicubi *tenuat*, male, pro *tenuit*.

131. Vat. B, Rat. supra, Weitz., *tenuit*; melius est *tenuat*.

133. S. Cyprianus epist. 53 de iis qui per tormenta superantur: *Cum cupientibus mori non permittebatur occidi, sed tandiu fessos tormenta laniarent, quandiu non fidem, quæ invicta est, vincerent, sed carnem, quæ infirma est, fatigarent*.

134. Egm., Hailsbr., Vat. A a secunda manu, *necaret*. Vat. A a prima manu, *necaret*; Prag., *necarit*: utrumque male.

135. Breviar. Moz. *perperam, perempta*.

137. Hinc fortasse nonnulli putarunt Prudentium martyrio Enekratidi præsentem adfuisse. Sed Prudentio illud videre per ætatem non licuit. Lupercius Leopardus in epist. ad Marianam impugnat Ambrosium Morales quod ex hoc versu collegerit Prudentium affirmare se partem jecoris Enekratidis vidisse. Reponit Lupercius Prudentium poetice loqui quasi præsens martyrio fuisset. Bartholomæus Leopardus in altera epist. ad Marianam idem argumentum confirmat; sed videtur esse mendum, quod Enekratis tres minimum annos ante Prudentium passa fuerit. Nebrissa in hunc fere modum interpretatur, *Videre*

potuimus, si adfuissemus. Accedit, in hujuscemodî hymnis multa a Prudentio dici ex persona civitatis seu populi, qui præsens fuerit aut esse potuerit, quasi non multo post mortem hæc laudes canerentur a populo. Opinor, partem illam jecoris Prudentii ætate conservatam fuisse, et ejus mentem esse, videri et ostendi partem jecoris quæ longe jacuerat. Confer epigramma S. Eugenii intra ad vers. 145.

138. Vat. A pro diversa lect., *late jacuisse*. Breviar. Moz. contra sensum et metrum, *jacuisset*. Nebrissa *pressis* explicat *in ipsa thoracis penetralia impressis*: ut scilicet simplex *premo* accipiatur pro composito *imprimo*. Sic *verto* pro *evertio* poetæ usurpant.

139. Breviar. Moz., Sichardus et nonnulli alii vulg., *pallens*. Legendum *pallens* epitheto proprio mortis: *Pallida mors* passim occurrit. In *tuorum* interpretes subaudiunt *membrorum*. Sed poterit sumi *tuorum* pro *tuarum rerum* neutro genere, et quasi substantive. Sententia est, partem jecoris avulsam mortuam fuisse, dum adhuc Enekratis esset superstes.

140. Mariettus notavit quoque videri valere adhuc.

141. Cum martyrum sepulera ab epitaphiis inscriptis, quibus nomen est titulus, tituli dicentur, acute dixit poeta hunc novum titulum Cæsaraugustæ Christum dedisse, ut esset domus dicata, ac veluti sacellum, et martyrium martyris Enekratidis adhuc viventis.

143. Ald., Parrhasius, Rat., Weitz., omnes Heinsiani, et plerique alii, *juge viventis*. Ita Gis. 1 ed., sed in ed. 2, in contextu, *tumba*, cum Fabr., Bong. supra, Vat. B, Sich., et obscure Mar. In Vat. A est *jure*, Vat. B pro divers. script. *juge*: vera lectio *juge*. Breviar. contendit episcopos olim nonnunquam templa consecrasse in honorem martyrum, qui suppliciiis superstites vivebant, et adducit vers. 143, *Martyrum nulli*, etc., et hanc stropham. Eum jure refellit Riscus, quippe cum Prudentii versus non ita debeant intelligi, neque ullum sit in tota antiquitate vestigium tam absurdæ consuetudinis. Apud commentitium Marcum Maximum exstat hic de S. Enekratide versiculus: *Templa dicata sibi vidit hæc in corpore degens*. Verum nemo non videt, hujusmodi versum a recenti aliquo sycophanta confictum, ut sinistra interpretatio versuum Prudentii corroboraretur. Prudentius, ut supra Cæsaraugustam appellavit *domum plenam angelorum*, et *templum*, sic nunc vocat domum dicatam martyris *juge viventis*. Non tamen vehementer repugnabo, si quis ex epigrammate S. Eugenii mox exhibendo colligat, reliquias S. Enekratidis adhuc viventis, scilicet *pallam cruore rubentem, papillam fibræ sectam* in aliqua basilica fuisse custoditas, aut etiam post Enekratidis obitum domum ejus in ecclesiam fuisse consecratam.

Martyris esset.

- 145 Ergo ter senis sacra candidatis,
979 Dives Optato, simul et Luperco,
 Perge conscriptum tibi met senatum
 Pangere psalmis.
 Ede Successum, cane Mart'alem,
 150 Mors et Urbani tibi concina'ur,
 Julium cantus resonet, simulque
 Quintilianum.
 Publium pangat chorus, et revolvat,

- A **980** Quale Frontonis fuerit tropæum,
 155 Quid bonus Felix tulerit, quid acer
 Cæcilianus.
 Quantus, Eventi, tua bella sanguis
 Tinxerit; quantus tua, Primitive,
 Tum tuos vivax recolat triumphos
 160 Laus, Apodemi.
 Quatuor posthinc superest virorum
 Nomen extolli, renuente metro:
 Quos Saturninos memorat vocatos

GLOSSÆ VETERES.

145. Sacra, civitas. — Candidatis, martyrizatis, I.
 147. Conscriptum, deputatum, I.
 148. Pangere, laudare, I.
 149. Ede, profer, compone, vel canta, I.
 150. Tibi, a te. — Concina'ur, canatur, I.
 155. Tulerit, sustinuerit, I.

157. Bella, scilicet martyrum, I.
 158. Quantus tua, scilicet sanguis bella, I.
 161. Posthinc, postea, I.
 162. Renuente, respuente, I.
 163. Saturninos, nam barbara nomina erant; ideo
 in metro vonere nequibat, I.

COMMENTARIUS.

145. Ter seni candidati sunt octodecim martyres, quos supra vers. 74 vocavit *chorum niveum togatæ nobilitatis*. Eorum nomina, ait Teolius, singulatim recenset, præter quatuor Saturninos, quos simul conjungit, quia, ut ait vers. 162, respuebat eos metrum, cum prima in his syllaba producat. Non satis intelligo an ex mente Teolii prima syllaba in nominibus quæ Prudentius omisit producat, et cur id metrum respuat, an in nomine *Saturninos* ea dicatur a Teolio produci. Si hoc tantum velit, *Saturninos*, quæ amvis renuente metro, tandem nominavit Prudentius. Explicanda ergo est ratio cur peculiaria nomina quatuor Saturninorum, si alia nomina hi habuerunt, tacuerit. Nonnulli negarunt quatuor Saturninos propriis suis nominibus singulos fuisse insignitos: habuerunt tamen sua nomina, et ea exprimit S. Eugenius epigrammate *de Basilica sanctorum decem et octo*, tom. I operum PP. Toletanorum, pag. 22, quod hoc loco exhibebo: *Incolit hoc templum sat felix turba piorum, Quorum promeruit sors benedicta polum. Hic montes sacros virtutum culmine celsos, Unica ter senos continet urna viros. Fumea cænosi liquerunt gaudia mundi, Proque fide Domini membra dedere neci. Hic etiam compar meritis Encratia martyr. Sorte sepulchrali dissociata jacet. Hujus inexhaustum testantur sancta triumphum Palla cruore rubens, secta papilla fibris. Nomina sanctorum si mavis nosse virorum, Edicet cursim subdita summa tibi. Sed quia cuncta simul metrum non suscipit unum, Accipe diversis hæc variata metris. Quintilianus adest, Eventius, atque Cassianus, Felix, Luperus, Januariusque, Julius, Urbanus, Apodemius, inde Primitivus, Optatus, Publius, Cæcilianus. Hic Successus inest, hic Matutinus habetur. Ecce Faustus, ecce Fronto, postque Marialis. Hæc tibi turba potens concedat prospera, lector, Et veniam præstet hæc tibi turba potens.* Ad marginem diversæ hæc scripturæ indicantur nomina magnorum pro sanctorum, et *Evotius* pro *Eventius*. Nomina Saturninorum a Prudentio non expressa hæc sunt *Cassianus, Januarius, Matutinus, Faustus*. Ex his *Faustus* metro sapphico nomen aptissimum est, *Cassianus* non minus quam *Martialis*, et *Primitivus*, eodem metro alligari potest. *Janarius* et *Matutinus* non ita facile, sed aliquo tamen modo in eodem carminis genere sonare possunt.

146. Aldus scribit *optato* et *luperco*, perinde quasi nomina propria non essent. Error clarus est glossæ Mar., *luperco, sacerdote*. Ambr. scribit et *Tæpecco*, Pal. *Obtato*. Parrhasius et *Nepæo*. In nummis Cæsaraugustanis apud Florezium non semel mentio fit *Luperi*. Peveratus notat ex Baronio *Lupercum* passum fuisse in Novempopulonia, ex Scaligero in Ausonium, passum sub Decio. Citat Scæliger vitas quasdam veteres martyrum Aquitanorum. Verum *Lupercus* ille

B a nostro diversus esse debet, ut probant Bollandiani ad diem 28 Junii.

147. Martyres Cæsaraugustanos antea vers. 75 vocavit *togatam nobilitatem*, nunc senatum conscriptum. Sic Laurentium in ejus hymno vers. 560, *consulem perennem* appellavit.

151. In edd. et plerisque mss., etiam martyrologia Romano legitur *Juliam*: sed restituere oportet *Julium* ex monumentis pervetustis domesticis, videlicet epigrammate Eugenii, Actis S. Braulioni ascriptis, et breviario Mozarabico. Consentiant Usuardus, Ado, codex ins. S. Michaelis apud Ruinartium, et unus Vat. apud Teolium. Widm., *resonat*, pro *resonet*.

152. Prag., *Quintilianam*.

155. Prag., Breviar. Moz., Fabr., Gis., Vatt. A, B, et alii, *pangat*, Heinsius cum tribus scriptis, Aldum secutus, *pandat*, ut apud Valerium Flaccum initio operis: *Versa proles tua pandat, Idume, Namque potest, Solymo nigram pulvere fratrem*. Mariett. etiam, et Rat. a prisca manu, *pandat*.

C 157. Breviar. Moz., Rat., Vat. B, Widm. a prima manu, Mar., Thuan., Noms., *Evoti*. Vat. A, Prag.; *Evanti*. Put., *Evovoti*. Alt., Weitz., codex S. Michaelis apud Ruinartium, *Evanti*; Ambr., *Eunoti*; Bong., Sich., *Hewanti*. Ald., pleraque martyrologia, et multi scripti, *Eventi*. Parrhasius, *Eugori*. Rott., et unus Torrent., *Evoti*: quod aliis præferendum acriter pugnat Heinsius adducto testimonio ex martyrologii Usuardi libro pervetusto, et ad ipsius Usuardi ætatem propius accedente, quod scilicet Lutetiæ Parisiorum ad S. Germani asservabatur, ubi recensentur nomina octodecim martyrum eo modo quo ab Eugenio describi diximus, nisi quod *Evoti* nomen, non *Eventii* profertur. Allegat itidem martyrologium Adonis vetustissimum ejusdem bibliothecæ, ejusdem Adonis martyrologium a Rosweydo editum, Usuardi martyrologium in bibliotheca Bigotiana, pervetusta manu exaratum, et editionem ejusdem Usuardi Lutetiæ per Joannem Capellam collegii Navarræi concentorem anno 1490 procuratam. Quibus propositis, Heinsius *Eventium* posthac e martyrologiis exulare jubet. Huic sententiæ nondum acquiesco, cum tot veterissima stent contra monumenta. Recentiores, etiam Gallandius cum Ruinartio et Papebrochio, reddunt *Evoti*.

159. Aldus, Sichardus, et nonnulli Vulg., *cum tuos*.

163. Cur metrum repuat *Saturninorum* nomen carmine sapphico exprimi dixi in proleg. num. 211. Iso etiam putavit barbara illa nomina fuisse, quod falsum esse constat ex epigrammate S. Eugenii supra ad vers. 145, et Actis nomine S. Braulionis. In opere Hispanico eruditissimi Florezii de Nummis mentio Saturnini occurrit inter nummos Calagurritanos. Notandum est in martyrologio Romano id referri ex

- 981** Prisca vetustas.
 165 Carminis leges amor aureorum
 Nominum parvi facit, et loquendi
 Cura de sanctis vitiosa non est,
 Nec rudis unquam.
 Plenus est artis modus, adnotatas
 170 Nominum formas recitare Christo :
 Quas tenet caeli liber, explicandus
 Tempore justo.
 Octo tunc sanctos recolet decemque
 Angelus coram Patre, Filioque,
 175 Urbis unius regimen tenentes
 Jure sepulcri.
 Quin ad antiquum numerum trahentur

- A** **982** Viva post poenae specimen puella,
 Moisque Vincenti, cui sanguis hinc est,
 180 Fons et honoris.
 Additis Caio (nec enim silendi),
 Teque, Crementi : quibus incruentum
 Ferre provenit decus ex secundo
 Laudis agone.
 185 Ambo confessi Dominum, steterunt
 Acriter contra fremitum latronum :
 Ambo gustarunt leviter saporem
 Martyriorum.
983 Haec sub altari sita sempiterno,
 190 Lapsibus nostris veniam precatur
 Turba, quam servat procerum creatrix

GLOSSÆ VETERES.

166. Parvi facit, *contemnit*, I.
 168. Rudis, *nova*, I. — *Indocta*, Mar.
 171. Explicandus, *pronuntiandus*, I.
 173. Recolet, *numeret*, I.
 176. Jure, *lege*, I.
 177. Ad antiquum numerum, *decem et septem*
 (sorte et octo), I.
 178. Specimen puellae, *pulchritudinem Encrate*, I.

- B** 179. Sanguis, *genus*, Mar.
 180. Fons, *origo*, I.
 181. Silendi, *scilicet estis*, I.
 183. Secundo, *prospero*, I.
 184. Agone, *certamine*, I.
 189. Sub altari, *sub secreto Dei*, Mar.
 191. Creatrix, *parens*, I., Mar.

COMMENTARIUS.

Prudentio, *Et aliorum quatuor, qui Saturnini vocati esse referuntur*. Usuardus quatuor propria nomina ex Eugenio aut Braulione videtur hausisse. Quæram tamen cur Prudentius *priscam* vetustatem ad commune Saturninorum nomen proferendum testem advocet, siquidem sæculo iv ineunte hi martyres coronam adepti sunt? Alibi etiam eodem fere modo loquitur : nimirum tempus ante actum, quamvis non longissime distans, vocat vetustatem.

165. Hinc patet nullum omissum fuisse a Prudentio nomen martyrum quia illud metro adversaretur : sed contra carminis leges positum vocabulum *Saturninos*. Dicit *nomina aurea*, ut initio hymn. 1 Peristeph., *Aureis quæ Christus illic adnotavit litteris*.

167. Aldus, *otiosa*. Sichardus restituit *vitiosa* ad fidem codd., et carminis leges, quod jam ediderat Parrhasius.

168. Ald., *hæc rudis : lege nec rudis*.

169. Egm., *modus adnotator*.

171. Mar., Prag., Rat., Heinsius cum suis, præter Oxon., Sch., Gis. Parrhasius aliique, *explicandus*. Ald., Oxon., et nonnulli alii scripti, *explicandas*. Egm., Hailsbr., *explicandos* apud Weitzium. De hoc vitæ libro vide Apocalypsin Joannis cap. iii, xx et xxi. Fortunatus, lib. viii, carm. 4, *Felices, quarum Christi contingit amore Vivere perpetuo nomina fixa libro*.

174. Prudentius de extremo die iudicii loquitur, et de angelis qui separabunt malos de medio justorum. Chamillardus intelligit angelum custodem ecclesiæ Cæsaraugustanæ : nam SS. Patres angelos adesse tradunt non solum populis et nationibus, sed multo magis ecclesiis et oratoriis, ubi sacra Christiana celebrantur. Non repugno; et fortasse hæc de causa Prudentius vers. 5 Cæsaraugustam dixit *plenam magnorum domum angelorum*.

176. Prudentius clare præfert in martyribus jus sepulcri juri patriæ.

177. Ald., Parrhasius, Vat. B, Mar., Weitz., *trahentur*. Vat. A a secunda manu, *tracentur*, vitiose. Giselinus edidit *trahetur*; adhæsit Heinsius, quin varietates scripturæ notaret. Heinsium recentiores plerumque sine ullo examine exscribunt. Riscus ex hoc versu arguit martyrium S. Enkratidis fuisse posterius martyrio SS. octodecim martyrum Cæsaraugustanorum : sed cum Prudentius simul adjungat Vincentium, cujus martyrium in Actis Braulionis prius enarratur quam Enkratidis passio, probabile quidem

est quod ex nec hymno petitur argumentum, sed non omnino certum. Acta vero Braulioni ascripta quantum mereantur fidem, alii judicent.

179. Put et Ox. pro div. script., *Tuque, Vincenti* Vat. P mendose, *morse Vincenti*.

180. Parrhasius, *Pons et honoris* : in emendatis pro div. script., *fons*.

181. Ald. scribit *Gagio*, Weitz., Rat., *Gaio*. Plerique *Caio*. Hi octo versus sequentes absunt a Put. Idem de Tiliario codice testatur Salmasius. Martyrologium Romanum xvi cal. Maii ex his Prudentii versibus, ut clarum est : *Caius et Crementius secundo confessi, et in fide perseverantes, martyrii calicem gustaverunt xvi cal. Maii anno 303*. Bollandiani suspicantur primum agonem fuisse sub Ruffino præside, secundum sub Datiano.

182. Nonnulli Vulg. contra metrum et sensum, *quibus incrementum*.

183. Id est, quod ait martyrologium Romanum, *secundo confessi*. Dubito autem an non potius *secundus agon laudis* a Prudentio dicatur confessio : nam primus et præcipuus martyrium est. Scilicet Caius et Crementius incruentum decus tulerunt ex confessione, quæ est secundus, minusque gloriosus agon, sive certamen laudis.

185. Confessores olim vocabantur qui coram tyrannis Christum confessi sunt, non tamen palmam martyrii obtinuerunt. S. Paulinus, Natali 13, de S. Felice, vers. 94 : *Confessionis ante functus prælia, Sed incruento consecratus exitu*.

187. Ald., *leniter* : metrum poscit *leviter*. Riscus opinatur hos versus non excludere martyrium, sed indicare mortem minus fuisse acerbam. Non ita quidem iudico : nam *incruentum decus et ambo confessi* verba sunt quæ confessores, non martyres, significant. Eodem, ut ego opinor, pertinet *secundus laudis agon*.

189. De corporibus martyrum, sub altari conditis, sæpius occurrit mentio. Sed hoc loco observanda est glossa Marietti. Altare sempiternum dicitur, ut apud S. Paulinum epist. 12 ad Severum : *Sancta sub æternis altaribus ossa quiescunt*. Scilicet quia Christus sacerdos est in æternum, neque unquam nostra altaria deficient.

190. Breviar. Moz. mendose, *lapsisque nostris*. Ambr., Parrhasius, *precantur*.

191. An ex hoc loco certo colligatur, omnium oc-

Purpureorum.

Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum sulcos, quibus est operta

195 Spes, ut absolvam retinaculorum
Vincla meorum.

Sterne te totam generosa sanctis
Civitas mecum tumulis : deinde
Mox resurgentes animas, et artus

200 Tota sequeris.

192. Purpureorum, pro purpuratorum, I.

193. Date, sinite, ut, I.

194. Sulcos, litteras; epitaphia, Mar.

197. Generosa, nobilis, I.

1. Prospera, prosperum age, I.

GLOSSÆ VETERES.

10. Collucis insigni stola. Quando sanctus a præ-
senti vita transit, quasi una stola lucet; cum vero dies
judicii venerit, et animo et corpore remunerabitur, tunc
duabus stolis collucet, I.

COMMENTARIUS.

decem martyrum natale solum fuisse Cæsaraugu-
stam, vide comment. ad vers. 107.

193. Pal., hos pio. De verbo date consule comment.
ad vers. 594 Apoth. Idem sonat ac age.

194. Nebrissa et Cellarius interpretantur, in cine-
ribus spem resurgendi opertam esse. Planius est
quod etiam Teolio visum, intercessione martyrum,
quorum cineres illis marmoribus tegebantur, ve-
niam peccatorum sperasse Prudentium.

195. Breviar. Moz., Parrhasius, ut absolvat, scilicet
cet spes, non ita bene.

196. Alex. a prima manu, vincla eorum, male.

197. Breviar. Moz. perperam, te toga. Parrhasius
corrupte, Sternit et o tam generosa sanctis Civitas me-
cum : tumulis deinde Mox resurgentes animas, et artus
Tota sequestris.

199. Breviar. Moz., resurgentis : lege resurgentes
animas.

200. Prag. pro hoc versiculo Tota sequeris habet
hæc verba Tot si quæris, inter dispersa reperies. Ma-
riettus ad hæc, Quid sit, ait, nescio. Neque ego qui-
dem aliud cogito esse, nisi exscriptoris alicujus aut
ignari, aut inepti errorem. In Vat. A, post hunc hym-
num sequitur Hymnus in honore beatissimorum mar-
tyrum Fructuosi episcopi, Augorii et Eulogii. In Vat.
B et Mar., Passio S. Agnetis.

In hoc titulo plerique codices consentiunt : in quo-
rum nonnullis hic hymnus ponitur post hymnum 1,
ut ad finem ejus dixi. Fabricius habet Hymnus v
Divo Vincentio martyri Cæsaraugustano. Aldus, Ode
in laudem S. Vincentii martyris. In codice pervetu-
sto ecclesiæ Veliternæ, de quo dixi in Proleg. num.
212, in nota, exstat hymnus de S. Vincentio, quem,
quoniam nondum editum puto, hoc loco transcri-
bere non pigebit : Præcelsa sæclis colitur dies omnibus
fidelibus clara, In honore martyris Christi Vincentii
rite dicata, In cujus hodie natali solvimus laudes de-
bitas. Insignis olim fulsisti, levita, gemina sub Valerio
gliscens dogmata. Flagrans amore divino calcasti lu-
brica mundi gaudia fortis athleta. Tempisisti sæva pæ-
narum genera, risisti sereno corde plurima, vincla,
verbera, furias, faculas, catenas, ungulas, ac crati-
culam. Carcer te teter nil terruit, aut ulla tortoris cru-
delitas, nec torrida ferri machina..... Flammas testu-
larum aspera fragmina ultro subisti impavidus. Se-
ptus cuneis mox sidereis ymnihabas mystica lætus
carmina. Sonant organa permirifica modulatis voci-
bus concrepantia. Victis victor hostibus victorem cer-
nebas comminus angelorum psallebas caterva voce
tinnula..... Eya, miles invicte, posita caduca sarcina
arce poli florida necteris nos. Post tot tormētorum
supplicia feliciter peructa, atque devicta penetrasti cœli-
sidera. Stola laureatus perspicua agnum sequens ful-
gida inter lilia agonista jam trivudias. Jam jam sancta

A V HYMNUS. PASSIO S. VINCENTII MARTYRIS.

984 Beate martyr, prospera

985 Diem triumphalem tuum,

Quo sanguinis merces tibi

Corona, Vincenti, datur.

5 Hæc te ex tenebris sæculi,

Tortore victo, et judice,

Evexit ad cœlum dies,

Christoque ovantem reddidit

Nunc angelorum participes,

10 Collucis insigni stola :

B anima funde pia precamina pro nostro sædo facinore pre-
ce sedula. Fove, o martyr, immeritos famulos tuos noxa
pellens, et commoda præbens omnia. Cœterna una te-
cum in gloria jocundemur cantantes alleluia. Ubi puncta
sunt addita, annotatur in codice, tanquam diversa
lectio, primo loco teterrima trusus pelea, secundo ter
collega, quæ duo equidem non intelligo. Aliis in locis
facilius intelligitur mendum cubire, quam vera lectio
reperitur : nec tanti est eam investigare. Epigramma
S. Eugenii de Basilica S. Vincentii exhibui hymn.
super. ad vers. 90. In Prudentii hymno nulla fit men-
tio patriæ S. Vincentii, neque oppidum, in quo pas-
sus est, nominatur; quamvis nomine populi, ut sæpe
in aliis, loquatur vers. 556, Exosculamur lectulum, et
563, Si sub tuorum gaudio Vestigiorum sternimur. Lo-
cum, ubi passus est, vocat oppidum vers. 333, Coire
toto ex oppido; quod fuisse Valentiam prope litus
Sagunti, ex Actis apud Ruinartium et Bollandianos
constat. Esse autem hunc hymnum factum, ut die
emortuali S. Vincentii caneretur, prima et secunda
strophæ aperte ostendunt. Ruinartius putat Pruden-
tium ex Actis antiquis, quæ ipse profert, hymnum
maxima ex parte concinnasse. Id satis est verisimile,
cum Prudentii hymnus interdum etiam in verbis cum
Actis consentiat, et Acta videantur esse antiquiora
et fortasse statim post Diocletiani persecutionem
confecta : quæ in ecclesiis lecta fuisse ex S. Augustini
sermonibus perspicitur. Cæterum nonnullæ sunt
conjecturæ, ut Acta quæ nunc exstant post Pruden-
tium concinnata fuisse credamus. Ruinartius plura
habet de cultu S. Vincentii, præsertim in Gallia, et
quædam nos quoque animadvertimus in notis ad
Hymnodiam Hispanicam. Vide etiam tom. V Actor.
SS. ordin. Benedict., et Florezium tom. VIII. Hisp.
sacr., tract. 25, cap. 7. Nicolaus Antonius, Bibl.
Hisp. tom. II, pag. 109, laudat ineditam disserta-
tionem Michaelis Joannis Vimbodini, et Queralt de
S. Vincentii levitæ Hispani martyris sacri corporis
translatione. Apud Boldettum lib. 1, cap. 59, Ob-
serv. exstat monumentum vetus expressum e cœme-
terio Callixti, quo SS. martyres Vincentius, Agnes,
Poltus (Hippolytus) in vitro repræsentantur.

4. Sententia desumpta est ex II ad Timoth. II, 5 :
Nam et qui certat in agone, non coronabitur, nisi legi-
time certaverit. Etsi autem poeta fortasse id non cog-
taverit, notandum est dici posse tibi vincenti, et tibi,
o Vincenti. Non dubito quin Prudentius nomen Vin-
centii ad coronam quæ vincenti datur ultro appli-
cuerit. Paschalius, lib. 1 de Coronis, cap. 6, pag. 19,
de corona quæ præmium est martyrii copiose dis-
serit.

10. Ald., Weitz. cum suis, scripti plerique Hein-
siani, Vatt. omnes, excepto Alex., colluces, vel con-
lucet. Put., Alex. a prima manu, Cauch. codex, sche-

Quam testis indomabilis
Rivis cruoris laveras.
Cum te satelles idoli,
Præcinctus atris legibus,
15 **986** Litare divis gentium
Ferro et catenis cogeret.
Ac verba primum mollia
Suadendo blande effuderat :
Captator ut vitulum lupæ
20 Rapturus, alludit prius.
Rex, inquit, orbis maximus,
Qui sceptrâ gestat Romula,
Servire sanxit omnia
Priscis deorum cultibus.
25 Vos, Nazareni, assistite,

A

Rudemque ritum spernite,
Hæc saxa, quæ princeps colit,
Placate fumo, et victima.

Exclamat hic Vincentius,

50

987 Levita de tribu sacra,
Minister altaris Dei,
Septem e columnis lacteis.

Tibi ista præsent numina ;

Tu saxa, tu lignum colas :

55

Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.

Nos lucis auctorem Patrem,

Ejusque Christum Filium,

Qui solus, ac verus Deus,

40

Datiane, confitebimur.

GLOSSÆ VETERES.

11. Quam, *scilicet tu*, l.
13. Idoli, *species doli ab idea*, l.
21. Maximus, *ille*, l.
23. Sanxit, *decrevit*, l.
24. Priscis, *prioribus*, Mar.
25. Nazareni, *Nazareni vocabantur prius qui nunc Christiani, quod nomen prius repertum est apud Alexandriam, ubi beatus Petrus episcopus factus est*,

B Vat. A.

26. Rudem, *novum*, Mar.

28. Fumo, *thuris*, Mar.

30. Levita, *in templo additus*, l. — *Sacra, Ecclesia*, l. *De sancta Ecclesia*, Mar.

32. Columnis, *septem donis Spiritus sancti*, l. — *Columnas septem appellat septem ministros Ecclesiæ : to enim prius ab apostolis fuerant ordinati*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

dæ Grævianæ, *collucis*. Gifanius legit *colluces*, et a t Prudentium *es* sæpe corripere, ut in *fames*. Barthius, lib. iv *Advers.*, cap. 9, putat *colluces* crasius omnino erratum esse, quam ut poetæ tanto concedi possit : adeoque ex conjectura corrigit *Luces coinsigni stola*. Giselinus pariter, ut idem vitium effugeret, edidit *Luces in insigni stola*, quod cur non observavit Barthius, in commentariis Giselini alias versatus? At vero cum multi nobiles codices habeant *collucis*, et plurima sint hujusmodi verba quæ ad secundam et tertiam conjugationem spectant, de quibus agit Priscianus lib. x, et cum Prudentius id etiam observaverit in *percenseo, extorqueo*, omnino legendum est *collucis*.

13. Glossa de *idolo* contemnenda est : vel lege *species. Idolum ab idea*.

14. Conjiciat aliquis *arctis pro atris*.

15. Thuan., *divis gentibus* : fortasse fuerit *dis gentilibus*, ut conjicit Heinsius.

18. Vat. A, *effuderet*, male.

20. Vat. A, *prius* ; supra, *prius*.

22. Put., et pro diversa script. Oxon., *publica pro Romula*, quod non displicet Heinsio. Weitz. cum Hailsbr., et Widm. a prima manu, *gestit pro gestat*, minus bene.

25. Put., *Nazareni*. Pro *assistite* conjici posset *absistite*, quasi desistite a vestra religione. Sic absistere bello, incepto, et simpliciter Virgilius lib. i *Æn.*, 496. *Nec prius absistit*. Christiani olim a gentilibus et Judæis contumeliose vulgo Nazaræi, seu Nazareni vocabantur, quo de nomine plura scriptores antiquitatum Christianarum, Mamachus, Binghamus, alii. In glossa legendum *Antiochiam*, non *Alexandriam*. Fortasse etiam legendum erit *receptum*, non *reperitum* : nam scriptura ambigua est. Sed bene est *reperitum*. In aliis verbis *factus est* intellige, vel *corrigere fuit*.

26. Vat. B, corrupte, *rudumque*.

27. Giselinus fatetur omnes libros formis editos habere *hæc saxa* : nihil dicit de mss., in quibus idem observatur. Nihilominus legit *hæc sacra*, ut infra vers. 405 et seq., *Tibi ergo soli, contumax, Tarpeia calcentur sacra*? Non enim, addit, Datianus fateretur *saxa* a se coli pro numinibus quæ saxis representabantur. Vera tamen lectio est *saxa*, quibus divinitatem inesse putabant gentiles, ut ex responsione Vin-

centii colligitur, et fusius ostendi in comment. ad hymn. 11 Cath., vers. 55. Neque apposite diceretur *sacra placare fumo, et victima*. Colebant autem gentiles saxa, quia intus habitare spiritus credebant. Vide vers. 77.

30 Ad rem S. Isidorus lib. vii *Etym.*, cap. 12 : *Levitæ ex nomine auctoris vocati : de Levi enim levitæ exorti sunt, a quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græce diaconi, Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono mysterii dispensatio habetur.*

32. Apud Hispanos videtur viguisse eadem consuetudo quæ in Ecclesia Romana de septem diaconorum numero, quem apostoli statuerunt, dum diaconos eligerent Act. cap. vi. Cur autem dicantur *columnæ lacteæ*, Iso septem dona Spiritus sancti commemorat, Chamillardus innocentiam et castitatem qua præditi esse debebant, et quod tunc Ecclesiam veluti sustentarent. Existimo Prudentium alludere ad stolam, cujus supra meminuit, et ad morem standi ante altare. Canon 4 concilii Barcinonensis : *Ut diaconus in consessu presbyteri non sedeat*. Et cap. 60 collect. Martini Bracar. : *Non licet diaconum ante presbyterum sedere, nisi cum jussione presbyteri*. Vide vers. 38 hymni S. Laurentii : *Qui stant ad aram proximi*.

35. Acta : *Nam quos jubes deos confiteri, idola sunt lignea et lapidea. Tu illorum testis, tuque mortuorum fias mortuus pontifex*. Ubi clare perspicitur convenientia inter acta et Prudentium.

37. In proleg. cap. 22, exposui conjecturam V. C. Giovenazzii legendum *Nos lucis auctorem Patrem, Qui solus, ac verus Deus, Ejusque Christum Filium, Datiane, confitebimur*. Quam ille multis gravissimisque rationibus ex theologia et antiquitate ecclesiastica petitis corroboratam servat in suo ms. commentario in Hymnum S. Hilarii, *Hymnum dicat turba fratrum*, quod jam diu votis et utilitati litteratorum hominum debet.

39. Rat., *qui est solus*. In Actis : *Profitemur nos Christianæ religionis esse cultores, et unius ac veri Dei permanentis in sæcula famulos ac testes*.

40. Rat., *fatebimur*, contra metrum. Hujus Datiani memoria exstat in inscriptione Hispanica apud Gruterum, pag. cxcix. Scilicet Datianus præses Hispaniarum lapidem poni curavit terminum inter Eborenses et Pacenses, imperantibus Diocletiano et Maxi-

988 Ille ille jam commotior :
 Audesne, non felix, ait,
 Jus hoc deorum, et principum
 Violare verbis asperis?
 45 Jus et sacratum, et publicam,
 Cui cedit humanum genus?
 Nec te juventæ fervidæ
 Instans periculum permovet?
 Hoc namque decretum cape :
 50 Aut ara thure, et cespite
 989 Precanda jam nunc est tibi,
 Aut mors luenda est sanguine.
 Respondit ille altrinsecus :
 Age ergo, quidquid virium,
 55 Quidquid potestatis tibi est,
 Palam reluctor, exere.
 Vox nostra quæ sit accipe :
 Est Christus, et Pater Deus :

A
 60 Servi hujus ac testes sumus :
 Extorque, si potes, fidem.
 Tormenta, carcer, unguæ,
 Stridensque flammis lamina,
 Atque ipsa poenarum ultima,
 Mors Christianis ludus est.
 65 O vestra inanis vanitas,
 Scitumque brutum Cæsaris!
 Condigna vestris sensibus
 Coli jubetis numina :
 Excisa fabrili manu,
 70 990 Cavis recocta et follibus :
 Quæ voce, quæ gressu carent,
 Immota, cæca, elingua.
 His sumptuosa splendido
 B
 75 Delubra crescunt marmore
 His colla mugientium
 Percussa taurorum cadunt.

GLOSSÆ VETERES.

41. Hic ille, *tunc ipse*.
 42. Non felix, *infelix*, I.
 43. Jus, *conditio, vel imperium*, I.
 47. Juventæ fervidæ, *tuæ juventutis*, I.
 49. Cap., *intellige*, I.
 50. Cespite, *sicut tunc mos erat*, I.
 52. Luenda, *persolvenda*, I.

55. Altrinsecus, *econtra*, I., Mar.
 56. Reluctor, *ego*, I.
 66. Scitumque brutum, *imprudens*, Mar. — *Decretum stultum*, I.
 72. Elingua, *sine lingua*, I.
 73. His, *talibus diis*, I.

COMMENTARIUS.

miano Herculeo, ut initio inscriptionis fusius declaratur. Tum legitur :

TERMINVS. INTER
 PACENS. ET. EBORENS
 CVRANTE. P. DATIANO
 V. P. PRAESIDE. H. H.

41. Prag., *hic*; supra, *hinc*.
 47. Ald. et alii vet., *Nec te jubente servide*. Giselinus restituit *Nec te juventæ fervidæ*, faventibus mss. Becmanus in Manuduct. ad ling. Lat. ex cod. Pal. restituebat *Nec te juvena servide*, quam scripturam ex eodem, ut puto, Pal. allegat Weitzius, qui tamen præfert *juventæ fervidæ*.
 48. Aldi error *periculum*.
 50. Barthius, lib. xxv, cap. 7, Advers., ita legit hos versus : *Aut ara thure e cespite Precanda jam nunc est tibi. Aut mora luenda est sanguine*. Intelligit aram e cespitē. Burmanno in Anthologia pag. 754, tom. I, displicet hæc emendatio, quam Sagittarius cap. 10 de Cruciat. non solum adoptavit, verum etiam affirmavit hunc locum vulgo parum emendate legi. Barthius suæ correctioni hæc addiderat : *Talia multa in divino poeta a nobis observata sunt : a cujus spiritu etiam poetico reliqui Christiani vates longe absunt. PREGOR ita etiam usurpat Ausonius Ephemer. : Deus precandus est mihi, Ac Filius summi Dei. De ara cespititia, quæ graminea a Virgilio dicitur, videndus est Petrus Berthaldus, de Ara, edit. 1656, in-8, pag. 57 et 58, cap. 6. Veteres non solum aras cespititias ex tempore et in castris extruebant, sed etiam sæpe alias cespitē ad aram extruendam utebantur, vel in ea jam extrueta cespitē ad sacrificium utebantur. Cur Prudentius thus cum cespite jungat, fortasse patebit ex Horatio lib. iii, od. 8 : *Quid velint flores et acerra thuris, Plena, miraris, positusque carbo in Cespitē vivo*, et lib. i, od. 19 : *Hic vivum mihi cespitem, hic Verbenas, pueri, ponite, thuraque*. Accedit Ausonius in Ephemer. : *Nec tibi crusti mellei. Foculumque vivi cespitit Vanis relinquo altaribus*. Teolius observat*

Mazochium Specim. Biblic. tom. II, dissert. 3 de Mosaico altari cespititio, plura hac de re habere et juniores castigare, quod *cæspes* cum diphthongo scribant. Cellarius cum Festo, et aliis *cæspes* a *cædendo* dictum, et cum diphthongo scribendum contendit. In hujusmodi controversiis orthographicis nihil fere firmum stabiliri potest : nam plerumque veteres ipsi inter se dissentiunt.

51. *Placanda* malebat Cauchius : sed recte *precanda*. Vide vers. superiorem.
 52. Ald., *tuenda*, male. Ab Hailsbr. et Rott. abest verbum *est*. Vide vers. 50.
 53. Nonnulli vulg., *respondet*. Plautus etiam usurpavit *altrinsecus*.
 56. Gifanius Ind. Lucr. verbo CONATA PATRARE fortasse hunc locum Prudentii intelligit cum ait eum dicere *exerere pro instituta perficere, conata patrare*. Idem verbum legitur in Actis : *Siquid malignitatis viribus potueris, exere*.
 57. In Vat. A a prima manu abest *nostra*.
 60. *Extorque* in tertia conjugatione.
 62. De laminis ardentibus Horatius, Plautus, Cicero aliique profani, et passim scriptores Christiani. Vide Gallonium cap. 6, Sagittarium cap. 10, et Baronium ad diem 18 Maii de S. Dioscoro, qui *novissime laminis ardentibus adustus, martyrium consummavit*.
 63. Put., *quæque ipsa*. Thuan., *aut ipsa*.
 66. Vat. B corrupte, *socrumque brutum*.
 68. Gis. in contextu, *jubentis*, scilicet Cæsaris : sed monet in notis *jubetis* esse in aliis, et sic orationem vehementem esse et concitatam magis.
 69. Confer quæ notat Elmenhorstius ad Minucii verba de Deo gentium : *Funditur, fabricatur, sculpi-tur, tunditur malleis*; et Arnob. lib. vi, *Simulacra ista, quæ vos terrent, quæque templis in omnibus prostrati atque humiles adoratis, ossa, lapides, æra sunt*, etc.
 70. Barthius loc. cit. distinguit *Cavis recocta*, et *follibus*, et intelligit *cavum* fornacem. Sed videtur *cavis* epitheton esse pro ventosis seu inanibus, et ventum recipientibus; quamvis certum sit *cavum* substantive etiam dici.

Adsunt et illic spiritus :
 Sunt sed magistri criminum,
 Vestrae et salutis aucupes,
 80 Vagi, impotentes, sordidi :
991 Qui vos latenter incitos
 In omne compellunt nefas,
 Vastare justos caedibus,
 Plebem piorum carpere.
 85 Norunt et ipsi, ac sentiunt,
 Pollere Christum, et vivere,
 Ejusque jam jamque affore
 Regnum tremendum perfidis.
 Clamant fatentes denique,
 10 Pulsi e latebris corporum
 Virtute Christi et nomine,
 Divique, et iidem daemones.
 Illis intonantem martyrem

79. Aucupes, *venatores, vel captores*, I.
 87. Affore, *futurum esse*, I.
 95. Intonantem, *loquentem*, I.
 95. Obtrudite, *claudite*, I.
 98. Lictores, *carnifices*, I.
 101. Faxo, *facere volo*. — Jus praetorium, *regalem*

GLOSSÆ VETERES.

A
 95 Judex profanus non tulit,
 Conclamat : Os obtrudite,
 Ne plura jactet improbus.
 Vocem loquentis claudite,
 Raptimque lictores date,
992 Illos reorum carnibus
 100 Pastos, manuque exercitos.
 Jam faxo, jus praetorium
 Conviciator sentiat,
 Impune ne nostris sibi
 Diis destruendis luserit.
 105 Tibi ergo soli, contumax,
 Tarpeia calcetur sacra ?
 Tu porro solus obteras
 B Romam, senatum, Caesarem ?
 Vincetum retortis brachiis,

potestatem, I.
 105. Tibi, *a te*, I.
 106. Tarpeia, *Romana, ubi idolorum maxima pars fuit, quod in Tarpeio monte cuncta idola congregata fuerunt*, I.
 107. Obteras, *contemnis*, I.

COMMENTARIUS.

77. Put., *at sunt pro adsunt*, quod ab aliis scriptis confirmari ait Heinsius, in quibus est vers. seq. *Sunt ; sed magistri criminum*, quasi hic versus respondeat primo, *At sunt et illic spiritus*, quod aiunt gentiles. Eam lectionem amplexus est Heinsius, et cum eo plerique recentiores, etiam Ruinartius. Gallandius scripturam veterem retinuit, neque sibi aliam probari ostendit. Sententia eadem est, in statuis idolorum latere daemones, qui dii esse non possunt, cum magistri sint criminum, ad quæ, impuram religionem docentes; provocant. Alludit Prudentius ad deos gentilium, qui erant ipsi daemones; et cum ex statuis aut corporibus obsessorum expellebantur, nomina illa se habere affirmabant sub quibus in templis colebantur. Vide comment. ad vers. 402 Apoth. II autem *divique, et iidem daemones*, ut ait vers. 92, etiam exemplo suo magistri erant criminum.

78. Gis., *sed sunt*. Plerique. *sunt sed*.

79. Rat., Vat. B, Mar., Prag., Alex. a secunda manu, Gis., *aucupes*. Alex. a prima manu, et vetustiores Heinsiani scribunt *aucipes*. Ald., Fabr., Egm., *auspices*. Hailsbr., *aucupes*; supra, *auspices*; infra, *capaces*, quod neque metro, neque sensui convenit.

80. Minucius de oraculis gentilium loquens, ait: *Spiritus sunt insinceri, vagi, a caelesti vigore terrenis labibus et cupiditatibus degravati. Isti igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantiae suae, onusti, et immersi vitiis, perdidit, ad solatium calamitatis suae non desinunt perdit, etc.* Chamillardus ait ex his quæ de daemonibus scripsit Prudentius, facile colligi eos meros esse spiritus, ac corporis expertes existimasse. Addit Chamillardus: *Constare tamen possent corporibus aethereis ac subtilibus, quæ nihil quominus spiritus appellarentur prohiberent*. Nescio an id ex Prudentii sententia disserat, ex qua nihil hujusmodi certe colligitur. Barthius, lib. iv, cap. 9 Advers., notat, *sordidus* apud Christianos epitheton esse proprium diaboli.

81. Vat. A mendose, *latentes*. *Incitus* significat percitum, incitatum. Catullus in Galliambo, sive carmine in Atyn: *Alios age incitatos, alios age rabidos*.

82. Vat. A, *compellant*, et pro div. script., *compellunt*.

86. Vat. B et Mar., *ac pro et*.

87. Vat. B, *ejus jam, sine que*, quod necessarium

est. Rott., *jam, jam affore*, ut hiatus relinquatur, qui tamen minime tam solemnus est Prudentio quam vult Heinsius. Fabr. et Gis. in contextu, *jam mox affore*. Elegantius est *jam jamque*.

88. *Perfidus pro infideli*, vox a scriptoribus Christianis usurpata.

89. De his clamoribus daemonum dictum ad vers. 413 Apoth. Hæc strophæ deerat in ms. S. Michaelis.

90. Vat. A, Q, Hailsbr., *pulsi ex*. Pro corporum habent *viscerum* Put. et Oxon., non male. Ita edidit Heinsius.

92. Peveratus nescio ubi invenerit *denique* pro *divique*: neque *denique* cohæret metro. Alii scribunt *idem*, alii *iidem*.

95. Nebrissa oblitus est quid metrum exigeret, cum affirmavit puriorem esse lectionem *obstruite* quam *obtrudite*, aut, ut scribit Weitz. cum Widm., *obstrudite*. Melius tamen *obtrudite*.

99. Egm., Widm. ad oram, Put., *Illos reorum Plutones, Pastos resectis carnibus*. Hanc lectionem præ oculis habuit Heinsius ad vers. 562 lib. I contra Symmachum, ut ibi diximus. Cellarius notat, lucrum ex reorum suppliciis facere carnifices, qui plerumque lacertosi sunt, tanquam carnibus pasti.

105. Heinsius cum Put., *Ne impune, ne nostris sibi*: putat enim Heinsius hanc repetitionem vim egregiam addere orationi. Recentiores Heinsio adhærent, Gallandio excepto.

107. Egm., Hailsbr., Vat. A, *tu modo*. Non constat ratio metri.

109. Describitur tormentum eculei, de quo vide tabulam IX, et Gallonium de Cruciat. SS. mart. cap. 5, et Sagittarium, qui cap. 17 non dissimilem imaginem eculei exhibet, et eculeum definit esse ligneam machinam ad equi similitudinem fabricatam, in quam levati homines eidemque alligati sursum ac deorsum tendebantur ac variis modis torquebantur. Hinc phrases illæ, *levari in eculeo, suspendi in eculeo*. Corrigit autem Sagittarius locum lib. V Etym. S. Isidori cap. 27, *Eculeus autem dictus, quod extendatur*; et hoc modo suppleri posse existimat: *Eculeus autem dictus, quod ei tanquam equo reus impositus extendatur*. Verum in editione postrema Matritensi ita legitur, *Eculeus autem dictus quod extendat*, et pro diversa scriptura *quod extendatur*. S. Hieronymus epist. ad

110 Sursum ac deorsum extendite,
993 Compago donec ossuum
 Divulsa membratim crepet.
 Posthinc hiuleis ictibus
 Nudate costarum abdita,
 115 Ut per lacunas vulnerum
 Jecur resectum palpitet.
 Ridebat hæc miles Dei,
 Manus cruentas increpans,
 Quod fixa non profundius
 120 Intraret artus ungula.
 Ac jam omne robur fortium
 Eviscerando cesserat,
 Nisusque anhelus solverat
 Fessos lacertorum toros
 125 Ast ille tanto lætior

A **994** Omni vacantem nubilo
 Frontem serenam luminat,
 Te, Christe, præsentem videns.
 Quis vultus iste? proh pudor!
 130 Datianus aiebat furens:
 Gaudet, renidet, provocat
 Tortore tortus acrior.
 Nil illa vis exercita
 Tot noxiorum mortibus
 135 Agone in isto proficit,
 Ars et dolorum vincitur.
 Sed vos, alumni carceris,
995 Par semper invictum mihi,
 Cohibete paulum dexteras,
 140 Respiret ut lassus vigor.

B Præsicca rursus ulcera,

GLOSSÆ VETERES.

112. Membratim, per singula membra, Mar.
 113. Hiuleis, apertis, fissis. — Ictibus, unguis, I
 122. Eviscerando, lacerando, I.
 126. Nubilo, caligine, I.

129. Proh pudor! cum pudore loquor, I.
 131. Renidet, splendet lætitia, a nidore renidet, I.
 137. Alumni, ministri, Mar.
 138. Par, consortium, vel sodalitas, I.

COMMENTARIUS.

Innocentium I, al. 49, *At vero mulier..... cum eculeus corpus extenderet et sordidas fetore carceris manus post tergum vincula cohiberent, oculis, quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit in cælum.* Vide etiam in Romano, vers. 110, ubi aliam Barthii opinionem de eculeo exponam. In eculeo corpus extendebatur, dum ipse eculeus cochleis extenderetur. Præterea jacentes in eculeo torquebantur unguis, sive fiduculis, ut strophæ seq. explicat Prudentius, et nonnunquam etiam lampadibus accensis. S. Cyprianus de Lapsis: *Nunc eculeus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret.*

110. Extensio corporis eculeo tribuitur, tanquam vis propria hujus tormenti. Cyprianus ep. I ad Donatum: *Et carnifex præsto est, ungula effodiens, eculeus extendens, ignis exurens.* Cæterum hæc descriptio convenire etiam potest tormento frequentatæ elevationis corporis trochleis factæ, quam Hispani *trato de cuerda*, Itali similiter *trato di corda* appellant. De hoc supplicio Victor Vitensis lib. III de Persæ. Vand.: *Qui post cædes innumerabilium fustium trochleis frequentibus elevatus dum tota præ urbe penderet, nunc in sublime ictu se tollente celeri, dimissis iterum cannabinis, super silices platearum pondere corporis veniens, ut lapis super lapide corruebat. Sed et sæpius tractum, et lapidibus acutissimis defricatum, et cutibus separatis, pelles corporis lateribus, dorsoque videres, et ventre pendere.* Vide tabulam VIII, et Nicolaum Agnellum de Pœna funis, seu de funis ictuum atrocitate, Ferrariæ, 1786. Sed notandum, in Actis S. Vincentii mentionem eculei fieri; et plerique ita explicant Prudentium.

111. Plerique libri vett., *ossuum*.

113. Alex., *iulcis ictibus*, quod expressit Teolius in contextu, nescio an consulto, nam in notis habet *hiulcis*. Ox., *bisulcis*, non male, nam de unguis est sermo, quas *bisulcas* dixit vers. 44 hymni I Peristeph. De eisdem unguis in Romano vers. 432, *Mucrone hiulco*, ut multi interpretantur.

115. Put., Ox., *latebras vulnerum*. Apotheos. vers. 221 etiam dixit *lacunas*, loquens de Jesu Christi vulneribus.

117. Prag., *ridebat hic*, minus bene.

119. Rat., *quo*; recenti manu, *quod*.

121. Vatt. A, *sic jam*. In editrone I Gisellini, Coloniae repetita, ad marg. est *satellitum*, veluti glossa verbi *fortium*.

123. Ald., *anhelos*: lege *anhelus*. Hæc fere omnia similiter in Actis: *Defatigata lictorum manus, dum*

per sancti latera pendet, victa defecit..... fortium robur emarcuit..... anhelum pectus fessis intremuit..... Rimetur acriorum ungula intima costarum..... Tunc denuo subridens Vincentius, etc.

126. *Mæroris nubilum, dolorum, mentis nubila* apud Sidonium, Cassiodorium et alios æquales passim. Tempora nubila apud Ovidium et alios. Nubem præ tristitia ipse Ovidius posuit vers. Trist., el. 5: *Pars vitæ tristi cætera nube vacet*; et alibi sæpius.

127. Fabr., Gis., Widm. supra, *illuminat*. Heinsius ait suos habere constanter et verè *luminat*, quia ita etiam dixit in hymno S. Eulaliæ, vers. 192, *Atria luminat cæca nitore*. Chamillardus ulterius addidit Fabricium et Giselinum cum Weitzio (cum uno Weitzii dicere debuit, ut Heinsius dixit, intelligens codicem Widmani) habere *illuminat*, sed male. Mihi placet *luminat*; sed non ausim damnare *illuminat*, quod exstat in pervetustis membranæ Vat. B, Rat. et Mar. Sæpius etiam Prudentius dixit *illuminat* quam *luminat*. Vossius in notis ad Velleium Patereculum lib. II, cap. 35, confirmat legendum in Velleio *In altissimo luminavit*, quia *luminat* legerat hoc loco in suo codice Prudentii; sed melius allegasset vers. cit. hymn. S. Eulaliæ: nam illic metro necessarium est *luminat*, nec variant codices. Hic stare etiam potest *illuminat*. Cælius Aurelianus sæpius usus est hoc verbo *luminat*. Dicit autem Prudentius *frontem serenam*, ut opponat *nubilo*.

131. Hailsbronn. *peperam, gaudet, renidet*. *Renidere* est ridere, ut apud Catullum et alios; supra Prudentius ait *ridebat*.

D 132. Aldus, *Tortor, et tortus*; Vat. A, *Tortorem tortor*: utrumque mendose. S. Cyprianus epist. 8, *Steterunt torti torquentibus fortiores*. Et de Laude martyrii: *Nam prædurantibus licet guttis resultans ungula recurrat in vulnus, exeuntibus flagellis cum avulsa corporis parte rediens habena ducatur, stat immobilis tamen pænis suis fortior, etc.* Inter opera Cypriano ascripta id opus collocatur.

134. Prag., *noxiarum*; lege *noxiorum*.

138. Vat. Q, Ald., Sich., *Pars semper invictam mihi*. Urb., Widm. ad oram, *Invicta pars semper mihi*. Fabr., *Pars semper, invictam mihi Cohibete paulum dexteram*. Giselinus fortasse primus veram lectionem restituit.

139. In Actis: *Sed vos continete paulisper dexteras, vires resumite, ut improbum hostem innovatus miles ad pœnam durius coerceat.*

Dum se cicatrix colligit
Refrigerati sanguinis,
Manus resuleans diruet.
145 His contra Levites refert ;
Si jam tuorum perspicis
Languere virtutem canum :
Age ipse, major carnifex.
Ostende, quo pacto queant
150 Imos recessus scindere,
996 Manus et ipse intersere,
Rivosque ferventes bibe.
Erras, cruenta, si meam
Te rere pœnam sumere
155 Cum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Est alter, est intrinsecus,

A Violare quem nullus potest,
Liber, quietus, integer,
160 Exsors dolorum tristium.
Hoc, quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas est solutum, ac fictile,
Quocunque frangendum modo
165 Quin imo nunc enitere
Illum secare, ac plectere :
997 Qui perstat intus, qui tuam
Calcat, tyranne, insaniam.
Hunc hunc lacesse, hunc discute
170 Invictum, et insuperabilem,
Nullis procellis subditum,
Solique subjectum Deo.
Hæc fatur, et stridentibus

GLOSSÆ VETERES.

149. Quo pacto, quomodo, quemadmodum, qua
ratione, qua virtute, I.
150. Recessus, profunditates, I.
154. Rere, reris, arbitrare, I.
156. Dilancinata, laniata, dilaniata, dilacerata, I.

B 160. Exsors, expers, I.
165. Quin imo, quin potius. — Enitere, stude, I.
169. Lacesse, irrita. — Discute, perquire, I.
171. Procellis, laboribus, I.

COMMENTARIUS.

142. Hic deficit codex Puteanus.
144. Noms. et schedæ Grævianæ, diluet. Vat. A,
diruat; alii, diruet.
146. Ald., Weitz., suam tuorum, quod parum Latini-
num Becmano videbatur. Cauchius conjiciebat *satin'*
tuorum. Plerique scripti, etiam Pal. apud Becmanum,
si jam, pro qua lectione non bene Weitzius allegat
Aldum. Pro *perspicis* Vat. A, *præspicis*.

147. Paulinus, Natali 5, de satellitibus quærentibus
S. Felicem: *Illudente canes Domino frustratus hian-
tes*. Barthius lib. viii, cap. 14 Advers., notat hoc lo-
co satellites vocari canes, quod convicium hodie-
que acerrimum est apud Turcas, Ungaros, Polonos,
alios: addo ego nominatim Hispanos, Italos, et, ut
ex Veteri Testamento liquet, Hebræos. Æschylus in
Prometheo victo Jovis aquilam, quæ hujus impera-
tis præsto erat, vocat canem. Apud Homerum et
Quintum Calabrum valde usitatum convicium id est.
Furias et Harpyas nominatas etiam canes ex Æschylo
et Hygino tradit idem Barthius lib. xi, cap. 1, qui
rursus lib. xli, cap. 9, advertit proverbium esse
Cane pejor, et vers. 216 Apoth. allegat *Semifer et
Gothus sentit cane milite pejor*: ita enim legit et col-
ligit, canes a Gothiis in aciem ductos. Existimo pe-
culiare fuisse satellites canes appellare, ut ex hoc
versu Prudentii et loc. cit. Paulini colligi potest,
quibus mirifice consonat Cicero 1 in Verr.: *Debere eum
aiebat* (Verres) *suam quoque rationem ducere: multa
sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se ha-
beret*.

149. Vat. A, ostendo, non ita bene.

153. Sumere pœnam *meam* pro *de me durum*, et
plane insolens videtur Gisellino aliisque post eum.
Sed quid facias, addit Giselinus, *ubi aliena sunt in
manibus, non nostra*. Non intelligo quid sibi hæc ve-
liat. Hailsbr. legit, *si novam pro si meam*. Falsus ani-
mi fuit Chamillardus, cum affirmavit, omnes ad unum
habere *si meam*, et Weitzius jam Hailsbronnensem
allegaverat. Possessivum *meus* vim eandem habet ac
de me, sive *a me*: est enim mirus, ac varius ejus
usus.

154. Widm., vitam pro pœnam. — Latinius in Torn.
recte emendavit *te rere pro terere*.

156. Seneca eadem significatione usurpat *lancino*.
Arnobius lib. ii, *Corpora lancinatis, et diu vexatis
nostra*. Catullus dixit *bona lancinata*, et Plinius *aves
lancinare*, metaphorice.

157. Vat. B, Mar., Prag., Rat., Weitz., Gis. aliique,

Est alter, est intrinsecus. Gis. 1 ed., *Est alter hic in-
trinsecus*. Fabr., *Homo alter est intrinsecus*. Ald.,
Torn., Galland., *Est alter homo intrinsecus*. Hoc
prætulit Cellarius, et inter vitia metrica Prudentii
objecit *homo* prima longa. Vide quæ contra disputavi
proleg. num. 208 in nota. Heinsius Gisellino adhæsit,
nullamque discrepantiam codicum ascripsit, Pruden-
tius respicit illud Apostoli II Corinth. iv, 16: *Pro-
pter quod non deficimus: sed licet is qui foris est no-
ster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renova-
tur de die in diem*.

159. Vat. A, lætus pro liber.

C 160. Rat., expers, et quidem sine litura, supra pro
div. script., exsors.

163. Ex Apostolo corpus vas dicitur. Vide com-
ment. vers. 190 hymni 7 Cath.

164. Apostolus loc. cit. vers. 7: *Habemus thesau-
rum istum in vasibus fictilibus*.

169. Widm., hunc lacesse, pro quo Weitzius Al-
dum appellat; sed Aldus emendavit hunc tu lacesse.
Alii, hunc, hunc lacesse.

170. Ald., Weitz., Vat. P, *Invictum, insuperabi-
lem*, quod cum hiatus defendi posset: adeoque non
tam apertus est hic error, quam vult Chamillardus,
qui hiatus in Prudentio alias agnoscit. Heinsius etiam,
qui sæpe testator, hiatus Prudentio esse fami-
liarem, immerito nunc pronuntiat, versum hoc mo-
do claudicare. Thuan. et tres Torr., Alex., Urb. *In-
victum inxsuperabilem*. Heinsius hinc jubet legi *In-
victum, inxsuprabilem*, quas contractiones littera-
rum Prudentium amare ait. Heinsio concinit Teolius.
Sed cur hujusmodi contractionem (qualem vix aliam
in Prudentio invenias) contra codicum fidem admit-
temus? Nam versus recto stat talo *Invictum, et in-
superabilem*, recepto anapæsto tertia sede, quod et
licet, et Prudentio solemne est. Chamillardus jure
lectionem Heinsii *inxsuprabilem* (non *inxsuperabi-
lem*, ut ait Gallandus) rejecit. Idem Chamillardus
legit *Invictum, et insuperabilem*, quod exstat in Fa-
bricio. Giselinus ita in contextu, sed ad oram *In-
victum, et inexpugnabilem*.

173. Egm., et tridentibus, quod non displicet, ut
unci fuerint tridentes, ut patet in monumento veteri
SS. septem Dormientium exhibitio tom. I, pag. 356,
de quo dixi etiam ad vers. 44 hymni 1 Peristeph.
Cæterum alii unci, quibus martyrum corpora lania-
bantur, erant clavi incurvi, ut eos repræsentat ta-
bula xiii Gallonii, et tabula xxvi a nobis addita, in

- Laniatur uncis denuo :
 475 Cui prætor ore subdol
 Anguina verba exhibilat.
 993 Si tanta callum pectoris
 Prædurat obstinatio,
 Pulvinar ut nostrum manu
 480 Abomineris tangere :
 Saltem latentis paginas,
 Librosque opertos detege,
 Quo secta pravum seminans
 Justis cremetur ignibus.
 485 His martyr auditis, ait,
 Quem tu, maligne, mysticis
 Minitaris ignem litteris,
 Flagrabis ipse hoc justius.
 Romphæa nam cœlestium
 490 Vindex erit voluminum,
- A
 Tanti veneni interpretem
 Linguam perurens fulmine.
 Vides lavillas indices
 Gomorrhœorum criminum .
 195 Sodomita nec latet cinis,
 999 Testis perennis funeris.
 Exemplar hoc, serpens, tuum est :
 Fuligo quem mox sulfuris,
 Bitumen et mixtum pice
 200 Imo implicabunt tartaro.
 His persecutor saucius
 Pallet, rubescit, æstuat,
 Insana torquens lumina,
 Spumasque frendens egerit.
 205 Tum deinde cunctatus diu,
 B
 Decernit, extrema omnium
 Igni, grabato, et laminis

GLOSSÆ VETERES.

474. Denuo, iterum, iso.
 475. Prætor, præses, iso.
 476. Anguina, serpentina, I.
 477. Callum, duritia in pedibus rusticis, I.
 479. Pulvinar, lectum deorum, res divina, cœremonia, sacra, I.
 485. Secta, dogma, I.

489. Romphæa, ultio divina, igneus gladius, I.
 498. Quem mox, te cito, I.
 201. His, cum, I.
 204. Egerit, exportat, I.
 205. Cunctatus, dubitans, vel moratus, I.
 206. Extrema, supplicia, I.
 207. Grabato, craticula, I., Mar

COMMENTARIUS.

qua exhibetur uncus, olim repertus in cœmeterio S. Agnetis, cujusdam martyris capiti affixus. Figuram ejus exhibet Sagittarius cap. 17, num. 18; quæ similitudo est unco tabulæ XIII Gallonii lit. B. Cl. Marnichii, in opere *De' costumi de' primitivi Christiani*, cap. 6, pag. 306, formam ejusdem unci aliquantulum diversam repræsentat. Aringhus tom. II Romæ subterr., lib. ult., cap. 1, ita unicum in cœmeterio S. Agnetis repertum delineavit, ut a nobis tabula XXVI producitur. Erant autem unci tam ad suspendendum quam ad trahendum, discerpendum et laniandum apti. Horatius lib. I, ode 35, *Nec severus uncus abest, liquidumque plumbum*. Ammianus lib. VII, *Intendebantur eculei, uncosque parabat carnifex*. Elmenhorstius ad lib. I Arnobii, pag. 38, de unciis carnificum agit. Vide vers. 65 Peristeph. 11.

176. Mox vers. 197 Prætor vocatur *serpens*. Nunc recte *anguina verba exhibilat*.

177. Hæc metaphora *calli* de animo occupata a Cicerone aliisque est.

179. Arnobius lib. VII adversus gentes: *Lectisterium Cereris erit idibus proximis: habent enim dii lectos, atque ut stratis possint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur, atque excitatur impressio*.

180. Mar. scribit, *abomineris*.

181. Rat., *saltim*. Ethnicos diligenter quæsisse libros Christianorum, ut eos igni traderent, expositum est hymn. 1 Peristeph. In persecutione Diocletiani hic furor maxime viguit, unde *traditorum* nomen iis inhæsit, qui libros tradiderunt. Vide Optatum lib. I. Elmenhorstius in Arnobium, pag. 69 libri III, plura habet de more in bene constitutis rebus publicis libros, qui religionibus derogabant, igne comburendi. In Actis S. Vincentii hujus rei mentio non exstat.

187. Mar., Rat., Widm., Weitz., *minaris* pro *minitaris*.

189. Alex., Hailsbr. scribunt *romfea*; Weitz., Heins., *rhomphea*; alii, *rhompæa*. Gis. ad oram *jam* pro *nam*.

195. Vat. B, Widm. a prima manu, Rat., Mar. a veteri manu, *Sodomæ nec*. Vat. Q, *Sodomite*. Sichardus, *Sodomus*. Latinius, *Sodomus*. Recte *Sodomita cinis*: nam sicut Sodomita de cive Sodomæ dicitur, cur de cinere Sodomæ dici non possit? In Psychoma-

chia etiam dixit *Sodomita libido*. Hoc loco etiam intelligi potest Sodomita in cinerem conversus. In hymno octodecim martyrum de S. Cassiano: *Quinque gentes domitas coegit Ad juga Christi*.

197. Egm., Palat., Hailsbr. a prima manu *semper* pro *serpens*; quod postremum probum est. Vide ante vers. 176, *Anguina verba exhibilat*.

198. Weitz., *sulphoris*, et Aldum pro hac scriptura allegat, apud quem invenio *sulphuris*.

202. Elmenhorstius in notis ad Arnobium, pag. 9 libri I, verba similia Arnobii illustrat: *Flammia æstuent, anhelum pectus spiritum jaciatur ex ore: et lib. V: Ardescit..... spumat, anhelat, exæstuat*.

204. Egmund. apud Burmannum tom. I Anthol., pag. 736, pro div. lectione, *digerit*, quod non probat Burmannus pro *egerit*. Hæc varietas lectionis in Egmundano codice, a Burmanno notata, Weitzium, Heinsiumque fugerat.

205. Heraldus ad Arnobium, pag. 37 libri I, advertit recte ab Arnobio ignem ultimum tormentum numerari, *Torquetis, dilaceratis, exuritis*, ut in his etiam Prudentii versibus observare licet. Seneca lib. I de Ira, cap. 19: *Torserat per omnia, quæ in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tabularibus, eculeo, igni, vultu suo*. Apuleius Miles. X: *Nec rota, vel eculeus more Græcorum tormentis ejus apparata jam deerant. Sed obfirmatus mira præsumptione, nullis verberibus, ac ne ipsi quidem succubuit igni*. Post ignem extremus agon feræ, aut gladius sequebantur.

206. Pal., *discernit*: legendum est *decernit*. Ita interpunxi. Alii, *Decernit extrema omnium: Igni*, etc.

207. Fabr., *ignis grabato*. Ox., *igni ut grabato*. Rott., *ligno, grabato*. Gifanius in *vemens* pro *vehemens* præfert *laminis*, et ita in vet. lib. scribi ait, quoties ea voce Prudentius utitur. In aliis est *laminis*. An lectus ferreus a craticula ferrea fuerit distinctus, inter Gallonium et Sagittarium disputari, dixi ad vers. 554 in Laurentio. S. Vincentium in crate ferrea ustulatum in Martyrologio Romano traditur. Prudentius, Ado, Beda lectum et grabatum ferreum vocant. Existimo craticulam sæpe vocatam lectum, quia in ea martyres recumbent; sed fuisse nihilominus lectos ferreos, qui craticulæ formam non referrent: nam in martyrologiis hæc distinctio sæpe clare exprimitur. Beda XIV cal. Maii: *Eleutherius primum vicit lectum*

1000 Exerceatur quæstio.
 Hæc ille sese ad munera
 210 Gradu citato proripit,
 Ipsosque pernix gaudio
 Pœnæ ministros prævenit.
 Ventum ad palæstram gloriæ:
 Spes certat, et crudelitas
 215 Luctamen anceps conserunt
 Hinc martyr, illinc carnifex.
 Serrata lectum regula
 Dente in frequenti exasperat:
 Cui multa carbonum strues
 220 Vivum vaporat halitum.
 Hunc sponte conscendit rogam
1001 Vir sanctus ore interrito:
 Ceu jam coronæ conscius
 Celsum tribunal scanderet.

A 235 Subter crepante aspergine
 Scintillat excussus salis,
 Punctisque fervens stridulis
 Sparsim per artus figitur
 Arvina posthinc igneum
 250 Impressa cauterem lavit.
 Vis unde roris fumidi
 In membra sensim liquitur.
 Hæc inter immotus manet
1002 Tanquam dolorum nescius,
 235 Tenditque in altum lumina:
 Nam vincula palmas presserant.
 Sublatus inde fortior,
 Lugubre in antrum truditur:
 Ne liber usus luminis
 B 240 Animaret altum spiritum
 Est intus imo ergastulo

GLOSSÆ VETERES.

208. Exerceatur, imperativus. — Quæstio, pœna, examinatio, I.
 209. Munera, officia, I.
 211. Pernix, velox, I.
 213. Palæstram, ad certamen, I.
 214. Spes, in Vincentio. — Crudelitas, in tyranno, I.
 215. Anceps, duplex, I.
 217. Serrata, serra vocatur lama, I.
 222. Ore, facie, I.
 226. Excussus, excussio, I., Rat.
 227. Punctis, guttis, Vat. A.

229. Igneum, ignitum, I.
 230. Cauterem, lectum ferreum, Vat. A. Torrem Mar. Cauter et cauterium dictum, quod urat; quor interdum pro signo, interdum pro cura adhibetur, u vis morbi ignis ardore siccat. Cauteriatam caro; id est incensa cauterio. Inde Paulus: Cauteriatam conscientiam habentes, id est corruptam; quia sicut caro cauterio, ita mens prava doctrina corrumpitur. — Lavit, humectavit, I.
 238. Lugubre, flebile, I.

COMMENTARIUS.

ferreum, deinde craticulam, et ignem suppositum, postea sartagine cum pice, et adipe ferventem. Vide etiam Martyr. Rom. ad diem 18 Aprilis.

209. Vat. B, illi: corrige ille.
 211. In editione Teolii erratum est pernox pro pernix.
 212. Alex., Widm., pœne: lege pœnæ.
 214. In glossa mendum erat in Laurentio pro in Vincentio.
 216. Ald., hic martyr: lege hinc.
 217. Nebrissa ait commodius dici potuisse lamina pro regula, ut apud Virgilium i Georg., vers. 143: Argutæ lamina serræ. Acta habent: Jam enim truculentus minister proferrî lectum cum ferreis jusserat costis, et addita subter carbonum congerie exurendum Dei martyrem applicare.
 218. Ald., Weitz. cum Vat. Q, Urb. et plerisque aliis mss., dente infrequenti, quod Nebrissa exponit vade frequenti, nam in sæpe auget. Giselinus testatur in nonnullis esse dente frequenti, quod amplexi sunt Cauchius, Salmasius, Heinsius et recentiores, producta ultima in dente ob mutam et liquidam dictionis sequentis, quod defendi quidem potest. Giselinus edidit dente in frequenti, quod revera confirmatum reperi in Vat. P, et satis clare in Alex. Errores hujusmodi ex dictionum diversarum conjunctione sæpe in Prudentio occurrunt, ut infra vers. 557, plerique legebant obis pro o bis.

224. Putat Peveratus alludere Prudentium ad priscum morem quo victores coronas ipsi assumerent, sed non aliter quam interposito prius Hell modicarum iudicio, ad quorum tribunal athletæ post peractum certamen accedebant. Paschalius, lib. vi de Coron., cap. 22, ostendit coronam ipsis iudicum manibus illius capiti imponi consuevisse, quem præco victorem renuntiasset.

226. Mariettus ex suo codice notat pro diversa lectione excussio, quæ est glossa, ut puto, tum in eo codice, tum in Rat. Heinsius accipit salis in nominativo. Id displicet Chamillardo, qui suspicatur, excus-

sum sale, quo nominativo usus est Ennius, Gallandius conjicit rogus excussus aspergine salis, ut ex vers. 221 subintelligatur rogus. Quod additur Punctisque fervens stridulis, arguit intelligi excussum sale. Nebrissa recte putat eum auctoribus glossarum, excussus esse substantivum pro excussione. Sic hymno 5 Cath., vers. 7, Incussu silicis Giselinus, editionem Daventriensem secutus, edidit excussus cinis, aliamque lectionem ineptam putat. In Actis id ita explicatur: Salis ignibus sparsi crepitantibus minutiae per membra dissiliunt. In sermone olim S. Augustino et S. Leoni ascripto, qui verius est S. Leandri, ut probat Florentius tom. VIII Hisp. sacr. append. 1, Streptentis in patentibus visceribus salis injectio. Non invenio apud Gallonium et Sagittarium distinctam hujus tormenti mentionem.

227. Puncta Mariettus explicat guttas sales, ex glossa veteri, opinor.
 228. Cauchius conjiciebat, frigitur: sed melius figitur, scilicet sal.
 229. Gis. prima ed., post hæc; alii, posthinc.
 230. Widm. scribit chauterem.
 231. Vat. B, vis inde; alii, vis unde.
 232. Rat., Widm. supra, Mar. ad oram, immersa; melius in membra.
 235. Virgilius in Æneid., Ad cœlum tendens arden ia lumina frustra: Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas. S. Hieronymus: Oculis, quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit in cœlum. Vide alia in Comment. ad vers. 109.
 238. Pal., traditur, Egm., Lugubræ in antrum traditur. Vat. A, Lugubre in antra truditur. Peveratus ait, describi hoc loco carcerem Tullianum: fortasse intelligit carcerem similem Tulliano; non enim Vincentius Romæ carceri inclusus fuit.
 241. Augustinus in Joann., Et in ipso carcere non omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris detruduntur. De carcerum differentiis consule Sagittarium de Cruciat. cap. 3.

Locus tenebris nigrior,
 Quem saxa mersi forniciis
 Angusta clausum strangulant.
 245 Aeterna nox illic latet,
 Expers diurni sideris:
 Hic carcer horrendus suos
 Habere fertur inferos.
 In hoc barathrum conjicit
 250 Truculentus hostis martyrem,
1003 Lignoque plantas inserit,
 Divaricatis cruribus.
 Quin addit et poenam novam
 Crucis peritus artifex,
 255 Nulli tyranno cognitam,
 Nec fando compertam retro.

244 Strangulant, claudant, Vat. A.
 246. Diurni sideris, solis, l.
 249. Barathrum, nomen immensae profunditatis, l.
 252. Divaricatis, separatis, disjunctis, vel commu-
 tatis, l.
 254. Crucis, supplicii, l.
 265. Vafra, callida, l.

247. Hailsbr., horrendos. Concinne hoc dictum, ut
 suos inferos, hoc est, interioriorem tutioremque custo-
 diam subter humani carcer habere intelligatur. In
 Actis SS. Chrysanthi et Dariae: *Erat ima custodia in
 carcere Tulliano, unde putor horribilis ascendebat, quia
 cloacarum cuniculis digesta domorum stercoia illic
 jugiter decurrebant. Et in hoc decursorio erat ima, et
 lutea, et tenebrosa custodia, ut penitus lucifluus aer nec
 signum ibi diei, nec vestigium aliquod lucis ostenderet.*
 In martyrio S. Ignatii: *Tollite eum, imponite ei ferrea
 vincula, et in ligno pedes ejus concludite, et custodite
 eum in imo carceris, et nemo eum neque per foramen
 videat.* Vide comment. ad vers. 468 lib. II in Symma-
 chum.

251. De hoc supplicio Eusebius, lib. v, cap. 1,
 Hist. eccles., *Cum in carcerem conjecti in locis horrida
 caligine obsitis, et plenis molissiarum jacerent, et illo-
 rum pedes in crassas compedes impositi dis inerentur,
 et ad quintum usque foramen longa intercapedine in-
 terposita distenderentur.* S. Paulinus Natali 4, *Nervo-
 que rigescunt Diducente pedes: Ruffinus etiam hanc
 ligneam compedem nervum vocavit; puto, nomine
 tracto a nervis, quibus pedes in foramina tanquam
 in ocreas, inserti astringebantur. Sed nervus accipi-
 tur etiam pro quovis vinculo quo pedes aut colla vin-
 ciuntur. In Actis SS. martyrum saepe lignea illa com-
 pes cippus appellatur, mansitque nomen apud Hispa-
 nos cepo. Cap. XVI Act. apost., vers. 24, *lignum dicitur:
 Misit eos in interioriorem carcerem, et pedes eorum
 strinxit ligno.* Graeci κατ' ἔξοχὴν vocant etiam lignum,
 ἔξοχον. Henricus Valesius ad loc. et Eusebii illud
 describit: *Truncus fuit ligneus, quibus hinc, et inde
 foraminibus certo invicem spatio divisus excavatus. In
 haec foramina, tanquam in ocreas quasdam, pedes in-
 serebantur noxiorum, et vinculis seu nervis astringe-
 bantur.* Vide plura apud Sagittarium cap. 2.*

252. In Actis: *Divaricatis praeterca, et distentis cru-
 ribus, ligno pedes ejus constringite.*

256. Fando dicitur vel passive, vel active. Virgi-
 lius II Aeneid., *Fando aliquid si forte tuas pervenit ad
 aures.* Idem lib. cit., *Quis talia fando.* Quae erat aliquis
 an ante S. Vincentum alii fragmentis testarum sup-
 positis cruciati fuerint. De S. Felice hoc ipsum tra-
 didit S. Paulinus Natali 4, *Sternuntur fragmina tes-
 tarum, Arceat ut somnum poenalis acumine lectus.* Pari
 supplicio affectus est Eustratius apud Nicephorum
 lib. VI, cap. 14; quanquam Nicephorus potius in-

A Fragmenta testarum jubet
 Irita impolitis angulis,
1004 Acuminata, informia,
 260 Tergo jacentis sternerent.
 Totum cubile spiculis
 Armant dolores anxii:
 Insomne qui subter latus
 Mucrone pulsant obvio.
 265 Haec ille versutus, vafra
 Meditatus arte, struxerat:
 Sed Belzebulis callida
 Commenta Christus destruit.
 Nam carceralis caecitas
 270 Splendore lucis fulgurat,
 Duplexque morsus stipitis.

GLOSSÆ VETERES.

B 268. Commenta, commentor excogito. Commentum
 liber, qui ab aliquo doctore excogitatur, sicut commentum
 Servii liber, quem excogitavit super Virgilium; et facit
 praeteritum commentus sum, non commentatus, Iso.
 270. Fulgurat, splendet, l.
 271. Morsus, punctos dicit, id est foramina nervi,
 quae appellantur in Scriptura puncti, l.

COMMENTARIUS.

268. Fragmentis testarum corpus Eustratii fuisse con-
 fricatum. S. Damasus de Eutychio martyre: *Testa-
 rum fragmenta parant, ne somnus adiret.* Novam poe-
 nam vocavit etiam S. Damasus: *Carceris illuviem
 sequitur nova poena per artus.* Prudentius fortasse so-
 lum intelligit novam hanc, et inauditam fuisse poe-
 nam in oppido aut provincia ubi Vincentius torque-
 batur. Sagittarius cap. 2 hanc cruciatum expendit,
 neque solum in carcere, sed etiam extra eum hanc
 volutionem in testulis aliisque rebus acutis locum
 habuisse ostendit. Constat praeterea testaceis huius-
 modi fragmentis corpora martyrum defricuisse tor-
 tores, ex Eusebio Caesariensi, Socrate et Martyrolo-
 gis.

257. Vat. A scribit, *fragmenta*. Mar. male pro divi-
 script., *testarum praebet.*

258. Hailsbr. scribit *herita*. Mar., *in alis*; supra
 recenti manu pro div. lect., *angulis*, quod verum est.

259. Acuminare verbum est Plinii et Lactantii.

260. Tornas., nonnulli Weitziani, *jacenti*. Rott.,
 Gis. ad oram, *sternere*. Conject Hemsius *jaentis
 sternier*. Sed non male procedit lectio vulgata.

264. Cellarius ait interpretes non attigisse hanc
 locum, quia aliquid dissonum est in sententia, nisi
 forte legendum, *Totum cubile spiculis Armant dolores
 anxios*. At Prudentius videtur, metonymia usus, po-
 nere *dolores anxii* pro fragmentis ipsis testularum,
 quibus dolores anxii efficiuntur.

265. Prag. mendose, *in somno*. Widm. supra,
 Prag., *subtus latus*.

266. Vat. B, Rat., Mar. supra, Weitz, *meditator*.
 Melius *meditatus*.

267. Weitz. cum. Egm., Hailsbr., *Belzebulis*.
 Widm., *Beelzeb.* Alex. a prima manu, *Belzebulis*.
 Vide comment. ad vers. 78 hymni 12 Cath. ubi dixi
 Drusium praefere *Belzebulis*.

268. Weitz. scribere maluit *comenta* cum Hailsbr.
 Glossa a vero longe aberrat, nam *commentis* est
 praeteritum verbi *commentor*. Praeterea *commentor*
 facit *commentatus*.

269. *Carceralis, carceris*, vocabula sunt vix ab
 antiquioribus Prudentio usitata.

270. Ald., Vat. A a prima manu, Weitz., Hailsbr.,
 Widm., Gifanius ex vet. lib., in *fulgere* legant *ful-
 gorat*.

271. *Morsus stipitis* non sunt ligni foramina; quasi
 lignum pennis mordet, sed est morsus ille quo

1005 Ruptis cavernis dissilit.
 Agnoscit hic Vincentius
 Adesse, quod speraverat,
 275 Tanti laboris præmium,
 Christum datorem luminis.
 Cernit deinde, fragmina
 Jam testularum mollibus
 Vestire se net floribus,
 280 Redolente nectar carcere.
 Quin et frequen'tes, angeli
 Stant ac loquuntur cominus:
 Quorum unus ore augustior
 Compellat his dictis virum.
 285 Exsurge, martyr inelyte,
 Exsurge securus tui,
 Exsurge, et almis cœtibus
 Noster sodalis addere.
 Decursa jam satis tibi
 290 Pœnæ minacis munia,
 Pulchroque mortis exitu
 Omnis peracta est passio.
1006 O miles invictissime,
 Fortissimorum fortior,
 295 Jam te ipsa sæva, et aspera
 Tormenta victorem tremunt.
 Spectator hæc Christus Deus

A
 Compensat ævo intermino,
 Propriæque collegam crucis
 300 Larga coronat dextera.
 Pone hoc caducum vasculum;
 Compage textum terrea,
 Quod dissipatum solvitur,
 Et liber in cœlum veni.
 305 Hæc ille, sed clausas fores
 Interna rumpunt lumina,
 Teuisque per rimas nitor
 Lucis latentis proditur.
 Hoc cum superet territus
 310 Obsessor atri liminis,
1007 Quem cura pernox manserat
 Servare feralem domum:
 B
 Psallentis audit insoper
 Prædulce carmen martyris,
 315 Cui vocis instar æmulæ
 Conclave reddit concavum.
 Pavens deinde introspicit,
 Admota quantum postibus
 Acies per arcas cardinum
 320 Intrare juncturas potest.
 Vernare multis floribus
 Stramenta testarum videt,

GLOSSÆ VETERES.

275. Hic, tunc, I.
 280. Nectar, omnem suavitatem, I.
 282. Cominus, prope, I.
 283. Augustior, excellentior, nobilior, I.
 284. Compellat, nominat, I.
 290. Munia, ministeria, vel officia, I.
 298. Compensat, retributionem reddit. — Intermino, interminato, infinito, Iso.
 299. Collegam, collega: lego, legas, legatione fungor: inde collega, qui simul legatione jungitur; et collega, socius crucis. Potest appellari omnis passio

quæ in martyribus potest inferri, I.
 301. Pone, pro deponere, I.
 303. Hæc ille, aiebat angelus, I.
 309. Hoc, lumen, I.
 310. Obsessor, custos, I.
 312. Feralem, asperam, I.
 314. Prædulce valde dulce, I.
 C
 315. Æmulæ, imitatrix, Iso.
 316. Reddit, imitatrix per echo respondit; nam æmula vox imitatrix dicitur, Iso.
 318. Admota, adjuncta, I.

COMMENTARIUS.

duo ligna compedis incastrantur. Ducangius docet apud scriptores infimæ ætatis præsertim puncta dici ea quæ in singularum linearum initio et fine describuntur, vel subula punguntur, intra quæ exarantur ipsarum linearum ductus quos sulcos vocant, quod maxime in codicibus e pergamenis confectis observatum. Id Ducangius verbis Isonis in glossa confirmat.

272. Giselinus in suo ms. et editione Daventriensi invenit *ruptis catenis*, et intelligit ferrea vincula quibus ligna ἀμυροκλιῶς certis locis excavata committebantur, arcteque vinciebantur, adeoque existimat sententiæ auctoris magis convenire *catenis* quam *cavernis*; sed ad marg. apposuit *catenis*. Foramina ipsa cippi intelliguntur esse cavernæ, si *cavernis* legatur, ut habent plerique.

275. Rat. contra metrum, *agnoscit tunc*.

279. Widm., *vestiri*, perperam.

280. Nebrissa ait *nectar* poni pro ambrosia, quæ divinum spirat odorem. Verum etiam *nectar* divinum spirat odorem. Vide comment. ad vers. 388 hymni 2 Peristephanon.

284. Egm., Hailsbr., *hic*: lege *his*.

289. Ald. mendose, *decussa jam*.

294. Ald., Torn., Gall., *Fortissimisque fortior*. Vera lectio *Fortissimorum fortior*, de qua loquendi ratione dictum ad vers. 77 hymni 12 Cath. In Rat. recens corrector, ab rasis prioribus, scripserat *Et fortium fortissime*.

299. Ald., *propriæque*, minus recte. In glossa for

tasse legendum *collega-crucis socius crucis*. *Cruæ* potest appellari.

301. Abest hoc a Rat. et Mar., quod tamen addi necesse est. *Vas* pro corpore mire et nove a Lucretio, et hoc loco venustissime a Prudentio dictum, observat Giffanius: de quo nos plura alibi. Prudentius in conclusione operum vers. 26, *Ut obsoletum vasculum caducis Christus aptat usibus*.

304. Animas ab omni labe puras statim post obitum in cælum abire, rursus fatetur Prudentius.

308. Hailsbr., *proditor*, quod Heinisio non displiceret, si alii codices assentirentur. Melius tamen est *proditur*, quod in plerisque codd. legitur.

310. In Rat. videtur fuisse *luminis*; sed recte factum est *liminis*.

D
 315. Psalmos hymnosque sacros inter tormenta sæpe martyres concinebant. Vide Romanum vers. 857 et seq., et Agnem vers. 55 et seq.

315. *Instar* loco nominis ponitur.

316. *Conclave* pro cubiculo secretiori Terentius et Plautus posuerunt.

318. Heumannus in Pæcil. tom. II, lib. III, pag. 564, monet legendum *admota* pro *admonita*. At *admota*, ut observat Gallaudius, jam legebatur: neque ego scio quis legerit *admonita*.

321. Chamillardus *vernare* exponit *splendere*, sicut Plinius lib. VIII, cap. 27, ait de angue, *Nitidusque vernat*. Melius tamen propria significatione tam apud Plinium quam apud Prudentium *vernare* accipere ut pro novo quasi vere revidere, et pullulare.

Ipsumque vulsis nexibus
Obambulantem pangere.
325 Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, et volvit gemens
Iram, dolorem, dedecus.
Exemptus, inquit, carceri,
530 Paulum benignis fotibus
1008 Reerectur, ut pastum novum
Pœnis resectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneret;
335 Mollire præfultum torum,
Siccare cruda vulnera.
Ille unguarum duplices
Sulcos pererrat oculis:
Illic purpurantem corporis
340 Gaudet cruorem lambere.

A Plerique vestem linteam
1009 Stillante tingunt sanguine,
Tutamen ut sacrum suis
Domi reservent posteris.
345 Tunc ipse manceps carceris,
Et vinculorum janitor,
Ut fert vetustas conscia,
Repente Christum credidit.
Hic obseratis vectibus
550 Densæ specum caliginis
Splei dore lucis advenæ
Micuisse clausum viderat.
At vero postquam lectuli
Martyr quietem contigit:
555 Æger morarum tædio,
B Et mortis incensus siti:
Si mors habenda ejusmodi est.
1010 Quæ corporali ergastulo

GLOSSÆ VETERES.

327. Volvit, *cogitat*, I.
330. Benignis fotibus, *blandis, mitibus nutrimentis*, I.
334. Cerneret, *si adesses*, I.
335. Præfultum, *stratum*, I.
336. Siccare, *tergere*, I.

341. Linteam, *ad reliquias faciendas*, I.
345. Tutamen, *firmamentum, protectionem*, I.
345. Manceps, *custos, manu capiens; manceps, qui mancipat, et qui mancipatur, servus inde emancipatus liber a servitio nec mancipi, id est, liber, indeclinabile*, I.

COMMENTARIUS.

329. Duo Heinsiani cum Thuan., Vat. Q, Alex. recentiores, *exemptus carceri*; alii, *carcere*.

335. Cellarius *ex oppido* interpretatur *Saguntum*. At certum est ex Actis esse Valentiam. Hymn. 1 Per Calagurris dicta est *oppidum*, et quævis urbs recte oppidum dicitur. Cod. Theod., leg. 2 de Monachis, civitas et op idum pro eodem ponuntur. Diaconi præcæ ad visitandos martyres in carceribus detentos videntur fuisse destinati. Sed dubium non est quin alii etiam Christiani viri et femine id fecerint, ut ex historiis Actisque martyrum liquet.

335. Gis., *perfultum*; alii, *præfultum*. Giselinus et Chamillardus explicant dorum et asperum quomodo soleat esse distenta et farta: a quibus longe dissentio. Nam cum fulcrum sumatur pro lecto, quod fulcris lectus erigatur et fulciatur, et fulcrum dictum sit a *fultum*, hinc præfultum torum vocat ab ipsis fulcris, quasi bene erectum et fultum. In sermone S. Leandri, de quo supra: *Jubet invida mens, lenioris strati fulcra substitui*.

337. Duplices salei dicuntur, quia unguis bisulcis excarnificatus martyr fuerat. Vide hymn. 1 Per., vers. 44.

338. Notanda est consuetudo veterum Christianorum, qui catenas et vulnera martyrum religiose deosculabantur. Tertullianus lib. II ad Uxorem: *Quis (paganus) a l osculanda vincula martyris reptare (uxorem Christianam) patietur?* Confer Martyrologium Adonis nonis Junii, et idus Septembris, et Martyrologium Romanum ix cal. Julii. Constantinum cicatricibus eorum qui Christum confessi fuerant et tormenta subierant, labra admovisse refert Theodoretus lib. I, cap. 2. Optatus lib. I contra Parmenianum ad hanc consuetudinem respicere videtur: *Os nescio cuius martyris, si tamen martyris, libare dicebatur: quod ait de Lucilla Donatistarum patrona*.

341. Ald., Gis., *lineam*; potiores, *linream*. Mirabile fuit veterum Christianorum studium in reliquiis martyrum conservandis, præsertim in sanguine colligendo, quod a nemine clarius quam a Prudentio descriptum est: cui aperte concinunt Acta: *Videres circumstantium frequentiam sancti vestigia certatim deosculando prolambere, vulnera totius laceri corporis pia*

curiositate palpate, sanguinem linteis excipere, sacra veneratione posteris profuturum. Hæretici, qui venerationem sacrarum reliquiarum insectantur, vellem, adverterent, hæc ipsa Acta in ecclesia S. Augustini tempore legi consuevisse, et sæpius a S. Augustino laudari.

C 345. Chamillardus *mancipem* intelligit præfectum carceris, ut in cod. Theod. dicitur manceps thermarum, manceps salinarum; quin necessarium sit ut manceps carceris illi ministerio fuerit mancipatus, quod vult Nebrissensis. Proprie autem manceps est qui manu capit. Turnebus Adversar. lib. I, cap. 45; *mancipem* in Prudentio explicat custodem carceris, quem *optionem carceris* ab Ambrosio appellari observat.

347. Hic etiam Prudentius *vetustatem consciam* appellat ut in hymno octodecim martyrum, vers. 464, *priscam vetustatem*. Atqui sæculo IV res isthæc accidit.

348. Prag., Christo. Alæx., *reddidit*; suprâ, *credidit*, quod retineri debet.

350. Rat., Vat. B a primâ manu, *densum*. Mar., *densæ*, sed sæ factum, abradis prioribus litteris.

354. Mar., *contulit*; ad marg., *contigit*; cum aliis. Nebrissensis *quietem* explicat, quia obdormivit paululum. Acta ita habent: *Delatus namque Dei martyr ad lectulum, ac piis sanctorum manibus in strati molliæ repositus, mox pretiosam resolutus in mortem cælo spiritum reddidit*.

356. Gis. 1 ed., *est mortis*; in 2 ed., *et mortis*, sed emendavit *est mortis*, quod non displicet. Alii plerique *et*, ut suspendatur oratio usque ad vers. 367. Et tunc *victor spiritus* est oppositio: quasi dicatur, Vincentius, hoc est victor ejus spiritus cælum capessit.

357. Ald., Weitz., Gis. in contextu, *hujusmodi*. Plerique, *ejusmodi*.

358. S. Fulgentius in sermone de S. Stephano: *Hodie miles egressus est de ergastulo carnis*. Cum ergastulum sit pœnarum locus in quo vincti operantur, belle id corpori convenire observat Chamillardus, cui tamen barbarum et insolens verbum videtur *corporalis*. At Seneca ep. 58 et 78 non semel eo usus est, etiam composito *incorporalis*.

Mentem resolvit liberam,
 360 Et reddit auctori Deo:
 Mentem piatam sanguine,
 Mortis lavacris erutam,
 Quæ semet, ac vitam suam
 Christo immolandam præbuit:
 365 Ergo, ut recline mollibus
 Rejecit aulaeis caput,
 Victor relictis artubus
 Cœlum capessit spiritus:
 Cui recta celso tramite
 370 Reseratur ad Patrem via,
 Quam fratre cæsus impio
 Abel beatus scanderat.
 Stipant euntem candidi
1011 Hinc inde sanctorum chori,
 375 Parique missus carcere

A
 Baptista Joannes vocat.
 At Christiani nominis
 Hostem coquebant irrita
 Fellis venena, et lividum
 380 Cor efferata exusserant.
 Sævire inermem crederes
 Fractis draconem dentibus.
 Evasit exultans, ait,
 Rebellis, et palmam tulit?
 385 Sed restat illud ultimum,
 Inferre pœnam mortuo:
 Feris cadaver tradere,
 Canibusve carpendum dare.
 Jam nunc et ossa exstinxero,
 390 Ne sit sepulcrum funeris,
 Quod plebs gregalis excolat,
1012 Titulumque figat martyri:

GLOSSÆ VETERES.

332. Eruta n, *ablutam*, l.
 366. Rejecit, *degit*. — Aulaeis, *pallis lectuli*: *aula proprie ab aula Attali regis dicta proprie cortinae; sed hic pro vestimentis lectuli ponitur*, l.
 369. Tramite, *a transmittendo*, l.
 373. Stipant, *circumstant*, l.
 378. Irrita, *provocata*, l.

379. Lividum, *invidum*, l.
 380. Efferata, *ferina*, l.
 391. Gregalis, *colleca*: *plebs est rustica, et proprie gregales vel gregarii vocantur qui equitum greges proficiscentium in hostem minant*, l.
 392. Titulumque, *epitaphium, memoriam*. — Figat, *scribat*, l.

COMMENTARIUS.

363. Ald., Tornæs., Gis., et nonnulli vulg., *in-clytam*. Egm., Pal., Ambr., Thuan., Altin., Oxon., Ratt., *elutam*, quod tenent recentiores, etiam Ruinartiuscum Heinsio; et id placebat Gallandio ob vocem *larac is*, quamvis ediderit *inolytam*. Exstat etiam *e-uta n* in Vatt. A, P, Alex., ubi glossa *ablutam*, in Urb. *ablutam* in contextu. Weitz. cum nonnullis suis, Vatt. B et Q, Mar., Prag., Rat., *erutam*, et in Mar. supra *lavacris*, recentiori manu pro div. lect. *periculis*. Cum tot veterrimi sint codices pro *erutam*, et id metri lex postulare videatur, præfero *erutam*, nam *in-clytam* in mss. non reperitur, et ex Aldi ingenio profluxisse jure existimat Heinsius. Quod si *elutam* legas, tunc secunda corripienda erit, et vel solus Prudentii auctoritate id fieri posse sustinebo. Posset conjici *elitam* ab *elino*, purgo, quod verbum Lucilio tribuntur.

365. Aldus ediderat *recline*, probe: correxit *reclive*: nihil erat necesse mutare. Vide comment. ad vers. 150 hymni 4 Cathl., *Jaceat recline*.

366. Rat., Mar. a prisca manu, *redegit*: melius *rejecit*. In glossa legam *redegit*.

370. Vat. A, *servatur*: lege *reseratur*.

371. Prag., *cæsus ab impio*, non male.

375. Vat. A., et a secunda manu B, Mar. ad oram, Pal., omnes Heinsiani, et alii, *missum*. Ald., Weitz., Gis. cum multis mss., *missus*, quod mihi magis arri-det. Cellarius et Teolus aiunt mss. habere *missum*, non *missus*. At mss. variant, et vet. edd. nobiscum faciunt.

383. Ald. male distinguit *exultans ait Rebellis*.

390. Romani sceleratos homines morte affectos honore sepulcri privabant, eorumque corpora aut in Tiberim unco protrahebant, aut avibus et canibus discerpenda relinquebant. Christianos vero hac ignominia afficiebant, ne fideles ad eorum sepulcra confluerent. Eleganter Lactantius, libr. v, cap. 11, de crudelitate adversus Christianos: *Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem potest pro merito describere, quæ uno loco recubans, tamen per totum orbem ferreis dentibus scerit, et non tantum artus hominum dissipat, sed et ossa ipsa comminuit, et in cineres surit, ne quis exstet sepulturæ locus. Quasi vero id affectent qui Deum contentur, ut ad eorum sepulcra veniantur, ac non ut ipsi*

ad Deum perveniant? Plura ex historiis et Martyrologiis congesta Galonius et Sagittarius proferunt.

391. *Gregalis* de contubernalibus, aut sociis, præsertim vilibus hominibus, quasi per contemptum dici solet.

392. Vat. A, P, Alex., Oxon., Alt., Thuan., duo Torrent., scripti Couchiani, Heinsius, *figat*, Ald., Vat. B, Q, Mar., Weitz., Gis., *figat*: quod magis placet. Sermo est de sepulcri epitaphio, quod titulus dicebatur: et a titulo seu inscriptione sepulcra ipsam dictum est titulus. Chamillardus affirmat Nebrissensem non intellexisse hunc locum, quia de epitaphio explicuit, et provocat ad vers. 45 hymni 12 Perist., *Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis*. Verum hoc ipso loco quid prohibet intelligi sepulcri inscriptionem, quæ portice ponatur pro ipso sepulcro? Præterea ab inscriptione sepulcrum dictum est titulus, ut dixi, et poterit titulus pro epitaphio hic sumi, alibi pro sepulcro. Mart. nus Roa, de Die natali sacro et profano, cap. 21, de titulis erudite disserit. At vela olim ante aras fuisse posita, interdum pura, interdum picta, quæ tituli dicebantur: quæ cœntas rezias appellavit Ambrosius ad Marcellinam scribens. Ad id titulum etiam accipi pro ecclesia, quod in loco ubi erat erigenda, crux in titulum poneretur, et ita explicat Prudentii versum, *Titulumque figat martyris*, id est titulum in crucem statuatur, ut sacer locus significetur ecclesiæ designatus. Sed redit iterum ad vela: nam hæc cum depictis martyrum imaginibus, aut sola nominis inscriptione tituli martyrum dicebantur. Conjectatur etiam ex Paulino, et consuetudine Romana etiamnum vigente, eos titulos pro foribus ecclesiæ collocari solitos. Nunc enim Romæ testus adhibetur ornatus, id est ramorum ac frondiumserta, quæ *festones* vocant. In his orbes, aut quadra ex intervallo relicta, quibus tituli sive vela depictis sanctorum imaginibus includuntur. Paulinus: *Sanctaque præfixis obducant lumina lammis*. De quibus titulis Roa Prudentium accipit in Hippolyto vers. 183, *Ipsa, illas animæ exuvias quæ continet intus, Ædicula argento fulgurat ex solido*. Verum ut rem ad sua principia revocemus, a titulo sive epitaphio sepulcri, ut aiebam, nomen tituli translatum est ad sepulcrum, memoriam, confessionem, basilicam martyrum, ac, si vis

401 **1013** Sic frendit, et corpus sacrum
 Profanus, ah! dirum nefas
 395 Nudum, negato tegmine,
 Exponit inter carices.
 Sed nulla dirarum fames
 Aut bestiarum, aut altum
 Audet tropæum gloriæ
 400 Fœdare tactu squalido.
 Quin si qua clangens improbe
 Circumvolaret eminus,
 Trucis volucris impetu
 Depulsa vertebat fugam.
 405 Nam corvus, Eliæ datus
 Olim, ciborum portitor,
 Hoc munus implet sedulo,
1014 Et irremotus excubat.
 Hic ex frutetis proximis
 410 Infestus alarum sono,
 Oculosque pennis verberans,
 Exegit immanem lupum.
 Quis perfidorum credere

A
 Ausit, rapacem belluam
 413 Tauris paratam congressi,
 Cessisse plumis mollibus?
 Ibat malignum murmurans,
 Levi volatu exterritus:
 Prædantque visam sugerat
 420 Custodis imbellis minis.
 Quis audienti talia,
 Datiane, tunc sensus tibi?
 Quantis gementem spiculis
 Figebat occultus dolor?
 425 Cum te perempti corporis
 Virtute victum cerneret,
 Ipsis et impar ossibus,
 Vacuisque jam membris minor?
 B
 Sed quis, tyranne pertinax,
 430 Hunc impotentem spiritum
1015 Determinabit exitus?
 Nullusne te franget modus?
 Nullus: nec unquam desinam.
 Nam, si ferina immanitas

GLOSSÆ VETERES.

394. Ah! interjectio, I.
 396. Exponit, projecit. — Carices, carectum locus, ubi carices nascuntur; carix vero herba similis culario crescens in locis palustribus; unde etiam carex herba vilissima similis cibaria; quæ lixa dicitur, I.
 401. Clangens, ales canens, I.
 405. Impetu, de, I.
 408. Excubat, vigilat, I.
 410. Infestus, non fessus, I.
 411. Oculosque, scilicet lupi, I.

412. Exegit, pellit corvus, I.
 414. Ausit, possit, I.
 417. M lignum, adverbium, I. Maligne, Mar.
 423. Spiculis, angustis, I.
 424. Figebat, perdurat, I.
 428. Vacuisque, ab anima, id est mortuis, I.
 430. Hunc, tuum, I.
 435. Nullus, respondet ille, I.
 437. Immanitas, feritas, I.

COMMENTARIUS.

ad illa vela de quibus Roa disserit, et quibus, ut ego conjicio, imagines, quæ nunc al aribus imponuntur, originem debent suam: Consuetudo vero illa erigendi crucem in titulum antiquissima est, ut videri potest in notis Baronii ad Martyrologium Romanum, et in libro Sagittarii de martyr. Natal. cap. 3. Ac notandum sæpius occurrere phrasin crucem figere, ut in Prudentio, Titulumque figat martyris: adeoque probabile est Prudentium eam consuetudinem inuere. In Ecclesia Romana antonomastice tituli appellatio hæsit his ecclesiis quæ cardinalibus in titulum conceduntur. Verisimile etiam est titulum qui pro quolibet sacerdote ordinando requiritur, inde traxisse nomen, quod olim plerumque non admitterentur ad sacros ordines, nisi alicui titulo, sive basilicæ, aut ecclesiæ addicti essent. Quod autem Roa alique aiunt, quoties ecclesia olim esset erigenda, crucem erectam in titulum, id inde profluxisse opinor, quod cum primis temporibus ecclesiæ erigi consuevissent ubi titulus sive sepulcrum martyrum esset; postea erectæ etiam fuerunt ubi nullum erat hujusmodi sepulcrum, et crux erigebatur, quæ pro titulo esset. Mazochius ex cap. xxviii Genes., vers. 18. originem repetit: Surgens ergo Jacob mane, tulit lapidem quem superposuerat capiti suo, et erexit in titulum, etc. At Mazochius titulum esse quemvis etiam mutum lapidem, modo ad transmittendam memoriam valeat.

395. Widm., frendet; supra, frendit.
 394. Vat. A, adirum. Vat. B, ac dirum. Mar., Rat., a dirum. Alex., adirum; supra, ah! dirum, quod verum est.
 397. Ambr., Thuan., Vat. A scribunt famis; alii, etiam veteres, fames.
 400. Hailsbr., tractu: melius tactu.
 401. Chamillardus ad solam aquilam, id refert,

quia clangere proprie aquilarum est. Sed cum ita dicitur: Cum adventantes aves reliquas, ac perniciousibus metuendas alis quodam impetu eminus sugeret, et aquilæ non nominentur, nihil prohibet quominus si qua clangens d. quavis ave accipiatur. Et clangor non minus ad grues aliasque aves, quam ad aquilas referri potest, quamvis auctor carminis Philomæa aquilæ clangorem tribuat. Est enim clangor verbum expressum ad similitudinem soni. Itaque clangor ab antiquis ascribitur falicæ, accipitri, anseri, gribus, passeri, phœnici, galliois. Exempla exhibent lexicographi. Etiam de latratu canum clangor dicitur.

402. Alex., Ambr., Thuan., circumvolarat, quod Heinsio rectius videtur. Plerique circumvolaret.

404. Hailsbr., fuga: legendum fugam.

405. Vide lib. III Regum, cap. xvii.

406. Notat Teolius portitor muneris occurrere apud Arnobium, et portitores apud Sidonium: addere potuit Virgilium, Statium et alios qui ea voce utuntur.

407. Plerique Heinsiani, Vat. A., Hailsbr. a prima manu, Alex. et alii, sedule, quod minus obvium est quam sedulo. Ald., Mar., Weitz., et alii, sedulo. Egm. perperam, sedulæ.

408. Irremotus pro non remotus ex solo Prudentio a Ferracellio recensetur.

410. Iso fortasse legit infessus, aut exposuit non fessus.

413. Perfidi pro infidelibus sumitur a scriptoribus ecclesiasticis, ut dictum est.

415. Virg. I Æn., Impar congressus Achilli. Catullus in Epithal., Pugnare duobus.

416. Vat. A corrupte, cessisce.

421. Ald. mendose, audiendi. Virgilius lib. IV Æneid., Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus?

432. Weitz. cum suis, Rat., frangit.

435 mansuescit, et clementia
Corvos voraces mitigat,
Mergam cadaver fluctibus :
Insana nunquam naufragis
Ignoscit unda, et spumeum
440 Nescit profundum parcere.
Aut semper illic inobilis
Incerta per ludibria
Vagis feretur flatibus,
Squamosa pascens agmina :
445 Aut sub fragosis rupibus
Scabri petrarum murices
1016 Inter recessus scrupeos
Discissa rumpent visi era.
Ecquis virorum strenue
450 Cymbam peritus pellere
Remo, rudente, et carbaso,
Secare qui pontum queas ?
Rapias palustri e cespite
Corpus, quod intactum jacet,

A 455 Levique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum sparteus
Claudat cadaver culleus .
Quem fane connexus lapis
460 Præceps in altum deprimat.
At tu per undas emices
Rorante præpes palmula,
1017 Donec relictum longior
Abscondat aspectus solum.
465 Hæc jussa quidam militum
(Eumorphio nomen fuit),
Violentus, audax, barbarus,
Furore fervens arripit.
Funale textum conserit,
B 470 Suto quod implet corpore.
Emensus et multum freti
Inter procellas excutit.
O præpotens virtus Dei,
Virtus creatrix omnium :

GLOSSÆ VETERES.

439. Ignoscit, mitescit, parcit, I.
446. Scabri, sævi. — Murices, Petrarum summitates, I. — Murices sunt summitates altissimæ petræ; aliter murex ponitur pro purpura, Vat. A.
447. Recessus, secreta. — Scrupeos, asperos, id est lapideos, I.
450. Cymbam, navis, I.
455. Lembulo: lembus navicula piratica, vel extrema pars inauratæ vestis, I.
457. Sparteus, spartus est frutex spinosa, vel junrus, Mar. De sparto follis, id est de palma; unde et sportulana: et Romani parricidas cum gallo, et sinia, et serpente in culleum, id est in tergum bovis undique

consutum in mare præcipitabant, I.
458. Culleus, fasciola assuta intrinsecus, culleus tunica ex sparto: spartus est frutex sine foliis ab asperitate vocatus; culleus saccus in quo rei inclusi mittebantur in mare, I. Culleus est corbis ex viminibus contexta, sive follis ex corio factus, Mar.
461. Emices, vadas, exibas, I.
462. Præpes, velox. — Palmula, remo, I.
466. Nomen, scilicet cui, I.
467. Barbarus, rusticus, I.
469. Funale, funerale, I.
471. Emensus, navigans, I.

COMMENTARIUS.

457. Ammianus, lib. xxii, de Georgio et sociis sub Juliano: Quo non contenta multitudo immanis dilaniata cadavera peremptorum camelis imposita vexit ad lacus: iisdemque subito igne crematis, cineres projecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis, cedes illis exstruerentur, ut reliquis qui, deviare a religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas adusque gloriosam mortem intemerata fide progressi, et nunc martyres appellantur. Rittershusius in comment. ad epist. Plinii de Christianis legit vexit ad litus, et subdito igne. Epiphanius hæresi 76 cineres Georgii in ventos dispersos narrat: negat autem inter martyres recipi debere, quia non ob Christiani nominis professionem, sed ob violentiam qua civitatem et populum oppresserat, a gentilibus fuerat peremptus. Erat autem Georgius episcopus Arianus intrusus, exturbato Athanasio.

441. Hailsbr., mobilè, non male.
442. De motu in aqua Virgilius, lib. i Georg. vers. 369, Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Idem Virgilius de agitatione ventorum lib. vi Æneid., Foliis ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Horatius, de Navi lib. i oda 14, Ventis Debes ludibrium.

443. Ald., Tornæs., et nonnulli vulg., Austris feretur flatibus, ex quo conjiciebat Cauchius Austris feretur flantibus, vel Austris feretur flatibus. Plerique, Vagis feretur flatibus, nisi quod in Thean., Gis. ad oriam, et Fabr. est fluctibus pro flatibus.

445. Widm. vitiose, aut suffragosis.
447. Virgilius lib. vi, Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu Scrupea
449. Ald., Mar. a prima manu, Weitz., et quis.

C Eadem varietas alibi occurrit.
450. Mar., paratus, et loco glossæ, peritus. Plerique scribunt cymbam. Equidem nescio quo pacto scripserit Prudentius, et communior est scriptura cymba.
455. Widm., Mar., palustri cespite.
458. Uxoriciidæ in Hispania post strangulationem, in vase ligneo cum gallo, angue, cane, fele inclusi in flumen projiciuntur, idque Hispanice dicitur encubar. Confer Hurtadum de Martyr. res. 35, digr. 2, qui id ita refert; sed, ut audio, gallus, anguis, canis, felis non vivi cum occisi rei corpore includuntur, sed solum supra culleum, sive dolium humanitatis simul, et infamiae causa depinguntur. Fortasse temporum et locorum varia fuit, et est consuetudo. In Actis: Insuatur, inquit, complicatum cadaver in culleo parricidæ,
459. Weitz. cum Widm. et Hailsbr. scribere voluit conexus.
461. Virgilius lib. vi Æn., Juvenum manus emicat ardens.
462. Giselinus indicat rotante tanquam diversam lectionem pro rorante. Vat. A pro div. script. præpes pro præceps. Heinsius prætulit præpes cum Anbr., Thuan., Rott., tribus Torr., præsertim cum paulo ante præceps præcesserit. Certe sententiæ magis convenit præpes.
469. Mar., funalem, recte supra correctum per funale. Glossa Isonis ridicula est, quasi funalis sit a funere, et non potius a fane. De texto substantivo vide exempla apud Gifanum, et comment. ad vers. 16 hymni 10 Cathemerimôn.
470. Vat. A, suto, cum aliis, sed supra pro div. lect., sancto. Prag., scuto, male.

75 Quæ turgidum quondam mare
 Gradiente Christo straverat,
 Ut terga calcans æquoris
 Siccis mearet passibus,
 Plantas nec undis tingeret
 480 Vasti viator gurgitis.
 Hæc ipsa virtus jusserat,
 Rubrum salum dehiscere,
 Patente dum fundo aridum
1018 Secura plebs iter legit.
 485 Nec non et ipsa nunc jubet,
 Servire sancto corpori
 Pontum quietis lapsibus
 Ad curva pronum littora,
 Saxum molaris ponderis,
 490 Ut spuma cadens, innatat,
 Tantique custos pignoris
 Fiscella fertur fluctibus.
 Cernunt stupentes navitæ,
 Vectam remenso marmore,

A 495 Labi retrorsum leniter
 Æstu secundo, et flamine.
 Certant et ipsi concito
 Pontum phaselo scindere:
 Longe sed artus prævolut
 500 **1019** Telluris ad mollem sinum.
 Prins relatos denique
 Humus quieta suscipit,
 Quam pulsa summis nisibus
 Carina portum tangeret.
 505 Felix amœni littoris
 Secessus ille, qui sacra
 Fovens arenis viscera
 Vicem sepulcri præbuit:
 Dum cura sanctorum pia
 B 510 Deflens adornat aggerem,
 Tumuloque corpus creditum
 Vitæ reservat posteræ.
 Sed mox subactis hostibus,

GLOSSÆ VETERES.

476. Straverat *compescuerat*, I.
 480. Vasti, *ampli*, I.
 482. Dehiscere, *dividi*, I.
 485. Dum, *usque dum*, I.
 485. Ipsa, *virtus*, I.

471. Pignoris, *commendationis*, I.
 494. Vectam, *scilicet fiscellam*. → Marmore, *mari*, I.
 498. Phaselo scindere, *navi sulcare*, I.
 501. Relatos, *artus*, I.
 504. Carina, *ima navis*, I.

COMMENTARIUS.

475. Narrat id Matthæus cap. xiv.
 478. Virgilius in fine lib. vii: *Ceteres nec tingeret æquore plantas*.
 483. Ald., Sich., et alii ante Giselinum contra metrum, *dum profundo aridum*. Vat. A, Hail-br. a prima manu, *dum fundo arido*, quod non displicet. Hamartig. vers. 474, *Arui! et medio sitiens sub gurgite limus*. Vide comment. ad hunc versum.
 484. Ald., Toroa s., Golland., Sich., *Secura plebs incesserit*. Mar. a prima manu, Rat. a prima manu, Vat. B, Alex., nonnulli Heinsiani, Weitz., Hailsbr. supra, *iter terit*, quod etiam invenit Giselinus in quodam codice emendatissime exarato canonico tum B. Catharinæ Noviomagensium. Ipse præfert *iter legit* cum suo ms., et alii Buslidiensi; utpote mollius et poeticum magis. Thuan., *Secunda plebs iter legit*. Unus Torr., *Secura plebs iter terat*; Rat., *iter gerit*. Mar. a secunda manu, Egmont., Pal., Vat. A, *iter gerit*. Rat. aliena manu, *iter tulit*. Plerique recentiores cum Giselino, *iter legit*.
 485. Vat. A pro div. script., *et ipse*. De S. Quirino in ejus hymno eodem fere commemorantur.
 487. Prag., Vat. Q, Urb., *passibus*. Alex. cum aliis, *lapsibus*; supra, *curibus*.
 490. Vat. A, *spuma cadens*, male.
 494. Virgilius lib. II Æn., *Pelagoque remenso*. Pro mari marmor apud Virgilium, aliosque passim.
 496. Æstus maris hic intelligi potest pro agitatione ex vento orta, et non pro fluxu, ut hæc refluxui opponitur. Nebrissa de fluxu id accipit, quod, ut opinor, voluit Teolius, qui tamen scripsit, *Undarum refluxu sequente, et vento*. Chamillardus sententiam viri peritissimi et, ut ait, mathematicorum facile principis, profert, qui putabat in profundo maris fieri eodem modo quo in corporibus febriculosorum fermentationem ejusdem materie, qua fermentatione inflatur mare ut massæ dum fermentescit. Addebat æstus periodos non esse magis supra caput intelligentiamque nostram, quam periodos febris tertianæ aut quartanæ.
 501. Vat. A, *delatos*: corrige *relatos*.
 506. Mar. a prima manu, *secessus*, sed factum

eam plerisque *secessus*. Aldus et nonnulli vulg., *recessus*.

509. Widm., Mar., *tum cura* Victorius, Dissert. philolog., pag. 16, hinc ostendit difficultatem qua persecutionum tempore erat sepeliendi corpora SS. martyrum, adducitque hæc verba ex epitaphio S. Alexandri martyris sub Antonino Pio: *O tempora infasta, quibus inter sacra et vota ne in cavernis quidem salvari possimus. Quid miserius vita? Sed quid miserius in morte, cum ab amicis et parentibus sepeliri nequeant?* Vide Aringhūm Rom. subterr. lib. I, cap. 3 et seqq., ubi certiora ad eam difficultatem confirmandam invenies monumenta: nam inscriptionem S. Alexandri non esse confictam frustra nonnulli laborant persuadere. Pietas vero Christianorum in corporibus defunctorum, etiam non martyrum, sepeliendis insignis erat, ut ex hymno Exsequiarum liquet; neque ethnicis ignota: eam enim laudat Julianus Apostata, etiam cum impiam religionem Christianam vocat, epist. 49 ad Arsacium pontificem: *Convertamur oculos ad ea quibus impia Christianorum religio creverit, id est, ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis sepeliendis præstitam, et ad sanctimoniam vitæ quam simulant*.

512. Horatius, lib. III, oda 30, dixit *laudem posteram*. Nebrissa vitam posteram intelligit diem judicii satis apposite, quod confirmari potest hymn. S. Fructuosi vers. 156, *Sed ne reliquias resuscitandas, Et mox cum Domino simul futuras, Discretis loca dividant sepulcris*, etc. Sed fortasse Prudentius intelligit corpus S. Vincentii a fidelibus fuisse reservatum posteris, sive in posterorum beneficium. Sic ante vers. 315, de ejusdem martyris cruore: *Tutamen ut sacrum suis Domi reservent posteris*.

515. Steph. Antonius Morcellus, in elegantibus et pereruditis commentariis ad calendarium Ecclesie Constantinopolitanæ, tom. I, pag. 134 et seq., his versibus confirmare nititur veterem fuisse consuetudinem, quod olim Christiani solemnem martyrum cultum a translatione maxime auspiciari fuerint: Quippe putat apud nostrates idem plane fuisse *levare corpora martyrum*, atque honores cœlestes martiri-

1020 Jam pax jus'is reddita,
 515 • Altar quietem debitam
 Præstat beatis ossibus.
 Subjecta nam sacrario,
 Imamque ad aram condita,
 Cœlestis auram muneri
 520 • 1021 Perfusa subius hauriunt.
 Sic corpus: ast ipsum Dei
 Sedes receptum continet,
 Cum Machabæis fratribus,
 Sectoque Isaiæ proximum.

515. Altar, recessus, I.
 517. Subjecta, membra, I.
 519. Auram, gratiam, I.
 520. Perfusa, scilicet cœlesti gratia, I.
 521. Corpus, locus, I.
 523. Iis, Machabæis, I.

bus ite decernere. Advertit sic a Prudentio utramque sepulturam memorari, ut priore justa mortuo persoluta, posteriore summum honorem martyri habitum facile intelligatur. Quam interpretationem libens exposui, ut eam teneant quibus probetur: acute enim excogitata ea est. Sed Prudentius nihil, ut puto, aliud vult, nisi S. Vincentio non potuisse honorificum erigi altare persecutionis tempore, quod, pace reddita, erectum fuerit: cum interea eum Christiani pro martyre haberent et colerent, cujus reliquias, etiam dum viveret, reservarunt, ut suis posteris essent tutamen. In Actis id luculenter expressum est: *Itaque propter gentilium furorem non valentes cum digno venerationis tumulare cultu, ad quamdam parvulam detulerunt basilicam sepeliendum. Tandem autem cessante perfidorum crudelitate, ac fidelium crescente devotione, beatissimus martyr ad sepulcrum honorificentiam inde levatus, digna cum reverentia deportatur, et sub sacro altari extra muros ejusdem civitatis Valentie ad quietem reponitur.* In actis S. Saturnini: *Tumulariam (al. tumultuariam) eo tempore meruit sepulturam, scilicet propter furorem gentilium.* S. Valerium, qui non diu post S. Vincentium obiit, templum S. Vincentii sui diaconi nomine erigi in oppidulo Aneto curasse lectiones officii proprii Hispanici referunt: quod monumentis antiquis non confirmatur.

515. Rat., quietam, sed correctum quietem. Ald., debitam, videlicet altar debitum. Giselinus ita ediderat, sed correxit debitam, quod habent codd. vetustiores nostri et Heinsiani.

517. Chamillardus ait Prudentium accepisse sacrarium pro pastophorio seu secretario, nempe illa templi parte ubi sacra reponuntur, et ubi sunt sancta sanctorum. Sed cum sacrarium significet etiam altare, de altari potius id accipio, de quo paulo ante Prudentius, et cui ossa SS. martyrum subjici, testatur in fine Eulaliæ et octodecim martyrum Casaraugustanorum.

518. Vatt. A, B, Mar., Rat., Prag., jam jamque ad aram. Melius imamque ad aram. Alex. a prima manu, imamque ad oram, minus apposite. Videtur innuere Prudentius distinctionem inter aram et altare, et corpora sanctorum fuisse condita sub altari, et non sub ara, sed ad aram subter humum. Vide comment. ad vers. 170 Passionis Hippolyti.

519. Nebrissensis, Chamillardus, Cellarius explicat ossa martyrum integra manere conservata divino munere. Teolius multo melius intelligit de sacramento eucharistiæ, quod in altari et super ossa martyrum peragebatur. Vide comment. ad Iyann. S. Eulaliæ vers. 213. Existimo etiam Prudentium aludere ad foramen vel foramina quæ in superiore parte sepulcrorum SS. martyrum aperiebantur, per quæ

A 525 • Simplex sed illis contigit
 Corona pœnarum: quibus
 Finem malorum præstitit
 Mortis supremus exitus.
 Quid tale sector ausus est?

530 • Truncata nunquid corporis
 1022 Segmenta post sciram feris
 Objecit, aut undis dedit?
 Num Machabæi martyris
 Linguam tyrannus erutam,
 535 Raptamve pellem verticis

GLOSSÆ VETERES.

527. Malorum, laborum, I.
 528. Supremus, novissimus, I.
 529. Sector, Isaiæ, I.
 531. Segmenta, partes: proprie sunt vestes muliebres, sed non in hoc loco, I., Vat. A.

B

COMMENTARIUS.

oraria, nardus, et oleum immittebantur, ut per contactum tumuli virtus miraculorum manifestior redderetur: quasi vellet Prudentius eam virtutem e cœlestis muneri, sive eucharistiæ aura effluere. S. Paulinus in fragm. Natalis incerti, sive 9: *Et licet a veteri tumulis absconditus ævo, Viva tamen, vegetante Deo, membrisque superstes Gratia divinum spirantia martyris ossa Clarificat populis, merito vivente sepulti;* et Natali 15, de sepulcro S. Felicis: *Ista superficies tabulæ gemino patet ore, Præbens infusæ subjecta foramina nardo. Quæ cineris sancti veniens a sede reposita Sanctificat medicans arcanâ spiritus aura.* In hymno S. Hippolyti de ejus sepulcro, *Balsama diffundunt, fletibus ora rigant.*

520. Ald., Gis., subter. Weitz. cum plerisque mss., subius. Cellarius ad vocem PIRUSA allegat vers. 151 Fructuosi, *Et perfusa mero leguntur ossa:* quod jam indicaverat Barthius lib. LXI, cap. 9 Adv. At in eo hymno sermo est de ossibus nondum sepulcis: nunc de ossibus sacrario subjectis.

523. Lib. II Machab., cap. VII, historia, et mors septem horum fratrum describitur qui Machabæi dicti sunt, quod in eo libro narratio de eorum tormentis et obitu continetur. Confer in Romano vers. 751 et seqq.

524. Alex. scribit Isaiæ cum Weitzio et aliis. Ald., Gis. prima ed., Falg., secto sine que. Isaiam prophetam serra lignea dissectum fuisse, constantissima est Judæorum traditio, quæ pluribus auctoritatibus Justinii, Origenis, Lactantii, Basilii, Hilarii, Ambrosii, Hieronymi, et aliorum Patrum confirmatur. Adisis interpretes ad vers. 37 cap. XI. Epist. Apostoli ad Hebræos: *Lapidati sunt, secti sunt,* etc. Hoc notatur discrimen inter proximum et vicinum, quod proximus is dicitur quo nemo est vicinior, vicinus vero potest non esse proximus, si alius sit vicinior. Plautus, Terentius, Cicero, et alii eleganter conjungunt vicinus proximus; potest enim aliquis esse proximus, et non vicinus, ut apud Virgilium lib. V, *Proximus huic, longo sed proximus intervallo.* Interdum hoc discrimen non observatur, et proximus ponitur pro vicino proximo.

525. Ald. vitiose, contingit.

522. Giselinus ait receptam scripturam esse *aut rinclis dedit,* sed non sine gravi mendo: fortasse ita erat in editione Davenriensi, quam non vidimus; ita certe est in Sich. et Fabr., sed in Aldo clare legitur *aut undis dedit.*

535. Ald., Gis. prima ed., nam pro num. Weitzius pro nam citat Fabricium, qui tamen legit num. Id unice verum est.

535. Widm. supra, Gis. ad oram, raptamve. Melius raptamve. Pellis rapta proprie est vivi tii adu-

Avibus cuentis obtulit?
 Tu solus, o bis inclyte,
 Solus brabii duplicis
 Palmam tulisti: tu duas
 540 Simul parasti laureas.
 In morte victor aspera,
 Tum deinde post mortem pari
 Victor triumpho proteris
 Solo latronem corpore.
 545 Adesto nunc, et percipe
1023 Voces precantum supplices,
 Nostri reatus efficax
 Orator ad thronum Patris.
 Per te, per illum carcerem,
 550 Honoris augmentum tui,
 Per vincla, flammæ, unguas,
 Per carceralem stipitem.
 Per fragmen illud testicum,
 Quo parta crevit gloria,

A 555 Per quem, trementes posteri
 Exosulamur, lectulum:
 Miserere nostratum precum,
 Placatus ut Christus suis
 Inclinet aurem prosperam,
 560 Noxas nec omnes imputet.
 Si rite solemnem diem
1024 Veneramur ore et pector
 Si sub tuorum gaudio
 Vestigiorum sternimur:
 565 Paulisper huc illabere,
 Christi favorem deferens,
 Sensus gravati ut sentiant
 Levamen indulgentiæ
 Sic nulla jam restet mora,
 B 570 Quin excitatam nobilis
 Carnem resumat spiritu,
 Virtute perfunctam pari.
 Ut, quæ laborum particeps

GLOSSÆ VETERES

538. Brabii, *muneris vel mercedis*, l.
 540. Laureas, *coronas, vel victorius; laurus enim pro corona ponitur*, l.
 541. Victor, *scilicet tu*,
 552. Stipitem, *per nervum, cippum*, l.
 553. Testicum, *testæ enim confringebantur subtus martyrem, ut durius jaceret*, l.

554. Partem, *syncope*, l.
 561. Diem, *suum diem*, l.
 562. Ore et pectore, *laude et voto*, l.
 566. Favorem, *auxilium*, l.
 572. Perfunctam, *servitutem*, l.
 575. Quæ, *caro*, l.

COMMENTARIUS.

detracta, ut apud Senecam, *Fibra vivis raptâ pectoribus*; apud Virgilium, *Viscera vivis eripuit*. Vide Brissonium de Formulâ pag. 25, qui plura veterum exempla profert, et monet ideo rapi exta, ut exspirantia adhuc et palpantia consulti possent.

557. In nonnullis vulg. irrepsit error *obis pro o bis*: ansam dedit Aldus, qui aut sic edidit, aut non satis clare divisit. Nebrisensis jam legit *o bis*, et legerant etiam alii ante Barthum, qui hujus correctionis ignarus aliam aggressus est lib. LXI, cap. 9 Advers. Sic ergo legit: *Solus tu obis bis inclyte*. Lecto codicum retinenda est.

558. *Brabium* est victoriæ præmium. *Braveium* malunt recentiores, et Chamillardus ait corrupte dici *bravium*: ita tamen in vulgata legitur, neque tam corrupte quam videtur Chamillardo. Alii scribunt *brabum*, alii *bravium*, sed a Græcis, a quibus ad ecclesiasticos scriptores ea vox devenit, scribitur *βραβιον*.

544. *Latronem* intelligo Datianum potius quam dæmonem, ut nonnulli interpretantur. In hymno octodécimo martyrum, vers. 186, *Ambo confessi Dominum steterunt Acriter contra frem tum latronum*.

548. Cellarius opponit, soli Christo id convenire. Verum doctrina de intercessione sanctorum non a grammaticis, non a Cellario e usque gregalibus petenda est, sed a Prudentio ejusque aequalibus SS. Patribus, qui uno omnes ore ita loquuntur.

549. Precandi formula poetis oratoribusque valde familiaris.

552. Gifanius verbo *Robur* putat carceris stipitem a Prudentio vocari eculeum. Sed ex epitheto *carceralis*, et ordine narrandi supplicia constat, carceralem stipitem esse lignam vel cippum, ut ait glossa, cui pedes fuerunt inserti. Videsupra comment. ad ver. 251.

553. Heinsius cum Ald., Oxon., Sich., *per quem*: quod a Weitzio non debuisse mutari, definit Heinsius. At Weitzius fidem potiorum codicum secutus est: nam legunt *et quem* Vatt. A, B, P, Q, Alex., Mar., Rat., Prag., alique; neque Heinsius codicem ullum ms. allegat, excepto Oxonio. Elegantius tamen est *per quem*, magisque superioribus coherens.

556. Lectulum in quo S. Vincentius jacuit, religionis causa conservatum fuisse, non leve argumentum est curæ veterum Christianorum in reliquiis martyrum comparandis et caute custodiendis. Ex quo facile respondetur querentibus qui fieri potuit ut tot et ex tam precis temporibus reliquiæ martyrum ad nos continua successione devenerint.

561. Formula similis precandi apud Græco-Latinosque sæpe occurrit. Terentius in prolog. Hecyr., *Si nunquam avaræ statui pretium arti meæ.... Sinile impetrare me*.

562. Breviar. Moz., *veneremur: lege veneramur*, ut postea sternimur.

565. Vat. A, Mar., Rat., Weitz., *gaudia*. Plerique, etiam veteres, *gaudio*.

565. Fabr., Sich. Gis., *huc tu illabere*. Concinnius Aldus et mss., *huc illabere*.

567. Vat. B, Rat., Mar., a prima manu, et nonnulli apud Weitz., *sensu*.

568. Mar. pro div. script., *solamen indulgentiæ*.

569. Mar., Rat., Weitz. cum suis, *restat*. Ald., Gis., et plerique scripti, *restet*, quod probum est. Nam particula *sic*, cum post preces ponitur, optativum modum importat. Idem Prudentius in Hippolyto, postquam Valerianum episcopum rogaverat ut festum Hippolyti diem in sua diœcesi celebraret, vers. 239 et seqq. ait: *Sic te pro populo, cujus tibi credita vita est Orantem Christus audiat omnipotens*. Ac vide felicissimam poetæ venam, et nota quid Valeriano optet, quid Vincentio. Nam ex unione corporis cum anima in die judicii completam hominis gloriam consurgere certum est, et ipsi animæ gloria aliqua accidentalis, ut theologi loquuntur, in resurrectione corporis accedet. Mariettus, qui in suo codice legerat *restat*, colligebat Prudentium in ea fuisse opinione, in qua multi alii Patres, adventum Domini et diem extremi judicii proximum esse.

570. Breviar. Moz., *cum excitatam*.

571. Pragensis trajicit hos versus, primum ponit *Virtute*, tum *Carnem*.

572. Nonnulli vulg. male, *perfuncta*.

575. De resurrectione corporis vide hymnum Ex-

Commune discrimen tulit,
575 Sit et cohaeres gloriae
Cunctis in aevum saeculis.

VI HYMNUS.

BEATISSIMORUM MARTYRUM FRUCTUOSI EPISCOPI ECCLESIAE TARRACONENSIS, ET AUGURII, EULOGII QUE DIACONORUM.

1025 Felix Tarraco, Fructuose, vestris

1026 Attollit caput ignibus coruscum
Levitis geminis procul relucens.

Hispanos Deus aspicit benignus,

5 Arcem quandoquidem potens Iberam
Trino martyre Trinitas coronat.

A Ardens Augurius capessit aethram :
Nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit.

10 Dux et praevius, et magister illis
Ad tantum decus ex episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat.

Accitus quia praesidis repente
Jussu venerat ad forum sacerdos

15 Levitis comitantibus duobus.

Inde ad carceream viros catenam

Pastus sanguine carnifex trahebat :

1027 Gaudet currere Fructuosus ultro.

Ac ne quis socios timor feriret,

GLOSSÆ VETERES.

574. Tulit, *pressa est*, I.

1. Tarraco, *civitas*. — Fructuose, *vocativus*, I.

5. Quandoquidem, *quia, quoniam*, I.

7. Aethram, *caelum*, I.

8. Superbum, *nobile*, I.

B 10. Praevius, *ostendens viam*, I.

15. Accitus, *vocatus*, I.

14. Forum, *concilium* : *pro loco judiciali posuit*, I.

18. Ultro, *sponte*, I.

19. Quis, *aliquis*, I.

COMMENTARIUS.

sequiarum. Post hunc S. Vincentii hymnum in Vat. A sequitur hymnus in honorem decem et octo martyrum Caesaraugustanorum, in Vat. B. Passio S. Laurentii.

Inscriptio desumpta est ex Mar. et Rat., in quibus hic hymnus ponitur post hymnum S. Eulaliae. In Vat. A Hymnus in honore beatissimorum martyrum Fructuosi episcopi, Augurii, et Eulogii : ubi ponitur post hymnum octodecim martyrum. Aldus, *Ode in laudem beatissimorum martyrum Fructuosi episcopi Ecclesiae Tarraconensis, et Augurii, et Eulogii diaconi*. Aldus scribit *Tarraconensis*, et mox vers. 1, *Tarraco*. Heinsius, *Hymnus in honorem beatissimorum martyrum Fructuosi episcopi Ecclesiae Tarraconensis, et Augurii, et Eulogii diaconorum*, et notat pro *Augurio* in Ambr. legi *Augorii*, in Ox. *Aucorii*. Weitzius nobiscum fere facit. In Alex., post passionem Agnetis, *Incipit Passio Agnetis. Incipit hymnus in honorem, etc.*, ut in Heinsio. Parrhasius, *Hymnus in laudem beatissimorum martyrum Fructuosi episcopi Tarraconensis, et Augurii, et Eulogii diaconorum*. Et deinde etiam scribit *Eugorius*; sed in emendatis ait quosdam legere *Augori*. Heinsius monet in martyrologis xii cal. Septembr. celebrari natalem SS. Julii, Juliani, Vincentii, Auguri, et Eulodi ex codice vetustissimo, teste Holstemo in adnotationibus ad eum locum. Verum hi diversi videntur esse a S. Fructuoso et sociis, quorum festum agitur die 21 Januarii. Acta ad eum diem a Bollandianis descripta pro authenticis habuit Ruinartius, et S. Augustini Prudentisque auctoritate confirmavit. Ruinartius ea edidit aliquanto auctiora ex codd. mss. Neque alia sunt martyrum Hispanorum antiquiora aut sinceriora Acta. Martyrium eorum refertur ad ann. 259 diem 21 Januarii, quae in feriam 6 incidit. De his sanctis eorumque reliquiis dixi in Hymnodia Hispanica ad diem 21 Januarii. Eos Tarraconenses fuisse Nebrissa et Chamillardus affirmant; sed neque ex hymno Prudentii id colligitur, neque ex Actis sinceris constat. Florezius, tom. XXV Hisp. sacr., tract. 65, cap. 2, arguit eos fuisse Tarraconenses ex quibusdam verbis officii Gothici, ubi satis clare id exprimitur, et quia Prudentius hymn. 4 Perist. dixit: *Tu tribus gemmis diadema pulchrum Offeres Christo, genitrix perorum Tarraco, etc.* Certe hi sancti inter illos recensendi sunt quorum patriam Prudentius in eorum hymno non expressit: neque alia de causa Tarraconensem celebrat, nisi ob martyrium, ut ex primis versibus liquet. In Breviario Mozarabico die 21 Januarii totus hic hymnus legitur, ubi versus quaterni, et quaterni per strophas distinguuntur. Prima stropham quam sit depravata facile perspicies, si cum Prudentio conferas; ita enim in eo breviario est de-

scripta: *Felix Tarraco, Fructuoso vestris, Attollit caput ignibus chorus Cum levitis geminis procul relucens. His piis nos Deus adspicit benignus. Vides unam dictionem coruscum corruptam esse, et divisam in duos versus chorus Cum et ex Hispanos tres voces factas His piis nos, ut alia omittam.*

1. Egm. vitiose *ventris* pro *vestris*.

2. Egm. mendose, *coruscum*. Urbes caput habere a poetis dicuntur. Virgilius ecloga I, *Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes*. Vide infra vers. 145, *Quo nostrae caput excitatur urbs*. Pulchre autem caput coruscum ignibus, et relucens geminis levitis, quandoquidem de martyrio per ignem agitur.

7. Ald. et Breviar. Moz., *capessit*: Videtur innuere Prudentius, Augurium veluti vi ignis capessere aethram; quoniam ea virtus olim igni tribuebatur, ut in aethram tenderet.

8. Parrhasius, Thurn., Egm., Heins., Weitz., Pal., Hailsbr., Bong., Alex., Vat. A, P, Q, *superbum*, quod approbant recentiores, quia apud Virgilium exstat *fores, et sedes superba*, et apud eundem Prudentium vers. 825 *Psych., Gradibus regina superbis Desinat*. Multo magis e re videtur esse *tendere ad supernum sedile*. Et *supernum* quidem legunt Vat. B., Urb., Mar., Ald., Breviar. Mozar., Gis., Fabr. et alii. Mox vers. 26, *Ad superna caeli*; et vers. 97, *Celsa scandere contigit Tonantis*.

10. Mar., *minister*, ad oram pro div. script., *magister*: sed utraque vox *praevius* et *minister* facta recentiori manu, abrasis prioribus.

12. Tria epitheta ex igne desumpsit *ardens Augurius, lucidus Eulogius, clarus Fructuosus*.

15. Weitzius cum aliis, *ascitus*. Vat. A, *qui a*: legendum *quia*.

16. Ald., *inde et carceream*, male.

17. Ald. corrupte, *carnis extrahebat*. Hymno super., vers. 99 et 100, lictores dicuntur *reorum carnibus pasti*; hymn. 4 Cath., vers. 167, de aquila, *Sanguine pasta cui cedit avis*; lib. I in Sym. vers. 585, *Sanguine pasta eduluptas*. Claudianus, lib. II Siliic. vers. 14, *Poenis hominum, vel sanguine pasci*. Cicero in Phil., *Versatus in billo est, saturavit se sanguine*. Chamillardus nomina carnificum recenset ex Martyrologio Hispano. In Actis hi recensentur beneficiarii, sive appaitores, ut exponunt Bollandiani: Aurelius, Festucius, Elius, Pollentius, Donatus, et Maximus. *Beneficiarii* ex his dicebantur milites qui vacabant muneris beneficio, ex aliis imperiales ministri, ex aliis satellites praetoris, qui a muneribus plebis vacabant.

19. Ald. mendose, *socio*. Vat. A supra pro div. script., *socios subiret*. Sed melius est *feriret*, ut cum dicitur, *Magno percussus timore*. Beermanus in intro-

23 Præceptor venemens eundo firmat,
Incenditque fidem calore Christi.
Mecum state, viri, vocat eruentus
Ad pœnam coluber Dei ministros:
Ne mors terreat, est parata palma.
25 Carcer Christicolis gradus coronæ est,
Carcer provehit ad superna cœli,
Carcer conciliat Deum leatis.
His dictis, adeunt specum reorum.
Exercent ibi mysticum lavaerum,
30 Et purgamen aquæ stupent tenebræ.
1028 Sex hic continuis latent diebus,
Tandem stant truci ad tribunal hostis,
Fratres tergeminos tremunt catastæ.
Judex Æmilianus imminebat,
55 Atrox, turbidus, insolens, profanus,

A Aras dæmonicas coli jubebat.
Tu, qui doctor, ait, seris novellum
Commenti genus, ut leves puellæ
Lucos destituant, Jovem relinquunt,
40 Damnes, si sapias, anile dogma.
Jussum est Cæsaris ore Gallieni,
Quod princeps colit, ut colamus omnes.
1029 Hæc tanti placidus refert sacerdos:
Æternum colo principem, dierum
45 Factorem, dominumque Gallieni:
Et Christum Patre prosatum perenni,
Cujus sum famulus, gregisque pastor.
Subridens ait ille: Jam fuisti.
Nec differt furor, aut refrenat iram,
50 Sævis destinat ignibus cremandos:
Exsultant, prohibentque flere vulgum.

GLOSSÆ VETERES.

20. Præceptor, magister. — Vehemens, sævus contra vitia, l.
21. Calore, amore, l.
24. Palma, remuneratio, l.
25. Coronæ, decoris, l.
28. Specum; Ubi fures et alii mali includebantur, Rat.
29. Exercent, populos baptizant, l.
30. Purgamen, peccatorum; l.

B 55. Catastæ, eculei ardentes, lectus ferreus, l.
55. Insolens, superbus, l.
40. Damnes, necesse est: pro damna, id est, desere — Si sapias, si aliquid sapias. — Anile, vetus, inane, l.
45. Refert, respondet, Mar.
46. Prosatum, natum, l.
50. Destinatus, adjudicatus, deputatus: destinatus est repellit; sed destinatus, deputatus, l.

COMMENTARIUS.

duct. ad ling. Lat., pro minor feriret ex cod. Pal. timor feriret. Torn., Sich. habebant minor: Latinius corrigebat minis.

24. Vat. A, Egm., Hailsbr., Pal., nec mors. Plerique ne mors. Breviar. Mozar., en pro est, non inconcinne.

25. Carcerem martyres laeto et alacri animo adibant. Damasus de S. Agatha, Deliciæ cui carcer erat.

30. Ald., Hailsbr., Vat. Q, et, ut videtur, Alex., et purgamen aquæ cum Noms., Ox., Alt., Thuan., Gis., Heins., Brev. Moz., et aliis. Vat. P. repetit mendose et purgamen aquæ aquæ. Urb., Parrhasius, Vat. B, Mar., Rat., Weitz., et purgamina quæ. Egm., Pal., Vat. A, expurgamen aquæ. De baptisate et sacramento pœnitentiæ id intelligit Chamillardus. Rogationum in carcere baptizatum Acta referunt: de sacramento alio pœnitentiæ non nisi divinando quis conjiciet. De carceris tenebris antea Prudentius in Vincentio vers. 257 et seqq., et in Cypriano vers. 51 et seqq. Vide Sagittarium de Cruciatibus, cap. 2, ubi ostendit a tenebris dici consuevisse carceres antra, specum, barathrum.

55. Christiani olim fratres vocabantur, ut dixi ad vers. 73 hymni S. Laurentii. Aliæ conjecturæ ut hi tres martyres fratres dicantur, inanes sunt. Hoc etiam loco catastæ sumitur pro patibulo in quo martyres erant comburendi, ut hymno 1 Peristeph. vers. 56, Post catastas igneas.

54. Vat. A a prima manu, et Rat. scribunt Emelianus. Alii Emilianus, alii Æmilianus. Hic Æmilianus præfecturam in Hispania gerebat anno 259, adeoque diversus est ab imperatore Æmiliano, qui anno 253 aut 254 occisus est.

36. Breviar. Moz. male, dæmoniacas.

37. Gentiles id Christianis objiciebant et exprobrabant, quod mulieres et imperitos ad religionem Christianam pellicerent. Minucius: Qui de ultima face collectis imperitioribus et mulieribus credulis, sexus sui facilitate labentibus, plebem profanæ conjurationis instituunt. Vide quæ ad hunc locum notant Heraldus, Elmenhorstius, Wowerus.

39. Weitz. cum Hailsbr. scribit destituant. Lucos et montes præcipue ad deos suos adorandos ethnici eligeant; idque innuitur Deuter. II, 2: Subvertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri

estis, deos suos super montes excelsos, et colles, et subter omne lignum frondosum.

40. Rat. a prima manu. Mar. supra pro div. script., Parrhasius, damna, quod conjecerat Bigotius ex damnas in Ambros., quomodo etiam in Rat. supra. Plerique, damnes. Breviar. Moz. corrupte, Augusti dogma pro anile dogma. Lactantius, l. b. I, cap. 13: Si enim femine sexus infirmitate labuntur (nam interdum isti muliebrem et anilem superstitionem vocant), viri certe sapiunt. Et cap. 20: Jam profecto ab ancillis, quas contemnunt, et a pueris nostratibus error illorum, ac stultitia irridebitur.

42. Vatt. A, P, Alex., Egm., Hailsbr., Pal., Widm. supra, Gis., ut colamus, quod tenuit Heinsius cum Gisellino, nihil ex suis scriptis advertens. Vatt. B, Q, Urb., Mar., Ald., Torn., Galland., Weitz., hoc colamus. Weitzius ait Aldum habere omne pro omnes. Mihi Aldus cum aliis omnes. Fabricius a Weitzio etiam citatur pro ut. Fabricius utrumque affert ut et hoc; videlicet Jussum est Cæsaris ore Gallieni, ut Quod princeps colit, hoc colamus omnes.

44. Nebrissensis nihil mutandum censuit, sed suspicabatur deorum pro dierum, quod Chamillardo non displicebat, quasi diceret deum deorum.

46. Prag., Parrhasius, satum, contra metrum.

48. Ex Actis: Æmilianus præses Fructuosus episcopo dixit: Episcopus es? Fructuosus episcopus dixit: Sum. Æmilianus dixit: Fuisti. Verbum energeticum fuisti, ut apud Virgilium Fuimus Troes, fuit Ilium, et ingens Gloria Teucrorum. Vixi, viximus. Prudentius in præfatione carminum Per quinquennium jam decem, Ni fallor, fuimus. Plutarchus in Alexandro refert veterem gymnosophistam Alexandro interroganti, vivine an mortui plures essent, respondisse, Vivos: nam mortui ne sunt quidem. Hic gymnosophista irrideret phrasin abiit ad plures pro mortuus est. His loquendi modis fuisti, viximus, fuimus, finem vitæ instare significatur. Hæcicus Alissiodorensis, lib. v, Viximus, et jussas ævi decurrimus horas.

49. Rat., Parrhasius, repugnante metro, furorem pro furor. Prag., ut refrenet, non male.

51. Rat., vulgus. Acta narrant ab ipsis quoque ethnicis amatum fuisse Fructuosum: Quia talem amorem habebat non tantum a fratribus, sed etiam ab ethnicis.

Quosdam de pópulo videt sacerdos
 Libandum sibi poculum offerentes :
 Jejunamus, ait; recuso potum.
 55 **1030** Nondum nóna diem resignat hora :
 Nunquam conviolabo jus dicatum,
 Nec mors ipsa meum sacrum resolvat :
 Sic Christus sitiens crucis sub hora
 Oblatum sibi poculum recusans,
 60 Nec libare volens, sitim peregit.

A Intrant interea locum rotunda
1031 Conclusum cavea : madens ferarum
 Multo sanguine quem furor frequentat :
 Cum spectacula perstrepunt cruenta,
 65 Ac vilis gladiator ense duro
 Percussus cadit, et fremit voluptas.
 Hic flammante pyra niger minister
 Ardens supplicium parare jussus,
 Construxit facibus rogam supremis.

GLOSSÆ VETERES.

55. Libandum, *gustandum*, I.
 55. Resignat, *aperit*, I.
 56. Jus dicatum, *jejunium*, I.
 57. Sacrum, *jejunium*, I., Mar.
 58. Crucis, *passionis*, I.
 61. Locum, *amphitheatrum*, Mar.

62. Cavea, *amphitheatro*, I.
 64. Perstrepunt, *per-onant*, I.
 66. Fremt, *gaudet*.—Voluptas, *aspiciendo, delectatio videntium tulia*, I.
 69. Supremis, *altis*, I. *Maximis*, Mar.

COMMENTARIUS.

53. Mar., Weitz. cum nonnullis suis, *poculum ferentes*. Baronius i Annal. ann. 54 ostendit veteres consuevisse eis qui ad mortem damnati erant, potum aliquem exhibere, quo a mente abalienati sensu doloris carerent, ubi de myrrhato vino Salvatori olato agit, et hos verus allegat. Plura de hoc eodem argumento Joannes Tamaius de Salazar in Martyrologio Hispano.

54. Cum hi SS. Martyres die 21 Januarii passi fuerint, non aliud jejunium tunc occurrere potuit, nisi id quod veteres Christiani observabant feria 4, 6 et sabbato, ut dixi ad hymnum Jejunantium, et Post jejunium. Et erat certe jejunium, quod hora nona solvi poterat, ut vers. se p. exprimitur. Notandum est etiam veteres Christianos, dum jejunabant, abstinuisse a potu vini.

55. De semi-jejunio, quod in die stationis celebratur, hoc loco agi satis constat ex hora nona, quæ nominatur, tanquam tempus aptum ad solvendum jejunium. Hic enim erat mos catholicorum, cum Montanistæ stationem protraherent ad vespem usque, de quibus Tertullianus, lib. de Jejniis, sive adversus Psychicos (ita vocat Catholicos), cap. 10 : *Æque stationes nostras, ut indignas, quasdam vero et in se-rum constitutas novi'alis nomine incusant; hoc quoque munus et ex arbitrio obeundum esse dicentes, et non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more. . . . De ipsis prius exostulandum unde hanc formam nona dirimendis stationibus præscribant.* Rigantius lexulum putat stationes nostras, ut indictas : Priorius existimat Montanistas hoc loco impugnari a Tertulliano, non catholicos : quod nulla ratione confirmat. De hora nona, qui statio solvi poterat, plura habet Binghamus lib. xxi, cap. 5, § 3. Cassianus collatione 2, cap. 26 : *Commodum satis et utile hora nona refectionis tempus indultum est.* Alardus Gazæus in notis advertit hoc refectionis tempus quasi ex gratia et indulgentia quadam fuisse indultum, eo quod primi monachi ad vespem usque jejunarent. Hoc ipsum innuit Prudentius Cathem. 8, vers. 65 : *Laxus ac liber modus abstinenti Ponitur cunctis.* SS. Basilus et Benedictus horam etiam nonam solvendi jejunium præscribunt.

56. Baronius ad ann. 262, num. 65, putat Fructuosum his verbis non innuere consuetum jejunium, sed acrius et diuturnius nempe a feria 4 ad feriam 6; quia, ut constat ex Tertulliano, episcopi persecutionum tempore, et urgente aliqua gravi necessitate, jejunia strictiora indicebant. Verum Prudentius satis clare jejunium stationis describit, et SS. martyres jejunium servasse non tam ex voto aliquo quam ex lege consuetudinis ecclesiasticæ, ostenditur ex nominibus quibus jejunium appellat, scilicet *jus dicatum, sacrum* : similiter in hymno Jejunantium, et Post jejunium vocavit *festum, victimam*. Idem confirmant Acta : *Cumque multi ter fraterna caritate eis of-*

B ferrent, uti conditi permixti poculum sumerent, ait : *Nondum est hora solvendi jejunii. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem in carcere quarta feriæ solemniter celebraverant. Igitur sexta feriæ lætus atque securus festinabat, ut cum martyribus et prophetis in paradiso, quem Dominus præparavit amantibus se, solveret stationem.*

57. Sic hymno 8 Cath. Post jejunium : *Nona submissum rotat hora solem. . . . Solvimus festum.*

58. Prag., *crucis sub ara.*

61. Amphitheatrum describitur, quod veluti e duobus theatris constabat; et ea de causa dicitur locus rotunda cavea conclusus. Cavea dicebatur area quæ etiam arena appellari solebat, quod arena spargere-tur, ne gladiatores facile laberentur. Cavea etiam nomen habebat carcer; ubi fere detinebantur, et in circo gradus, unde populus spectabat, in quibus gradibus erat summa, media, et infima cavea. Cavea prima, seu ima, senatui et equitibus; media plebi; summa et ultima, feminis attributa, ut colligitur ex Seneca lib. xi de Tranquill. Antiquiores caveam de theatro dicebant. Lipsius lib. de Amphitheatro, cap. 2, auctoritatibus Tertulliani, Prudentii et similium, probat de amphitheatro etiam caveam dici. Ruinæ amphitheatri Tarraconensis adhuc exstant, sed ruinæ tantum.

64. Chamillardus notat spectacula gladiatorum a rege Theodorico omnino prohibita. At prohibita multo ante ab Honorio constat, ut dixi in comment. ad finem lib. ii contra Symm.

65. Latinus, *ense duro.*

66. Voluptatem peculiari significatione de spectaculis dici, notatum est in comm. ad lib. ii in Symm. vers. 1125. Illud nunc occurrit, Horatii versum in arte poetica, *Ficta voluptatis causa sint proxima veri*, intelligi posse de his quæ finguntur, ut in theatro represententur : nam de poemâ is theatralibus eo loci agit Horatius.

67. Aliam descriptionem pyræ ad martyres comburendos vide in Romano vers. 816 et seqq. Celeriter hujusmodi rogi extruebantur : ut enim refert Eusebius lib. iv, cap. 11, ex epistola Smyrnenium de S. Polycarpi martyrio : *Populus confestim ligna e sarmenta partim ex officinis, partim ex balneis incredibili celeritate comportabant; præcipue vero Judæis alacri animo, ut solent, operam suam in id conferentibus.*

69. Breviar. Moz., *fascibus metri lex postulat facibus.* Nebrissensis faces supremas intelligit ultimas in ordine apparandi. Cellarius ait posse *supremis sumi pro feratibus, funestis.* In rogo faces, quæ corpori cremando proximiores erant, et ultimæ cum corpore ardebant, dici poterant ultimæ, et quia pyra in altum erigebatur, summæ, et supremæ. Sed hoc loco Cellarii interpretatio magis arridet.

70 Qui dum corpora concremanda solvit, **A**
1032 Ferventes animas amore lucis
 Fracto carceris expedire antro.
 Certant officiis pii sodales :
 Plantis calceamenta dissolutis,
 75 Pronus detrahere studebat unus :
 Sed sanctus vetat ora Fructuosus
 Inclinata premi. Facessite, inquit,
 Ne nostram gravet obsequela mortem.
 Atquin ipse meos pedes resolvam,
 80 Ne vestigia præpedita vinclis
 Tardis gressibus irruant in ignem.
 Cur lamenta rigant genas madentes?
 Cur vestri memor ut fiam, rogatis?
1033 Cunctis pro populis rogabo Christum.
 85 Vix hæc ediderat, relaxat ipse

Indumenta pedum : velut Moyses
 Quondam fecerat ad rubum propinquans.
 Non calcare sacram cremationem,
 Aut astare Deo prius licebat,
 90 Quam vestigia pura figerentur.
 Stabat calce mera, resultat ecce
 Cælo spiritus, et serit loquelam,
 Quæ cunctos tremefecit audientes.
 Non est, credite, pœna, quam videtis,
 95 Quæ puncto tenui citata transit :
 Nec vitam rapit illa, sed reformat.
 Felices animæ : quibus per ignem
 Celsa scandere contigit Tonantis,
1034 Quas olim fugiet perennis ignis!
 100 Hæc inter rapidis focos crepantes
 Intranant passibus, et minantur ipsis

GLOSSÆ VETERES.

70. Qui, rogus. — Solvit, destruxit : per ignem in favillas, l.

71. Lucis, cæli, l.

72. Carceris, corporis. — Antro, corpore, l.

73. Sodales, scilicet sui, l.

77. Facessite, recessite, l.

78. Gravet, impediatur. — Obsequela, hoc obsequium dicimus et hæc obsequela feminino genere, sicut suasio et suadela sub una significatione, l.

79. Atquin, certe, l.

85. Ediderat, protulerat, l.

88. Cremationem, rubum, l.

90. Pura, nuda, Vat. A.

91. Calce mera, pede puro, vel nudo,

94. Credite, cuncti, l.

95. Citata, velox, l.

98. Contigit, evenit, l.

99. Olim, in futuro, l., Mar.

COMMENTARIUS.

70. Ald. mendose, *contremenda solvi*. Vat. B, Alex., Mar., Parrhasius, *concremata solvit*. Heinsius ita etiam edidit cum Oxon., Thuan., Ambr. Recentiores Heinsium sequuntur, excepto Gallandio, cui non placet *concremata*. Legunt *concremanda* Vat. A, P, Q, Urb., Breviar. Moz., Weitz. cum suis, Prag., aliique vet. In Rat. ex *concremanda* correctum *concremanda*. C Prag., *solum pro solvit*, sed nullus est sensus.

72. Vat. A, B, Alex. a prima manu, Mar., Prag. a prima manu. Rat., Widm., Hailsbr., Bong. a prima manu, Thuan., Heins., *expediret*. Vat. P, Q, Urb., plerique Heinsiani, Ald., Parrhasius, Breviar. Moz., Weitz. aliique; *expedit*, quod tenuit Gallandius, quamvis non ei displiceret *expediret*.

73. Alex., Vat. Q, Mar., Prag., Rat., *pii* cum plerisque edd. Aldus, Breviar. Moz., Parrhasius, Vat. P, Urb. aliique, *pnis*.

74. Ald., Parrhasius, Breviar. Moz. scribunt *calciamenta*.

75. Is in Actis Augustalis dicitur Lector Fructuosi.

76. In Mar. videtur prius fuisse *ora*, sed factum deinde *ore*, et in margine pro div. script., *ora*, quod solum verum est.

77. Ald. mendose, *premit*. Parrhasius corrupte; *sat est, si te, inquit*, et ita quidem in plurimis exemplaribus legi affirmavit in emendatis, sed scribendum censuit, *facessi e, inquit*.

78. Mar., Prag., Vat. A, *ne nostram*.

79. Breviar. Moz. non recte separat *at quin*. Judæi ad adorationem nudis pedibus incedere solebant. Eadem fuit abarum gentium consuetudo. Vide Broverium de Adorat. cap. 16, ubi probare contendit nudipedalia Hebræorum proprium festum non fuisse; et Christianos nonnullos in processionibus et crucis adoratione nudis pedibus incedere consuevisse ostendit. Videtur Fructuosus non coactus, sed libere id fecisse, fortasse exemplo Moysis permotus, quod postea refertur.

85. Ald., ut s. em. In Alex. videtur fuisse *ut fiam*. Vera lectio, certe communior codicum, est *ut fiam*, correpta prima in *fiam*. Alibi etiam corripuit Prudentius: ac simili modo fecerunt Arator, Tertullianus et alii. Gis. in 1 ed. posuit *siem*, quod in 2 ed. mutavit in *fiam*, sciolos correctores arguens quod codicum

lectionem pervertissent. Cellarius notat quod *superstitem. et vivum rogant, non mortuum...* Necdum illo ævo mortuorum invocatio invaluerat. Quis non rideat plumbeum hominis acumen? Semel occurrit quod vivum rogaverint, et inep e colligit, necdum illo ævo mortuorum invocationem invaluisse. Centies ait Prudentius rogari martyres vita functos a provinciis integris, et non propterea credit, invaluisse illo ævo invocationem mortuorum, ac vix latetur, tunc cœpisse. In hoc ipso hymno, vers. 145, præclara sunt hæc verba, *Exsultare tribus libet patris, Quorum præsidio fovemur omnes Terrarum populi Pyrenearum*. Invalueratne illo ævo invocatio mortuorum? Erat quidem tunc in usu, ut nunc etiam est, ut Christiani sese precibus viventium commendarent. Sed invocatio hæc viventium, sicut nostro ævo invocationi mortuorum non opponitur, ita neque ævo Prudentii, aut ante illud opponebatur.

87. Egm., *rubrum* : emenda *rubum*. Adisi comment. ad hymn. 5 Cath.

91. Abl., Gis., Urb., Alex. supra, Parrhasius, Breviar. Moz., *mero*. Plerique *mera*. Juvenalis satyr. 6 : *Observant ubi festa mero pede sabbata reges*. Broverius loc. cit. ait Juvenalem nugas de Judæis prodere, qui potius quam ut nudipedes incederent omnibus vestibus sabbatis sese inducebant, ut sabbatum vestium luxu honorarent. De hac voce *merus* vide comment. ad vers. 26 Apoth.

94. In Thuan., *credita pœna*.

95. Mariettus monet videndum an legi debeat *punctu*; nam in suo codice ita legitur diserte sine litura, in Rat. *puncto*, sed sub litura, et omnino videbatur fuisse *punctu*.

99. *Olim* de futuro tempore Virgilius lib. iv Æn. : *Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires*. Et lib. 1 : *Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum Accipies*.

100. Prag. mendose, *nec inter*. Mar., *crepantes*, et ad oram eadem manu, *crepantes*, pro div. script.

101. Mar., Gis., Alex., *ipsi*. Plerique, *ipsis* : ut supra *tremunt catistæ*, sic nunc *minantur cuminis* ad robur animi demonstrandum : quod, ut Prudentius poetice, ita oratorie describit Hilarius in psalmum Lxv, num. 21 : *Alii enim in vinculis carcerum glorian-*

- Flammaram trepidantibus caminis.
Nexus denique, qui manus retrorsus
In tergum revocaverant revinctas,
103 Intacta cute decidunt adusti.
Non ausa est colibere pœna palmas,
In morem crucis ad Patrem levandas :
1035 Solvit brachia, quæ Deum precentur.
Priscorum specimen trium putares :
110 Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes stupuit tremens tyrannus.
Illis sed pia flamma tum pepercit,
Nondum tempore passionis apto,
Nec mortis decus inchoante Christo.
115 Hos cum defugeret vaporus ardor,

- A Orant, ut celer ignis advolaret,
Et finem daret anxiiis periculis.
Exorata suos obire tandem
Majestas famulos jubet, caducis
120 Missos corporibus, sibi que reddi.
Vidit præsidis ex domo satelles
1036 Cœlum martyribus patere apertum,
Insignesque viros per astra ferri.
Quin et filioque monens herili
125 Ostendit sceleris notam paterni :
Cœlo vivere, quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palam videre
Per sudum meruit, parente cæco,

GLOSSÆ VETERES.

107. Nexus, *agmina*, r.
106. Colibere, *constringere*, l.
109. Specimen, *figuram*, l.
111. Stupuit, *obstupuit*, l.
115. Vaporus, *calidus*, l.
116. Orant, *sancti*, l.

- B 120. Missos, *pro dimissos*, l.
121. Domo, *familia*, Mar.
123. Insignesque, *g'oriosos*, l.
125. Notam, *signum*, Iso.
126. Forum, *concilium*, Iso.
128. Sudum, *serenitatem*, l.

COMMENTARIUS.

tur, alii cæsi in verberibus gratulantur, alii potestati irreligiosorum desecanda felicium colla submitunt, plures in exstructos rogos currunt, et, trepidantibus pœnæ ministris, ignem saltu devotæ festinationis insiliunt; alii in profundum demergendi non in aquas necaturas, sed in refrigerium æternæ beatitudinis decidunt, In Actis dicitur stipites, quibus martyres ligati fuerant, permansisse: adeoque Florezius pœtice locutum Prudentium censet, cum eos in ignem insiluisse narrat. Verum Acta exponi possunt de furca, quæ sæpe collo inserebatur, retortis in tergum brachiis eorum, qui in rogam injiciendi erant. Vide comment. ad vers. 851 in Romano.

102. Hailsbr., Bong. a prima manu, Gis. ad oram, *crepitantibus*: melius *trepidantibus*.

103. Breviar. Moz., Teol., *retrorsum*. Martyres comburendi stipiti, vel funibus alligabantur, vel clavis affigebantur. Hinc Christiani dicti *semarii* ab *axe*, vel stipite. *Licet nunc sarmentitios, et semarios appellatis, qui ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur*, ut ait Tertullianus in Apologet. cap. 50. Vide tabulam xvii. Hoc loco intelliguntur brachia in tergum retorta, antequam pyram ingrederentur.

104. Brev. Moz. male, *renovaverant*.

106. Vatt. B, Q, Prag., *pœna colibere*, sed lex metri poscit *colibere pœna palmas*.

107. Veteres Christiani, dum orarent, brachia levabant et extendebant in morem crucis. Usitatum id quoque fuit ab Hebræis, ut ipse Prudentius cecinit hymno 12 Cath. vers. 170, de Moyse: *Pansis in altum brachuis... Crucis quod instar tunc fuit*. Vide etiam vers. 52 hymni 4 Cath. Victorius edidit Romæ 1760 veteris gemmæ ad Christianum usum exscalptæ explanationem, ubi exhibet Deiparæ imaginem, quæ a non pœnitendo artifice sacenti ex scalpta Victoria videtur in sardonyche bicolore manibus, ita ut dixi, in formam crucis expansis, in speciem orantis, seu Deum deprecantis. Plures vetustissimas similes picturas, et marmorea toreumata Bosius, Aringhus, Ciampinius, Buonarrotius, Boldettus, Blanchinus, Bottarius, Broverius aliique illustrant.

110. Parrhasius *Babylonicum* minus bene. De hac historia trium puerorum dictum in Apoth.

114. Ald. scribit *inchoante*.

115. Breviar. Moz. contra metrum, *vaporeus*. Gis. 1 ed. *vaporis*. Chamillardus durum et barbarum esse pronuntiat *vaporus ardor*, neque apud alium occurrere *vaporus* pro vaporifero, nisi apud Prudentium. Verum ante Prudentium *vaporus* dixit Arnobius lib.

vi, *Illud in rigoribus algidum, hoc vaporum*, ubi aliqui minus bene legunt *vaporeum*. Nemesianus clare eclog. 4, vers. 63: *Ter vitis, ter fronde sarra, ter thure vaporo Lustravit*. Et *vapor* pro calore apud optimos scriptores sumi, jam monui in hymno S. Laurentii ad v. 345.

116. Vatt. A, B., *orant sancti ut*: non patitur metrum. Vat. Q, *advocaret*; supra recte, *advolaret*.

117. Brev. Moz., *periculis*, contra metrum.

120. Prag., Gis. ad oram, Bong., Fabr., *missis*; alii, *missos*. Nebissensis exponit *sibi*, hoc est *sibi ipsis*. Melius tamen *sibi*, scilicet *ip. i Deo*. Confer hymnum Exsequiarum.

C 121. Egm. scribit *satellis*. Hinc etiam patet animas piorum ex Prudentii sententia ad cœlum evehi, cum nihil purgandum remanet. Chamillardus ait, hoc in loco nonnulla mutavisse Prudentiam, quia in Actis legitur, *Babylonicum et Mygdonium vdisse cœlum apertum, necnon ex familia Æmiliani filiam, quæ matri suæ Fructuosum et socios in cœlum euntes ostendebat*. Verum optime Prudentio convenit cum Actis, quæ ita habent: *Apertumque est cœlum, videntibus Babylon et Mygdonio fratribus nostris ex familia Æmiliani præsidis, qui etiam filie ejusdem Æmiliani, dominæ eorum carnali, ostendebant sanctum Fructuosum episcopum cum diaconibus, adhuc stipitibus, quibus ligati fuerant, permanentibus, in cœlum ascendentes coronatos. Cumque Æmilianum vocarent, d centes, Veni, et vide.... Cum Æmilianus venisset, videre eos non potuit*.

126. Ambr., *quo foro*, ex quo Heinsius conjiciebat *quos foro*. Hoc loco forum accipi potest pro loco in quo rei supplicii afficiuntur: quod solebat fieri in foro ipso, in amphitheatris, in circis.

127. Mar. a prima manu, Prag., *hæc dum*, minus recte. Virginitas pro virgine, ut apud Claudianum, cœm. 18, lib. 1 in Eutrop., *Virgini as vestalis adit*.

128. Ald., Vatt. B, Q, Urb., Mar., Prag., Rat., Hailsbr. a secunda manu, Sich., Gis., Ald., Widm. a prima manu, Weitz., *patente cœlo*. Ambr., Alt., Thuan., Vat. A a prima manu, Vat. P, Hailsbr. a prima manu, *parente cæco*. Alex., Widm. supra, *parente cælo*. Vat. A supra, *patendo cœlo*. Breviar. Moz. corrupte, *Perfidum meruit parentem cæcum*. In Actis legitur: *Æmilianus veniens videre eos non fuit dignus*. Si Acta hæc Prudentium certe præcessissent, non dubium esset, quin hæc Prudentius respexisset. Alioquin *patente cœlo* non est lectio contemnenda. *Per sudum Virgilianum* est lib. viii, *Per sudum rutilare vident*.

Ut crimen domini domus timeret.
 130 Tum de corporibus sacris favillæ
 Et perfusa mero leguntur ossa,
1037. Quæ raptim sibi quisque vindica-
 [bat.
 Fratrum tantus amor domum referre
 Sanctorum cinerum dicata dona,
 135 Aut gestare sinu fidele pignus.

A Sed ne relliquias resuscitandas,
 Et mox cum Domino simul futuras,
 Discretis loca dividant sepulcris,
 Cernuntur niveis stolis amicti,
 140 **1038** Mandant restitui, cavoque claudi
 Mixtim marmore pulverem sacrandum.
 O triplex honor, o triforme culmen,
 Quo nostræ caput excitatur urbis,

GLOSSÆ VETERES.

129. Domus, familia, I.
 131. Mero, puro vino, I.
 132. Raptim, velociter. — Vindicabat, acquirebat, I.

139. Cernuntur, quidam viri, I.
 142. Honor, martyrum, I.
 145. Excitatur, erigitur, I.

COMMENTARIUS.

129. Tibullus lib. III, eleg. 7: *Felix, quicumque dolore Alterius discas posse carere tuo*.

130. In Breviar. Moz. desideratur de.

131. In proleg. num. 159 de hoc versu egi. In Actis: *Superveniente autem nocte ad amphitheatrum cum vino festinanter pervenerunt, quo semiusta corpora exstinguerent. Veteres reliquias corporum crematorum vino lavabant. Virgilius lib. VI, Reliquias vino, et bibulas lavere favillas. Rogus ipse exstinguebatur vino, et tunc amici aut propinqui ossa et cineres legebant. Vino veteri nonnullos usos probat versus Tibulli lib. III, eleg. 2, de suis ossibus post obitum. Et primum annoso spargant collecta Lyæo. Legere ossa phrasis propria in funere: hinc oss legium; et Martialis sensu ambiguo: *Edent hæredes, inquis, mea carmina: quando? Tempus erat jam te, Sosibiane, legi.* Confer Tibullum lib. III, eleg. 2. Ut autem cineres corporis combusti cum aliis rogi cineribus non permiscerentur, ita corpus in pheretro componebatur, ut extincto rogo reliquiæ illius discrete essent ab aliis cineribus. Constat etiam, adhibitum in funeribus nobilium genus lini quod non absumebatur, de quo Plinius lib. XIX, cap. 1: *Regum inde funebres tunicæ corporis favillam a reliquo separant cinere.* Desiderius Heraldus Advers. 1, cap. 7, Kirchmannus lib. III, cap. 6, la Cerda, Comment. in Virg., alique plura de hoc ritu congerunt. Exstat Joann. Ciampini Dissertatio de incombustibili lino, sive de lapide amianto, deque illius filandi modo. Romæ 1691. Kirchmannus lib. III, cap. 7, usum ejus lini non credit fuisse, et nugis similiora putat, quæ alii de amianto lapide narrant. At certum est, Romæ adhuc in urna quæ in bibliotheca Vaticana exstat, hujusmodi sindonem amiantum miræ magnitudinis asservari. Ante hos quinque annos Romæ etiam ad portam Capenam e regione monumenti Scipionum reperta est sindon asbestina, ossa humana continens.*

132. Parrhasius ita distinguit *quisque vindicabat Fratrum: tantus amor.* Agobardus in carmine post obitum Caroli et Leidradi Prudentium imitatur: *Necnon Pantaleonis ossa raptim Tollunt cuncta simul, ligantque pannis.* In Martyrologiis rapere corpora martyrum sæpe occurrit: quo festinantium fidelium sedulitas declaratur. In Actis nostris, *festinanter, et mox, Eorundem martyrum cineres collectos, prout quisque potuit, sibi vindicavit.*

134. Gis. 1 ed., cinerem, perperam.

135. De hac consuetudine colligendi ossa sæpius in sinum vide Heraldum et Kirchmannum locis cit. Imo urnulam, qua ossa clauderentur, ad tumulum sinu exportabant. Tacitus de Agrippina in funere Germanici lib. II, *Tunc ferales reliquias sinu ferret.*

136. Breviar. Moz. male, sed et.

137. Idem, futuros; melius futuras.

138. Idem, loco; corrige loca.

139. Vat. A contra metrum, *stolis niveis.* Breviar. Moz. corrupte, *cernui* pro *cernuntur.* Chamillardus probabiliter putat ipsos tres martyres apparuisse. Prudentius sæpe martyres *candidatos* vocat. In Actis ita legitur: *Apparuit (Fructuosus) fratribus, et monuit*

ut quod unusquisque per charitatem de cineribus usurpaverat restituerent sine mora, unoquoque (forte unoquo) in loco simul condendos curarent. Emiliano etiam, qui eos damnaverat, Fructuosus pariter cum diaconibus suis ostendit se in stolis repromissionis, increpans, etc. In codd. nonnullis mss. hæc adduntur: *Et mane facto mox Christiani omnes, qui reliquias sanctorum abstulerant, deferentes cum magno metu, ac summa lætitia singuli narrantes visionem similem, in sacrosancta ecclesia sub altari sancto, exultantes in Domino honorifice sepelierunt.*

140. Breviar. Moz. male, *cadaveraque* pro *cavoque claudi.* Florezius id dictum putat per prolepsin, quia eo ipso di: martyrii vix fieri poterat, ut marmor scaretur. Verum hujusmodi urnæ sepulcrales apud artifices factæ paratæque in promptu erant, ut qui vellent, eas emerent. Hinc interdum accidit, ut in Christianorum sepulcris signa ethnicorum propria appareant.

141. Brev. Moz. mendose, *Mixto marmoris pulvere sa randa.* Vat. B, *mixtum* pro *mixtim.* In sepulcrorum monumentis occurrit interdum *mixtis cineribus.* De reliquiis copiose agit Florezius.

142. In Vat. A desideratur *o post honor.* Parrhasius *lumen* pro *culmen*; et notanda est hæc varietas scripturæ, nam in principio ait Prudentius, attolli caput Tarræonis coruscum ignibus horum martyrum, nunc idem caput hoc lumine triformi excitari. Itaque, si mss. faveant, legam libenter *lumen.*

143. In hymno octodecim martyrum de quavis civitate, quæ martyre patrono gaudeat, vers. 15, *Oibe de magno caput excitata.* Chamillardus *nostræ urbis* intelligit Cæsaraugustam, quia Cæsaraugusta erat in provincia Tarræonensi, cujus caput erat Tarraco. Hoc ipsum voluerat Bartholomæus Leonardus Argensola in epist. ad Marianam. Non placet hæc interpretatio, neque placuit Nebrissensi, Cellario, Peverato, Teulio, innumerisque aliis, qui Tarræonem a Prudentio urbem nostram vocari dicunt, quamvis negent Tarræonem fuisse Prudentii patriam. Et Prudentius quidem redit ad sententiam primæ strophæ, et caput Tarræonis excitari intelligit. Paulinus ep. 4 ad Ausonium, *Et capite insigni despectans Tarraco pontum.* Et quamvis Tarraco fuerit caput provinciæ Tarræonensis, dubito an apposite dicatur caput uniuscujuslibet urbis in ea provincia contentæ, puta, Cæsaraugustæ, Calagurris. Nam caput dicitur caput corporis, non caput pedis aut brachii. Ab iis qui aliter sentiunt exempla profertur desidero quibus Roma dicta fuerit caput Bononiæ vel Ferrariæ, aut Matritum caput Cæsaraugustæ vel Calagurris. Mozzius in versione Italica libri Peristeph. veram sententiam assecutus, ita reddidit: *O triplicato onor, triforme cima, Per cui la città nostra erge la fronte Sublime più d' ogni città d' Iberia!* Hujus versionis memini in proleg. num. 121. Postea nactus sum exemplar ms. editioni paratum, ubi præmittitur Vita Mozzi, et de hoc opere id enuntiatur: *Come persona ecclesiastica gli piacque di tradurre in verso sciolto nella più forbita Toscana favella gl' inni intitolati LE CORONE di Prudenziio insigne poeta cristia-*

Cunctis urbibus eminenſ Iberis!
 145 Exsultare tribus libet patronis:
1039 Quorū præſidio fovemur omnes
 Terrarum populi Pyrenearum.
 Circumſtet chorus ex utroque ſexu,
 Heros, virgo, puer, ſenex, anicla:
 150 Veſtrum psallite rite Fructuoſum.
 Laudans Augurium reſultet hymnus,
 Mixtis Eulogium modis cœquum,
 Reddamus paribus pares camœnas.
 Hinc aurata ſonent in arce tecta:
 155 Blandum littoris exſtet inde murmur,

A Et carmen freta feriata pangant.
 Olim tempus erit, ruente mundo,
 Cum te, Tarraco, Fructuoſus acri
 Solvet ſupplicio tegens ab igni.
 160 Fors dignabitur et meis medelam
1040 Tormentis dare, proſperante Chriſto,
 Dulces hendecasyllabos revolvens.

VII HYMNUS.

IN HONOREM QUIRINI BEATISSIMI MARTYRIS EPISCOPI
 ECCLESIAE SISCIANÆ.

Inſignem meriti virum

GLOSSÆ VETERES.

144. Iberis, *Hispanicis*, I.
 155. Camœnas, *laudes*, I.
 154. Hinc, *ex una parte*, I.—Arce, *templo*, Vat. A.
 155. Inde, *ex altera parte*, I.
 156. Freta, *mare*.—Feriata, *otiosa, reperiata*, I.

157. Olim, *quandoque*, I.
 160. Fors, *forte*, I.
 161. Proſperante, *propitiante*, I.
 162. Revolvens, *relegens*, I.

COMMENTARIUS.

no, che si danno ora alle stampe, i quali avea non poche volte fatti udire nelle accademie della sua patria con universale soddisfazione; e se morte non si fosse interposta, avea pensiero di continuarne la traduzione degli altri libri.

145. Bartholomæus Argensola loc. cit. videtur legiſſe *liber* pro *libet*, et ex verbo activo infinitivi modi *exsultare* verbum deponens modi imperativi: ita enim vertit Hispanice, *Alegrate pues, o ciudad libre, por tres patrones*; quoniam nunquam non video cui substantivo voluerit applicare adiectivum *liber*: nam si intelligatur civitas, deberet efferri *libera*.

146. Galland., Tornæs., Bong., Fabr., *foventur*. Sed plerique mss. et edd. *fovemur*, quod præferendum est.

147. Parrhasius male, *Pyrenæa per arva* pro *Pyrenearum*.

149. Weitzius alicubi invenit *heres* pro *heros*. Widm., Bong., Vat. B., Mar., Prag., Rat., Thoan., *anula*. Parrhasius, Heins., Ambr., Teol., *anulla*, quod in alio etiam codice reperit Heinsius. Schedæ Grævianæ *anicla* mendose. Ab *anu* aiunt fieri *anula* et *anulla*. Sed usitatius et melius est *anicla* ab *anicula*; et *anicla* habent Vat. A., Alex., Breviar. Moz., Ald., Weitz., Gis. et alii plurimi.

151. Mar., *hymnis*; supra recte, *hymnus*.

155. Alex., *amœnas*; supra, *camœnas*, probe. Non enim audiendus est Weitzius, qui cum Widm. a prima manu edidit *canenas*. Pro versibus camœnæ ponuntur.

154. Mar. a prima manu, *in acta*. Parrhasius corrupte; *inarchitecta*. Olim templorum tecta inaurata esse solebant: etiamnum Romæ præsertim hæc consuetudo obtinet.

156. De imagine vocis id accipitur. Cellarius advocat huc illud Ciceronis, *Parietes gratias agere gestiunt*. Prudentius nauticæ gentis cantus videtur innuere.

158. In Prag. ex *acri* non bene factum *acris*.

159. *Verius*, ait Cellarius; *hoc Chriſto tribuiſſet*. At hæretici notunt animum advertere ad explicationem, et mentem catholicorum. Prudentius addit, *Proſperante Chriſto*.

161. Parrhasius inter verba Prudentii propria numerat *proſperare* pro *favere*: sed ita locuti sunt Livius, Plautus, Tacitus et alii.

162. Nonnulli vulg. *hendecasyllabas*. Hi versus phalæucii per antonomasiam vocantur hendecasyllabi. De sententia huius conclusionis vide p. olegom. cap. 19. Breviarium Mozarabicum alios versus addit, qui minime sunt Prudentiani.

Inscriptionem exhibui quam habet Alex. In Vat. A eodem modo, sed *in honore*, et *Ecclesiæ Siscianæ*.

B Mar., *Incipit hymnus in honore sancti Quirini martyris, et episcopi Ecclesiæ Siscianæ*. Rat. ita, sed *Ecclesiæ Siscianæ*. Aldus, *Ode in laudem Quirini martyris episcopi Ecclesiæ Siscianæ*. Weitzius *in honorem Quirini martyris et episcopi Ecclesiæ Siscianæ*. Fabr., *Quirino martyri et episcopo Sisciano Illyrico*. Heinsius facit cum Alex. 3. In Egm., Rott., Ox., Torr. duobus et Alii. scribitur *Sescia* pro *Siscia*. In Vat. Q., *Scitia*. In Widm., *Suscia*. Prag., *Sesciæ*; Vat. A., B., Rat., *Suscæ*; Mar., *Siscæ*. Nomen *Siscæ* aut *Syciæ* confirmatur ex Ptolemæo, Strabone, Paterculo, Plinio, Antonini Itineratio, Ambrosiano codice, Eusebii Chronico, et ex martyrologiis multis in locis. Siscia civitas erat Pannoniæ superioris ad Colapis, et Savi confluentem, de qua Plinius lib. III, cap. 25. Nunc vicus est *Sisek* sive *Sissek* dictus prope Zagrabiam sedem episcopalem. Vide Geograph. ant. Cellarii. De Quirino ita Martyrologium Romanum die 4 Junii ex Prudentii hymno: *Siscæ in Illyrico S. Quirini episcopi, qui sub Galerio præside pro fide Chriſti, ut Prudentius scribit, molari saxo ad collum ligato, in flumen præcipitatus est; sed lapide supernatante, cum circumstantes Christianos, ne ejus terreerentur supplicio, neve titubarent in fide, diu fuisset hortatus, ipse ut martyrii gloriam assequeretur, precibus a Deo; ut mergeretur, obtinuit. Idem fere in Chronico Eusebii narratur a S. Hieronymo ad annum 310: Quirinus, episcopus Siscianus pro Chriſto gloriose interficitur. Nam manuali mola ad collum ligata, e ponte præcipitatus in fluvium, diutissime supernavit, et cum spectantibus collocutus, de suo terreerentur exemplo, vix orans ut mergeretur, obtinuit. Vide notas Vallarsi et aliorum. Gregorius Turonensis, Beda, Usuardus, Ado, idem martyrium referunt, sed narratione et fide Prudentii nituntur. Bollandiani ad diem 4 Junii membrant compendium Actorum, ex Prudentio fere acceptum, trium lectionum vicem præbens in die festo S. Quirini pro basilica S. Mariæ Trans Tiberim. Quisnam sit Galerius, sub quo duce Quirinus martyrii partem consecutus a Prudentio dicitur, quaerunt atque inter sedissent auctores. Acta quædam non exstant apud Mombritium in quibus narratur Quirinum a Maximo præside sustibus cæsum, ad Amantium Pannoniæ præsidem missum, a quo capitalis pœnæ sententiam subiit. Huc Baronius et Chamillardus Galerium Prudentii intelligunt esse Galerium Maximinum cæsarem, qui Maximinus Daza est appellatus, et a Galerio Maximiano imperatore Orienti erat præfectus. Ruinartius opponit Maximum in Actis memoratum non fuisse cæsarem: misit enim martyrem ad Amantium, quod ipse jus gladii non haberet. Cellarius et T. olius addunt Maximinum illum Dazam nullo præsidatu insignem fuisse, cum cæsar, quod omnes mi-*

1041 Quirinum placitum Deo,
 Urbis mœnia Sisciæ
 Concessum sibi martyrem
 5 **1042** Complexu patrio fovent.
 Illic sub Galerio duce,
 Qui tunc Illyricos sinus
 Urgebat ditioribus,
 Fertur catholicam fidem
 10 Illustrasse per exitum.
 Non illum gladii rigor,
 Non incendia, non seræ
 Crudeli interitû necant :

5. Fovent, colligunt, I.
 10. Exitum, mortem, I.
 15. Abluit, penitus, I.
 16. Refert, distat, vel differt, I.

A Sed lymphis fluvialibus
 15 Gurges dum rapit, abluit.
 Nil refert vitreo æquore,
 An de flumine sanguinis
 Tingat passio martyrem.
 Æque gloria provenit
 20 **1043** Fluctu quolibet nvida.
 Summo pontis ab ardui
 Sanctæ plebis episcopus
 In præceptis fluvio datur,
 Suspensum laqueo gerens
 25 Ingentis lapidem mole.

GLOSSÆ VETERES.

17. An, utrum, I.
 20. Quolibet, utroque, I.
 21. Summo, summitate, I.
 23. Datur, jacitur, I.

COMMENTARIUS.

rabantur, renuntiatus est, neque Illyricum post, sed Orientem rexisse. Sed notandum Chamillardum statueret, sub Maximino Daza jam Cæsare passum Quirinum, non antequam Cæsar fieret. Mihi placet sententia Gisellini, qui a Prudentio ait designari Galerium Maximianum, qui in Diocletiani locum allectus, Illyricum, Asiam et Orientem obtinebat, tabulisque æreis de interitu Christianorum edicta proponebat. *Maximus* autem ille et *Amantius* de quibus Acta, præsidēs fuerunt sub Galerio Maximiano, ut aperte innuunt Acta a Bollandianis ad cod. ms. correctā: *Premētibz itaque Maximiani imperatoris legibus, Christianus infestabatur exercitus: per Illyricum vero Diocletianus sacrilegis præceptis in Christi populum hostiliter sæviebat, addito tyrannidi suæ alio Maximiano, in regno particeps, qui et suam rabiem, et Diocletiani per omnem Illyricum ostenderet. Fere tamen ad omnes provinciarum iudices nefandorum principum sacrilegi apicēs mittebantur, ut in templis dæmonum immolare cogerent Christianos.* B. *Quirinus episcopus Siscianus a Maximo præside jussus est comprehendī. . . Post triduum autem Maximus Quirinum episcopum jussit ad Amantium præsidem ad primam Pannoniam duci.* Antea legebatur addito tyrannidi suæ Maximiano: Bollandiani ex ms. Vat. restituerunt alio Maximiano, quo Maximianus Galerius certo intelligitur. Ruinartius et Bollandiani ea acta pro sinceris habent; sed tam hī quam ille hymnum Prudentii addunt. In martyrologio Romano verba illa sub Galerio præside fortasse melius in hæc mutarentur sub Galero imperatore, nam Prudentius ducem appellavit, ut imperatorem designaret, ut Honorium lib. II in Sym., vers. 1114, *Te precor, Ausonii dux augustissime regni*; et duos fratres imperatores Honorium et Arcadium ibid. vers. 14, *Hæc ubi legatus: Reddunt placidissima fratrum Ora ducum.* Et in Romano de eodem Galerio vers. 31, *Galerius orbis forte Romani statum Ductor regebat.* Ruinartius, quem alii sequuntur, existimat Maximum præsidem vocari potuisse Galerium Maximum, adeoque apte cohærere, quod Quirinus sub Galerio duce, ut ait Prudentius, et sub Maximo præside passus fuerit, ut Acta referunt. Id mihi minus probatur. Versu 1. Ald., Alex., Vatt. B, Q, Hailsbr., Thuan., Noms., Rat., Prag., Heins. et recentiores, *meriti*, ut cum secundo casu conjungatur adjectivum *insignis*. Alii, *meritis*, et nescio an melius, ut *insignis pietate vel armis*.

2. Mar., Widm., Vat. B, Prag., *placidum*: melius *placitum*.

3. Vat. B mendose, *mœniæ*. De diversa ratione scribendi nomen *Sisciæ* dictum jam est ad vers. 1.

4. Alicubi inveni notatum *confessum* ex vet. cod.

5. An hæc verba *complexu patrio* innuant Sisciam patriam esse Quirini, merito dubitari potest. Ex Actis

nihil constat. Ejus corpus, ut referunt Acta, in basilica ad Scarabetensem portam fuit depositum. Sed cum Acta narrent non Sisciæ, sed in civitate Sabariensi passum Quirinum, hæc porta Scarabetensis ad Sabariam videtur pertinere. Chamillardus narrat, postea, cum barbari Pannonias devastarent, Romam translatum fuisse, et inde Mediolanum per Angilbertum Mediolanensem episcopum. Ruinartius, ex Rudolpho scholastico in vita B. Rabani sæculo IV Benedict., part. II, pag. 12, affirmat Romam in Germaniam translatum, et in celebri Fuldensi monasterio reconditum. Plura addunt Bollandiani.

7. Ex Virgilio i *Æneid.*, *Illyricos penetrare sinus*.

11. Sagittarius cap. 6, de Cruciat. curiose observat sæpius conjungi a SS. Patribus in martyriis recensendis gladium, crucem, bestias, ignem, aliquando tamen unum, vel alterum ex hoc quaternario numero omitti, ut crucem a multis aliis, et hoc loco a Prudentio. Plures ipse auctoritates complectitur.

15. Ablutus est Quirinus tanquam lavacro martyrii, quod baptismus sanguinis dici solet, et, ut explicat Prudentius, nihil refert, sive vero flumine sanguinis quis abluatur, effuso scilicet sanguine pro Christo, sive alio modo mortem subeat. In officio ecclesiastico Martyrum sæpe fit mentio effusionis sanguinis, quamvis vere non fuerit effusus: quia perinde est, dummodo vitam pro fide martyr impenderit.

16. Vat. A, *nihil*.

20. Glossa unius Vat. apud Teolium, *Sanguine, an aqua humefacit*.

25. In editione Veronensi Ruinartii ex cod. Germanico ad oram *ingenti lapidum mole*, quod depravatum est. De hoc martyrio Lactantius, cap. 15 de Mortibus persecut. de Diocletiano: *Domestici, alligatis ad collum molaribus lapidibus, mari mergebantur.* Gallonius cap. 1 agit de ponderibus quibus martyres cruciabantur, et advertit Romæ adhuc asservari in basilicis SS. Apostolorum, atque Apollinaris et Anastasii ad Aquas Salvas maximi ponderis lapides, nigreque coloris, rotundos, vel oblongos, ferreum anulum saxo impactum habentes, quo funiculus ad ligandum et suspendendum ad pedes vel manus sublimē pendentium immittebatur: qui lapides *orbicularia* dicuntur a Josepho lib. de Machab. ad Polybium. Eorum forma exprimitur tabula 5, lit. D. Probat etiam Gallonius post Baronium in notis ad martyrologium, hujusmodi globos lapideos inventos fuisse inferendorum cruciamentorum causa, non æstimandorum onerum gratia, ac diversos etiam fuisse ab illis ponderibus quæ lege 12 tabul. debitoribus exhibebantur. Ut autem vera hæc omnia esse concedam, illud quærendum superest an hæc ipsa

Dejectum placidissimo
 Amnis vortice suscipit,
 Nec mergi patitur sibi,
 Miris vasta natatibus
 50 Saxi pondera sustinens.
 Spectant eminus e solo
 Doctorem pavidū greges :
 Nam Christi populus frequens
1044 Riparum sinuamina
 55 Stipato agmine sepserat.
 Sed Quirinus, ut eminens
 Os circumtulit, heu ! suos
 Exemplo trepidos videt,
 Nil ipse proprii memor
 40 Inter stagna periculi.
 Confirmat pia pectora,
 Verbis mitificis rogans,
 Ne quem talia terreant,
 Neu constans titubet fides,
 45 Aut pœnam putet emori,
 Dicentem fluitantibus
 Amnis terga vehunt vadis :

A

50

55

60

B

65

Nec substrata profunditas
 Saxoque, et laqueo, et viro
 Audet sponte dehiscere.
1045 Sensit martyr episcopus,
 Jam partam sibi præripi
 Palmam mortis, et exitus,
 Ascensumque negarier
 Æterni ad solium Patris.
 Jesu cunctipotens, ait,
 Haudquaquam tibi gloria
 Hæc est insolita, aut nova,
 Calcare fremitum maris,
 60 Prona et flumina sistere.
 Scimus discipulum Petrum
 Cum vestigia tingeret
 Mortali trepidus pede,
 Dextræ subsidio tuæ
 65 Subjecisse salum solo.
 Jordanem quoque novimus,
 Tortis vorticibus vagum,
1046 Dum fertur rapido impetu,
 Ad fontem refluis retro

GLOSSÆ VETERES.

46. D. centem, scilicet hæc, prædicantem, I.
 52. Partam, paratam, I.
 59. Fremitum, sonitum, I.

60. Prona, currentia. — Sistere, retro fluere, I.
 65. Salum, mare. — Solo, pede, I.
 67. Vagum, velocem, I.

COMMENTARIUS.

pondera que nunc in basilicis Romæ, aliisque in partibus asservantur, instrumenta martyrii reipsa olim fuerint. Neque tamen inficior argumentum non leve peti vel ex hoc solo, quod cum epigraphe id indicante ea pondera asservantur: præsertim si ostendatur hujusmodi inscriptiones idoneo antiquitatis testimonio fuisse appositæ.

27. Aldus edidit *vertice*, sed correxit *vortice*. Heinsius notat in suis esse *vertice*, et infra vers. 67 *vorticibus*.

31. Teolius contra metri rationem, *suspectant*.

32. Rott., *ductorem*, quod non displicebat Gallandio, cum sequatur *greges*.

34. *Sinuamen* vox Prudentii propria, ut peccamen, et alia nomina similia, de quibus alibi.

36. Ald. minus bene, *ut eminus*.

37. Ald., Bong., Widm., Vatt. B, P, Q, Alex., Mar., Prag., Rat., Thuan., *suos exemplo*. Cellarius et Teolius affirmant mss. habere *suo exemplo*, non *suos extemplo*: de *exemplo* pro *extemplo* assentior ipsis. Heinsius solum ait magnum Scaligerum ad Eusebii Chronicon legisse *suo exemplo*, nam in Chronico dicitur *ne suo terrentur exemplo*; in Aldo et Ambrosiano esse *tuos exemplo* (Aldus mutavit *tuos* in *suos*). ac veram scripturam in margine editionis Giseliniana comparere. Giselinus certe edidit *suos extemplo*, et ad oram *suo exemplo*. Non video cur lectio codd. mss. deserenda sit *suos exemplo*, quæ plus dicit quam *suo exemplo*: exemplum enim intelligitur Quirini, etiamsi non exprimitur, et *suos* energice indicat *pavidos greges* Quirini. Itaque Gallandius retinuit *suos exemplo trepidos*. Alia lectio *suo* exstat in Vat. A. Chamillardus mendose edidit *hos pro os*, quem incaute secutus est Ruinartius.

42. Vett. edd., et multi mss. habent *mirificis*. Heinsius ex suis scriptis, et in his Ambrosiano restituit *mitificis*, quo vocabulo alibi etiam utitur Prudentius. Ex optimis membranis idem Heinsius in Silio Italico lib. xii legit *mitificus* pro *horrificus*. In hoc hymno *mitificis* confirmant duo codd. quos Ruinartius, et quinque quos Teolius consuluit.

44. Nonnulli vulg., *ne constans*.
 55. In martyrologiis et apud quosvis ecclesiasticos scriptores sæpissime palma tribuitur martyribus: quia apud Græcos et Romanos palma erat victoriae insigne, et cap. vii Apocal., vers. 9, describuntur martyres *amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum*. Sacra congregatio indulgentiis et sacris reliquiis præposita, anno 1668 decrevit, *palmam et vas illorum (martyrum) sanguine tinctum pro signis certissimis (martyrii) habenda esse*. Disputatum diu est an sola palma sit idoneum martyrii signum: nunc vero fere pro certo habetur solam palmam non constituere certum martyrii indicium.

57. Nonnulli vulg., *gloriæ*, in dorse.
 59. Gis., *calcere et fremitum*. Alii, etiam ipse Gis. prima ed. sine *et*. Ultima in *calcere* producitur ratione cæsurae, et ob fr. dictionis sequentis.

65. Nebrissa ait, *In quo posset ingredi, quasi in solo*. At solum hic accipitur pro solea seu planta pedis. Vide Catheem. 5 hymn. vers. 129.

67. Teolius explicat, *Instabilem ob frequentes vortices*, et ita putat accipi posse Ammiani Marcellini verba de Druentia flumine, *vorticibus vagis intortum* lib. xv, cap. 10, quin necesse sit cum Valesio hanc lectionem sollicitare. Quæ quidem acute excogitata esse, non diliteor. Sed puto Prudentium ex Horatii imitatione *vortices tortos* dixisse undas repulsas a loco in quem feruntur, ut fluentem Jordanem describat. Horatius, lib. i, o. la 2, de Tiberis inundatione: *Vidimus flavum Tiberim, retortis Littore Hetrusco violenter undis, Ire dejectum monumenta regis, Templaque Vestæ. Bene flavum Tiberim, nunquam enim maioris est arena flavus et turbidus Tiberis (quanquam semper est turbidus) quam cum hujusmodi inundat ones contingunt: quæ tum solent accidere cum, plurimis collectis aquis ex imbribus aut nivibus resolutis, præterea ventus ita ostiis fluminis est oppositus, ut undas ejus repellat ac retorquet. Hinc intelligitur quid sit *retortis littore Hetrusco violenter undis*, et in Prudentio *tortis vorticibus*.*

70 Confugisse meatibus.
Hæc miracula sunt tuæ
Virtutis, Domine, ut modo
Suspendor, leve prænatans,
Summo gurgite fluminis,
75 Cum collo scopulum traham.
Jam plenus titulus tui est,
Et vis prodita nominis,
Quam gentilis habet stupor.
Absolvas, precor, optime,
80 Hujus nunc animæ moras.
Quid possis probat amnicus
1047 Qui vectat silicem liquor.
Hoc jam, quod superest, cedo,

A Quo nil est pretiosius,
85 Pro te, Christe Deus, mori.
Orantem simul halitus,
Et vox deserit, et calor;
Scandit spiritus ardua;
Fit pondus grave saxum:
90 Corpus suscipiunt aquæ.

VIII HYMNUS

DE LOCO IN QUO MARTYRES PASSI SUNT, NUNC BAPTISTERIUM EST.

Electus Christo locus est ubi corda probata

1048 Provehat ad cœum sanguine, purget
[aqua.]

GLOSSÆ VETERES.

70. Meatibus, transitibus, vel viis, Iso.
75. Leve, leviter, I.
76. Titulus, gloria, I.

B 78. Hebet, stupet, timet, vel mollescit, ut non audeant, sicut prius, I.
85. Cedo, da, precor, I.

COMMENTARIUS.

72. Heinsius distinguit *Domine. Ut modo.* et post, vers. 75, *traham!* cum admirationis nota. Melius intelligitur *ut significare sicut, scilicet sicut miraculum est hoc, quod modo, etc.*

75. Rat., Mar., Vatt. B, Q, Gis., Weitz., suspendar. Vat. A, Alex., Thuan., Noms., Ambr., Heins., suspendor.

75. Mariett. mendose scopum traham. Acta habent: *Jussit, sancto Dei sacerdoti, vel famulo molam ad collum alligari.* Usuardus: *Qui pro fide Christi (ut Prudentius scribit) ligato ad manum molari saxo in flumen præcipitatus, etc.,* quod alii etiam expresserunt. Fortasse hic error ex verbis S. Hieronymi natus est, qui *manualem molam ad collum ligatam scribit.* Nam *ad manum molari saxo factum videtur ex manuali mola, sive, ut alii loquuntur, manuarum.*

76. Mar., cum; supra, jam.

77. Oxon., jam vis pro et vis.

78. Vat. A, Rat., Mar., Sich., Iso, Weitz., Gis., *hebet stupor.* Scripti omnes Heinsiani, et alii nostri, *hebet.* Teolius solum vidit unum Vat. ubi est *Qua gentilis hebet stupor,* quod fecit suum Weitzius. In Vat. Q est *hebet,* et supra glossa *id est, debet.* Isonis glossa facta est pro *hebet.*

81. *Amnicus* vox Plinii, Apuleii et aliorum.

85. Terentius, Plautus, Persius et alii usurpant *cedo pro da.*

84. Aliqui codd. *nihil pro nil scribunt.* Vat. P, *quod nil est;* Vat. Q, *quo nil pretiosius:* utrumque mendose. Post hymnum S. Quirini in Alex., Vat. B et Mar. sequitur passio Cassiani, et post hanc *De loco Baptistarii.*

1. Ascripsi titulum ex Mar. et Rat. Ita etiam Vat. A, sed post *est* addit *Calagoræ.* Aldus, *Locus ubi martyres passi sunt, quod nunc baptisterium appellatur.* Alex., *Incipit de loco,* et alia, ut in Mar. Heinsius etiam consonat Marietto, sed post *est* adjungit *Calagurri* ex Oxonio. Egm. addit *Calagorra,* Hailsbr. *Calagurra.* Fabricius, *Hymnus imperfectus de loco duorum martyrum ubi nunc baptisterium est.* Mihi perfectum videtur hoc poemation: sunt enim versus facti ut in aliquo baptisterio affigerentur, ut ego quidem puto, et innuit inscriptio in codice Florentino de quo dixi prolegomenum. 85 et seqq., *Versus in laudem baptisterii-duorum martyrum sanguine illustrati,* vel, ut legitur in Urb., *illustris.* Quodnam fuerit hoc baptisterium quærent interpretes. Giselinus, Weitzius, Chamillardus putant esse baptisterium in carcere Mamertino ubi SS. Processus et Martinianus baptizati sunt. Parum tamen id probabile videtur: nam Prudentius diserte ait eo ipso in loco duos martyrum tulisse, et in carcere Mamertino neque apostoli Petrus et Paulus, neque

Processus et Martinianus occisi sunt. Præterea in hoc carmine sermo est de baptisterio quod omnibus esset apertum dum scribebat Prudentius. At Romæ baptisterium publicum erat ad S. Joannis in Laterano, in carcere Mamertino fuisse non constat. Weitzius ignorabat quam longe a Vaticano custodia Mamertina distet, cum affirmet baptisterium hoc fuisse locum Romæ in Vaticano prope custodiam Mamertinam. Fortasse voluit scribere *in Capitolio.* Cancellarius in dissertatione Italica de hoc carcere, jam ante a me laudata, cap. 17 testatur se carceris Mamertini, ad ecclesiæ usum consecrati, mentionem non invenisse antiquiorem eâ quæ sit a Maphæo Vegio in historia antiquæ basilicæ Vaticanæ Eugenio IV dicata, ubi ait: *E regione ædiculæ B. Petri in carceribus sub arce Capitolii.* C. Riscus affirmat nullum dubitandi locum jam esse quin de Calagurri sit sermo, postquam Heinsius ex Oxon. Calagurrim in lemmate posuit; adeoque opinatur hos versus statim post hymnum SS. Hemeterii et Celedonii esse reponendos. Verum jam ante Heinsium similem titulum in Egm. et Hailsbr. Weitzius notaverat; neque satis firmum est quod ex hujusmodi inscriptionibus petitur argumentum, præsertim ubi variant codices veteres. Non enim liquet quæ et qualia lemmata Prudentius ascripserit. Adde in nullo codice hos versus cum hymno SS. Hemeterii et Celedonii conjungi. Baptistarium igitur quod laudat Prudentius, existisse Calagurri veterum codicum inscriptiones suadent, sed non persuadent, siquidem non ab auctoris manu, sed ex alterius opinione, qui ita existimaverit, videntur esse apposita. Neque exploratum habeo an Calagurri eo ipso in loco ubi SS. Hemeterius et Celedonius passi sunt, baptisterium fuerit erectum. Itaque illud tantum affirmari potest hos versus factos in laudem baptisterii alicujus sive Romæ, sive Calagurri, sive quovis alio in oppido erecti ubi prius duo martyres pro Christo passi fuerant. Hujusmodi epigrammata ad ornanda baptisteria fieri solebant. Apud Ennodium lib. II, epigr. 20, *In baptisterio Agello, ubi picti sunt martyres quorum reliquæ conditæ sunt.* S. Paulinus ep. st. 12 mittit ad Severum tria epigrammata quæ possent apponi baptisterio, a Severo duabus basilicis interposito, duo scilicet de picturis baptisterii, et tertium de ipso baptisterio, quod cum hoc nostro Prudentii conferri potest: est enim simillimum. Jam in 1 versu Egm. et Palat., Vat. P, Weitz., *locus hic, ubi.* Weitzius nullas glossas e suis codicibus huic hymno adiecit. Desunt etiam in Vatt. plerisque glossæ veteres. Mariettus e suo codice adnotavit ad vers. 2, *provehat id est, Christus.*

Hic duo purpureum, Domini pro nomine cæsi, A
 Martyrium pulchra morte tulere viri.
 5 **1049** Illic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
 Ac veteres maculas diluit amne novo.
 Qui cupit æternum cœli conscendere regnum,
 Huc veniat sitiens: ecce parata via est.
 Ante coronati scandebant ardua testes
 10 Atria, nunc lætæ celsa petunt animæ.
 Spiritus ætherio solitus descendere lapsu,
 Ut dederat palmam, sic tribuit veniam.
 Haurit terra sacros aut fonte, aut sanguine ro-

[res,

GLOSSÆ VETERES.

1. Forum, civitas.—Hoc, forum, l.

COMMENTARIUS.

3. In Aldo desideratur hic versus, quem se resti- B
 tui se gloriatur Fabricius; sed jam exstabat in præ-
 cedentibus multis editionibus. Gis! et Fabr. legunt
Christi pro Domini.

4. Liqueet in loco baptisterii martyres fuisse pas-
 sos. Barthius in aliam interpretationem abiit, cui
 Cellarius videtur adhærere: scilicet lib. XLIV, cap.
 2, tradit veteres Christianos baptisteriis reliquias
 supposuisse, et hanc putat esse interpretationem
 Apostoli I Corinth., cap. xv, vers. 29: *Alioquin quid*
faciunt qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui
non resurgunt? ut quid et baptizantur pro illis? Af-
 fertque hos Prudentii versus, et epigramma, quod
 nuper dixi, Ennodii. Et versus quidem Ennodii clare
 affirmant in baptisteriis condita corpora martyrum:
Conditor Armenius, superum qui dignus honore est,
Hic peperit fontem vivificantis aquæ. Rapta sepulturis
animavit corpora pictor. Funera viva videns mors eat
in tumultum. Illorum tamen iste locus complectitur ar-
tus. Quas paries facies, mens tenet alma fide. Addit
 Barthius: *Multa alia huc cumulari possint; sed nos* C
contenti sumus ex solis poetis illustrare locum Apostoli,
quos alioquin spernunt non pauci theologosophistæ, pri-
imum quia non intelligunt, deinde quia talia scire non
querunt, e.c., concludit, *ex hoc divino scriptore (Pru-*
dentio) plurima ad Ecclesiæ veteris mores observari
posse. Duo tamen contra Barthium dici possunt;
 primum, quo tempore Apostolus de baptismo pro
 mortuis ea verba protulit, nondum videri fuisse ba-
 ptisteria quibus reliquæ seu corpora martyrum fuis-
 sent supposita. Alterum, in Prudentii his versibus
 nihil omnino exprimi ex quo arguatur corpora duo-
 rum martyrum certo esse in eo baptisterio condita:
 nam Prudentius solum ait eo in loco martyrium tu-
 lisse. Et, ut ego arbitror, si corpora etiam ibi fuis-
 sent sepulta, non id tacuisset Prudentius.

6. Fortunatus æmulatus est Prudentium in hymno
 de Resurrectione Domini: *Candidus egreditur nitidis*
exercitus undis, Atque vetus vitium purgat in amne
novo. Notavit jam pridem Giselinus, et post Giseli-
 num alii. Dicitur *amne novo*, ut opponatur veteribus
 maculis, et quia baptismus hominem renovat. Sic de
 gratia baptismatis Apoth. vers. 880, *Christique inopem*
nova gratia mundat: nam *Christi gratiam* veteres Chri-
 stiani interdum antonomastice pro baptismo dicebant,
 quod breviter innui in comment. ad eum vers., et
 veteribus inscriptionibus atque Actis martyrum uber-
 rime posset confirmari.

10. Hallsbr. a prima manu, *tunc lætæ*; melius
nunc lætæ.

11. Ald., Mar. a prima manu, Vall. A, P, Alex.,
 Urb., Gis., plures Heinsiani, *æterno.* Vat. B, Rat.,
 Prag., Weitz., nonnulli Heinsiani, *æthereo* vel *ætherio*,
 quod Giselinus etiam in nonnullis viderat, et rectius
 putavit Heinsius. Defendi potest *æterno*, quia postea
 eodem sensu dicitur *jugiter.*

Exundatque suo jugiter uda Deo.

15 Ipse loci est dominus, laterum cui vulnere utro-
 [que**1050** Hinc cruor effusus fluxit, et inde la-
 [tex.Ibitis hinc, ut quisque potest, per vulnera Chri-
 [sti,

Evectus gladiis alter, et alter aquis.

IX HYMNUS.

PASSIO S. CASSIANI FOROCORNELIENSIS.

Sylla forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem

12. Mar. a prima manu, Rat., Vat., *tribuat.* Melius
 est *tribuit.*13. Rat., Mar. a prima manu, contra metrum, *alit.*
 Mar. supra, *haurit*; ad oram, *hausit.* Alex. scribit
*avit.*14. Heinsius ex Thuan. restituit *uda* pro *unda.* Fa-
 vet Alex., ubi etiam est *uda.* Sic etiam Cathem.
 v, vers. 116, de humo, *Fundit fonticulis uda fugaci-*
bus, rectius et concinnius quam unda. Miratur aliquis
 Chamillardum dixisse *Hactenus jugiter unda Deo*, cum
 præcessisset Heinsius. At Chamillardus sæpe ita loqui-
 tur, verba Heinsii transcribens, quem in lectionibus
 variantibus indicandis se secutum, in præfatione clare
 monuit.15. De duplici vulnere lateris abunde disscrui-
 mus ad vers. 86 hymni ix Cath. Addere juvat locum a
 Teolio indicatum, ex Actis S. Genesii inter opera S.
 Paulini: *Cui unius baptismatis duplex gratia ex utroque*
scilicet Christi latere et aqua, et sanguis parabatur.
 Rosweyodus suspicatur hanc homilium esse Paulini
 Biterrensis episcopi, qui Paulino Nolano aliquanto
 anterior. Papyrius Massonus in descriptione flumi-
 num Gallæ eam tribuit Patienti Lugdunensi epi-
 copo. Ab eadem opinione de duplici vulnere abhor-
 rere non videtur Thomas Hurtado de Vero Martyr. reso-
 lut. 55, digress. 2, sect. 8, ubi ait S. Augustinum
 innuere utrumque Christi latus lancea perfossum
 fuisse, de Temp. Barbar. cap. 8, *Per has angustas*
*portas pene jam totus mundus intravit.*17. Weitz., *prout quisque*: plerique alii, *ut quisque.*18. Ald., Galland., Torn., *devectus.* Alii, *evectus.*
 Gis. prima ed., *devectus*; secunda ed., *evectus* mendo
 typographico, quod correxit in emendatis, sed non
 observavit Heinsius, qui contra sensum edidit *evectus.*
 Agitur enim de martyribus qui gladiis evehuntur in
 cœlum, et de baptizatis qui aquis *atria celsa petunt.*
 De baptisteriis Christianorum præter alios videri
 possunt Lupius alias laudatus, et Annibal degli ab-
 bati Olivieri-Giordani, *Dell' antico battistero della S.*
Chiesa Pesarese. In Pesaro 1777. Post hos versus in
 Rat. et Mar. sequitur passio S. Romani.1. Ita inseribitur hic hymnus apud Parrhasium.
 Alex. similiter, *Finit Passio Quirini. Incipit passio*,
 etc. Vat. A addit *ad Valerianum episcopum*, quod
 mendose ex hymno Hippolyti ad hunc est translatum.
 Rat. *Passio S. Cassiani martyr s Forocorneliensis.* Vat.
 B, Mar. *Passio S. Cassiani Forocorneliensi* (sic). Al-
 dus, *Passio Cassiani martyris.* Heinsius cum Alex. fa-
 cit. In Mar., Alex. et aliis hæc passio ponitur statim
 post hymnum S. Quirini. Duas hujus hymni versio-
 nes carmine Italico factas et editas recensui in pro-
 leg. num. 124 ubi indicavi episcopatum Forocorne-
 liensem S. Cassiani mihi non probari: neque nunc
 aliter sentio, quamvis sciam apud Forum Corneli et
 traditionem vigere, et picturam exstare, qua hic epi-
 scopatus exhibetur: nam utramque recentem puto,

1051 Vocant ab ipso conditoris nomine. A 10
 Illic mihi, cum peterem te, rerum maxima Roma,
 Spes est oborta, prosperum Christum fore.
 5 Stratus humi, tumulo advolvebar, quem sacer
 [ornat
 Martyr dicato Cassianus corpore.
 Dum lacrymans mecum reputo mea vulnera,
 [et omnes

1052 Vitæ labores, ac dolorum acumina,
 Erexī ad cælum faciem; stetit obvia contra

GLOSSÆ VETERES.

4. Prosperum, *propitium*, Vat. A.
 7. Reputo, *pro reputavi*, I.
 10. Fucis, *nigris coloribus, aromatibus*, I.
 14. Stylis, *graphiis*, I.

COMMENTARIUS.

nullisque antiquis monumentis confirmatam. Cassiani patri in fuisse Forum Cornelii innuunt nonnullæ inscriptiones hymni; sed Prudentius minime id affirmat, et inscriptiones, rēpote ab aliis additæ, exiguum habent robur ad persuadendum, ut dixi ad hymnum SS. Hemet. et Celed. De hoc martyre alia certa non sunt præter id quod tradit Prudentius, ex quo alii Acta concinnarunt. Dubia sunt, et, ut ego opinor, falsa alia Acta, in quibus Cassianus episcopus Brixinensis dicitur a qua diœcesi pulsus Imolam advenit. Antonium Roschmannum, qui episcopatum Brixinensem, seu Sabionensem S. Cassiani asserere conatus est, Hieronymus Tartarottus confutavit in epist. ad eundem, edita Venetiis 1750: Corpus S. Cassiani Imolæ (sic enim nunc Forum Corneli appellamus) sub ara principe ecclesiæ cathedralis asservatur. Videri possunt Bollandiani ad diem 13 Augusti. De legenda hujus martyris, quæ in codice Vat. x exstat, dixi cap. 4 prolegom., num. 79. Ad hujus hymni explanationem conferunt epistola 8, lib. v, Bembi, et epistola Lipsii 32, cent. 1, ad Belgas. Uterque artem veterem notariorum restitui desiderant, Bembi etiam librum antiquum Hygini de sideribus his notis scriptum vidit. Joann. Clericus de Stylis veterum, variisque chartarum generibus, Hermannus Hugo de Origine scribendi, pluresque alii multa ad hunc hymnum spectantia exponunt. In catalogo codicum mss. bibliothecæ Bernensis I. R. Sinner meminit codicis Bongarsiani, quo usus est Weitzius, de quo vide proleg. num. 99 et not. b (col. 658 not. d). Sinnerus eum codicem distinctius describit, et in præfatione sui catalogi narrat ad hunc hymnum exhiberi pictam historiam S. Cassiani, duabus tabulis carmini appositis, quarum prima Cassianus ad pulpitem sedens pueros docet: hi scamnis insidentes stylos una manu, altera libros gestant; in secunda tabula pueri Cassianum stylis confodiunt. Forma librorum quos pueri gestant nostris est similis: ex quo arguit Sinnerus, jam Cassiani sæculo hunc morem in locum voluminum obtinuisse. Non assentior: pictor sæculo ix, quo codex exaratus dicitur, sui sæculi; non sæculi Cassiani, morem videtur effinxisse. Sæculo v libros nostris similes cœpisse verior est sententia.

2. Heinsius cum Ambr., *vocitant*, quod rectius esse ait quam *vocant*. Adhæret Parrhasius, qui ita pariter legit; et Prudentius, hymn. 18 martyrur, vers. 3, etiam dixit: *Cæsaraugustam vocitamus urbem*. Sed illic metrum exigebat *vocitamus*, hic sive *vocant*, sive *vocitant* dicatur, constat versus. Gallandius prætulit *vocant*: *Et recte*, inquit, *quia est versus senarius iambicus*. Hac ratione non minus recte dicitur *vocitant*. Cum hoc Prudentii hymno conferri possunt vetera Acta; sed ex hoc eodem hymno desumpta: de quibus Beda in prologo ad Vitam S. Felicis apud Bollandianos tom. I Januar. ad diem 14, ubi ait placuisse sibi ex

Fucis colorum picta imago martyris,
 Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
 Ruptam minutis præferens punctis cutem.
 Innumeri circum pueri, miserabile visu,
 Confossa parvis membra figebant stylis:
 15 Unde pugillares soliti percurrere ceras,
 Scholæ murmur adnotantes scripserant.
 Ædituus consultus ait: Quod prospicis, los-

1053 Non est iuavis aut anilis fabula.

15. Pugillares, *tabulas*. — Percurrere, *scribere*, I. — Ceras, *cereas tabulas*, Vat. A.
 17. Consultus, *interrogatus*, I.

B carminibus S. Paulini Vitam S. Felicis presbyteri Nolani concinnare, *ejusque imitari industriam qui martyrium B. Cassiani de metrico opere Prudentii in commune apertumque omnibus eloquium protulit*. Exstant ea Cassiani Acta apud Mombritium. Fide etiam et auctoritate Prudentii nituntur quotquot veteres de Cassiano scripserunt, Gregorius Turonensis lib. 1 de Glor. mart., Ado, Usuardus, Notkerus, Petrus Damiani et alii.

4. Gis. prima edit., *propitium*, quæ est glossa pro *prosperum*.

5. In Eulalia vers. 5, *Ossibus ornat*.

7. *Vulnera*. Cellarius et Teolius crimina, peccata exponunt. Non abnuo; sed intelligi etiam possunt adversæ fortunæ casus. Vide vers. 101 et seqq.

9. Mar. pro div. script., *obviam*. Retine *obvia*. Imaginem Cassiani in ipso altari positam fuisse perspicuum est: neque tam clâro exemplo hæretici habent quid opponant, nisi gerras et nugas. Jam enim tunc ad eam imaginem Christiani preces fundebant: vers. 97, *Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes, Ratasque reddit quas videt probabiles*. Exemplum hoc imaginis in altari collocatæ, et aliud Romæ in ecclesia S. Hippolyti, ejusmodi erant quæ neque a multis sanctissimis episcopis ignorari poterant, neque tolerari si hæc eis inesset idololatria quam sibi fingunt heterodoxi, aliisque volunt persuadere.

10. *Fucus* in pictura passim dicebatur. In cod. Theod. lege 17, de pœnis: *Omnia s'mylacra (Eutropii) tam ex ære quam ex marmore, seu ex fucis, quam ex quacunque materia quæ apta est effingendis... præcipimus aboleri*. Vide Gothofredum ad hunc locum.

14. Thuan., *concessa pro confossa*, quod mallet amplecti Chamillardus, et Teolius ex nonnullorum codd. fidè fortasse rectum dicit. Casaubonus, in Julio Cæsare, pag. 42, ad verba Suetonii, *Arreptum graphio trajecit*, de martyribus aliisque agit qui stylis vel calamis confossi obierunt.

15. Ald., *percurrere*. Bollandiani notant unde sumi pro *quis*, scilicet stylis. Chamillardus ait tabellas cereas dictas *pugillares*, quia stylo in eis pungendo scribebatur; Teolius a pugno seu pugillo, quo circumferri solebant assidue. Putant enim aliqui pugillare esse quod ad pugillum pertinet, seu pugillum implet. In hymno 10 Cath., ad vers. 144, dixi pugnum et pugillum genus esse mensuræ apud coquos et medicos; et apud coquos quidem id significari videtur, quod pugno potest comprehendi; apud medicos vero pugillum esse quantum quinque summis digitis pugni levare aut apprehendi potest, monuit me cl. Franciscus Petraglia, non solum artis suæ medicæ cognitionibus instructus, scriptisque notus, verum etiam amœnioribus litteris ornatus.

16. Vat. A mendose, *annotante*. Mar., *scripserunt*; supra rectius, *scripserant*. Chamillardus interpretatur: *Scholæ pensum annotarant, scripserant*.

Historiam pictura refert; quæ tradita libris, A 25
 20 Veram vetusti temporis monstrat fidem.
 Præfuerat studiis puerilibus, et grege multo
 Septus magister litterarum sederat.
 Verba notis brevibus comprehendere cuncta pe-

1054 Raptimque punctis dicta præpetibus
 [ritus,]
 [sequi.]

GLOSSÆ VETERES.

24. Præpetibus; *velocibus*, I.
 27. Ephebo, *imberbi juveni*, I.

Aspera nonnunquam præcepta, et tristia visa
 Impube vulgus moverant ira et metu.
 Doctor amarus enim discenti semper ephebo,
 Nec dulcis ulli disciplina infantiae est.
 Ecce, fidem quatiens tempestas sæva, preme-
 [bat]

30 Plebem d'catam Christianæ gloriæ.
 Extrahitur cœtu e medio moderator alumni

29. Tempestas, *persecutio*, I., Mar.
 31. Moderator, *magister*. — Alumni, *juvenilis*, Mar.

COMMENTARIUS.

19. Hæc advertant velim, qui putant Prudentium ex solis picturis non bene intellectis Acta martyrum interdum adornasse. Imo ego existimo, præter peritiorum narrationem, ipsum Acta sincera quæ tunc erant consuluisse, sed ad poeticum quemdam gustum res exposuisse, tanquam ex alterius referentis ore, aut quia audita primum ab ædituo postea ipse diligentius perlegit. Non erat autem hic ædituus, quod aliqui putant, homo aliquis illitteratus: nam oportebat illum esse clericum ordinatum, ut colligitur ex epistola S. Cornelii papæ. Vide Thomassinum tom. I, lib. II, cap. 30; de Discipl. eccles.

20. Etsi tempus vetustum Prudentius appellet, tamen res potuit eodem sæculo IV contigisse. Sic in Romano vers. 32, *Ut refert antiquitas*, et tamen de Galerio imperatore loquitur. Verum etiam si hæc antiquitas, et vetustas commode possit referri ad initium sæculi IV, tamen inopportunum est eam exponere de tempore Juliani Apostatæ, qui anno 363, post breve imperium, extinctus est. Vide vers. 31.

22. Sessio plerumque auctoritatem indicat. Sic jurisconsulti apud Ciceronem sæpius sedentes, aut in solio consulentibus respondere dicuntur. Iudices etiam sedebant, cum sententiam proferebant. Notum est de Pilato; pro tribunali sedente. Jos. Ant. Gonsalus, de Salas ad Petronii verba, *Atque eques, in causa qui sedet*, pag. 36 alia exempla profert. Magistri litterarum, quibus res erat cum parvulis, sellæ non nimis altæ insidebant. Plautus in Bacchid. III, 3, 28, *In sella apud magistrum assideres*. Docebant vero Christiani etiam ethnicorum filios, ut ex hoc hymno liquet, et colligitur ex Actis SS. Montani, Lucii, Flaviani et aliorum apud Ruinartium, ubi Flavianum discipuli hortabantur ut sacrificaret, quod dicerent, *ultimæ furoris esse magis mala mortis timere, quam vivere*: quæ verba alii aliter legunt. Sed paulo ante § 12, *Cum Flaviani adiutorium reclamaret amore perverso*, recte cl. Giovenazzius corrigendum censet *adiutorium pro adiutorium*, cum sermo sit de discipulis.

23. Locus hic postulat ut de notariis quædam explicemus, quorum artem docebat Cassianus. Dominicus Aulisius, lib. I *delle Scuole sacre*, cap. 17 et 18, hac de re disputat. Ex Cosma monacho Ægyptio circa annum 540 refert scribas templi Hierosolymitani ex munere scripsisse sermones prophetarum, prout eos ab ipsis excipiebant, unde in prophetis apparet quædam confusio, de qua videri potest Daniel Huëtius in Præpar. evang., propos. 4, cap. 14, et S. Hieronymus in prologo ad prophetiam Hieremiæ. Cum notari in foro Romano similes scribis templi Hierosolymitani fuerint, colligi potest hinc natam confusionem nonnullam in Actis SS. martyrum. Celeritatem scribendi in notariis veteres ipsi, qui ei rei inspiciendæ assueti erant, valde mirantur. Martialis, lib. XIV, epigr. 208, *Currant verba licet, manus est velocior illis: Nondum lingua suum, dextra peregit opus*. Legi etiam potest epigramma Ausonii 137 ad notarium velocissime excipientem: *Puer notarum præpetum*, etc. Videntur autem fuisse nonnulli exceptores qui tanta velocitate scriberent, ut verba omnia redderent. Nam in homilia de martyrio S. Genesis inter

opera S. Paulini ita legitur: *Sanctus itaque Genesis in juventutis flore primævo, provincialis militiæ tirocinium suscepit, eam officii partem studio et arte complexus, quæ patronorum verba vel nova signorum velocitate, vel dexteræ sonum vocis æquaret*. De notis Isidorus, lib. I Etym., cap. 22, *Notarum usus erat, ut quidquid pro concione aut in judiciis diceretur, librarii scriberent complures simul astantes, divisim inter se partibus, quot quisque verba, et quo ordine exciperent. Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas... Notæ autem dictæ eo quod verba vel syllabas præfixis characteribus notent, et ad notitiam legentium revocent, quas qui didicerunt, proprie jam notarii appellantur*. Peveratus aiebat apud se exstare notas mss. Tironis, et censet supposititias esse notas quas Gruterus Tironi ascripsit. Hinc colliges aliud fuisse litteris, aliud notis scribere. Notæ erant puncta, seu signa, seu singula in parvis et brevibus figuris vix multarum litterarum contentia, aliquantulum similia compendiis litterarum, quæ nunc *abbreviaturas* et *cifras* dicimus, sed magis simplicia, ut videtur. Confer epigramma de ludimagistro, et notas Burmanni Antholog. pag. 453 tom. I.

24. Puncta sunt notæ, ut diximus. Ausonius loc. cit., *Punctis peracta singulis Ut una vox absolvitur*: conjunxit utrumque nomen *puncta singula*. Barthius, lib. XVII, cap. 9, advertit Prudentium eleganter usum verbo *sequi*, quod notat facilitatem in cera facili flexu. Plinius junior lib. VII, epist. 9, *Ut laus est ceræ, mollis, cedensque sequatur Si doctos digitos, jussaque fiat opus*. Lucanus lib. IX, *Solem cera sequetur*.

25. Mar., Rat., Weitz., Bong. a secunda manu, Vatt. B, P, X, Gifanius Ind. Lucr. verbo *Jussa* ex vet. lib., Parrhasius, plerique Heinsiani, *jussa*. Ald., Bong. a prima manu, Fabr., Ambr., Noms., Heins., Ruinartius ex codice S. Michaelis, *visa*, scilicet præcepta, quæ aspera et tristia discipulis videbantur. Giselinus edidit *visa*, sed in aliis invenit *jussa*: quod, inquit, adeo allubescit, ut, quid debeam præferre non videam.

26. Mar., *moverat*; supra, *moverant*.

27. His similia S. Ambrosius lib. VI Hexaem. cap. 6: *Nam quæ ignavis, aut infirmis, aut impiis plerumque offensioni atque terrori sunt, aliis usui ita sunt hæc, ut pædagogi parvulis. Amari videntur, acerbi et molesti, formidabiles verbere, libertatem lasciviendi negant, necessitatem disciplinæ exigunt, pueriles animos, ne luxu diffuant, terrore constringunt*. Nec dissimilia alii passim.

28. Teolius, *ulla*, mendose, ut puto.

31. Nonnulli ex his versibus colligunt Cassianum sub Juliano Apostata passum; perinde quasi Prudentius dicat eum comprehensum fuisse, quod pueros doceret, cum idolis sacrificare nolle, quod Juliani edicto vetitum erat; sed vetustius tempus videtur indicare Prudentius vers. 20, et causam martyrii clare innuit fuisse, quod Christianum nomen profiteretur, minime vero quod pueros doceret. Consulè Bollandianos. Neque vero laudabilis Cassianus videretur, si contra imperatoris edictum pueros docere pergeret. Sic de Victorino Augustinus lib. VIII Confess., cap. 5,

1055 Gregis, quod aris supplicare spreverat. **A**
 Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
 Vir nosset, alto tam rebellis spiritu;
 35 Respondent : Agmen tenerum, ac puerile gu-
 [bernat,
 Fictis notare verba signis imbuens.
 Ducite, conclamat, captivum : ducite, et ultro
 Donetur ipsis verberator parvulis.
 Ut libet, illudant, lacerent impune, manusque
 40 Tingant magistri feriatas sanguine.
 Ludum discipulis, volupe est, ut præbeat ipse

GLOSSÆ VETERES.

36. Fictis, *formatis*. — Imbuens, *docens*, Mar.
 37. Ultro, *cito, statim*, I.
 40. Feriatas, *armatas, vel otium habentes*, I.
 42. Coercuit, *strinxit*, I.

COMMENTARIUS.

narrat eum Juliani legem amplexum, loquacem scholam deserere maluisse quam verbum Domini : idem refert de Musonio Eunapius, et de Proæresio Hieronymus in Chronico : *Proæresius, sophista Atheniensis, lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.*

34. Parrhasius, *rebelli*, non recte.
 35. Parrhasius, *respondit*, male.
 36. Rott., tres Torr., *strictis*, pro *fictis*, nec male, aiebat Chamillardus. Ficta signa sunt notæ, de quibus supra.

38. Scriptor, Prudentio antiquior, non occurrit qui dixerit *verberator*. Apud Ciceronem exstat *verberatio*.

40. *Feriatas* est ferias celebrantes. Postea vers. 75 : *Non petimus toties te præceptore negatas, Avare doctor, jam scholarum ferias.*

41. Vat. B, Weitz., *volo sese*. Hailsbr., Bong., Widm. ad oram, *volo per se*. Probum est *volupe est pro jucundum est*, auctoribus Terentio et Plauto.

42. Ald., Cellar., Thuan., Gis. ad oram, *minis* : alii plerique, *nimis*.

43. Rat., *amictum* minus bene. In non ullis vulg., *spoliatur* ; melius *spoliatus*.

44. Simile martyrium refertur de S. Felice in Pincis, qui Romæ passus est XIX cal. Febr., quod tamen merito rejiciunt Bollandiani die 14 Jan. in comm. prævio ad Vitam S. Felicis Nolani, § 6. Nicephorus, lib. xv, cap. 18, narrat Stephanum Antiochiæ episcopum a pueris interfectum calamis instar telorum præacutis. Theodoretus lib. iii Histor., Sozomenus lib. v, et ante hos S. Gregorius Nazianzenus orat. in Julian. Marcum Arethusiorum episcopum cultris pennariis a pueris vexatum commemorant : de cujus recta fide et cultu apud catholicos videri possunt Bollandiani ad diem 21 Martii.

46. Ald., Weitz., *effudit*. Ald., Vat. X, *tantum* ; alii, *tandem*.

47. Multi scribunt *coniciunt*. Ald., vetus codex ad D marg. edit. Weitz. apud cl. præsulem Reggium, Torn. in contextu, *lapides* pro *fragiles*, quod exstat in plerisque. Pro *ora* habent *ore* Vat. A, Bong., Weitzius. Sed concinnius est *in ora*. S. Gregorius Turonensis de Gloria martyrum lib. i, cap. 43, ex Prudentio, ut puto, idem fere exprimit : *Ceratas in caput illidunt tabellas*. Plautus Bacchid. iii, 3, 36 : *At nunc, priusquam septuennis est, si attingus eum manu, Extemplo puer pædagogo tabula dirumpit caput.*

48. Scribebant veteres in corticibus, papyro, pergamenæ corio, frondibus arboreis, sed præcipue in tabulis ceratis. Fieri autem solebant pugillares, sive hujusmodi tabulæ ceratæ e ligno, fago, acere, citro, ebore, aliquando crystallo et onyche, plerumque e buxo. S. Ambrosius lib. iii Hexæm., cap. 13 : *Buxus*

Doctor severus, quos nimis coercuit.
 Vincitur post terga manus, spoliatus amictu,
 Adest acutis agmen armatum stylis.

45 **1056** Quantum quisque odii tacita conceperat
 [ira,
 Effundit ardens felle tandem libero.
 Conjiciunt alii fragiles inque ora tabellas
 Frangunt : relisa fronte lignum dissilit.
 Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
 50 Rubetque ab ictu curva, et humens pagina.

1057 Inde alii stimulos, et acumina ferrea vibrant,
 [brant,

43. Vincitur, *ligatur*, I. — Manus, *per manus*, Mar.
 46. Felle, *furore*, Iso.
 49. Impacta, *immissa, ingesta*, I.
 51. Vibrant, *quatiunt*, I.

B quoque elementorum apicibus utilis exprimentis, levi materia, usum manus puerilis informat. Unde ait Scriptura : *Scribe in buxo*. Locus exstat cap. ii Habacuc, vers. 2, ubi Vulgata habet : *Scribe visum, et explana eum super tabulas, ut percurrat, qui legerit eum*. S. Ambrosius cum LXX vertit *in buxo, aut super buxum*. Dicitur autem *buxus, buxi, et buxum, buxi*. Pulchra est elegia Propertii lib. iii de Amicis Pugillaribus, ubi inter alia ait : *Non illas fixum varas effecerat aurum, Vulgari buxo sordida cera fuit.*

50. Vat. B, Mar., Rat., Weitzius, *curva tumens*. Ald., Widman. supra, plerique Heinsiani, Vat. P, Q, codex unus Bolland., *curta tumens*. Vat. X, *curvo tumens*. Hailsbr., *curve tumens*. Pal., *custe tumens*. Cauchius *curva, et humens*. Ambr., *chartæ et humens*. Parrhasius, *Rubetque ab ictu chartæ, et humens pagina*. Gronovius, cap. 5 Observat. eccles., conjecerat *curta, et humens pagina*. Scilicet *curta mutilata, truncata, recisa* : *HUMENS, cruore martyris*. Ita etiam castigaverat Heinsius ad Claudianum, et in textum admisit cum Thuan. Giselinus agnoverat varietates lectionum, in pervulgatis *curva tumens*, in Gandavensi *curta tumens*, in Daventriensi *curve turgens*, in alio *curva tundens* (ita edidit Fabricius). Sed suam lectionem *curva humens* in plerisque antiquis exstare affirmat, eamque defendit auctoritate Bedæ, qui docet in poetarum arbitrio olim fuisse, utrum *h* aspiratio instar fortium consonantium synalæpham arceret, an pro modo suæ fragilitatis nihil valeret; adducitque exemplum Fortunati, quem tamen Prudentio pene æqualem perperam dicit. Fatetur vero Giselinus mollius esse *curva et humens*. Quod attinet ad legem metri, Heinsius non deberet recusare *curta humens*; admissio illo hiato, quem toties in Prudentio agnoscit. Teolius ait lectionem *curta tumens* commodam admittere interpretationem, et omnium codicum Vaticanorum esse. Verum etsi concedam aliquam excogitari posse commodam interpretationem, tamen ea lectio metro refragatur, neque vere est omnium codicum Vaticanorum, ut vidimus. Imo Alex. et Urb. diserte habent *curva, et humens*; quod proinde videtur præferendum. Heumannus in Pœcil. tom. II, lib. iii, pag. 364, putat Prudentium scripsisse *nada, et humens*.

51. Althelmus in ænigmate de pugillaribus : *Nunc ferri stimulus faciem proscindit amœnam Flexibus, et sulcis obliquat ad instar aratri*. In stylo stimulus et acumen est pars acuta ferri aut æris qua scribebant. Cicero de Orat. : *Omnia sub styli acumen subeant, necesse est*. Altera erat styli pars plana qua scripta delabantur. Hinc *stylum vertere, stylo depascere* pro *corrigere, mutare*. S. Hieronymus ep. 50 vel 51 ad Domnionem : *Stultus ego, qui me putaverim hæc absque philosophis scire non posse; qui meliorem styli partem eam legerim, quæ deleteret, quam quæ scriberet.*

Qua parte aratis cera sulcis scribitur : A
 Et qua secti apices abolentur, et æquor̄is hirti
 Rursus nitescens innovatur area.
 55 Hinc foditur Christi confessor, et inde secatur :
1058 Pars viseus intrat molle, pars scin-
 [dit cutem.
 Omnia membra manus pariter fixere ducentæ,
 Totidemque guttæ vulnerum stillant simul.
 Major tortor erat, qui summa pupugerat, infans,
 30 Quam qui profunda perforarat viscera.
 Ille levis, quoniam percussor morte negata
 Sævire solis scit dolorum spiculis.
 Hic quanto interius vitalia condita pulsata,
 Plus dat medelæ, dum necem prope applicat.
 65 Este, precor, fortes, et vincite viribus annos :

Quod desit ævo, suppleat crudelitas.
 Sed male conatus tener, infirmusque laborat :
 Tormenta crescunt, dum fatiscit carnifex.
 Quid gemis ? exclamat quidam, tute ipse magi-
 [ster
 70 Istud dedisti ferrum, et armasti manus.
 Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,
 Quam stando, flendo, te docente, excepimus.
1059 Non potes irasci, quod scribimus :
 [ipse jubebas,
 Nunquam quietum dextera ut ferret stylum.
 75 Non petimus toties te præceptore negatas,
 Avare doctor, jam scholarum ferias.
 Pangere puncta libet, sulcisque intexere sul-
 [cos,

GLOSSÆ VETERES.

53. Æquoris, planities, l.
 54. Area, planities, l.
 56. Viscus, viscera, l.
 59. Summa pupugerat, extrema, scilicet cutis ; id est, parum læserat, l.

B 63. Condita, abscondi a, l.
 65. Este, estote, l.
 76. Ferias, cessationes, l.
 77. Pangere, infigere, l.

COMMENTARUS.

Symposium in ænigmate de graphio sive stylo : De summo planus, sed non ego planus in imo, Versor utrinque manu, diverso et munere fungor. Altera pars revocat quidquid pars altera fecit. Verum hæc omnia a nullo clarius quam a nostro poeta explicantur, quod plures jam notarunt. Formam styli veteris exhibet Pignorius de Servis, pag. 112, ubi præmittit Prudentium antiquam scribendi rationem adamussim explicuisse. Similera imaginem styli profert Hermannus Hugo cap. 9, ubi stylum ferreum in Vulgata editione cap. xix Job cætem vel cæstem vocari affirmat. Quam lectionem, inquit, omnium accuratissime defendit et explicavit Ludovicus Molina in prima parte S. Thomæ, q. 26, art. 1, disp. 2, ubi probat ex Lexicis et Orthographia Manutii, cæstem esse ferrum sculptorium, sic dictum a cælo, vel antiquo verbo cællō, quod significat cædo. In Orthographia Manutii verbo cloaca inscriptio sepulchralis Servii aut Sergii Polensis legitur, ubi hæc sunt verba : Malleolo, et celte litteratus silex. Plurimos hoc monumentum decepit, quod sæculo xv confictum inter eruditiores constat.

52. In nonnullis vulg. male, cerea. In Torn. deest cera. Latinius ascripsit charta. Hoc versu acumen styli describitur.

53. Hæc est planities sive latitudo styli qua characteres scripti debebantur, et innovabatur cerea tabula, ut iterum scribi posset. Ausonius tabulam æquor dixit loc. cit. : Et mota parce dextera Volat per æquor cereum. De hac voce æquor rursus in hymno S. Hippolyti.

55. Acumine styli foditur, secatur vero planities seu parte lata. Hinc discimus, ita planitiem styli aut semper aut interdum sui se factam, ut ad secandum ea utilis esset. Gregorius Turonensi loc. cit. : Secantes latitudinibus styli, punctisque minutis transverberantes membra magistri, dignum Deo martyrem effecerunt : quod a Prudentio mutuatur.

56. Ex Servio notat Giselinus, viscus non tantum intestina, sed quidquid sub corio est, significare. Ab initio hujus hymni hucusque desideratur in Prag.

57. Ald., Sich., et Gall., cruentæ pro ducentæ, quæ est codicum lectio, et confirmatur adverbio pariter, et totidem.

58. Prag., per vulnera ; melius vulnerum.

59. Secunda in pupugerat producitur. Vide proleg. num. 205.

60. In nonnullis vulg., perforata, male. Vat. B,

Mar. a veteri manu, perfoderat, Prag., perfoderit. Legendum perforarat.

61. Bong., præcursor, non bene.

62. Vat. B, Mar., Rat., Pragens., Widm., Bong., Hailsbr. supra, Sich., solescit ; melius solis scit.

65. Cellarius et Teolius hæc voces martyris esse dicunt. Sed possunt etiam esse narrantis, qui, quasi præsens adesset, in eas voces eruperit. Parrhasius edidit esto, et in notis ait, esto hic non esse verbum, aut affirmandi particulam, sed hortandi adverbium. Cæterum merito censet legendum este.

66. Vulg. nonnulli, desit pro desit.

69. Vat. B, Rat., Mar. a prisca manu, Ut quid jam gemis, exclamant, tute ipse magister.

71. Ald., tibi nunc, et vers. seq. quæ. Fabr., tibi jam, et postea quæ. Gall. cum Torn. et ed. Paris. Patrum adhæret Fabricio. Plerique, etiam Parrhasius, habent ut edidimus.

72. Parrhasius, quam stando, et flendo. Mar., excidimus ; supra rectius, excepimus.

73. Prag., scripsimus ; melius scribimus. Ms. codex S. Michaelis apud Ruinartium, vivebas, vitiose, pro jubebas.

74. Vat. A, Pal., Alt., Cauch., dextera ferre stylum. Ambr., dextera fere. Heinsius suspicabatur dextera ferri stylum, quamvis agnoscatur etiam in ferre e postremum posse produci ob st dictionis sequentis. Verum lectio communis codicum non est sollicitanda. Apud Ruinartium metrum vitiatum est quietum ut dextera ferret. Jubeo cum u' sæpe Prudentius, sæpe alii usurpant. Notatum a nobis jam alibi est.

77. Ald., Gis. in textu, codex Buslidiensis apud Giselinum, pungere, quod Gise ino placet ob elegantem agnominacionem pungere puncta, quæ durat etiam in phrasi sequenti, sulcisque intexere sulcos. Ad marginem apposuit pingere, et agnovit alios legere pangere, sed neutrum tam venustum, si videbatur quam pungere. Plerique nostri legunt pingere Vat. A, B, Alex., Mar., Rat., Prag. cum Weitz, Widm. a prima manu, et aliis. Parrhasius, Ambros., tres Heinsiani, Widm. supra, Pal., pangere, quod etiam habent Bong., Fabr., et sequuntur recentiores. Siquidem pangere Festo est figere, sic pangere clavum, pangere plantam, hoc est, in terram desigere. His addo, Columellam eodem verbo in eadem re sæpius esse usum, et eadem metaphora, lib. x, Ceu littera proxima primæ Pangitur in cera docti mucrone magistri. Pro intexere Hailsbr. minus recte intendere.

Flexas catenis impedire virgulas.
 Emendes licet inspectos longo ordine versus,
 80 Mendosa forte siquid erravit manus.
1060 Exerce imperium : jus est tibi plectere
 [culpam,
 Siquis tuorum te notavit segnius.
 Talia ludebant pueri per membra magistri :
 Nec longa fessum poena solvebat virum.
 85 Tandem luctantis miseratus ab æthere Christus,
 Jubet resolvi pectoris ligamina :
 Difficilesque moras animæ, ac retinacula vitæ
 Relaxat, arctas et latebras expedit.
 Sanguis, ab interno venarum fonte patentes
 90 Vias secutus, deserit præcordia,
 Totque foraminibus penetrati corporis exit

A Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
 Hæc sunt quæ liquidis expressa coloribus,
 [hospes,
 Miraris : ista est Cassiani gloria.
 95 Suggere, siquod habes justum vel amabile votum,
 Tibi siqua spes est, siquid intus æstuas.
 Audit, crede, preces martyr prosperrimus
 [omnes,
1061 Ratasque reddit quas videt probabiles.
 Pareo, complector tumulum, lacrymas quoque
 100 Altar tepescit ore, saxum pectore. [fundo :
 Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris :
 Tunc, quod petebam, quod timebam, mur-
 [muro,
 Et post terga domum dubia sub sorte relictam,

GLOSSÆ VETERES.

78. Impedire, *volvere*, I.
 80. Quid, *aliquid*, I.
 82. Quis, *aliquis discipulorum*, I.
 88. Expedit, *exolvit, vacuavit*, I.
 93. Expressa, *imaginata*, I.
 95. Suggere, *indica illi, pete*. — Quod, *aliquid*. —

B Votum, *precem*, I.
 96. *Æstuas, cupias*, I.
 99. Pareo, *obedio*. — Fundo, *abtempero*, I.
 100. Saxum, *pavimentum*, I., Mar.
 101. Percenseo, *præteritum pro presenti*, I.
 103. Domum, *uxorem*, I.

COMMENTARIUS.

Notandum in Eulalia plagas et verbera vocari *notas*, et *scriptionem* metaphorice vers. 35, *Eulalia numerante notas. Scriberis ecce mihi, Domine*. Hac eadem metaphora Plautus alique usi sunt, et nunc pueri illudentes magistro Cassiano. Catullus carm. 25 : *Ne laneum latus rotum, natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribissent*. Ubi obiter noto corripit a Catullo primum *i in conscribissent* : quod peccatum si admisisset Prudentius, quot grammatici in eum insurrexissent? Cæterum hæc ipsa metaphora adhuc sermone Italico celebratur *graffiare*, quod est unguis conscribillare, et dicitur a *graphio*, ut advertit Vulpus ad Catulli carmen 25. Vide in Romano vers. 557, *Charaxat ambas unguis scribentibus Genas*.

78. Chamillardus id intelligi ait aut de notis quas diximus, aut de scriptura Runica, qua Gothi utebantur antequam Ulfilas litteras eis invenisset, aut de scribendi ratione singulari qua Galli usi sunt usque ad Chlodovei tempora. Specimina illarum veterum scripturarum Mabillonius in præclaro opere de Re diplomatica exhibuit, ubi observare licet flexas virgulas catenis colligatas, sive impeditas. Vide lib. I, cap. 9, et lib. V, tab. II. Cæterum Prudentius de notis Romanorum, quas docebat Cassianus, non de aliis barbarorum litteris loquitur.

85. Genitivum verbo miserand junctum alibi Bollaudiani non legerant : sed ita eo verbo usi sunt Silius lib. XI, vers. 381, Minucius, Accius apud Nonium, et alii.

87. Mar. a prima manu, *difficilisque*.

88. Ald., Gis. prima ed., *Relaxat artus, et latebras expedit*. Pal., *istas pro arctas*.

89. Mariettus, *patescens*; supra, *patentes*, melius

95. Horatius, lib. IV, ode 8, *Liquidis ille coloribus Solers nunc hominem ponere, nunc Deum*.

94. Vat. B, *ita* : corrige *ista*.

95. Prag., Rat. a prima manu, Mar. a prima manu *siquid habes*, non ita bene.

96. Scripti constanter cum Aldo et Parrhasio, *spes siqua tibi est*, quod cum hiatu sustineri potest. Gicelinus, fortasse ut id vitaret, *tibi siqua spes est*. Fabricius, *spes si tibi est qua*. Weitzius conjiciebat *siqua tibi spes, siquid*.

97. Alex., *audi*; supra, *audit*, probe. Vat. B, *credo* : retinendum *crede*. Cellarius rursus, e grammatico theologus factus, hujusmodi invocationem labem fidei vocat, quæ ævo Prudentii fuit, aut esse coepit. *Nec enim, ait, omnium ejusdem ætatis hæc opinio, vel error fuit*. Allegatque Ambrosium in Roman. I comm.

21, et Hieronymum epist. 53 ad Riparium. Verum auctor Commentariorum in Epist. ad Roman. (neque enim Ambrosius verus est auctor) nihil eo loca affect, quod Prudentio, quod vero Ambrosio, quod doctrinæ catholicæ de invocatione sanctorum opponatur. Hieronymus ad Riparium scribit contra Vigilantium, qui ausus est *os fœtidum aperire, et putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum reliquias, et nos, qui eas suscipimus, appellare cinerarios, et idololatrias, qui mortuorum hominum ossa veneremur.... Honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cujus sunt martyres adoremus. Honoramus servos, ut honor servorum redundet ad Dominum*. Quid hæc contra invocationem sanctorum? Negat quidem Hieronymus reliquias sanctorum martyrum colendas et adorandas esse. Sed regant etiam catholici, qui solum hujusmodi vocabula, a multis SS. Patribus usurpata, adhiberi posse concedunt, exposita commoda distinctione de cultu aut adoratione latræ et dulciæ.

98. Prag., *redde, perperam*. Mar., Rat., Weitz., *reddet*, minus bene. Hailsbr., *vidit*. Metrum exigit *videt*. Vat. X *mendose, ratasque Deo reddet*.

99. Glossa Isonis *fundo, abtempero*, videtur applicanda verbo *pareo*, scilicet *parco, obedio, obtempero*.

100. Latinius correxit *altare* : probum est *altar*. Vat. X corrupte, *Altare posco ore*. Alex., *tepossit*, correctum per *tepescit*. Hujusmodi pietatis exemplum præcesserat in S. Gregorio Nysseno orat. 3 in Quadragesima martyres : *Ipsamque sacrarum reliquiarum thecam lacrymis amaris aspersi*. Lacrymæ gentiliū ad aras deorum, de quibus Broverius cap. 23 de Adorat., a piis Christianorum lacrymis, poenitentiae causa fuis, immane quantum differunt.

102. Latinius in Torn. correxit *timebam pro timebo*. Parrhasii singularis est lectio, *Tum quod petebam, quodque avebam, murmuro*. De significatione hujus vocis *murmuro* dixi ad vers. 36 præfat. lib. I in Symmach. Adde Broverium de Adorat. cap. 8, qui precantes solitos murmurare, seu voce submissa loqui, multis exemplis probat.

103. Iso *domum* intelligit *uxorem*, et postea *futuri, filios*. Fortasse hæc duæ glossæ pertinent ad *domum, uxorem, filios* : perinde quasi domus totum id significet. Ex hoc loco, ut puto, aliqui collegerunt Prudentium fuisse conjugatum, ut legitur in codice Vat. F, num. 77 proleg., in nota. Verum etiamsi uxorem non duxerit, recte nihilominus domum vel familiam habuisse dicitur. Siquidem domus et familia, cum

Et spem futuri forte nutantem boni.

105 **1062** Audior, Urbem adeo, dextris successi-
[bus ulor :
Domum revertor, Cassianum prædico.

A

X HYMNUS.

INCIPIT PASSIO S. ROMANI MARTYRIS.

Romane, Christi fortis assertor Dei,

1063 Elinguis oris organum fautor move :

GLOSSÆ VETERES.

104. Futuri, scilicet filii, I.
105. Urbem, Romam, Mar.
1. Assertor, sicut Nazarene, I.

2. Elinguis, infacundi. — Organum, sonum, I. — Fau-
tor, adjutor, Mar., I.

COMMENTARIUS.

ad personas refertur, accipitur pro corpore persona-
rum, quod jure proprio ipsarum, aut communi cog-
nationis nomine continetur.

104. Mar., Prag., Gis. secunda ed., sortz. Ald.,
Weitz., et plerique codd., forte. Heinsius notavit in
scriptis esse forte, sed edidit sorte, fortasse nolens,
aut quia typographus vocem Gisellini sumpsit. Re-
centiores textum Heinsii exscribunt.

105. Rotend., urbe adeo, ex quo conjicit Heinsius
urbe abeo, Foro Cornelii. Verum lectio aliorum
omnium codicum longe melior est. Nam Prudentius
urbem Romam petebat, ubi dextris successibus usus
est. Relege vers. 3. Post hunc hymnum in Mar., et
Rat. sequitur, De loco in quo martyres passi sunt.

Hæc est inscriptio in codice Marietti, ubi hic hy-
mnus ponitur post versus De loco in quo martyres
passi sunt. In Vat. A., Liber de beato Romano mar-
tyre, et ponitur post hymnum S. Eulaliæ. Aldus statim
post Hamartigeniam, Romanus martyr. Alex.,
Aurelii Prudentii Clementis V. G. Finit contra Sym-
machum liber II. Incipit ejusdem Romanus contra gen-
tiles. Parrhasius, De Coronis liber, et sine alio titulo
incipit primus versus Romane. In Ambr. cod., Sancti
Romani martyris contra gentiles dicta. Opuscula
Aurelii Prudentii Clementis, metro iambico senario. Et
in fine, Finit sancti Romani liber Peristephanon. In-
cipit Aurelii Prudentii Clementis hymnus in laudem
SS. martyrum Emeterii, etc. In Thuan. post libros
adversus Symmachum legitur cum titulo Incipit ejus-
dem Romanus contra gentiles : qui locus fortasse etiam
in Puteano huic hymno obtigerat. Ambrosianus co-
dex hunc hymnum fere integrum habet, et versus 30
primos præfationis loco notat. In Oxon. sub titulo
Passionis Romani inter Hamartigeniam et Psychoma-
chiam inseritur. Et in vita Prudentii, quam is codex
exhibebat, novem ejus recensentur libri, Cathemerim-
non, Apotheosis, Psychomachia, Hamartigenia, con-
tra Symmachum, item contra Symmachum, Roma-
nus, Peristephanon. In Rott. hoc poema ultimum est
inter hymnos Peristephanon. In Egmon., Incipit Roma-
nus. Fabr. Hymnus D. Romano martyri Antiocheno.
In editione Lotteri anno 1513, Aurelii Prudentii liber,
in quo scribitur passio beati Romani martyris, et in
eodem contra omnes gentilium deos, sectasque, et sacra
disputatur. Weitzius, qui post versus de loco bapti-
sterii hoc carmen collocat, inscribit, Incipit Romanus
Prudentii Cl. contra gentiles. Fabricius in commenta-
rio peculiari ad hunc hymnum tradit a Nebrissensi
inscribi, Agon Romani; ab Aldo Manutio Tragœdia
ex versu 1113, Seriemque tantæ digerens tragœdiæ.
Addi potest carmen et materiam esse tragica. Cæte-
rum Aldus apud me solum ait Romanus, et Nebris-
sensis Romani martyris supplicium. Fortasse Fabri-
cius voluit dicere Murmellium.

1. Nonnulli putarunt huic Romanum, esse illum
ipsum quem S. Laurentius ad fidem convertit. Ne-
brissensis narrat Romanum fuisse monachum Antio-
chenum. Chamillardus censet duos fuisse Romanos
martyres Antiochiæ passus anno 303, eodem die XIV.
cal. Decembris, Prudentiam vero utrumque per-
miscuisse, unum eundemque esse putavisse. Cel-
larius hac de re dubitat; etsi enim Eusebius cum
Prudentio non omnino consentiat (qua ratione duc-
tus est Chamillardus post Baronium, ut duos Roma-

ni s astrueret), tamen unus potuit esse Romanus, in
cujus passionis circumstantiis quibusdam vel Euse-
bius, vel Prudentius decepti fuerint. Martyrologium
Rom. plane sequitur Prudentium; de eodem Ro-
mano agunt Beda, Usuardus, Ado; et Græci in me-
nologio iisdem pene verbis, ut fatetur Baronius ad
diem 18. Nov., quamvis Græci hunc Romanum dis-
tinguant a Romano diacono ecclesiæ Cæsariensis,
quem laudat Eusebius. Ruinartius Acta S. Romani
apud Mombritium pro sinceris non habuit, et ea tan-
tum profert quæ Eusebius narrat lib. II de Resurrec-
tione et Ascensione Domini: ex quibus et ex aliis
quæ idem Eusebius tradit lib. de Martyr. Palæst.,
cap. 2, colligit Romanum genere Palæstinum fuisse,
Cæsariensis ecclesiæ diaconum et exorcistam, et ex-
tra patriam Antiochiæ passum anno 303. Ex Pru-
dentio vero ea assumit quæ ad infantis martyrium
pertinent, de quo Eusebius non meminit. Hoc Euse-
bii silentium ratio nulla est ut duo Romani eodem
die eodemque in loco martyres admittantur. Quod
autem Eusebius innuit, martyrium contigisse sub
Diocletiano imperatore, Prudentius vero nominat Ga-
lerium, id nihil refert: nam Galerius Cæsar eodem
tempore erat, et persecutionem adversus Christianos
ipse maxime urgebat. Fronto Duxæus, in not. ad 1
homil. Chrysostomi de S. Romano, prudentissime
judicat unum eundemque esse Romanum quem Eu-
sebius, Prudentius et Chrysostomus celebrant:
Non video tamen, inquit, quid obstet quominus utrum-
que contigisse dicamus... Sæpe enim fit ut dum
eamdem pugnam duo narrant historici, quædam ejus
partes ab uno attingantur, quædam ab alio prætermi-
tantur. Profecto cum Eusebius martyrium Romani
in lib. de Martyr. Palæst., et in lib. de Resurrect.
enarraverit, magis sibi ipsi adversari videtur Euse-
bius, quam Eusebio adversetur Prudentius, ut postea
explicabo. Baronius alique veteres librum Eusebii
de Resurrect., a Sirmondo primum editum, non vi-
derant, adeoque facilius duos Romanos distingue-
bant: quia Prudentius quædam de Romano dixit quæ
Eusebius in lib. de Martyr. Palæst. omisit. Quod si Ba-
ronius vidisset, multa alia ab Eusebio in lib. de Re-
surrect. in martyrio Romani enarrando proferri, quæ
penitus in lib. de Mart. Palæst. tacuerat, fortasse
aliam sententiam tulisset. Recentiores, quia illam
distinctionem Romanorum a Baronio admissam le-
gunt, fere sine alio examine a Prudentio Romanos
confusos fuisse pronuntiant. In hoc hymno ita magni-
fice pleraque exponi ait Fabricius, ut solos Christia-
nos sapere, solos sacundos esse dixeris. Ejusdem elo-
gium ex Barthio lege proleg. num. 216. De commen-
tario Murmellii vide ibid. num. 105. Fabricius nihil
in hoc hymno ait desiderari posse, nisi quod parum
pia est invocatio et conclusio. At quanto magis id
est pium quam si Phœbum aut musas more aliorum
poetarum invocaret? Dixi jam sæpe quam inaniter
hæretici invocationem Sanctorum evertere conentur.
Glossam Isonis in hoc versu non intelligo.

2. Elinguis dici solet qui non est eloquens, ut paulo
post lingua sumitur pro eloquentia, et contra infantia
opponitur facundiæ. Exempla congegit similia Bar-
thius lib. X Adv., cap. 14, lib. XLI, cap. 20; lib. XLIII.
cap. 16, ut hæc ipsa Prudentii loca illustraret.

Largire comptum carmen infantissimo : A
1064 Fac ut tuarum mira laudum concinam :
 5 Nam scis et ipse posse mutos eloqui.
 Plectrum palati, et faucium sævus tibi
 Tortor revulsit, nec tamen silentium
 Indixit ori, quo fatebaris Deuni.
 Vox veritatis testis exstingui nequit,
 10 Nec si recisis palpitet meatibus.
 Sic noster hærens sermo lingua debili
 Balbutit, et modis laborat absonis :
 Sed si superno rore respergas jecur,
 Et spiritali lacte pectus irriges,
 15 Vox impeditos rauca laxabit sonos.

1065 Evangelista scripsit, ipsum talia
 Præcepta Messian dedisse apostolis :
 Nolite verba, cum sacramentum meum
 Erit canendum, providenter quærere :
 20 Ego imparatis, quæ loquantur, suggeram.
 Sum mutus ipse, sed potens facundia
 Mea lingua Christus luculenter disseret :
 Ipse explicabit, quos supremo spiritu
 Dæmon tumultus, dum domatur, moverit,
 25 Furorè pestis pejor in novissimo.
 Sic vulneratus anguis ictu spiculi
1066 Ferrum remordet, et dolore sævior
 Quassando pressis immoratur dentibus :

GLOSSÆ VETERES.

3. Comptum, ornatum.—Infantissimo, ineloquentis-
 simo, l.
 4. Mira, pro miracula, l.
 5. Nam, quia. — Mutos, alalos, Græce mutus, l.
 8. Indixit, imposuit, l.
 10. Palpitet, vacillet.—Meatibus, transitivus vel
 viis, l.
 11. Hærens, tardans, l.
 12. Absonis, turpibus, inhonestis, l.

15. Laxabit, solvet, l.
 17. Messian, Christum, l.
 20. Suggestam, ministrando, ministrabo, summi-
 nistro, l.
 22. Luculente, manifeste, aperte loquetur, l.
 23. Explicabit, solvit scilicet illos, l.
 24. Moverit, dederit, l.
 26. Ictu, percussione, l.

COMMENTARIUS.

3. In officio Mozarabico colitur S. Romanus die 18
 Novembris, et nonnullæ strophæ ex hoc hymno de-
 sumuntur. Hic versus ita in eo breviario legitur :
Largire comptum carmen, et faustissimum.

5. Breviar. Moz., *Qui scis et ipse*. Parrhasius, *nam
 scis ipse, desideratur et*. In emendatis ait Parrhasius,
 ut versus bene servari possit, rectius fortasse esse
 scribere *Nam tu scis ipse posse mutos eloqui*. Verum
 neque ita recte precedit metrum. Pro *mutos* Widm.
 supra, Vat. B, Mar. a prima manu, Prag., *mutum*,
 fortasse ut intelligatur non duos martyres, quos hic
 celebrat, sed unum S. Romanum, exacta lingua,
 fuisse locutum. In Rat. erat *mutos*, sed apparebat
 indicium lituræ. Mariettus conjiciebat *mutum os*. Ad-
 vertendum est, *eloqui* esse *elegantè loqui*, ut explicat
 Isidorus in Differentiis; et hoc ipsum vult Prudentius,
 mutos, volente Deo, non solum loqui, sed etiam elo-
 qui.

6. Cicero, de Natura deorum cap. 59, *Plectri simi-
 lem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes*.
 Infra iterum Prudentius vers. 988, *Titubante plectro
 fatus esset debilis*. Suetonium multi allegant, quasi
 dixerit in Claud. cap. 30, *plectra linguæ titubantia*,
 sed legendum est *præterea*, non *plectra*.

7. Revellit, seu revulsit, est a revello.

10. Mar., Vat. A, Rat., *etsi recisis*; alii, *nec si recisis*.

11. Teolius *hic*, nescio an data opera, nam alii
 habent *sic*. *Linguam adharere faucibus* phrasis est e
 Psalmis petita. Virgilianum est *Vox faucibus hæsit*.
 Pro *lingua* Ald., Fabr., Egm., Bong., Hail-br., et
 nonnulli alii, *linguæ*.

12. Parrhasius contra metrum, *balbutit modis et*.
 Heinsius *mallet et laborat absonis modis*, si per mss.
 liceret, quia id concinnius est. Mihi lectio codicum
 non videtur sollicitanda.

13. Egm. mendose, *respergas*. Weitzio placuit cum
 Hailsbr. scribere *respergas*. Pro gratia cœlesti ros
 supernus ponitur ex stylo sacræ Scripturæ.

15. Parrhasius, *balabit*, minus bene, pro *laxabit*.
 Eadem varietatem lectionis ex Ambros. ascripsit
 Heinsius, et in nonnullis quidem peculiaribus scrip-
 turis Parrhasius cum Ambrosiano consentit, et for-
 tasse Parrhasius Ambrosianum consuluerat; alioquin
 diverso codice usus est Parrhasius, nam in aliis dif-
 fert ab Ambrosiano.

16. Parrhasius, Ambr., Rott. tres Torrentiani,

scribit; alii, scripsit. Matthæi locus exstat cap. x;
 vers. 19.

19. Vat. B, Mar., Rat., Prag., *providentes quærere*.

21. Rat., *facundia*.

22. Vat. A, male, *me lingua*. Idem, *luculente dis-
 serit*. Mar., Rat., *luculenter*; plerique, *luculente*.
 Vall. P, Q, Alex. a secunda manu, *disserit*; alii,
disseret. Nebrissensis ait non posse legi *Christus*, sed
Christo, quia *mea lingua* est nominandi casus. Mur-
 mellius vult *mea signa Christus*, id est, mei animi
 sensa: quamvis fateatur in quibusdam exemplaribus
 esse *mea lingua*; quod metricæ rationi non quadrare
 perperam affirmat. Non videntur hi auctores assecuti
 Prudentii mentem, et venustam appositionem *Chri-
 stus, qui est mea lingua*.

23. In his verbis *supremo spiritu* intelligi potest
 Romanum in ultima persecutione passum, quæ per-
 secutio cæteris fuerit atrocior. Giselinus simpliciter
 id intelligendum ait quomodo illa in Laurentio vers.
 505, *Dum dæmon invictum Dei Testem lacessit prælio,
 Perfossus ipse concidit*. Irridet autem Murmellium,
 quod totam hanc periodum ad historiam quæ est
 Matth. xvii, Lucæ ix, conatur detorquere: ubi scilicet
 narratio de puero lunatico exponitur.

24. Vat. A, *dæmonum*, sed factum *dæmon*. Vat B,
dederit, recte etiam correctum per *moverit*, quod est
 in margine pro div. script.

26. In margine Vat. A notatur ad hunc versum
 Æsopi fabula de lima et serpente. Fortasse indicatur
 fabula 7 lib. vii Phædri: *Mordaciorem qui improbo
 dente appetit, Hoc argumento se describi sentiat. In
 officinam fabri venit vipera, Hæc cum tentaret si qua
 res esset cibi, Limam momordit. Illa contra contumax:
 Quid me, inquit, stulta, dente captas lædere, Omne
 assuevi ferrum quæ cærodere?* Similem de mustela
 fabellam Æsopus et Camerarius conscripserunt.

27. Florus, lib. ii, cap. 15, *Quam maxime mortiferi
 morsus esse solent morientium bestiarum*. Lib. ix Con-
 trov. Senec., 6; *Concitatissima est rabies in despera-
 tione, et morte ultima in furorè animus impellitur*.
*Quædam feræ ipsa tela commordent, et in mortis
 auctorem per vulnera ruunt*.

28. Scilicet fera quassans ferrum compressis den-
 tibus immoratur spiculo, adeoque vulnus reddit gra-
 vius. Dicit *immoratur*; ut postea vers. 832, *Nec
 immorata fetibus*.

447. Hastile fixum sed manet profundius,
 30. Nec cassa sentit morsuum pericula.
 Galerius orbis forte Romani statum
 Ductor regebat, ut refert antiquitas.
 Immitis, atrox, asper, implacabilis:
 Edicta late mundum in omnem miserat,
 35. Christum negaret, quisque mallet vivere.
 Hæc ille serpens ore dictat regio,
1067 Qui mortuorum de sepulcris exiens,
 Clamat: Quid ante tempus adventu cito
 Mea regna solvis? Parce, fili Altissimi,

A 40. Vel possidere corda porcorum jube.
 Præfectus istis imminens negotiis
 Asclepiades, ire mandat milites
 Ecclesia tenus, atque de sacrariis
 Raptare plebem, mancipandam v'nculis,
 45. Ni disciplinam Nazarenam respuat
 Mox ipse, templum cogitans irrumpere,
1068 Et dissipare sancta sanctorum stu-
 [dens,
 Armis profanus præparabat impiis
 Altaris aram funditus pessumdare,

GLOSSÆ VETERES.

29. Hastile, *gladius*, I.
 30. Cassa, *inania*, I.
 32. Refert, *narrat*, I.
 36. Legio, *quæ sic vocatur*, Mar. — *De legione dæ-
 monum nunc dicit, quæ invaserat homines duos, qui non
 in domibus, sed in sepulcris morabantur. Alia illud
 dæmonium, quod vocatur Legio*, Vat. A.
 40. Vel, *saltem*, I.

B 43. Ecclesia tenus, *usque ad ecclesiam*, I.
 44. Mancipandam, *ligandam*, I.
 45. Nazarenam, *Christianam*, I., Mar.
 46. Ipse, *præfectus*, I.
 49. Altaris, *sacramenti*. — *Pessumdare, perditum
 tradere, vel perdere, una pars est sicut circumdare:
 pessumdo, id est perdo, vel dissipō*, I.

COMMENTARIUS.

29. Parrhasius, *manat*. Metrum exigit *manet*.
 30. Prag., *hæc cassa*; melius *nec*. Virgilius XII
 Æn., *Non cassa in vota vocavit*. Elmenhorstius,
 pag. 38 in Arnobium lib. I, similia profert ut illustret
 Arnobii verba: *Periculi nihil est, si, quod dicitur im-
 minere, cassum fiat et vacuum*.

31. Prag., *Valerius*: Egm., *Galerius*. Legendum
Galerius, qui tunc Cæsar erat. Vide hymnum S. Qui-
 rini vers. 6. Aldus edidit *Galerius urbis forte Romanæ
 statum*: ita etiam Teolius, quin discrepantiam le-
 ctionum adnotaverit. Plerique, *orbis Romani*: et hic
 sensus est Prudentii, qui comprobatur vers. 34,
Edicta late mundum in omnem miserat. Apud Grute-
 rum pag. 280, de Galerio exstat inscriptio, quam re-
 tuli ad hymn. S. Eulaliæ vers. 87. In Rat. ad hunc
 versum *Explicit præfatio: Incipit passio*: qui titulus
 ante eundem versum in Ambr. exstat, et simili modo
 apud Parrhasium *Passio S. Romani*.

34. Galerii edictum est illud ipsum de quo Euse-
 bius lib. VIII Hist., cap. 2: *Mandabatur ut omnes
 ubicunque Ecclesiarum antistites primum quidem con-
 jicerentur in vincula, deinde vero diis sacrificare omni-
 bus modis cogerentur. Et lib. II Vitæ Const., cap. 51:
 Sanguinolenta edicta cruentis, ut ita dixerim, mucro-
 nibus scripsit; et iudicibus præcepit ut ingeni solertiam
 sibi a natura insitam ad acerbiora supplicia excogitanda
 intenderent*.

36. Teolius mendose, *dicta pro dictat*. Widm.,
 Bong. a prima manu, Mar., Vat. B, Prag., Rat.,
legio: de qua voce vide glossas. Lex metri non pa-
 titur *legio*. *Os regium* intelligitur os imperatoris, aut
 Cæsaris, et fortasse Prudentius respicit etiam ad vo-
 cem *basiliscus*, quæ sonat *regulum*.

37. Vide cap. v Marci, et hymnum 9 Cathemer'non.

38. Aldus contra metrum, *clamabat*. Vat. A, B,
advento: lege *adventu*.

41. *Imminere conatum* quemdam et efficaciam in-
 dicat.

42. Prag., *judices*; supra, *milites*.

43. Ald., Torn., *Ecclesiatenus quæ de sacrariis*.
 Vat. A, Hailsbr., duo vel tres apud Heinsium, *Eccle-
 siatenus, ac de*. Rat., *Ecclesiatenusque, ac de*. Vat. B,
 Weitz., Mar., *Ecclesiatenusque de*. Prag., *Ecclesia
 tenus usque de*. Egm., Pal., *Ecclesiâ tenus, ac de*.
 Ambr., Thuan., *Ecclesias tenusque de*. Editio Mel-
 chioris Lotteri anno 1515, curante Hermanno Tuli-
 cho, *Ecclesia tenusque de sacrificiis*. Heinsius suo
 periculo scribi jubet *Ecclesiasten usque de sacrariis
 Raptare plebem*: quia ecclesiastes apud Græcos est,
 tam qui audit conciones, quam qui concionatur, at-
 que ita exstare in Thuaneo ex schedis Salmasianis

didicit. Fortasse alius est hic codex Thuaneus; nam
 aliam lectionem ex Thuaneo Heinsius jam indicave-
 rat. Heinsio recentiores adhærent, etiam Gallandius.
 Parrhasius ita legerat, et distinxerat, *ire mandat mi-
 lites Ecclesias per, usque de sacrariis Raptare plebem*.
 Giselinus cum Murmellio ediderat *Ecclesiatenusque de
 sacrariis*: sed in notis monuit malle se legere *Ecclesia
 tenus, atque de sacrariis*, ut sententia sit jussos fuisse
 milites in ipsam usque ecclesiam irrumpere, atque
 raptare plebem de sacrariis. Hæc mihi lectio præ
 cæteris placet, et exstat in Alt., et in Vat. P. Phrasis
 est Prudentiana *Ecclesia tenus*, ut *crate tenus* Perist. 3,
 vers. 148; *aure tenus* Symm. 2, vers. 729; *fundo
 tenus* Peristeph. 13, vers. 85; *summo tenus extrema
 tactu* Psych. vers. 692; et fortasse ex aliqua glossa
usque ad pro tenus postea turbata est vera lectio, ad-
 missa glossa in textu. In Alex. tamen videtur fuisse
Ecclesiasten usque de sacrariis, sed factum postea
Ecclesia tenusque de, quod in Urb. est ita unitum
Ecclesiatenusque. *Tenus pro usque ad* cum verbis mo-
 tus ab aliis etiam usurpatum est. Vide lexica.

45. Judæi contumeliose Christianos *Nazarenos* vo-
 cabant, a quibus fortasse gentiles id vocabulum con-
 tra Christianos mutuati sunt. Vide vers. 25 Vincentii.
 Nihilominus Prudentius ipse ita loquitur 1 in Symm.
 vers. 550, *Ad sincera virum penetralia Nazareorum*:
 nisi etiam tum intelligit hoc nomen per contumeliam
 olim Christianis datum.

47. *Sancta sanctorum* ex phrasi Hebraica pro sa-
 crario. Psychom. vers. 815, *Sanctorum sancta rei sat*.
 Eusebius lib. de Martyr. Palæst. ait comprehensum
 Romanum, quia quosdam Christianos templa deorum
 adeuntes increpabat: et lib. II de Resurr. narrat eum
 ad iudicem objurgandum aggressum. Vera hæc omnia
 esse potuerunt.

48. Ald., *profanis*, minus recte.

49. Thuan., *aram*: lege *aram*. Distinguit Pru-
 dentius *aram* ab altari, ut hymn. 7 Cath., vers. 203,
Altaris aram quod facit placabilem. Murmellius sum-
 mam altaris partem *aram* vocat. Alii altare divis
 erigi, *aram* Deo poni docent. Nonnulli altare dictum
 quasi *aram altam* existimant. Giselinus simpliciter
 locum oblationibus dicatum, sive in summo altari
 positum, sive alibi, *aram* vocari censet. Altare vero
 ait esse ædificium e terra exaltatum, hominibusque
 convenientibus ad martyrum tumulos recipiendis
 destinatum. Nunc certe ara ab altari ita distinguitur,
 ut ara sit pars sacratiois altaris, et in qua sacramen-
 tum eucharistiæ perficitur et collocatur. Hæc nostra
 consuetudo cum Prudentii verbis cohæret, ut in Hip-
 polyto iterum dicemus. Berthaldus, de Ara cap. 2,

- 50 Foresque et ipsas in ruina[m] solve[re].
Præcurrit index his repente cognitis
Romanus, acris heros excellentiæ,
Venire in armis perduelles nuntiat,
1069 Animos paventium præstruens horta-
[tibus,
55 Stent ut parati, neve cedant turbini.
Conspirat uno foederatus spiritu
Grege Christianus, agmen imperterritum
Matrum, virorum, parvulorum, virginum :
Fixa et statuta est omnibus sententia .
60 Fidem tueri, vel libenter emori.
Refert repulsus miles ad subsellia,
Plebis rebellis esse Romanum ducem,
Flagrare cunctos pervicaci audacia,
Jugulos resectos obstinate opponere,

- A 65 Quo gloriosa morte fortes oppetant.
Præceps jubetur inde Romanus rapti,
Solusque, ut incitator, et fax omnium.
Pro contumaci plebe causam dicere.
It non resistens, seque vinciri petit,
70 Flexas et ultro torquet in tergum manus.
1070 Amor coronæ pene prævenit trucem
Lictoris artem, sponte nudas offerens
Costas, bisulcis exsecandas unguis.
Irrumpit altum limen, et præconibus
75 Stupore mutis, ipse tortorem trahit.
Astanti ob ora sic tyrannus incipit :
Infame monstrum, vilis, intestabilis,
Tu ventilator urbis, et vulgi levis
Procella, mentes inquietas mobiles,
80 Ne se imperita turba dedat legibus.

GLOSSÆ VETLRES.

50. Solvere, *vertere*, I.
52. Acris, *fortis, prudens*. — Excellentia, *constantia*, I.
53. Perduelles, *pugnaces: duelles, id est rebellis. Duellio et duellis est homo rebellis; duellum et duellium res ipsa, id est, rixa. Pugnantes*, I.
54. Præstruens, *præmonens*, I.
55. Turbini, *tentationi*, I. *Persecutioni*, Mar.
60. Libenter emori, *sponte mori*, I.
61. Refert, *renuntiat*. — Ad subsellia, *ad tribunalia, ad senatum, ad loca judicii*, I.
63. Pervicaci, *pertinaci*. — Audacia, *duritia*, I.
64. Jugulos, *colla*. — Obstinate, *perseveranter*,

- B *dure*, I.
65. Quo, *ut*. — Oppetant, *morianantur*, I.
66. Præceps, *velox*, I.
67. Fax, *incensor ad hoc*, I.
68. Contumaci, *pertinaci, vel pervicaci*, I.
69. Vinciri petit, *ligari desiderat*, I.
71. Pene, *vel pone, id est juxta*, I.
76. Astanti, *martyri*. — Ob ora, *contra faciem*, I. *Contra ora*, Mar.
77. Intestabilis, *indignus testimonio, sine teste bonitatis, vel detestabilis*, I.
79. Inquietas, *commoves*, I.
80. Dedat, *sponte tradat*, I.

COMMENTARIUS.

monet Prudentium ea imprimis calluisse quæ ethnicorum erant, et hoc loco declarare altare aræ impositum fuisse, aramque ipsius altaris penitus disjectam ac dirutam, velut eversum aliquod fundamentum. In hac significatione altaris ara erit fundamentum altaris. Sed cum Berthaldus ipse ex hymno S. Hippolyti colligat aram ab altari distingui, quia reliquæ martyrum altari supponebantur, et propter aram apponebantur, non satis intelligitur quo pacto ara sit fundamentum altaris.

50. Vat. B, Prag., *vertere* pro *solvere*.
51. Hailsbr., *præcurrit*, *perperam*. In nonnullis vulg. mendum est *judex* pro *index*.
52. Ald., Hailsbr., *Romanus sacræ heros excellentiæ*; in marg. Vat. A pro div. lect., *Romanæ sacræ heros excellentiæ*. Fabricius, *Romanus heros excellentiæ sacræ*: quæ omnia sunt contra metrum, uti etiam *Romanus sacræ heros excellentiæ* in quibusdam minus vetustis. Cauchius conjiciebat *Heros sacræ Romanus excellentiæ*, atque ita habet Vat. P; neque minus abludivit Urbinas, *Sacræ Romanus heros excellentiæ*. Sed verior et communior scriptura est *Romanus, acris heros excellentiæ*, quæ etiam exstat in veteri editione Lotteri, in Thuan. vero *acræ* a manu prima. Ex postrema littera *Romanus*, et *acris* factum *sacris* in nonnullis. In *heros* postrema corripitur a Prudentio, ut in *dæmon*: quod in catalogis syllabarum quæ male ab eo vel producuntur, vel corripuntur, a Chamillardo, Cellario et Teolio animadversum non est. In hoc eodem hymno vers. 457, *Cum sit quietus heros in quem sæviunt*.
54. Prag. mendo-e; *præstruens hostibus*.
60. Vat. A corrupte, *ut pro vel. Parrhasius, fidem tenere*.
61. *Subsellia* sunt judicum tribunalia, et pro ipsis iudicibus a Martiali ponuntur lib. 1, epigr. 27. *Serviliane, bibis quantum subsellia quinque*.
63. Vat. B, Prag., *pertinaci audacia*.
64. Id Cicero ita dicit, *Jugulum ostentare*.

65. Ammianus lib. xxii, *Pertulere cruciabiles pœnas adusque gloriosam mortem intemerata fide progressi, et nunc martyres appellantur*. Ita homo ethnicus de Christianis, ut fusiùs exposui in Vincentio ad vers. 407.

- C *lusque, ut*.
71. Parrhasius male, *pœnas*. In Mar. videtur esse *pone*. Retine *pene*.
73. Gis. in textu, Lotteri ed., *exarandas* pro *exsecandas*. Murmellius etiam *exarandas*: sed monet alios habere *exsecandas*. De unguis bisulcis vide hymn. 1 Peristeph. ad vers. 44. Baronius in not. ad Mart. Rom. ad diem 16 Martii, pag. 122, multis collatis Prudentii locis, unguis ferreas describit.
74. Fabricius ait denotari templi magnificentiam a liminis sublimitate. Nescio an Christianorum an paganorum intelligat templum. Melius Nebrissensis, *prætorium judicis* exponit.
75. Statius 12 Theb., 463, *Et ad regem qui deprehendere trahuntur*. Ubi alii legunt *trahant*. Juvenalis sat. 3, *Tunc te sacræ ad delubra vocantem Præcedit, trahere imo ultro, ac vexare paratus*.
77. *Intestabiles* dicebantur qui vel testimonium perhibere non poterant, vel testamentum condere. In notis mss. editionis Lotteri falso dicitur hoc vocabulum raro apud auctores reperiri. *Intestabilis* pro scelurato legitur apud Horatium, Sallustium, Tacitum aliosque.

78. Egm. vitiose, *tu ventilator*, et editio Lotteri, *tu ventulator* pro *tu ventilator*. Id gentiles vulgo Christianis exprobrabant. Dictum jam ad passionem Fructuosi.

79. In nonnullis vulg. male distinguitur *mentes inquietas, mobiles*: nam *inquietas* est verbum quo Columella multique alii usi sunt.

80. Imperitia passim objecta Christianis, ut constat ex Minucio, Arnobio, Tertulliano, Luciano, Theodoro, Justino.

Populare quiddam sub colore gloriæ
 Illiterata credidit frequentia,
 Ut se per ævum consecrandos autument,
 Si bella divis, ceu gigantes, inferant,
 85 **1071** Victique flammis obruantur montium.
 Hoc tu parasti, perditæ, spectaculum
 Cladis cruentæ de necandis civibus:
 Quos ut profanos, impiati et sæculi
 Reos, necesse est te magistro interfici:
 90 Tu causam mortis, tu malorum signifer.
 Ni fallor, æquum est, ut, quod auctor improbus
 Tolerare multos compulisti, carnifex,
 In te recurrat, proque tantis cædibus,
 Quæ mox futuræ, primus exitium luas,
 95 Feras et ipse, quod ferendum suaseras,
 His ille contra reddit ore libero:

A Amplector, o præfecte, nec me subtraho,
 Ut pro fideli plebe solus immoler,
 Dignus subire cuncta, si me consulis,
 100 Quæcunque vestra jusserit crudelitas.
1072 Intrare servis idolorum ac dæmonum
 Sanctam salutis non licet nostræ domum,
 Ne polluatur purus orandi locus:
 Confido sancto in Spiritu, nunquam tibi
 105 Dandum, ut beatum limen attingas pede.
 Ni forte noster factus, in nostrum gregem
 Mereare sumi: quod Pater faxit Deus.
 Incensus his Asclepiades jusserat,
 Eviscerandum corpus eculeo eminus
 110 Pendere, et uncis, vinculisque crescere.
1073 Apparitores sed furenti suggerunt,
 B Illum vetusta nobilem prosapia,

GLOSSÆ VETERES.

81. Populare, venerabile, vel gloriosum, I.
 82. Illiterata, indocta. — Frequentia, agmen, multitudi-
 tudo, I.
 85. Autument, vestiment, I.
 85. Flammis, flammeis montibus, Mar. — Montium,
 principum; nam dii, in montibus stantes, fulmina
 mittebant, I.
 88. Impiati, corrupti, I.
 91. Æquum est, justum est, I.
 94. Futuræ, scilicet crunt. — Exitium luas, periculum
 persolvat, I.
 96. His, verbis, I.

97. Amplector, tua jussa libens suscipio, I.
 99. Cuncta, tormenta. — Consulis, scilicet respon-
 debo, I.
 100. Crudelitas, scilicet patiar, I.
 106. Gregem, consortium, I.
 107. Faxit, faciat: optando dicit, I.
 109. Eculeo, patibulo. — Eminus, longe, I. Alte,
 Mar.
 110. Crescere, tumescere, I., Mar.
 111. Apparitores, tortores. — Suggestunt, indicant, I.
 112. Prosapia, in suo genere, I.

COMMENTARIUS.

83. Ald., Alex. supra, autumans.
 85. Iso montium interpretatur principum. Præf-
 ectus alludit ad fabulam de gigantibus, adversus quos
 Jupiter montes jaculatus est.
 86. Prag., o perditæ.
 88. Pal., Egm., Vatt. A, P, Q, quatuor Heinsiani,
 impiati sæculi sine et. In Vat. B est factum impiati,
 ab abris quibusdam characteribus. Hoc etiam convi-
 cium Christianis illatum, profanos, impios, sacrilegos
 eos esse. Suetonius in Nerone: *Christiani, genus ho-*
minum superstitionis novæ ac maleficæ. Id demonstra-
 tur etiam ex Arnobio, Tertulliano, Justino aliisque.
 Vide notas Heraldii et Woweri ad Minucii verba:
Plebem profanæ conjurationis instituunt; ubi plura his
 Prudentianis similia invenies.
 92. In Prag., Vat. P, Rott. deest ut ante carnifex;
 et in Alex. deletum est, quod secutus est Heinsius,
 et cum eo recentiores. Gallandius cum antiquis edi-
 dit, ut carnifex. Sed melius ut omittetur.
 94. Prag. a prima manu male, primo pro primus.
 Aldus, exitum: melius exitium.
 96. Egm. corrupte, redduntur e libro. Reddere
 pro respondere poetis usitatum.
 99. Prag. contra metrum, dignus sum subire, Mar.
 a prima manu, Rat., nonnulli Vulg., si me consulas.
 101. Recens corrector in Rat. pro idolorum, quod
 videtur erasum, posuit pessimorum, quod non est fe-
 rendum. Servus idolorum et dæmonum phrasi eccle-
 siastica pro Dei hoste ponitur. Infidelibus olim non
 licebat in ecclesiam ingredi; sed in narthecæ interiori
 consistebant, non ultra progressi, ut liquet ex concil.
 Carthag. iv, Chrysostomo, Augustino; aliisque. Vide
 Jul. Laur. Selvaggius Antiq. Christ. instit. tom. III,
 lib. II, part. 1, § 3.
 102. Ecclesia inter alia nomina vocabatur etiam
 oratorium, domus orationis, et, ut patet ex hoc versu,
 domus salutis: quæquam fortasse hæc non erat pe-
 culiaris appellatio ecclesiæ; sed ita a Prudentio ec-
 clesia circumscribitur. Non enim nunc occurrit si-
 milis ab aliis usitata appellatio.
 104. Ald., Mar., Widm., Pal., Urb., et scripti ple-

rique apud Heinsium, confido in sancto Spiritu. Vatt.
 B, Q, confido in Spiritu sancto. Ambr., Thuan., Alex.,
 editio Lotteri, Parrhasius ad metri rationem, confido
 sancto in Spiritu. Giselinus confido in almo spiritu,
 ad marginem cum Aldo. Nonnulli vulg., confido san-
 cto Spiritu.
 106. Aid. et nonnulli vet. codd., nisi forte. Vir-
 gilios lib. II, Noster eris.
 107. Egm. depravate, merearis uni. Rat. perperam,
 merearis sumi. Vat. B. corrupte, faxat Deus.
 110. Weitz., Fabr., Hailsbr., Bong., unguisque
 crescere, minus bene. Parrhasius, Pendere; et uncis,
 unguis decrescere. Vera lectio vinculisque crescere.
 Sermo est de uncis quibus vincula alligabantur,
 et de his ipsis vinculis quibus torquendi in ecu-
 leo extendebantur, adeoque crescebant. Seneca epist.
 66 a Sagittario laudatus: *Aut eculeo longior fac-*
tus: Silius, lib. I, vers. 175, *Per artem Servitia*
extenti, quantum tormenta jubebant, Creverunt artus.
 De eculeo egi in Vincentio ad vers. 109. Thomas
 Hurtado, de Vero Martyrio, resolut. 35, digress.
 2, sect. 3, existimat eculeum esse tormentum illud
 quod Hispani vocant *potro*, quæ vox significat ecu-
 leum, sive equuleum, aut parvum equum: quo scili-
 cet membra fidibus usque ad sulcos contringuntur,
 et usque ad ossium fracturam, si nimis fidiculæ in-
 torqueantur. Approbat eam explicationem Cæpini,
 fidiculas Hispanis esse *trato de cuerda*. Verum His-
 pani hoc nomine vocant elevationem illam corporis
 per trochleas, de qua dixi in Vincentio ad vers. 110,
 ut ipse Hurtadus videtur a novisse in Anacephalæosi.
 Ibidem amplectitur Barthii sententiam lib. XLII, cap.
 27 Advers, qui tenet, omne tormentorum genus, cui
 impositi rei extenderentur, a similitudine ascensionis
 equestris eculeum fuisse appellatum, neque ab hoc
 nomine abhorreere *caballetum*, quod Thomas Segetus
 Mirandulæ superesse scripsit. Italis *cavalletti* vox hoc
 ipsum quodammodo indicat: quæ Latine eculeus est.
 112. Weitzius cum solo Widm. edidit *genitum pro-*
sapia, repugnante metro lib. VII, cap. de Malefic.:
Excepta tormentis sunt corpora honoribus præditorum;

Meritisque multis esse primum civium. A
 Jubet amoveri noxiam stipitem,
 115 Plebeia clarum poena ne damnet virum.
 Tundatur, inquit, terga crebris ictibus,
 Plumboque cervix verberata extuberet :
1074 Persona quæque competenter ple-
 [ctitur,
 Magnique refert, viis, an sit nobilis :
 120 Gradu reorum forma tormentis datur.
 Pulsatus ergo martyr illa grandine,
 Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos,

Erectus infit : Absit, ut me nobilem
 Sanguis parentum præstet, aut lex curiæ :
 125 Generosa Christi secta nobilitat viros.
 Si prima nostris quæ sit incunabulis
 Origo, textu stemmatis recen- eas,
 Dei parentis esse ab ore cœpimus :
1075 Cui quisque servit, ille vere est
 [nobilis :
 150 Pat. i rebellis, invenitur degener.
 Honos deinde stemmati accedit novus,
 Et splendor ingens, ut magistratus, venit :

(LOSSÆ VETERES.

113. Primum, principem, I.
 115. Plebeia, rustica, vilis. — Clarum, nobilitas, I.
 116. Tergum, per tergum, Iso.
 117. Extuberet, tumescat, vel crescat, strumosa fiat;
 inflatur, I.
 118. Persona quæque, omnis homo. — Competen-
 ter, secundum suam naturam. — Plectitur, punitur, I.
 119. Magnique; pretii; magni distantia, I.
 120. Gradu, natura. — Datur, competenter, I.
 121. Grandine, persecutione, vel ictuum, I.
 124. Præstet, fatiat; sublinem faciat, I.

125. Secta, doctrina, I.
 126. Incunabulis, incunabula, cunæ, crepundia et
 crepitacula idem sunt, I.
 127. Textu, ordine. — Stemmatibus, generis, nobili-
 tatis, generationis, I.
 B 128. Parentis, patris. — Ab ore, quando primo
 parenti insufflavimus spiritum vitæ, I.
 130. Degener, dicitur, qui factis depravatis non
 respondet nobilitati parentum, I.
 131. Stemmati, nobilitati, I.
 132. Ut magistratus, sicut dignitas, I.

COMMENTARIUS.

præter illa videlicet crimina quæ legibus demonstrantur.
 Cod. Theod. de Quæst. lib. ix, tit. 35, leg. 1, agitur
 etiam de exemptione nobilium a quæstione sive tor-
 mentis; ubi plura explicat Gothofredus, qui obser-
 vat, in hac lege tantum sermonem esse de fideiculis.

116. Ald., Mar., Rat., Vatt. B, Q, Urb., Weitz.,
 Bong., Widm., Gis. in contextu, Sieh., tundatur,
 inquit, tergum. Alex., Vat. P, Alt., Rott., Thuan.,
 Ald., aliique recte, tundatur, inquit, terga, ut sit græ-
 cismus. Monuit Gifanius in ras, ita habere vet. lib.
 et metri rationem postulare: Namque in eo carmine
 præstantissimus Clemens hoc servavit perpetuo, ut
 quarta sedes haberet iambum. Comparæm tribrachym.
 quarto loco nonnunquam Prudentius admisit: non au-
 tem spondæum, qualis esset si legeretur tergum crebris.
 Parrhasius et Lotterus non ita concinne, Tundantur,
 inquit, terga crebris ictibus. In Ambr., tendatur, inquit,
 terga, ex quo Heinsius conjicit Tendatur, inquit :
 terga crebris ictibus, Plumboque cervix verberata extu-
 berent. Baronius in notis ad Martyr. 11 Junii ex le-
 gibus cod. Theod. colligit, plumbatarum verberibus
 viles tantum personas fuisse vexatas. Sed illæ leges
 potius Prudentio favent, cum inde pateat plumbata-
 rum ictus ante eas leges latas supplicium fuisse per-
 sonarum etiam non vilium. Gothofredus ad leg. 2
 loc. cit. docet hac lege curiales a fideiculis immunes
 esse, non item a plumbatis.

117. Hallsbr. mendose, exuberet pro extuberet. Per
 synecdochén plumbum ab Hilario, Ambrósio, et hoc
 loco a Prudentio usurpatur pro plumbatis, quæ, ut
 multi explicant, erant flagella ex funiculis aut loris,
 in quorum summitatibus glandes plumbeæ alligaban-
 tur: quæ descriptio parum placet. Alii aiunt plum-
 batas fuisse pilas plumbeas corio consutas. Doctissi-
 mus Lupius in Dissert. 12 agit de plumbatis quæ
 Romæ in sepulcro cujusdam martyris repertæ fue-
 rant, Benedicto XIII pontifice. Erant autem illæ
 glandes ex ære, non ex plumbo, et catenulis, non fu-
 niculis aut loris, alligatæ. Suspiciatur Lupius, initio
 ex plumbo factas fuisse glandes, unde plumbatarum
 nomen manserit: neque enim audierat usquam as-
 servari plumbatas ex plumbo. Ex ære etiam sunt
 plumbatæ, quarum ectypum exhibemus tab. xxvi.
 Exstant in museo sacro Vaticano, et catenulis ferreis
 vel æneis, ut mihi inspicienti visum est, glandes sunt
 colligatæ.

124. Parrhasius, ille; rectius, illa. Plumbatarum

mentio sæpe fit in cod. Theod. diversis formulis,
 plumbatarum ictus, cruciatus, verbera, plumbi verbera,
 plumbo affici, plumbo coerceri, plumbo confundi,
 plumbatis coerceri: quas omnes comprehendit Pru-
 dentius: Tundatur ictibus, plumbo verberata, pulsatus
 grandine, ictus plumbeos. Libanius etiam orat. 7 pro
 Aristoph. plumbatarum verbera vocavit grandinem.

124. Suspicio legendum lex Curia. Nota ms. in
 editione Lotteri exponit lex Portia. Sed leges curiæ,
 et curiatæ dictæ sunt, quas Romulus, postquam in
 triginta curias populum Romanum divisit, ad repu-
 blicæ regimen tulit. Alii etiam reges leges curiatas
 tulerunt: S. Ambrosius in cap. III Lucæ similia
 quædam habet de curiis.

125. Vide Ouzelium ad Minucii verba: Nobilitate
 generosus es? parentes tuos laudas? Omnes tamen pari
 sorte nascimur, sola virtute distinguimur.

126. Parrhasius, Si prima nostri quæ sit incunabu-
 lis. Widm., Si prima quæ sit nostris in cunabulis, con-
 tra metrum. Plerique, Si prima nostris quæ sit. Sed
 Urb., Vat. Q, Alex., incunabulis; alii, in cunabulis.
 Heinsius cum Ambr. prætulit nostri quæ sit in cunabu-
 lis, sed conjiciebat nostris quæ sit incunabulis, quod
 reipsa in emendatis ediderat Giselinus.

128. Chrysostomus egregie probat, æque homines
 esse nobiles, qui Deum Patrem vocant in oratione
 dominica Pater noster, homil. in Matth. 19, al. 20:
 Omnibus quippe unam largitus est nobilitatem cum om-
 nium similiter Pater vocari dignatus sit.

129. Parrhasius et Lotterus, quisquis: metrum
 exigit quisque. Dixi jam alibi de hac voce quisque
 pro quisquis, et plura videri possunt in Anthologia
 Burmanni, pag. 356. Aliquis volebat scribi quique pro
 quisque, aut quisquis: nihil mutaverim, invitis codi-
 cibus.

131. Parrhasius, dein: metrum vult deinde.

132. Fabricius censet; magistratum hic poni pro
 magisterio, sive magistri officio, ut contrario modo
 potestas pro prætore apud Ciceronem, et Juvenalem.
 Exponit scilicet, ut magistratus venit, id est, postquam
 fidei periculum faciendum est. Mihi id obscurum
 videtur: neque puto, Prudentium aliud voluisse, nisi
 splendorem ingentem, qualis e magistratibus prove-
 nit, Christianis accedere e martyrio: perinde quasi
 dicat omnes Christianos esse nobiles, martyr. s. vero
 veluti honoribus magistratum eandem. Sic in hymno
 S. Laurentii hunc perennem consulem vocavit.

Si confitendi nominis tēstem probum
Signent inusta ferri, et ignis vulnera,
135 Et vim dolorum mors sequatur inelyta.
Cave, benignus esse perverse velis,
Nec mi remissus leniter peperceris :
Incumbe membris, tortor, ut sim nobilis.
1076 His ampliatus si fruar successibus,
140 Genus patris, matrisque flocci fecero.

A Hæc ipsa vestra dignitatum culmina
Quid esse ceuses? nonne cursim transeunt
Fasces, secures, sella, prætextæ togæ,
Lictor, tribunal, et trecenta insignia,
143 Quibus tumetis, moxque detumescitis?
Cum consulatum initis, ut vernæ solent,
1077 Pudet fateri, farre pullos pascitis :
Aquila ex eburna sumit arrogantiam

-GLOSSÆ VETERES.

133. Probum, bonum, I.
134. Inusta, valde usta, I.
136. Cave, cave, velis simul jungendum : cave enim abnegativum est nec eget aliqua abnegatione, sicut Cave, facias debemus dicere; non Cave, ne facias, I.
137. Mi, pro mihi. — Remissus, ad misericordiam, mollefactus, I.
139. Ampliatus; dilatatus, prosperitatibus, auctus, I.
140. Flocci fecero, pro nihilo duco, parvipendam, parvipendo; ductus sermo a flocco, quod homines, in re vilissima utentes, a vestimentis extrahunt et projiciunt, quasi pro nihilo reputantes, I.
142. Cursim, velociter, I.
143. Fasces, honores, summæ dignitates. — Sellæ,

quæ in curia ponebantur. — Prætextæ togæ, genus vestimenti : prætexta vestis est qua utebantur pueri usque ad sextum decimum annum, et dicta prætexta eo quod latior purpura ei intexebatur in capitiō; postea toga utebantur, I.
144. Lictor, virgifer. — Trecenta, finitum pro infinito. — Insignia, ornamenta, I.
146. Initis, intratis. — Vernæ, juvenes, servi; vernaculus, ut dicit Isidorus, dictus est, quasi bonus hereditarius natus; qui et domigena dicitur, id est dominatus, I.
148. Ex eburna, eburneæ aquilæ ferebantur in vexillis Romanorum propter aquilam, quæ armiger Jovis est, I.

COMMENTARIUS

133. Nomen Christianum, nomen Christi; et simpliciter nomen pro eadem re veteres Christiani passim usurpabant. Mazochius Spicil. Bibl. part. 2, pag. 90, putat Christianos veteres imitatos religionem Judæorum in nomine tetragrammato, adeoque nomen simpliciter dixisse, cum nomen Christi vellent indicare. Certe sæpe videtur nomen Christi significari, ut apud Cyprianum de Laude martyrii : *Per hoc et testimonium nomini redditur, et majestas nominis redampliatur.* Sed interdum clarum est, sermonem esse de nomine Christiano, ob cujus solius confessionem vel professionem sine alio crimine supplicio Christiani afficiebantur : quia scilicet illud nomen erat nota religionis.

135. Prag. mendose et inde dolorum. Rat., Vat. B, Mar. a prisca manu, finem dolorum.

136. Vat. B, Mar., Rat., Sich., Weitz., Hailsbr., Bong., Widm. a prima manu, perversibilis, quod metro non cohæret. Alii, perverse velis. Fabricius, perverse ut velis.

138. Vat. B a veteri manu, tortor jam tum nobilis, contra metrum et sententiam. In Prag. etiam mendose jam tamen; supra jam tum, vel jam sum.

139. Ampliari ad nobilitatem refertur, ut amplitudo. Exempla vide in lexicis.

143. Mar., Rat., Prag. non bene, sellæ pro sella : nam quarto loco spondæus esse nequit, adeoque Weitzius erravit, cum edidit sellæ. Aldus, Vat. B, prætexta, togæ. Ox., prætexta togæ. Fabr., prætextæ, toga. Hailsbr., prætextæ toga. Ambr., prætextæ et togæ, et sic etiam Parrhasius. Heinsius vult prætextæ et toga. Weitzius, Gifanius in fere ex vet. lib., Vat. A, Alex., prætextæ togæ, quod probum est. Toga communis erat omnibus, prætextæ toga propria magistratuum. Heinsio recentiores consonant : Gallandius vero edidit prætextæ et toga, et ex aliis adnotat sellæ, prætextæ, togæ. Fasces et secures consulum erant insignia, sellæ ædilium, prætextæ togæ imperatorum. Lictor ad consules etiam pertinebat, tribunal ad judices. Juvenalis sat. 10 : *Prætextæ, et trabæ, fasces, lectica, tribunal.*

144. Egm., Hailsbr., tribunal, hæc trecenta. Gis. ad oram, et cruenta.

145. Detumescere legitur etiam apud Petronium et Statium. Tumoris nomine Christiani scriptores passim superbiam significant, quod ex Euripidis Hecuba et Horatio sumptum censet Barthius lib. xxx Adv. cap. 49 : ego ex ipsa rei natura n agis credo. Wipertus, Prudentii amator et imitator, lib. 1, cap. 11 : *Ingenii*

excellentia, qua solent carnales super modum tumescere, moxque detumescere.

146. Vat. B, ut vermes solent, quod Colerus in suis membranis exstare ait ad Valerium Maximum, pag. 548. Codex Marietti, de quo loquitur Colerus, habet certe vermes, et supra pro diversa scriptura verres, demum ad oram vernæ. In eodem Mar. videtur esse dum pro cum. Interpretatio horum versuum hæc circumfertur, Romanos; cum consulatum inibant; farre pullos pascere (quod munus est servorum), quoniam ominosum habebatur, si pulli farre abstinerent, et Romani nihil inauspicato agere solebant. Pignorius, de Servis pag. 270, agit de aviario, altiliario, qui ab Horatio fartor appellatur, cujus officium, inquit, erat aves opimare et obesare in gratiam lautarum epularum. Et hinc arripuit occasionem apud Prudentium Romanus martyr deridendi prælectum Asclepiadem. Itaque existimo ipsos qui consulatum inibant pullos per se pascere, ut auspicia caperent; et idcirco ait Prudentius : *ut vernæ solent, farre pullos pascitis.* Giselinus ait, id factum per pullarios, quia Romani, teste Hal carnasseo, nec magistratus, nec magni aliquid inchoabant, priusquam eos consulerent. Parum hæc explicatio Prudentio congruit. Salvianus, lib. vi de Govern., eam superstitionem in Christianis merito reprehendit : *Quid enim nunquid non in consulibus designandis et pulli adhuc sacrilegiorum morè pascuntur, et volantis pennæ auguria quærentur, ac pene omnia fiunt, quæ etiam illi quondam pagani veteres frivola et irridenda duxerunt? Et cum hæc omnia ipsi agant, qui annis nomina tribuunt, etc.*

148. Vat. B mendose, sumpti pro sumit. De hæc aquila eburna dictum jam ad vers. 549 lib. 1 contra Symmachum. Chamillardus ait, aut errasse Prudentium, aut diversum morem fuisse temporibus Livii : nam hic affirmat scipionem eburnam cum aquila exstante in summitate ex eadem materia triumphatibus fuisse prælatum. Verum hoc nihili est : siquidem scipio gestabatur nomine triumphantis, et erat sceptrum, sive gestamen consulare. Valerius Maximus lib. iv, cap. 4 de C. Attilio Serrano : *Sed illæ rustico opere attritæ manus salutem publicam stabilierunt : ingentes hostium copias pessumdederunt; quæque modo arantium boum jugum rewerant, triumphalis currus habenas retinuerunt : nec fuit iis rubori, eburneo scipione deposito, agrestem stivam arati repetere.* Fabricius narrat talem aquilam eburneam crista rubea insignem repertam Romæ, et talem exsculptam esse in fornice areus Vespasiani, in quo manu eam tenet

Gestator ejus, ac superbit belluæ
 150 Inflatos osse, cui figura est alitis
 Jam si sub aris ad sigillorum pedes
 Jaceatis, infra sectilem quercum siti,
 Quid esse vobis æstimem projectius?
 Nudare plantas ante carpentum scio
 155 1078 Proceres togatos metris Ideæ sa-
 [eris.
 Lapis nigellus evehendus essedo

A Muliebris oris clausus argento sedet:
 Quem dum ad lavaerum præeundo ducitis
 1079 Pedes remotis atterentes calceis,
 160 Almonis usque perventis rivulum.
 Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
 Vos esse monstrat, cum luperci currilis.
 Quem servulorum non reat vilissimum,
 Nudus plateas si per omnes cursitans,
 165 Pulset puellas verbere ictas ludicro?

GLOSSÆ VETERES.

149. Ejus, *aquilæ*. — Belluæ, *elephanti*, l.
 150. Cui, *ossi*. — Alitis, *aquilæ*, l.
 151. Sigillorum, *simulacrorum*, vel *signorum*; *ido-*
forum, l.
 152. Siti, *positi*, l.
 153. Projectius, *despectius*, l.
 154. Carpentum, *vehiculū*, *curram*, l.
 155. Proceres, *nobiles*: *proceres* proprie *mutuli tra-*
horum eminentes e maceris; *inde proceres dicuntur*
eminentiores in populis, l.
 156. Lapis, *gagathes*, in quo *pingebatur*, Vat. A.

Gagathes, l. — *Gemellus*, ideo potest dici *gemellus*,
 quia in vehiculo ipsa cum filio suo *Cupidine* solebat
 sculpi vel pingi, Prag. — *Essedo*, *essedum* genus vehi-
 culi *Gallicam*, id est, quasi *assedum* ab *assidendo* di-
 ctum; genus vehiculi, l.

160. Almonis, *fluvius*, l.
 B 162. Luperci, *nudi*: *luperci* dicebantur qui *luper-*
calia celebrabant, id est *festa Panis dei*; in quibus om-
 nia immunda fiebant, l.
 165. Verbere, *percutiendo nates illarum*, l.

COMMENTARIUS.

Vespaianus. In delineatione arcus et in ipso arcu
 solum invenio Titum aquilæ insidentem in cœlum
 ferri, veteri superstitione inter divos relatum, in ar-
 cus fornice. In quatuor angulis aquilæ cum fulmine
 triumphum exornant.

150. Ebur dentem elephantis esse norunt omnes.
 Prudentius *os belluæ* vocat.

151. Ald. *perperam*, *suberis* pro *sub aris*. De sigillis
 pro statuâ vide comment. ad vers. 543 lib. II contra
 Symmachum.

152. Vat. B, Mar., Widm., *intra*; alii, *infra*. Vocat
sectilem quercum statuam; adeoque *infra* legendum
 est.

154. Baldinus, de Calceo antiquo cap. 3 et 53,
 agit de hoc ritu antiquorum nudandi plantas in qui-
 busdam sacris functionibus. Eques Victorius disserta-
 tionem edidit anno 1753, qua illustravit exiguam
 Cybelis statuam quæ nunc in museo Victorio Vati-
 cano asservatur, ut Feclus notavit.

155. Etymologiam glossæ, quod proceres sint *ca-*
pita trahium, docet etiam Servius ad I Æn. ex Var-
 rone. Alii *proceres* a *primus* derivant.

156. Vat. B, Prag., Mar. a prima manu, *gemellus*;
 alii, *nigellus*. Ald., Alex. a secunda manu, Vat. P,
 Q, Urb., *essedo*; plerique melius *essedo*. Murellius
 et Lotterus, *evehendus*. Arnobius, lib. VI: *Videtis*,
Arabas informem lapidem coluisse, lignum indolatum
Carios pro Diana, Pessinuntium s licem de cœlo lapsum
pro deum Matre. Gisbertus Cuperus in notis ad La-
 ctantium, cap. 11 de Mort. persecut., ait vel hunc
 lapidem lineamenta faciei muliebris habuisse, vel
 inclusum fuisse capsâ argenteâ faciei muliebris: quod
 tamen aliis examinandum reïnquit. Mihi vix dubium
 est quin ipse lapis lineamenta muliebris oris habue-
 rit: et id ex verbo *sedet* confirmari potest. Nihilomi-
 nus Bulengerus, lib. I, cap. 18, de Pict., probare con-
 tendit, columnas per initia pro statuâ fuisse, et sti-
 pites, et lapides. In glossis *lapis nigellus* dicitur, *gaga-*
thes: posset intelligi achates, nam achates lapis est
 nigellus, ut ex Plinio, Solino et Isidoro patet, quan-
 quam *gagathes* celebratur etiam a Plinio et Eugenio
 Toletano. Venor scriptura est *gagates* ex Græco voca-
 bulo. Joannes Fridericus Hervartius, de Admrandis
 theologiæ ethnicæ Mysteriis cap. 52, ostendere cona-
 tur primum simulacrum, e Pessinunte Romam adve-
 ctum, fuisse e magnete, et acum illam decantatam
 Magnæ deorum Matris, qua Romanum imperium
 sustentatum Servius prodit, fuisse acum magneticam,
 cujus notus jam esset usus. Joannes Winckelmannus
 in opere de Monumentis antiquis ineditis, tom. II:

sect. 2, cap. 1, de Cybelis statuâ agit. In Calendario
 Romano Massariano ita indicantur ludi Megalenses
 die 4 Aprilis: *Ludi Matr. Mag.* In Vindobonensi:
Ludi Megalesini. In Prænestino: LVBI. M. D. M. I.
 MEGALENSIA. VOCANTUR. QVOD. EA. DEÆ. MIGALE. AP-
 PELLATVR. NOBILIVM. MVTITATIONES. CENARVM. SOLITAE.
 SVNT. FREQVENTLR. FIERI. QVOD. MATER. MAGNA. EX.
 LIBRIS. SIBV. LINIS. ARCESSITA. LOCVM. MVTAVIT. EX.
 PHRYGIA. ROMAM. Vide nota Petri Franc. Foggini.

157. Arnobius lib. VII de eodem lapide coloris
 fulvi atque atrii, angulis prominentibus inæqualis,
 quem omnes hodie illo ipso videmus in si, no oris
 (forte insigniori) loco positum, indolatum, et aspe-
 rum, et simulacro faciem minus expressam simulatione
 præbente.

158. Priqua in præeundo hoc loco intervallo longò
 effertur, vimque diphthongi retinet. Ammianus lib.
 XXIII de Juliano Apostata: *Ubi ad diem vi cal.* (Apri-
 les) quo Romæ Matri deorum pompæ celebrantur an-
 nales, et carpentum quo vehitur simulacrum, Almonis
 undis abluî perhibetur, sacrorum solemnitate prisco
 more completi, somno per otium capto, exsultans per-
 noctavit, et lætus. Confer S. Ambrosium, lib. III, ep.
 48; Augustinum, lib. II de Civit. Dei, cap. 4; Arno-
 bium, Ovidium, Valerium Flaccum, Lucanum, et
 alios.

160. Thuan. contra metrum perventuri, Hailsbr.
 præventis. Rivulus Almo extra portam Capenam,
 sive S. S. bastiani via Appia fluit: ejus nomen nunc
Acquatacco, quasi aqua corrupta, ut puto. Origo
 ejus est fons aquæ salutaris, qua multi Romæ ad
 curandos morbos utuntur. Ea vocatur *acqua sana*
 Italice, et ad capitulum S. Lateranensis basilicæ spe-
 ctat, exstatque prope viam Latinam.

161. De hujusmodi superstitionibus ethnicorum
 abunde dictum est ad libros contra Symmachum et
 ad hymnum S. Laurentii, quod indicasse semel suffi-
 ciat.

162. Baronius ad annum 496 refert S. Gelasium
 lupercalia prohibuisse, et Andromachum senatorem,
 qui ea defendebat, scripto refutasse. Epistola Gelasii
 exstat inter alias pontificum. Andromachus imaginem
 quandam lupercaliam retinendam contendebat. Ge-
 lasius neque ita quidem a Christianis celebrari posse
 lupercalia demonstrat.

164. Servorum erat proprium currere et festinare.
 In prologo Heautont. Terentius: *Ne semper servus*
currens, iratus senex.... assidue agendi sint mihi.

165. Parithysius, *pulte*, quod in notis confirmat,
 dum probat, Prudentium tentasse lastidus gratiam

Miseret tuorum me sacrorum, et principum,
Morumque, Roma, sæculi summum caput.
1080 Age explicemus, si placet, mysteria,
Præfecte, vestra : jam necesse est, audias,
170 Nolis velisne, quid colatis sordium.
Nec terret ista qua tumes vesania,
Quod vultuosus, quod supinus, quod rigens,
Tormenta lethi comminaris asperi :
Si me movere rebus ullis niteris,
175 Ratione mecum, non furòre, dimica.
Jubes, relictis Patris; et Christi sacris,

A

Ut tecum adorem feminas mille, ac mares,
1081 Deos, deasque, deque sexu duplici
Natos, nepotes, abnepotes editos,
180 Et tot stuprorum sordidam prosapiam.
Nubunt puellæ, sæpe luduntur dolis,
Amasionum comprimuntur fraudibus.
Incesta fervent : furta mœchorum calent :
Fallit maritus : odit uxor pellicem :
185 Deos catenæ colligant adulteros.
Ostende, quæso, quas ad aras præcipis,
Vervece cæso fumet ut cespes meus?

GLOSSÆ VETERES.

166. Sacrorum, idolorum, I.
172. Vultuosus, terribilis, vel tristis, I.
177. Mares, masculos, I.
178. Sexu duplici, de mare et femina, I.
179. Abnepotes, natos de nepotibus. — Editos, pro-
natos, I.
181. Luduntur, decipiuntur, I.
182. Amasionum, amātorum : amasii et amasiones
unum sunt. — Comprimuntur, stuprantur, I.
185. Incesta, stupra, non casta. Distat inter forni-
cationem, et adulterium, et incestum; nam fornicatio
cum puellis et viduis; adulterium cum uxoribus alio-

B

rum, incestum cum sororibus et sanctimonialibus; et
dicitur incestum, quasi non castum, I. Jovis et Juno-
nis, Mar. — Mœchorum, Martis et Veneris, Mar.
184. Fallit, uxorem. — Maritus, Saturnus Opim,
Mar. Vulcanus, I. — Pellicem, pellex dicitur quasi
pelle illiciens, id est decipiens; nam pulchritudine depu-
tantur homines. Concubinam, I.
185. Deos, Martem et Venerem, quos Vulcanus al-
ligavit, I.
187. Vervece, vervix vocatur a verme quem habet
in fronte, qui commovens incitat eum ad prælium, I.

COMMENTARIUS.

reddere; scilicet dixisse *volupe est* ex Ennio et Plauto,
ninguidos ex Lucretio, *pultet pro pulset*. Ald., Torn.
et nonnulli vulg., *actas pro ictas*. Luperci scutica,
virgave e pelle hircina mulieres obvias feriebant, quæ
manus ultro præbebant, quasi ita feliciores puerperæ
essent futuræ, ut ex Ovidio, Juvenali et aliis colligi-
tur. Vide hb. II in Symm., vers. 861. Iso nates ver-
bere ictas docet, quod ex Choulio fusius refert Joan.
Saubertus de Sacr. vet. cap. 6. Sed, ut hic ritus
perageretur, mulieres ipsæ ad lupercos se confere-
bant.

166. Rat., Vat. B., Mar. a pr. in. et pro me non
ita probe.

167. Vat. B., Mar., *secli* : metrum postulat *seculi*.
Roma dicitur summum sæculi caput, ut *imperii domi-
na* Apoth. vers. 507. *Sæculum* pro mundo, aut orbe
accipitur, ut in hymno Sedulii : *Beatus auctor seculi*,
et S. Petrus, Chrysologus serm. CLX, *Universo sæculo
non capacem concludi corpore perpussillo*. Vide vers.
584. In Laurentio.

170. Mar., *velis, nolisne*. Rat., *velis, no'isque* :
ntrumque contra metri regulam. Nec melius Parrha-
sius, *nolis velis, nequid*. Gis., Lotterus, *nolis velisve*.
Scripti plerique, *nolis velisne*. Pro idolis sordes po-
suit. In Laurentio, vers. 263, *Dum dæmonum sordes
colis*. Sic Ennodius in Natali Epiphaniæ, *Numina jat-
laci finxerunt sordida cantu*.

171. Vat. A, *ne terret*.

172. *Vultuosus* et *vultuose* usurpant Apuleius, Do-
natus, Capella, Quintilianus, Sidonius. Innuitur vul-
tus asper, terribilis. *Supinus* pro superbo Juvenalis
sat. 1, *Et multum referens de Mæcenate supino* : quan-
quam hic pro molli potius accipitur. Pro arroganti
vero Persius sat. 1, *Seque aliquem credens, Italo
quod honore supinus Fregerit heminas Areti ædilis ini-
guas*.

173. Vat. B et Mar. non bene scribunt *læti* pro
læthi aut *leti*.

174. Hailsbr., *moveri*; Egm., *ullus*.

175. Ad hanc sententiam pertinet illud Minucii :
*Cum non disputantis auctoritas, sed disputationis ipsius
veritas requiratur*. Ubi interpretes plura similia adno-
tant.

177. Aldus, Vat. Q, *feminas, ac mille mares*. Ita
Vat. B a secunda manu, nam a priori manu videtur
fuisse, ut est in Mar., *matres pro mares*. Vat. A, Alex.,
Giselinus in emendatis. Heinsius et alii, *feminas mille*,

C

ac mares, quod magis metro et consuetudini Pru-
dentii congruit. Besselius, pag. 24 Miscellan. syn-
tagm., legendum conjicit *Ut tecum adorem feminas*,
molles mares, ut Ganymedes, Hebe, alique molles ma-
res intelligantur. At vero lectio codicum recte procedit :
neque Hebe inter mares recensenda est, dea scilicet
juventutis, non deus. Sexum deorum diversum gen-
tilibus Lactantius, Arnobius, multique alii Christiani
scriptores exprobrarunt. Arnobius, lib. III : *Adduci
enim primum hoc ut credamus non possumus, immor-
talem illam præstantissimamque naturam divisam esse
per sexus, et esse partem unam mares, partem esse al-
teram feminas* Nam consuestis in precibus, *Sive,
tu Deus es, sive tu dea, dicere : quæ dubitationis ex-
ceptio dare vos diis sexum disjunctione ex ipsa declarat*.
Preces quas Arnobius indicat legi possunt apud Ma-
crobium lib. III Saturn., cap. 9 : *Si deus, si dea est,
cui populus civitasque Carthaginensis est in tutela*,
etc. A. Gellius lib. I, cap. 28 : *Eas ferias si quis pol-
tuisset, piaculoque ob hanc rem opus esset, hostiam si
deo. si deæ. immolabat*. Idque ex decreto pontificum
observatum esse, M. Varro dicit : *quoniam et qua vi,
et per quem deorum dearumve terra tremaret, incertum
esset*. In veteribus inscriptionibus eadem formula oc-
currit *Sive deo, sive deæ. Si deus, si dea est*. Huc
spectat quod in precibus interdum dicebant, *Quisquis
es deus*. Vide Broverium, de Adorat. cap. 7, præter
Catonem et alios.

D

180. Ald., Weitz., et plerique scripti, *et tot. Gis.,
ac tot*. Heinsius cum Thuan., *ut tot*, quod habet etiam
Alex. In Ald. et Oxon., *prosapiam*.

181. Exempla habes in Proserpina, quæ Plutoni;
Hebe, quæ Herculi; Minerva, quæ Vulcano nupta
est. Deceptæ sunt a Jove Europa, Ægina, Leda, Da-
nae et alia.

182. Utitur voce *amasionum* Apuleius lib. VII de
Asino aureo.

185. *Furta* concubitus illicitos poetæ libenter vo-
cant.

184. In Jove hæc omnia crimina in promptu est re-
perire. Ejus supra novem recenset Ovidius VI Meta-
morphos., filios illegitimos supra viginti enumerat
Hyginus fab. 155.

185. Prag., *duos pro deos*, minus bene.

186. Vat. A, *adoras : lege ad aras*.

187. Weitzius, nihil metrum curans, edidit *ver-
becæ* cum Widm. et Bong. In Vat. B ex *verbice* fac-

1082 Delphosne pergam? sed vetat palæ- A
 [trici
 Corrupta ephēbi fama, quem vester deus
 190 Effemīnavit gymnadis licentia.
 Mox flevit impuratus occisum gravi
 Disco, et dicavit florulentum succubam.
 Conductus idem pavit alienum pecus :
 Furem deinde perditū passus gregis
 195 Segnis bubulcus, tela et ipsa perdidit.

An ad Cybebes ibo lucum pineum?

1083 Puer sed obstat Gallus ob libidinem
 Per triste vulnus, perque sectum dedecus
 Ab impudicæ tutus amplexu deæ :
 200 Per multa Matri sacra plorandus spado.
 Sed, credo, magni limen amplectar Jovis :
 Qui si citetur legibus vestris reus,
 Laqueis minacis implicatus Juliæ,
 Luat severam vinctus et Scantiniam,

GLOSSÆ VETERES

188. Palæstrici, palæstrici, qui, in theatro saltantes, turpia deorum canebant, I.

189. Ephēbi, imberbis, I.

190. Effemīnavit, castravit. — Gymnadis, nuditatis, vel exercitii licentia rustici, I.

191. Impuratus, commaculatus : impuratus et impurus ita distinguuntur, quod impurus in seipso immundus; impuratus autem ab alio contaminatus dicitur, I.

192. Disco, discus genus ludi qui super discum agebatur, quem ille ephēbus ludens a Borea vento occisus est. — Florulentum, in florem sui nominis, Mar. — Subcubam, vel succubam. Succuba dicitur qui alii in patiēda libidine succumbit, a succumbendo dictus : a succumbendo ad turpes usus, qui et amasio, I. — Cucubam, cucuba herba est dicata ab Apolline Hyacintho, cujus flos hyacinthus est secundum nomen pueri, Prag.

194. Furem, latronem. — Passus, sustinens, I.

195. Tela, arcum et pharetram, I.

196. Cybebes, Cybele, et Cubele, quæ Mater deorum dicebatur, quæ et Bcrecynthia, I.

197. Puer, Alys, Mar. — Gallus, scilicet castratus. Alys omnes eviratos Gallos vocabant, postquam Galli Senones Romam ceperunt, et postea quicumque Gallum cepērunt, evirabant, ne illud semen cresceret; et Gallos castratos omnes vocabant. — Ob, propter, I.

199. Impudicæ, inverecundæ, I.

200. Matri, Cybeleæ. — Spado, eunuchus, I.

201. Credo, ironice, I.

202. Citetur, judicaretur, vel commoveatur; judicetur secundum scita, I.

203. Implicatus, damnatus. — Juliæ, Romanæ legi's; Julia lex a Julia reperi'trice, quæ adulteras damnabat, I.

204. Scantiniam, a Scantinia inventore, quæ utique judicabat adul'tero : legem Romanorum, id est, iram; ea est nomen deæ, I.

COMMENTARIUS.

tum recentiori manu *verbece*. Mar. a prima manu, *verbice*. Rat., et Prag. a prima manu, ut videtur, *verbece*; alii scribunt *vervece*. *Verbex*, seu *vervex*, est mas inter oves, sed castratus : de quo Isidorus lib. XII Etym., cap. 1, consentit glossæ : *Vervex, vel a viribus dictus, quod cæteris ovibus sit fortior; vel quod sit vir, id est masculus; vel quod vermes in capite habēant : quorum excitati pruritu, invicem se concutiunt, et pugnantes cum magno impetu feriunt*. Varro a natura versa *vervecem* dictum existimat. De ara cespitiā vide hymnum S. Eulaliæ.

188. Vat. A, Q, *vetant*, quod videtur etiam fuisse in Alex. Indicatur fabula Hyacinthi, de qua Ovidius lib. X Metamorph.

189. Mar. a prima manu, *quām*, male.

190. In palæstra nudi luctabantur : hinc apud veteres *gymnasii licentia* in proverbium abiit.

192. In Vat. A recentior corrector, prioribus erasis, fecit *florulentum*, et *sucubam*. Videtur fuisse *cucubam*; ad oram legitur *cucubum*, et *sucubum* pro diversis lectionibus. Vat. B., Widm., *florulentam cucubam*. Prag., Mar., *florulentum cucubam*; sed in Mar. recenti manu factum *florulentam*. Alex., Ald., Weitz., Vat. Q, Urb., Lotter., Heinsius et alii, *florulentum succubam*, vel *subcubam*. Bong., *florulentum subcubum*; supra, *florulentam succubam*. *Florulentus* vox est auctoris Pervigilii Veneris et Solini.

193. Fabula Apollinis, qui armenta regis Admeti pavit, a quo boves et arma furatus est Mercurius. Videtur quarta sede tribrachys collocari. Posset aliquo pacto id negari; sed vers. 978 sine ulla controversia pes quartus tribrachys est.

195. Horatius, lib. I, oda 10, *Viduus pharetra Risit Apollo*.

196. Ald., Torn., Gall., *Cybellis*, Mar., *Cibiles*; Vat. A, Q, Urb., *Cybelis*; alii *Cybæbis*; Hailsbr., *Cibelis*; Alex., *Cybeles*; Parrhasius, *Cybelles*; Thuan., Egm., Alt., *Cybebis*. Heinsius scripsit *Cybebes*, aliisque scribendum persuasit ex vet. exemplaribus Virgilii, Phædri, Lucani, et ex antiquis marmoribus. Græce *Cybele* et *Cybebe* dicitur. Nihilominus Chamillardus edidit *Cybeles*. Sacra Cybeles in montibus

ubi locus pineus erat celebrari solebant : et pinus ipsa arbor est Cybele sacra; ejusque imago corona e duobus ramis pineis insignita in nummis pingebatur. Monfauconius tom. I Ant. plures imagines Cybeles exhibet, ac de ejus gestis sive fabulis copiose disserit cap. 1 et seqq.

197. De Gallis vide lib. II in Symm. vers. 522.

200. Vat. B, Mar., Prag., Weitz., Ambr., Thuan., Oxon., *matri*, quod exstat etiam in Alex., Gis. in textu, Heinsio. In aliis, *matris*. In Rott. supra *sacra* pro div. script. erat *æra*. Ex quo Heinsius et Chamillardus suspicantur a manu Prudentii esse *Per multa matris æra plorandus spado*. Referunt videlicet ad corybantia æra.

201. Juvenalis, sat. 6, vers. 47, *Turpeium limen adora*. Ex Arnobio, Ovidio, Tibullo et aliis patet hunc fuisse ethnicorum morem, ut templorum limina exoscularentur. Neque propterea accusandi sunt Christiani quod eadem venerationis signa suis templis exhibeant. Adisis prolegom. cap. 14.

202. Widm. corrupte, *scitetur* pro *citetur*. Idem error est in Mar. et Prag. In Vat. B, *qui siscitetur*. Latinius in Torn. correxit *vestris* pro *vestri*. En rationem cur Prudentius, qui tumulos martyrum amplectebatur, negat licere amplecti limen Jovis.

203. Lege Julia mæchi puniebantur. Juvenalis, sat. 2, vers. 37, *Ubi nunc lex Julia? dormis?* De hac lege Cujacius observat. 2, cap. 18 et 19. Ab Augusto lata ea lex est : neque glossæ aliter disserentis habenda est ratio. Leges *minari*, dictum ad vers. 179 lib. II contra Symmachum. Hoc argumento deos gentilium Athanasius exagitat : *Num dignum est ut is (Jupiter) qui designat talia, quique ejusmodi flagitiis famosus est, quæ ne communes quidem leges Romanorum in mere hominibus impunita velint, pro numine habeatur? Quis ipsum non vituperet? quis non multandum morte judicet?*

204. Ald., Fabr. et nonnulli, *luet* pro *luat*. Vat. B, Mar., Prag., Rat., *Luat severum vinctus, et Scantiniam*. Vat. A, *Luat severam vinctus et Scantiniam*. Thuan., Alt., Noms., Rott., *Luat severam vinctus et Scantiniam*, quod tenent Alex., Heins., et alii. Lati-

- 205 **1084** Te cognitorē dignus ire in carcerem. A 215 **1085** Signo aut sacello consecravit Her-
 Quid aut eorum conditorem temporum [eulem].
 Censes colendum? quem fugacem non ne-
 [gas]
 Latuisse furtim, dum reformidat marum:
 Quem si beate vivere audit Juppiter,
 210 Plectat necesse est occulendi conscios.
 Quid inter aras dissidentium numinum
 Putas agendum? Martis indignabitur
 Offensa virtus, si colatur Lemnius,
 Junonis iram sentiet quisque, ut deum

GLOSSÆ VETERES.

205. Cognitorē, te sciente, vel iudice: cognitor, qui causas cognoscit iudicii, I.
 206. Conditorem, constitutorem, id est Saturnum; I.
 207. Censes, iudicas, I.
 208. Reformidat, reformido et formido unum sunt, I.
 210. Occulendi, occulta di, I.
 211. Dissidentium, discordantium, I.
 215. Lemnius, Vulcanus a Lemno insula: quia Vulcanus prodidit adulterium Veneris et Martis, ideo inter se dissident; et dicitur Lemnius Vulcanus, quasi lutosus, a Græco quidem lnos, id est lutum: nam sortidat. o. luxuriae ex colore fit, qui est Vulcanus, quia

ex pellice natus fuit, I.

215. Signo, imagine, sigillo, I.

219. Placulum, facinus. Iso. Peccatum, Mar.

B 221. Cygnus, Jovis in forma. Jovis in cygnum conversus stupravit Dianam. — Stuprator, de Jove et Leda, vel de Jove et Pasiphae. — Pulpita, lectus deorum, gradus sc nae, I.

222. Saltat, canit. — Taur cornem, proprium nomen, mnilogus quidam qui cantabat Jovem versum in taurum vtiasse Europam. — Lydius, Jovis, vel nomen toni musici: musicus, I.

COMMENTARIUS.

nus in Torn. invenit Cantiniam, corresxit Scatiniam. Parrhasius videtur duas in hoc versu leges distinguere: ita enim habet, *Luat severam victus, et Scatiniam*. Unica tamen lex Scatinia nominatur, quæ erat de impudicis, a Scatinio Aricino lata contra eos qui muliebria patiebantur, ut ait scholiastes ad Juvenalis sat. 2, vers 43. *Citari Ante omnes debet Scatinia*. Nonnulli putarunt nomen eam legem accepisse a C. Scatinio, qui M. Claudii Marcelli filium de stupro appellavit, et accusante patre condemnatus est, ut refert Valerius Maximus lib. vi, cap. 4. Etsi enim leges plerumque nomen ab iis qui eas tulerant accipiebant, non raro tamen a damnatis, ut Laja a Laio.

205. In Ambrosiano multa hæc desiderabantur usque ad vers. 454. Heins. post *carcerem* interrogationis notam adjicit.

206. Prag. male, *quod aureorum*. Sermo est de Saturno, aurei sæculi conditore, in cuius templo propterea Romani ærarium esse voluerunt.

208. Thuan., *furem*: melius *furim*. Gis. ad oram, *dum pavesceret malum*: quod in aliis exemplaribus esse ait Marmellius.

209. Pal., *audet*; recte supra, *audit*.

210. Mar. a prima manu, *colendi conscius*; supra, *occulendi conscius*. Prag., *oculendi conscius*. Legendum *occulendi conscios*.

211. Widm., *dissidentium*. Alex., *dissidentum*. Vat. D Q, *dissidentum*. Vera lectio *dissidentum*. Bella deorum inter se pugnantium gentilibus plures e nostris objecerunt, Athanasius, Augustinus et alii. Arnobius, lib. iv, *Vulnerari, vexari, bella inter se gerere furiantium memorantur ardore discriminum*. Lactantius, lib. J, cap. 3, *Homerus bellantes inter se deos finxit*.

214. Peveratus ait plurimis in locis a Prudentio quique usurpari pro quicumque, seu quisquis, quod hodie fere contra fidem vet. lib. et Prudentii consuetudinem in quisque mutatum est. Sed fallitur: nam vet. codices habent quisque, non quique, et consuetudo aequalium Prudentii fuit, ut quisque pro quisquis usurparet. Vide comment. ad vers. 216 hymn. 7 Cathem. Illud vero facilius mutarem, si per membranas liceret ut deum: nam legendum puto *Junonis iram sentiet, quisque aut deum, Signo aut sacello consecravit Herculem*. Porro Hercules Jovis filius, Junonis privignus fuit ex Alcmena pellice.

215. Latinus in Torn. emendavit aut pro et.

216. Ald., Urb., Gis., Oxon., *dicēs*; plerique, *dicis*. Hanc responsionem simili arguendi ratione rejecerunt Augustinus, Theodoretus et alii. Arnobius, lib. iv, *Sed poetis tantummodo licere voluistis indignas de diis fabulas, et flagitiosa ludibria comminisci. Quid pantomimi vestri, quid histriones, quid illa mimorum, atque exoleti generis multitudo? Nonne ad usum quaestus sui abutuntur diis vestris, et lenocinia voluptatum ex injuriis attrahunt, contumeliisque divinis? Sedent et in spectaculis publicis sacerdotum omnium magistratumque collegia, etc.*

219. Vat. A, *tu turpia dum*. Vat. B, Mar., Lotteri editio, *tu cur placulum, male*.

221. Alii scribunt *cygnus*, alii *cygnus*. Martinus Roa, lib. in Singularium, part. 1, cap. 16, agens de cynedica saltatione in theatro vulgo *zarabanda*, hos versu in medium profert ut rem illustret. Saltabatur fabula Jovis, qui in cygnum conversus Ledam compressit. In theatri nostri sæculi non absimilia scelera, vel hæc ipsa saltatione representantur. De saltatione cygni stupratoris intelligendus est etiam Juvenalis sat. 6 vers. 63, *Ledum molli-saltante Bathyllo*. Spurcitiam veterum pantomimorum exagitant Clemens Alexandrinus lib. ii Paradag., cap. 10, et Cyprianus epist. 403: *Superinducitur homo fractus omnibus membris, et vir ultra muliebrem mollietiam di solutus, cui ars sit verba manibus expedire, ut desaltentur fabulosæ antiquitatis libidines*. Plura affert eruditus Balengerus lib. i de Theatro, cap. 42 et 43, et Meursius in Orchestra, sive de Saltationibus veterum.

222. Vat. B, Rat., Prag., Mar. a prima manu, Widm., Bong. supra, *comantem pro tonantem*, quod unice verum est. Ald., Urb., Gis., Heins., et alii *Lydius*; quæ scribendi ratio placuit Marmello, quia istiusmodi saltandi ars ex Hetruria Romam delata est, et Hetrusci e Lydis originem ducunt. Alii scribunt *ludius*, alii *lidius*. Glossa Isonis quæ verbo *tauricornem* appoita est, potius convenit voci *Lydiu*. Lydium pro histrione saltante Ovidius aliique posuerunt. Ornatum quo Plancus Glaucum saltavit, describit Veileius lib. ii, *Cum cæru'catus ei nudus, caputque redimitus arundine, et caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset*.

223. Cuperus, ad Lactantium cap. 76 de Moribus persecut., censet hæc loco *pontificem summum* vocat

Ridesque et ipse, nec negando diluis,
 225 Cum fama tanti polluatur numinis.
 Cur tu, sacrate, per cachinnos solveris,
 Cum se maritum fingit Alcmenæ deus?
 Meretrix Adonin vulneratum scenica
 Libidinoso plangit affectu palam,
 250 Nec te Iuponar Cypridis sauctæ movet?
 Quid, quod sub ipsis veritas signis patet,
 1087 Forma a in aere criminum vestigiis?
 Quid vult sigillum semper affixum Jovi,
 Avis ministræ? nempe velox armiger
 255 Leno, exoletum qui tyranno pertulit.

A F: cem recincta este prætenlit Ceres.
 Cur, si deorum nemo rapuit virginem.
 Quam nocte quærens mater errat pervigil?
 Fusos rotantem ce:nimus Thyinthium
 240 Cur, si Neæræ non fuit ludibrio?
 1088 Quid rusticorum monstra detes'er deum?
 Faunos, Priapos, fistularum præsidés,
 Nymphas natantes, incolasque aquatiles
 Sitas sub alto, more ranarum, lacu.
 245 Divinitatis jus in algis vilibus?
 Ad hæc colenda me vocas, censor bone?
 Potesne quidquam tale, si sanum sap's.

GLOSSÆ VETERES.

224. Diluis, purgas talia convicia: deluo, purgo: diluo, permisceo: inde diluvium, eo quod omnia permisceat, I.
 227. Alcmenæ, Ledæ: dicitur Alcmena uxor Amphitryonis, quam vitavit Jovis, vertens se in faciem illius dum ipse expugnabat quamdam civitatem.—Deus, Jovis, I.
 228. Meretrix, Venus.—Adonin, Ado amasius Veneris, quem aper interfecit: unde nimium flevit Venus. Hoc ideo fingitur, quia Ado est sol, aper hiems, et aper interfecit Adonem, id est, veniente hieme, sol a calore deficit, et moritur; et flet Venus, id est terra, quia tunc terra nihil parit, obnubilata hieme. Priapum eunuchum.—Scenica, theatralis, I.
 250. Cypridis, Veneris a Cypro insula, ubi colitur, I.
 251. Quid, scilicet est, I.
 253. Sigillum, idolum, vexillum, I.
 255. Leno, machinator stupri: qui conciliat stu-

prum.—Exoletum, juvenem Ganymedem: exoletum, quod jam adolescere, id est crescere, desiit. Adultum, obsoletus, et exoletus sordidus; sed exoletus excretum aliquando significat, sicut excretum pullum dicimus, id est adultum.—Qui, qualiter, I.
 236. Ceres, quærens Proserpinam vi raptam, I.
 237. Virginem, Proserpinam, I.
 259. Thyinthium, Herculem, quem Umsala (Omphala) faciebat, ut fusos rotaret. Umsala concubina ejus erat: umphala umbilicus, in umbilico enim est luxuria. Per Herculem fortes et sapientes; quia luxuria etiam sapientes decipit et deludit, I.
 240. Cur, fecit hoc? Mar
 241. Deum, deorum, I.
 242. Priapos, deos hortorum, I.
 245. Jus, scilicet est.—Algis, herbis marinis, I.
 246. Censor, judicator: ironicos dixit; judex, I.

COMMENTARIUS.

pontificem provinciæ. Cellarius ait intelligi Galerium sive præsentem, ut sentit Eusebius, sive absentem per apostrophem. Hoc postremum satis est probabile, quamvis Romanus alias Asclepiadem alloquatur.

224. Thuan., ridensque. Ald., Heins., Cham., Gall., Alex. a secunda manu, Urb., Gis., diluis; plerique diluis, etiam Teolius. De hoc plausu vide notata ex Arnobio ad vers. 1108 lib. II contra Symm.

226. Vat. B, mendose, sacrata. Alcmenæ fabulam scripserunt apud Latinos Actius, Cæcilius, Plautus; apud Græcos Æschylus et Archippus, ut notat Fabricius.

228. Rat. scribit meretrix. Vat. A, Weitz., Heins., et Alex., Adonem; alii, Adonin; pro quo Vat. B, Mar., Prag., Rat. sine ulla litura, Parrhasius, habent spadonem. Arnobius lib. VII, Oblit rabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere viderit saltatoris in motibus pantomimum. Adonin scripsisse dicuntur Aratus tragicus et Plato comicus. De Adoni dente apri vulnerato Ovidius lib. X Metamorph., Lactantius lib. I de Falsa Religione, cap. 7. Exstat etiam idyllium Theocriti de eodem argumento, quod simul cum aliis ejusdem auctoris idylliis amicus noster Joannes Franciscus Sandoval e Græco in sermonem Hispanum plane venusto et eleganti carmine convertit, typisque paratum habet.

251. Ald., et, ut videtur, Alex., quidquid. Alii apud Gallandium, quia quod; plerique, quid quod.

254. Plinius, lib. X, cap. 5, Negant unquam solam hanc alitem (aquilam) fulmine exanimatam: ideo armigeram Jovis consuetudo indicavit. Alia significatione armiger accipitur pro stipatore, et corporis regis custode, ut dixi ad vers. 495 Apoth.

255. Mar. a secunda manu, quod tyranno. Jupiter inter alia cognomina regis nomen habuit, et merito a Prudentio tyannus dicitur.

256. Egm., mendose, prætenlit. Peveratus cum Nebrissensi malebat præcincta quam recincta, quia recincta est soluta, ut apud Virgilium lib. IV Æneid.,

In veste recincta, et Ceres quærebat filiam Proserpinam a Plutone raptam. Verum metrum non patitur præcincta; et Fabricius recte explicat recincta, id est fluxa, ut tunc vestem forte gerebat; sic enim indicatur summopere turbatam deam fuisse. Cæterum hujusmodi pleraque vocabula duas contrarias habent significationes, ut revincio. Notatum jam id est ad vers. 37 lib. II in Symm. Ruæus ad vers. cit. Virgili vestem recinctam interpretatur succinctam et collectam, quia re in plerisque verbis non negat, sed auget, in aliis vero utramque vim habet, ut in recanto, et recino.

237. Parrhasius male, quod si deorum.
 259. Fabula Herculis cum servivit Iola.

240. Ald., Mar., Alex., Lotterus, cur sine ære: sed in nota Alex. est Neæra. Prag., cur si enereide. Vat. Q, cur sine ære. Rat., cur si neere. Parrhasius, cur sibi nere. Murmellius legit, cur sine ære, sed ait legendum quare, vel cur hic sine ære, id est sine statua ex ære deformata. Vera lectio cur si Neæræ. Neæra commune nomen est meretricularum formosarum, ut apud Tibullum, Horatium, Virgilium et plures alios. De Neæra meretrice, quæ plures amicos habuit, Athenæus lib. XIII Deipnosoph. Pausanias Autolycei uxorem, quæ Metra proprio nomine dicebatur, vocavit Neæram, quia aliis se prostituit. Neæram scripsit Licinius Imbrex. Vide comment. ad vers. 159 lib. I contra Symmach.

241. Vat. B, Bong., Fabr., Gis., detestor; plerique, detester.

242. Nonnulli Faunos etiam et Priapos vocari putant fistularum præsidés. Melius alii intelligunt Pana, qui fistularum creditus est inventor.

245. Parrhasius, in ulvis, male. Ald. et plerique scripti, jus. Fabr., Lotterus, Gis., vis, quod verius esse conatur persuadere Giselius contra Murmellium. Neque ego negaverim dici posse vim divinitatis, ut vim majestatis apud eundem Prudentium, et alia similia. Sed præferenda est codicum auctoritas.

Sanctum putare? nonne pulmonem movet A
Derisus, istas intuens ineptias,
250 Quas vinolentæ somniis fingunt anus?
Aut, siquod usquam vanitatis mysticæ
Nobis colendum est, ipse primus incipe :
Promisce adora, quidquid in terris sacri est:
1089 Deos Latinos, et deos Ægyptios,
255 Quis Roma libat, quis Canopus supplicat.
Venerem præcaris? comprecare et simiam.

Placet sacratus asp's Æsculapii?
Crocodilus, ibis, et canis cur displicent?
Appone porris religiosas arulas,
260 Venerare acerbum cepe, mordax allium.
Fuliginosi thure placantur lares,
1090 Et respuuntur consecrata oluscula?
Aut unde major esse majestas focus,
Quam nata in horticis sarculatis creditur?
265 Si numen ollis, numen et porris inest.

GLOSSÆ VETERES.

18. Pulmonem, pulmo enim concipit ventum et emittit, cum ridet homo et loquitur, I.

249. Derisus, derisio. — Ineptias, vanitates, I.

250. Vinolentæ, vino plenæ. Lentum dicimus plenum: inde vinolentus dicitur vino plenus, temulentus temeto plenus, I.

251. Mysticæ, secretæ, vel figuratæ, I.

255. Promisce, metri causa, vel promiscue, I.

255. Canopus, Ægyptus a stella sic dicta, I.

256. Comprecare, similiter. — Simiam, dea Ægyptia, I.

257. Aspis, serpens quem venerabatur Æsculapius medicus, I.

258. Crocodilus, deus Ægyptiorum: animal et in aquis, et in arboribus ascendens. — Ibis, ciconia Ægyptia: genus avis, I. Meridiana pars ibices aves vocat, qua Nili fluentis inhabitant. Orientalis vero occidenta-

lisque plaga parva quadrupedia ibices nominat quibus est moris in petris parere, quæ neque sciunt nisi in petris habitare. Cod. Biblioth. Bernens.

260. Cepe, cephal Græce caput; inde cephe accepit nomen, quia tantum caput utile est; cæterum corpus fulciens, I.

262. Oluscula, multiplex ista idololatria qua colebantur etiam olera, ex hac occasione cepit in Ægypto, quod cum exiret Pharaon cum curribus et equitibus suis persequendo filios Israel, et mersus fuisset in mari Rubro cum toto exercitu, cæteri Ægyptii qui domi remanserant occupati circa varia negotia, sibi postea formabant simulacra, tanquam liberati essent per illa: verbi gratia, qui porrum eo tempore plantavit, porrum deinceps quasi liberatorem suum coluit, ut in cæteris fecerunt, colendo ea per quæ se liberatos putaverant, Prag.

COMMENTARIUS.

248. Juvenalis sat. 10, Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus.

250. Ald. mendose, vino lentæ. Mar., et Rat. scribunt vinulentæ.

251. Aldus, aut siquid; multi, aut siquod. Ita veteres interdum locutos pro siquid ostendit Gifaninus verbo Quod: scribit at. Heinsius, at siquid cum Giselino. Nostri plerique, aut siquod.

252. Ald., et Urb., primum: lege primus, ut metri ratio constet.

253. Alex., Vat. Q, Alt., Thuan., promisce adora, quod bene e-sé ait Heinsius: puto, promisce, adora. Weitzius adverbii more edidit promisce adora cum Egm., Widm. supra, Fabr., Halsbr., Palat., Bong., Widm. At Sich., Gis. in textu, Vat. B, Mar., Prag., Rat., promiscue adora. Ald., G. s. ad oram, pronusque adora, quod Heinsius in contextu edidit, et recentiores tenuerunt. In Urb., permisce, adora.

254. In deos Ægyptios comici et satirici Romani luserunt. Narrat Tertullianus Apolog. cap. 7, Serapim, Isidem, Harpocratem cum suo Cynocephalo esse Capitolio prohibitos, id est curia deorum pulsos, et ipsorum aras apud Romanos fuisse eversas, postea vero restitutum eorum cultum. De diis Ægyptiis vide lib. II adversum Symmach., vers. 864 et seqq., et D Apoth. vers. 194.

256. Vide interpretes Minucii de diis Ægyptiis, ubi hæc aliaque Prudentii loca expenduntur.

257. Mar. scribit Æsculapii.

258. Weitz. cum Widm., Bong., scribit Ybis. Ald., Gis., canes; plerique, et castigatior scripti Heinsiani et nostri, canis, probe, quia de Anubi est sermo. Juvenalis sat. 15, vers. 8, ubi hæc numina irridet, Oppida tota canem venerantur. Glossam de ibice desumpsi ex codice bibliothecæ Bernensis, quem Sinnerus describit in catalogo pag. 170 et seqq., et ad sæculum IX refert. Ordo librorum Prudentii idem fere ac in Weitzio: hymni Natalis et Epiphaniæ ponuntur post librum Peristephanon. Titulus est, Incipit proœmium Aurelii Prudentii Clementis viri liberali peritia disertissimi. Prima littera versus primi Per quinquennium exhibet effigiem Prudentii, cujus capiti nimbus cærulei coloris impositus est. Hunc catalogum cl.

Fea J. C. mecum voluit communicatum, in quo certo gavisus sum hæc legere. In eodem catalogo referuntur nonnulli hymni Prudentii pag. 160.

259. Pal., portis, mendose. Juvenalis Porrum, et cepe nefas violare, et frangere morsu.

260. Mar. a prima manu, acervum; recte supra, acerbum. Giselinus hoc loco mendosus est, cepe, et mordax halium. Pro allium nonnulli scribunt alium unico I.

261. Juvenalis sat. 9, vers. 157, O parvi, nostrique lares, quos thure minuto, Aut farre, et tenui soleo exornare corona. Et sat. 12, vers. 89, Laribusque paternis Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.

Lares a Prudentio fuliginosos dici aiunt, quia illis sacrificabatur ex rebus fumum exhalantibus. Veriorem illam rationem puto quod Lares essent prope focum. Vide comment. ad vers. 511 Passionis S. Laurentii.

262. Ald., Mar., Rat., Cham. scribunt holuscula.

263. Egm., at unde. Giselinus edidit aut unde, sed in notis prætulit at. Plerique, et potiores, aut.

264. Fabr., quam plantæ. Vera lectio nata, et ex illo Juvenalis sat. 15, O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis Numina.

265. Aldus edidit Si numen ignibus outis numen et porris inest. Correxerit non melius Si numen ignibus, ollis, et porris inest. Murmellius ex exemplaribus in Germania impressis recte prætulit Si numen ollis, numen et porris inest. Non placet multis explicatio glossæ Rat. ollis pro illis. Illic possunt intelligi ollæ, quibus numen tribuitur, quia, ut ait Cellarius, ollæ in focus sunt, et foci erant sacri, vel potius, ut ego arbitror, quia in ipsis ollis erant quedam expressæ imagunculæ quibus Lares colebantur, ut de aliis rebus quæ erant prope focum dixi in comment. ad cit. hymn. S. Laurentii. Et Prudentii quidem ratio hæc mihi esse videtur: Si ollæ quibus porri coquantur divinitate gaudent, cur eam porris ipsis negabitis? Ex responsione quæ sequitur conjicitur formam aliquam in ollis æreis sculptam pro deo habitam. Cæterum explicatio glossæ fortasse verior est. Cicero, de diis loquens lib. II de Legibus: Et ollos, quos in cælum merita vocaverint, Herculem, etc. Et mox, Olla numina, pro illos, illa.

Sed pulchra res est torma in ære sculptilis. A
 Quid imprecabor officinis Græciæ,
 Quæ condiderunt gentibus stultis deos?
 Forceps Myronis, malleus Polycleti
 270 **1091** Natura vestrum est, atque origo
 [coelitum.
 Ars seminandis efficax erroribus,
 Barbam rigentem dum Jovis circumplicat,
 Dum defluentem leniter flectens comam,
 Limat capillos, et corymbos Liberi,
 275 Et dum Minervæ pectus hydris asperat:
 Injecit atram territis formidinem,
 Ut fulmen æris, ceu Tonantis, horreant
 Tremant venenum sibilantis Gorgonæ;
 Putent ephēbum post triumphos Indicos
 280 Ferire thyrsos posse, cum sit ebrius. B

Tum quod Dianam molle succinctam vidēt,
 Venantis arcum pertimescunt virginis:
1092 Si forte vultum tristioris Herculis,
 Liquore crispo massa finxit fusilis,
 285 Clavam minari, ni colatur, creditur.
 Jam quis paventum corda terror occupat?
 Junonis iram si polite expresserit,
 Velut retortis intuens obtutibus,
 Avertat ora de litantis hostia,
 290 Lapis severa fronte mentitur minas.
 Miror quod ipsum non sacrastis Mentorem,
 Nec templum et aras ipse Phidias habet,
 Fabri deorum, vel parentes numinum:
 Qui si caminis institissent segnius,
 295 Non esset ullus Juppiter conflatis.

GLOSSÆ VETERES.

267. Quid imprecabor, in quantum maledicam. —
 Officinis, vel templis, I.
 270. Vestrum, vestrorum. — Coelitum, deorum, I.
 271. Efficax, potens, I.
 272. Circumplicat, deflectit, I.
 274. Corymbos, racemos, annulos, circulos, I.
 275. Hydris, serpentibus. — Asperat, asperum facit, I.
 279. Ephēbum, juvenem, id est Bacchum: Liberum
 patrem, I.
 280. Thyrsos, truncos vitis, I.

281. Molle, adverbium pro molliter, delicate, I.
 285. Clava, lancea hasta Herculis, baculus Hercu-
 lis, I.
 287. Polite, ornate, I.
 289. Litantis, sacrificantis, I.
 290. Mentitur, fingit, I.
 291. Mentorem, dei mendacem, I.
 292. Phidias, fidis chorda, unde fidius, qui fidibus
 canit I.

COMMENTARIUS.

266. Mar., inæris; supra, inære: Prag., in ere.
 Lege in ære.

267. Vat. A, gratiæ. Vat. B, Gretiæ. Corrige Græciæ.

268. Weitz., stultos; melius stultis.

269. Giselinus Murmellium arguit quod ordinem
 verborum immutaverit Polycleti malleus pro malleus
 Polycleti. At ante Murmellium immutaverat jam Al-
 dus, qui scribit Pollicleti. Penultima in Polycleti longa
 est, sed a Prudentio ratione accentus Græci corripit-
 tur, ut in Paraclitus. Rat. et Heinsius cum suis scri-
 bunt Polycleti. Myron et Polycletus celeberrimi sta-
 tuarii, æquales et condiscipuli.

270. Ald., mendose, rerorum est. Scripti, vestrum
 est. Gifanius in Ecthlipsis, et DEM non extrita, pag.
 457, alias 464, vellet tolli verbum substantivum est
 ex vet. lib. Sed obnituntur codices Heinsiani et nostri.

272. Arnobius lib. vi, Riciniatus Juppiter, atque
 barbatus, etc. In rigentem exprimitur rigor barbæ,
 qua parte adhæret mento, in circumplicat extrema
 pars barbæ circumplicatæ, mox in defluentem leniter
 majestas et artificium, ut Horatius in Arte poet., Et
 molles imitabitur ære capillos.

273. Palat., defluentes, scilicet capillos.

274. Bacchi, ut Apollinis, comæ laudari solent a
 poetis.

275. Refert ad ægida Minervæ, in qua erat caput
 Medusæ, sive Gorgonæ, connexique angues, de qui-
 bus Virgilius lib. viii, et Servius in Comm. Cicero 6
 in Verrem: Gorgonis os pulcherrimum crinitum angui-
 bus. Jupiter ægida, scutum suum, dono dederat Palladi.
 De his plura poetæ et mythologi. Utitur verbo asperat,
 ut serpentum naturam et artificis curam exprimat.

277. Alicubi editum est acris: at non aer, sed æs
 materia fulminis effecti indicatur.

278. Gis. ad marg., Gorgonis. Hæc ipsa est Medusa
 quæ Gorgon et Gorgona dicitur.

279. Alii ephēbum, alii ephæbum, alii ephibum scri-
 bunt. Baccho a poetis inconsumpta juvenus ascribitur.

280. Thyrsos multi aiunt fuisse telum cujus mu-
 cro hedera tegebatur. Iso aliter. Thyrsos percussos
 in furorem rapi putabant gentiles.

281. Alii tum, alii tunc habent. Egm. scribit suc-

cinctam. De Diana alte succincta adis comment. ad
 vers. 366 lib. i contra Symmach.

282. Egm., virgines: melius virginis.

283. Rat. a prima manu, tristiores, male.

284. Hercules in nummis apparet cum cæsarie
 crispa fusus.

285. Ald., Vat. Q, Egm., Hailsbr., Heins., Fabr.,
 Cham., clavam. Alii et Nebris. pro div. script., cla-
 va. Latinius in Torn. pro clavam substituit clava.

287. Thuan., iras. Junonis ira in proverbium
 abiit apud Græcos et Romanos. Virgilius lib. v, vers.
 784, Junonis gravis ira, et inexsaturabile pectus.

288. Weitzio cum Hailsbr. placuit scribere velud.
 Vat. B, vel ut. Idem, Mar. a prima manu, Prag., de-
 tortis. Repugnat metrum. Oculus retortus est obli-
 quus, ut irretortus apud Horatium rectus.

289. Vat. B, Mar., avertit. Weitzius conjunxit verba
 delitantis, et ex Egm. indicat dilitantis. Corrige de li-
 tantis, ut correxit etiam Aldus, qui ediderat delitantis.

290. In Cellarii editione 2, minus pro minas mendum
 puto, ut plura alia in ea editione quæ ultro prætereo.

291. Ald., Widm., Bong., et nonnulli alii, sacrastis.
 Weitz., Heins. cum cæteris, sacrastis. Mentor cæ-
 lando argento clarus.

292. Vatic. B, Mar., Rat., Prag., Hailsbr., Widm.,
 Fidius. Lege Phidias. Alex., Urb., Vat. Q, scribunt
 Fidius, quod Weitzius edidit. Phidias fuit pictor,
 statuarius, sculptor nobilissimus. Iso longe aberrat.

293. De hoc versu dicam ad vers. seq.

294. Post hunc versum in Vat. B, Urb., Mar., Ald.,
 inseritur hic Cum condiderunt gentibus stultis deos,
 quem in Torn. et ed. Paris. Patrum exstare ait Gal-
 landiūs, repetitum ex vers. 268, sed, ut ipse putat,
 mendose. Fortasse a manu Prudentii non est iste ver-
 sus sic repetitus: alioqui sine ullo incommodo posset
 retineri. Fabricius ait hunc versum poni in nonnullis
 exemplaribus, in quibus deest versus 293 Fabri
 deorum: qui merito præfertur.

295. Vide Minucium et commentatores ad illius
 verba, Deus enim conflatur, tunditur malleis,
 et incudibus figuratur.

- 1093 Non erubescis, stulte, pago dedite, A
Te tanta semper perdidisse obsonia :
Quæ diis ineptus obtulis i talibus,
Quos trulla, pelvis, cantharus, sartagine,
500 1094 Fracta, et siquata contulerunt vas-
[cula? 505 1095 Edentularum cantilenæ suaserint
[raucidæ

GLOSSÆ VETERES.

296. Pago, vico, vel paganismo. Pagi, ut Isidorus dicit, sunt apta ædificiis loca inter agros habitantibus : unde pago dedite, sine urbium disciplina. Villa. Page Græce villa ; inde villanos paganos, quasi a civitate Dei remotos, dicimus, i. Pagus hic ponitur pro stultitia, Val. A.

297. Obsonia, negotia, viles res, id est carnes, et similia ad esum pertinentia, ad operandum proposita ; servitia, prandia ; obsonor, prandeo ; inde obsonium,

prandium, i.

299. Pelvis, vas pedum. — Cantharus, ansatus calix, vas vinarium, i.

303. Circulator, deceptor, quia alios quodam circulo erroris involvit et decipit, i.

304. Raucidæ, rauce canentes : raucidum iratum ex vitio nuncupatum, quod raucos efficiat, i.

305. Edentularum, anuum, quasi sine dentibus, i

COMMENTARIUS

296. Locus Isidori ab Isone indicatus exstat lib. B xv Etym., cap. 2. De hac voce pagus, et cur idololatræ pago dediti et impliciti a Prudentio dicantur, vide comment. ad vers. 449 lib. i contra Symmachum. Weitzius advertit in pagis et villis cultum superstitionis fuisse frequentem, ut liquet ex Cicerone lib. ii de Legib. ; ex quo paganalia festa et serivæ paganicæ ortum duxerunt. Censorinus lib. i de Natali Die tradit gentiles in suis agris habuisse partem aliquam diis sacratam ubi eos colerent. Invaléscente Christiana religione, cum publice in urbibus idola venerari non liceret, ad pagos secedebant, ut Ihere cultum suis numinibus exhiberent. S. Augustinus, serm. 62, olim 6, de verbis Domini : Multi pagani habent istas abominaciones in fundis suis. Nunquid accedimus et confringimus ? Præ us enim agimus ut idola in ipsorum cordibus confringamus. Mazochius, tom. III Spic. bibl., pag. 295, i. huius vocabuli Paganus etymologia investiganda elaborat. Videri etiam potest Baroni in notis ad Martyr. Rom. die 31 Januarii. Nonnulli Prudentium reprehendunt quod hoc loco et vers. 1009 paganum præfectum a Romano vocatum dixerit, cum ea vox ad idololatram significandum solum post Constantinæ tempora adhibita fuerit. Verum, ut alia nunc omitam, ex his ipsis versibus colligi potest etiam ante Constantinum vocabulum paganus adhibitum fuisse ad hominem denotandum superstitioni ac ridiculis ritibus, et diis, quales in pagis colebantur, deditum.

297. Nebrissensis obsonia intelligit liba quæ offerebantur diis Manibus. Sed Prudentius loquitur de omnibus oblationibus et epulis quæ in honorem quorumcumque deorum fieri solent. Et liba quidem in aliis sacris etiam offerebantur, aliquando etuda, aliquando cocta. Obsonium vero proprie est quidquid præter panem et vinum paratur et coquitur cibi gratia.

298. Alii dis, alii diis scribunt.

299. Mar. scribit cantarus. In hoc eodem argumento plurimi versantur. Minucius : Deus enim ligneus, rogi D fortasse, vel infelicis stipitis portio et deus æreus vel argenteus de immundo vasculo, etc. Tertulianus, Apologet. cap. 12 : Quantum autem de simulacris ipsis, nihil aliud deprehendo quam materias sorores esse vasculorum instrumentorumque communium vel ex iisdem vasculis et instrumentis, etc. Arnobius lib. vi : Simulacra ista, quæ vos terrent, ossa, lapides, æra sunt, aurum, testa, lignum sumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypso : ex ornatibus fortasse meretriciis. aut ex muliebri mundo, camelinis ex ossibus, aut ex Indici animalis dente, ex cacabulis, ollulis, ex candelabris, ex lucernis, aut ex aliis obscenioribus vasculis congesta. Adis Joann. Ludovicum de la Cerda in not. ad loc. cit. Tertulliani.

302. In Egm., Pal., Hailsbr., Alt., Noms., Watt. A, I, Q, Alex., ita legitur hic versus, Quos verum

latet, qui fidunt in stipite. Ita etiam in Bong ad oram, et in Rat. ad marg. inter duos versus quos lana, et quos sæpe, sed aliena manu, neque omnino antiqua Teolius in tribus Valt. esse hunc versum testatur, et a Prudentio potuisse esse censet ; non tamen Adenda Heinsii hoc loco consuluit, cum affirmet nec verbum quidem de hoc versu habere Heinsium ; qui in tribus suis codicibus exstare eum aperte dixit. Cæterum nemo qui senarii iambici regulas noverit, et consuetudinem Prudentii animadverterit, tam exlegem versum Prudentio affinget. Ald., Urb., Thuan., Oxon., tres Torr., Heins. et alii, discolora a nomine discolorum, discolora, discolorum, ut multicolorum, versicolorum. Vide comment. ad vers. 821. Hamartig. Weitz, Mar., Val. B, Prag., Parrhasius, Torn., Rat., discolor, mihi bene. Egm., Gis., discolorum. Fabr., discolori. Latinius, discolorum. Alt., discolorum. Non placeat. Giannus, ubi agit de desinentibus in r, ex vet. lib. prætulit discolor, quia putat veteres interdum desinentia in r longa fecisse : sed non persuadet. Nebrissensis existimat præstigiis circulatoris alicujus ex colorum mutatione significari. Neque ab hac interpretatione longe dissideo ; sed vellem eam veteri aliquo testimonio de huusmodi præstigiis corroborari. Bulengerus, qui in lib. de Theatro artes veterum præstigiatorum et fallacias diligenter exposuit, nihil tale retulit. Giselinius affert versum Virgilii e Pharmaceutria : Terna tibi hæc primum triplici diversa colore Licia circumdo. Aliam explicationem de arboribus vittatis vide ad vers. 1009 lib. ii in Symmach., cui Arnobius lib. i maxime favet : Venerabar elephantorum ossa, picturatas veterosis in arboribus tænas. Simulacra ex ebore vocat ossa elephantorum. Dicitur vero lana terrere ob metum et horrorem illum qui religionum omnium quodammodo proprius est. Weitzius addit stemma, teste Sophoclis interprete in Oedipode tyranno, fuisse lanam ramo (sive stipiti) circumvolutam, quo stemmate simulacra coronari consuevisse colligitur ex Julio Obsequente. Affirmat item Weitzius olim circutores lanam in picto scipione lægestasse, ut pueris et fatuis imponerent : sed ejus rei testem non profert. Itaque congruentius hic locus accipitur de arbore vittata, de qua plura ad vers. cit. lib. ii in Symm. Plinius, lib. xii, cap. 1, de arboribus : Hæc fuerunt numinum templa, præcellentem arborem dicant : nec magis auro fulgentia, atque ebore simulacra, quam lucos et in iis silentia ipsa adoramus.

303. Weitz. cum Egm., falsos. Heinsius cum Thuan. et Alt., salsus, ut passim apud scriptores homo salsus pro ridiculo, Mihi hoc loco falsus probum videtur, quamvis Heinsio recentiores adhæreant.

304. Ald., Urb., Hailsb. a prima manu, Bong, supra, vanulæ ; vetustiores, raucidæ ; Alex. rancide. Heinsius minime probat vanulæ, quia apud Martialem rancido ore loqui, et apud Persium rancidulum

Vos eruditos miror et doctos viros
 Perpensa vitæ quos gubernat regula,
 Nescire vel d'vina, vel mortalia
 Quo jure constant : quanta majestas regat,
 510 Quidquid creatum est, quæ creavit omnia.
 Deus perennis, res inæstimabilis,
 Non cogitando, non videndo clauditur :
 Excedit omnem mentis humanæ modum,
 Nec comprehendî visibus nostris valet,
 515 Extraque et intus implet. ac superfluit,
1096 Intemporalis ante, quam primus dies :
 Esse et fuisse semper unus obtinet :
 Lux ipse vera, veri et auctor luminis
 Cum lumen esset, lumen effudit summi :
 520 Ex luce fulgor natus hic est Filius.
 Vis una Patris, vis et una est Filii,
 Unusque ab uno lumine splendor satus,
 Pleno refulsit claritatis lumine.

A
 525 Natura simplex pollet unius Dei,
 Et quidquid usquam est, una virtus condidit.
 Cælum solumque, vim marini gurgitis,
 Globos, dierum noctiumque præsidēs,
 Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
 Septentriones, hesperos, æstus, nives,
 530 Fontes, pruinas, et metalla, et flumina :
 Prærupta, plana, montium convallia,
 Feras, volucres, reptiles, natales,
 Jumenta, pecudes, subjugales belluas,
1097 Flores, fruteta, gemina, herbas, ar
 [bores,
 535 Quæ sunt odori, quæque vernant esui.
 Hæc non labore et arte molitus Deus,
 Sed jussione, quam potestas protulit,
 Mandavit esse, facta sunt quæ non erant.
 Verbo creavit omniformem machinam :
 540 Virtus paterna semper in Verbo fuit :

GLOSSÆ VETERES.

507. Perpe sa, temperata : perpensa res, id est æquo pondere repensa ; æqua reddita. I.
 524. Pollet, pollere proprie exercere ; sed hic pro excellit, I.
 527. Globos, stellas : unam et stellas dicit, I.
 529. Septentriones, ursi, I.
 531. Prærupta, aspera, I

535. Subjugales, equos, boves, et quidquid sub jugo mittitur, I.
 534. Fruteta, virgulta humilia, I.
 535. Vernant, florescunt, virescunt, I.
 536. Molitus, conatus, I.
 539. Verbo, Filio, I.
 540. In Verbo, in Filio, I.

COMMENTARIUS.

parva de nare loqui dicitur. Nonnulli veteres habent rancide, et id tenet Iso. Gis. prima ed., vanulæ, ad oram rancidæ. Parrhasius, qui is omne, scilicet quis.

506. Christianos ethnici imperitos et ignaros vocabant : et Christiani per derisum ethnicos peritos et doctos. Sic Arnobius l. ii : Vos soli sapientia conditi, atque intelligentiæ vi mera, nescio quid aliud videtis, et profundum... Dicit, o festivi, et meraca sapientiæ tincti et saturi potu. Respondet Romanus congruenter ad ea quæ præfectus objecerat : Populare quiddam sub colore gloriæ Illitterata credidit frequentia. Verum de his plura Heraldus, Wöwerus, Elmenhorstius, Rigaltius, et præcipue Ouzelius ad verba Minucii, Studiorum rudes, litterarum profanos, expertes, etc. Adde Elmenhorstium ad Arnobium pag. 58. Nobis enim longiores esse non licet, et digitum in fontes intendere satis fuerit.

508. Ald., moral a : lege mortalia.

509. Egm., quod. Vat. A, qui. Alii, quo. Ald., edat., male, pro regat.

510. Ald., creatum, quæ, sine est. Vat. B, Alex. Mar., Rat., Prag, et alii, creatum est, quæ, quod expressit Heinsius. Weitz., Sich., Egm., Hallsbr., Pal., creatum est, qui.

511. Joannes Filesacus, cap. 1, lib. i Select.; hunc locum illustrat aliis similibus Ambrosii, Clementis Alexandrini, Paulini et aliorum. Elmenhorstius pag. 17 ad Arnobium similiter in hoc argumento versatur. Inæstimabilis est pretium omne excedens apud Livium et Valerium Maximum. Cicero dixit inæstimabile quod nullius est pretii!

512. Sich., vivendo. Metrum exigit videndo.

515. Gis. ad oram, extraque, et intra complet. Hilaris, de Trinit. iii, Ipse extra omnia, in omnibusque. Paschalius, de Spiritu sancto : Quem præsto esse per omnia, id est intra, extraque, non ambigo. Petavius, tom. I, lib. iii, cap. 9, multis allatis testimoniis, eandem sententiam confirmat.

516. Intemporalis vox est Cælii Aureliani, Apuleii, quanquam ab Aureliano pro inopportuno sumitur.

517. Significatur æternitas Dei, quæ in ejus nomine, Ego sum qui sum, indicata est. Circumscribi

solet æternitas hac explicatione : Interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio : quæ est definitio Boetii lib. v de Cons. pros. 6, communi omnium consensu probata. Hinc Deus esse et fuisse semper unus obtinet : et idem est in eo esse, fuisse, ac futurum esse.

518. Filius Dei est, et dicitur lumen de lumine. Vide Apoth. vers. 278.

520. Gis, huic ; ad oram, hic. Hoc retinendum cum scriptis.

521. Noms., una Filii sine est.

525. Alex., Pal., Vat. B, claritatis numine. Alii, lumine.

527. Globus lunæ apud Virgilium, globus solis paulo post vers. 557. Respicit ad illud Genes. i, 16, luminare majus, ut præesset diei ; et luminare minus, ut præesset nocti.

535. Vat. B, Widm. a secunda manu, Mar., Rat., Prag., Gis. in textu secundæ ed., pecudes. Parrhasius, Ald., Sich., et alii plures, pecua, quo vocabulo usi sunt Cicero, Livius, Plinius et alii quiores. Vide Nonium in pecua. Fabr. edidit. pecora.

534. Alex., Parrhasius, fructeta. Giselinus ita etiam edidit, sed emendavit frutecta : quod miror ab Heinsio non esse animadversum, nam error typographicus Giselinus in Heinsii editione receptus est. Atqui neque versus constat cum fructeta, et frutetum, aut frutectum, ut alii scribunt ; a frutex originem trahit, non a fructus. Chamillardus ab Heinsii errore non cavet.

535. Lectio Parrhasii, ab aliis multum dissidet, Quæ sunt odoræ : quæque vernantes comæ. Aldus contra metrum, Quæ sunt odori, quæque vernantes esui.

536. Parrhasius molitur. Theodoretus, Græcar. affect. lib. iv : His itaque verbis manifeste ostendit Deum non ex subjecta materia res omnes procreasse... At rerum omnium Deus opifex nec instrumentis, nec materia indiget, etc.

538. Vide hymn. Cath. 9. Omni hora.

539. De hujusmodi vocabulis omniformis vide hymn. 5 Cath., vers. 1 et 2.

- Cognostis ipsum, nunc colendi agnoscite A
 Riturum modumque : quale sit templi genus, 360
 Quæ dedicari sanxerit donaria,
 Quæ vota poscat, quos sacerdotes velit,
 315 Quod mandet illic nectar immolarier.
 Ædem sibi ipse mente in hominis condidit
1098 Vivam, serenam, sensualem, stabilem,
 Solvi incapacem posse, nec destructilem :
 Pulchram, venustam, præminentem culmine,
 330 Discriminatis illitam coloribus.
 Illic sacerdos stat sacrato in limine,
 Foresque primas virgo custodit Fides,
 Innexa crines vinculis regalibus,
 Poscit litari victimas Christo, et Patri,
 335 Quas scit placere, candidatas, simplices :
 Frontis pudorem, cordis innocentiam, B
 Pacis quietem, castitatem corporis,
1099 Dei timorem, regulam scientiæ, 375

Jejuniorum parcitatem sobriam,
 Spem non jacentem, semper et largam ma-
 num.
 Ex his amœnus hostiis surgit vapor,
 Vincens odorem balsami, thuris, croci.
 Auras madentes Persicorum aromatum :
 Sublatus inde cœlum adusque tollitur,
 365 Et prosperatum dulce delectat Deum.
 Hanc disciplinam quisquis infensus vetat,
 Vetat probatum vivere, et sanctum sequi.
 Vetat vigorem mentis alte intendere,
 Nostrique acumen ignis ad terram vocat,
 370 Nec excitari vim sinit prudentiæ.
 O mersa limo cæcitas gentilium !
 O carnulenta nationum pectora !
 O spissus error ! o tenebrosus genus,
 Terris amicum, deditum cadaveri,
 375 Subjecta semper intuens, nunquam supra !

GLOSSÆ VETERES.

341. Cognostis, *noscitis, pro cognovistis*, I.
 343. Sanxerit, *statuerit*. — Donaria, *dona*, I.
 346. Ipse, *Deus*, I.
 348. Incapacem, *qui non capit solutionem*, I.
 350. Discriminatis, *discretis, divisis, separatis, variis*. — Illitam, *pictam*. — Coloribus, *scilicet virtutum*, I.
 354. Litari, *sacrificari*, I.
 355. Placere, *scilicet illi*, I.
 359. Parcitatem, *abstinentiam*, I.
 360. Spem, *spes non debet jacere : sed se erigit*, I.
 361. Amœnus, *delectabilis*. — Vapor, *fumus*, I.
 362. Croci, *genus pigmenti*, I.
 363. Persicorum, *Persia regio est ubi abundant aromata*, I.
 365. Prosperatum, *benignum*, I. Propitiatum, *Vat. A*.
 366. Infensus, *molestus*, I.
 367. Probatum, *probabiliter, nomen pro a verbo*, I.
 369. Ignis, *animæ, quæ est igneæ naturæ*, I.
 374. Cadaveri, *corpori, quod resolvendum est in cadaver*, I.
 375. Supra, *cœlestia* *Vat. A*.

COMMENTARIUS

341. Hailsb., *cognoscis : melius cognostis*.
 342. Prag. *perperam, tempus genus*.
 343. Mar., *quæ dicari*, *Vat. A*, *dedicari auxerit*. Egm., *quæ dedicaris auxerit*. Depravata sunt hæc omnia.
 345. *Vat. B*, Mar., *Rat.*, *mandat ; melius mandet, ut poscat, velit*.
 346. Giselinus in suo codice invenit *sedem pro ædem*. Mummellio magis placet *Ædem sibi ipse mentem hominis condidit*, ut consona non absorbeatur. Neque id displicet Giselino, qui hanc etiam lectionem e veteribus libris depromptam esse testatur. Ita certe edidit Lotterus. Cæterum hanc sententiam de templo mystico in corde hominis sæpius Prudentius noster adornavit, sed hoc in loco elegantissime. *Quam rem, inquit Barthius lib. LV, cap. 5, nemo unquam gratius et suavius quam..... suavissimus augur, et olor Christi Prudentius in Romano : Ædem sibi ipse, etc.* In Epist. I Petri, II, 5, *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum*. Non solum sacrarum Litterarum sanctorumque Patrum testimoniis eadem sententia comprobatur, verum etiam ethnicorum dictis. Plinius, Panegy. ad Trajan., *Animadverto enim etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia et castitate lætari ; gratioremque existimari qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui præmeditatum carnem intulerit*. De templo et ara in corde vide etiam Berthaldum de Ara cap. 29.
 347. Parrhasius, Ald., *flebilem ; alii, stabilem*. Nebrissensis recte *stabilem* exponit *spiritualem*. Sed cum rogat, *Quid si legas STABILEM ?* ad carminis hujus leges non attendit. Natura animæ nostræ his versibus declaratur.
 350. Per colores discriminatos virtutes intelligo, quæ naturales sunt animis : nam supernaturales postea refert. Lactantius, lib. de Ira Dei, sub finem, etiam utitur voce *destructilis* : ubi tamen alii legunt *destructibilibus, non destructilibus*.
 C 351. Parrhasius, Alex. a secunda manu. Hailsbr., *sacrata in limine*. *Vat. A*, Alex. a prima manu, *sacrata limine*. Alii *sacrato in limine*, sed in Thuan. deest in.
 352. Fabricius id explicat, quia *sola fides victimas gratas et legitimas adducit* : hæretice, quasi *sola fides placeat Deo*. Primas ergo fores custodit fides, quia *sine fide impossibile est placere Deo, et quia accedentem ad Deum oportet credere, quia est, etc.* Eadem sententia exstat lib. II in Symmach., vers. 92, *Respondet vel sola fides, doctissima primum Pandere vestibulum vere ad penetralia sectæ*.
 355. Victimæ candidatæ sunt immaculatæ, ut præscribit Moyses cap. III Levitici.
 357. Fabricius et Giselinus, *oris quietem*. Scripti Heinsiani, Weitzani et nostri, *pacis quietem*. Fabricius in jejunia, flagellationes, vota religiosa importune invehitur. Nam si tantum velit sine fide has victimas Deo non placere, nobiscum facit ; sed ille aperte vult tum unius fidei virtutem ultra quam potest extollere, tum aliorum honorum operum utilitatem imminuere : quam hæresim sæpiissime in commentariis inculcat.
 361. *Vat. B*, vitiose, *hostigiis pro hostiis*, uti ibi correctum est. Prag., *amœnis hostiis*.
 363. E Persia aromata afferri solent. Nebrissensis *madentes* interpretatur *sparsas*, scilicet per quas aromata sparguntur. Sed bene etiam est *madentes* pro *madidis* : nam auræ aromatibus madefiunt.
 367. Alicubi, *probate* : quæ est glossa ad *probatum* adverbii more.
 369. *Ignem* de animi vigore, uti etiam de Deo sæpe Prudentius dixit, et nos explicuimus.
 372. *Nationes* pro gentibus et gentilibus. *Carnulentus* dixit Solinus.
 375. Lotterus, mendose, *nunquam summa*. Fabricius ait *supra* esse enallagen pro *superna*, ut constet sermonis ordo. Posset conjici *supera*, et eo alludit glossa. Sed *supra* probum est.

Furorū summus, ultima et dementia est,
1100 Deos putare qui creantur nuptiis?
 Rem spiritalem terrulenter quærere:
 Elementa mundi consecrare altaribus:
 380 Id, quod creatum est, conditorem credere?
 Deasciato supplicare stipiti:
 Verris cruore scripta saxa spargere:
 Aras ofellis obsecrare bubulis,
 Homines fuisse cum scias, quos consecras,
 385 Urnas reorum morticinas lambere?
1101 Desiste, iudex sæculi, tantum nefas
 Viris jubere fortibusque et liberis;
 Nil est amore veritatis celsius.

A Dei perennis numen asserentibus
 390 Nihil est pavori, mors et ipsa subjacet.
 Dudum coquebat, disserente martyre,
 Asclepiades intus iram subdolam,
 Stomachatus alto felle, dum longum silet,
 Bilemque lætis concipit præcordiis,
 395 Tandem latentis vim furoris evomit
 Pro Juppiter, quid est quod ex hoc audio!
 Stat inter aras, et deorum imagines,
 Et, quod fateri cogor, in medio foro,
1102 Tacente memet, hic perorat perditus,
 400 Quidquid sacrorum est, ore foedans impio?
 O fas priorum, moris o prisca status,

GLOSSÆ VETERES.

378. Terrulenter, in terra, I.
 381. Deasciato, cum ascia inciso : ascia planato, vel formato. Ascia genus instrumenti quo formantur res, I.
 385. Ofellis, diminutivum ab offa, quod fructum significat, I. Parliculis præcisis, Mar.
 385. Urnas, sepulcra, Mar.
 387. Liberis, a servitio diaboli, I.
 389. Asserentibus, affirmantibus, I.
 390. Est, scilicet illis, I.

B 391. Coquebat, parabat.—Disserente, hæc dicente, I.
 392. Subdolam, fraudulentam, I.
 393. Stomachatus, iratus : stomachor, irascor, I.
 394. Bilemque, sel, invidiam, vel iram bilis; nigredo fellis, unde ira procedit, I.
 395. Pro! exclamative : ah Deus! I.
 399. Perorat, loquitur, I.
 401. Fas, lex, I.

COMMENTARIUS.

378. Vat. A a prima manu, Gis., Parrhasius, Vat. Q, Alex., plerique Heinsiani, Bong, Widm. a secunda manu, terrulente. Ald., Weitz., Mar., Rat., terrulenter. Antiquior Prudentio scriptor qui terrulentus et terrulenter dixerit, nullus occurrit.

379. Contra elementorum consecrationem disputavit etiam lib. I contra Simmach., vers. 297 et seqq.

381. Ald., Mar. a prima manu, Alex., Vat. Q, scribunt deasceato. Urb., mendose, dissecato. Deascio est ascia lævigo. Exstat hæc vox in Plauto et in vet. inscriptionibus. Ascia proprie est instrumentum ferreum quo fabri lignarii ad polienda ligna utuntur: Hispanis *hacha*, ut ego puto: nam runcina videtur esse *cepillo*, scobina genus limæ ad abradendum. Vide epistolam Mazochii de dedicatione sub ascia. Tertullianus, Apologetic. cap. 12: *In deos vestras per omnia membra incumbunt ascia, et runcina, et scobina.* Minucius: *Deus enim ligneus, rogi fortasse, vel infelicis stipitis portio, suspenditur, caditur, dolatur, runcinatur.* Barthius hunc Prudentii versum confert lib. IV, cap. 12, cum versu Tibulli eleg. IV lib. II, *Seu sipes habet desectus in agris.* Ita enim legit pro *desertus* ex uno codicum Palatinorum. Nam utcumque rudis stipes, aliquo famen modo cultus erat, ut qui numen aliquod inter cæteros crederetur habere solus. Qua de re dixi ad vers. 1005 lib. II in Synm., in simili Ovidii versu. Sed verior videtur lectio quam ibi indicavi, *desertus* a *desero*, a quo est *desevi* et *deserui*, *desitus* et *desertus*, hoc est plantatus. Alii scribunt *dissero*, *dissevi*, *disserui*, *dissertus*, *dissitus*, eadem significatione. Macrobius, lib. III Sat., cap. 18, hos Suevii versus exscribit: *Hoc genus arboris in prælatiis finibus Graiis Disseruere, novos fructus mortalibus dantes.*

382. Simulacra olim in basi inscribi solebant: hinc *saxa inscripta*. Sues immolabantur Cereri, Cybele, Bonæ Deæ, Marti, Termino. Eos sues non fuisse proprie verres, sed maiales, aut, ut Varro appellat, nefrendes, notat Fabricius. Differt autem a verre maialis, ut ab ariete vervex, ab equo cantherius, et ab hirco caper.

385. Ald., Widm., Bong., Vat. Q, scribunt *offellis*; sed ab *offa* fieri *ofellam* extrito uno *f*, probat quantitas primæ vocalis, quæ est brevis. In glossa pro *fructum* fortasse legendum *frustum*.

385. Nebrissensis legit *deorum*, non male. In his versibus sermo est ut ego opinor, de imperatoribus

in deos relatis, quorum urnas Romani osculabantur. *Morticinus* proprie est *ab se mortuus*, non ab alio occisus. Vocantur ergo urnæ morticinæ sepulcra in quibus corpora defunctorum jacebant. Nonnulli interpungunt *Urnas reorum morticinas lambere*, hoc est sepulcra et carnes morticinas. Fabricius hanc superstitionem, ut vocat, Italis objicit, quod urnas in quibus corpora sanctorum jacent exosculentur. Verum hæc religionis veræque pietatis, non superstitionis, signa, apud omnes catholicos vigent, et vigerunt semper, ut ex ipso Prudentio liquet. Quid ergo Prudentius ethnicis exprobrat? Quod homines et sceleratos quidem, pro deis colerent. Non enim ea venerationis obsequia illis exhibebant, tanquam hominibus sanctis, verique Dei amicis, sed tanquam propria divinitate præditis.

387. Weitz. cum nonnullis suis, *fortibus, et liberis*. Metrum postulat *fortibusque et*. *Jubeo tibi* Græcismus est posterioris ævi, quam aurei sæculi scriptoribus familiarior. Scioppius tanquam maxime Latinum id defendebat ex Cicerone, Livio et aliis.

388. Aliqui habent *nihil*. In Vat. B. ita hi versus disponuntur: 1. *Nihil pavori*; 2. *Nil est amore*; 3. *Dei perennis*.

389. Vat. A, B, Q, Weitz., Widm. supra, et alii vel a prima, vel a secunda manu, *numen*. Alex., Urb., Mar. a prima manu, Rat. a veteri manu, Ald., Parrhasius, *nomen*.

390. Vat. B., Mar., Rat., *nil pavori est*. Non constat versus. Fabr., Gis., Heins., *nihil est pavori*. Parrhasius, Ald., Hailsbr., Alex., et alii, *nihil pavori est*. Ald., repugnante carminis lege, trajecit verba *est, et mors pro est, mors et*.

398. Ald., mendose, *phoro pro foro*.

399. Ald., Mar., Prag., Weitz., Rat., Parrhasius, Tornæs. et alii, *hic perorat*. Gallandius secutus id est, ac putavit mendum esse in Chamillardo *ac perorat*. At Heinsius prætulit *ac perorat* cum Egm., Pal., Thuan., Noms., Vat. A, Alex. et aliis. Pro *perditus*, Prag. habet *perditos* cum hac glossa, *id est orando suadet perditos sibi credere*. Verum parum Latine id diceretur.

401. Ald., Hailsbr.. *O fas priorum*. Melius *priorum*. In nonnullis vulg., *motis*, perperam, pro *moris*. Nebrissensis, qui cum Aldo legit *o fas priorum*, exponit, *heu pietas, o fas!* Dici autem solet *fas* de his quæ per religionem licent.

- Inventa regum pro salute publica
 Pompiliorum nostra carpunt sacula.
 Quis hos sophistas error invexit novus,
 405 Qui non colendos esse divos disputanti?
 Nunc dogma nobis Christianum nascitur
 Post evolutos mille demum consules
 Ab urbe Roma, ne retexam Nestoras.
 Quidquid novellum surgit, olim non fuit.
 410 Vis summa rerum nosse? Pyrrham con-
 [sule.
1103 Ubi iste vester tunc erat summus
 [Deus,
 Divum favore cum puer Mavortius
 Fundaret arcem septicollem Romulus?
 Quod Roma pollet auspiciato condita,

- A 415 Jovi Statori debet, et diis cæteris.
 Hoc sanctum ab ævo est, hoc ab atavis tradi-
 [tum
 placanda nobis pro triumphis principis
 Delubra, faustus ut secundet gloriam
 Procinctus, utque subjugatis hostibus
 420 **1104** Ductor quietum frenet orbem legi-
 [bus
 Accingere ergo, quisquis es, nequissime,
 Pro principali rite nobiscum deos
 Orare vita: vel, quod hostem publicum
 Pati necesse est, solve pœnam sanguine.
 425 Sprevisse templa, respuisse est principem.
 Tunc ille: Nunquam pro salute, et maximis,
 Fortissimisque principis cohortibus

GLOSSÆ VETERES

403. Pompiliorum, patronymicum. Pompilius pri-
 mus invenit culturam deorum, ut populum a furore
 belli revocaret. Pompilius Numa, qui ferociam populi
 ad sacra convertit. -- Carpun, distrumpunt: carpere
 est minutatim rem distrahi; inde carpunt, id est dis-
 trumpunt et vituperant. -- Sæcula, tempora, I.
 404. Sophistas, id est callidos: sophos sapiens, so-
 phista callidus et ingeniosus argumentator; falsos con-
 clusores, I.
 407. Consules, qui istos coluere deos, I.
 408. Retexam, ne computem proferam. -- Nestoras,
 antiquos reges. Nestor rex Græcorum antiquissimus
 qui coluit deos; et inde excrevit illa nefanda consue-
 tudo, I.
 410. Pyrrham, uxor fuit Deucalionis, I.
 412. Divum favore, in honore deum. -- Mavortius,

B bellicosus, vel filius Martis, I.

413. Septicollem, quia septem monticulos Roma
 cingit, I.
 414. Auspiciato, adverorum pro auspicio, I.
 415. Statori, Romulus etiam, cum quadam vice
 insequeretur ab hostibus, fugiente exercitu, vocavit Jo-
 vem; tunc stetit exercitus fugiens; unde Jovis Stator
 dicitur, I.
 416. Ab ævo, ab iniio, I.
 418. Delubra, templa. -- Faustus, felix, beatus. --
 Secundet, prosperet. -- Gloriam, principis, I.
 419. Procinctus, paratus, apparatus bellicus, I.
 420. Frenet, regat, I.
 421. Accingere, præparare, I.
 422. Rite, recte, I.
 426. Tunc ille, scilicet ait, I.

COMMENTARIUS.

403. Intelligit superstitiosas nugas Numæ Pompilii.
 404. Christiani ab ethnicis sophistæ dicebantur;
 etiam Salvator noster a Luciano crucifixus sophista,
 scilicet hoc vocabulo sumpto pro homine qui captio-
 sis argumentationibus alios deciperet. Rationem ad-
 dit Prudentius, quia deos colendos esse negabant.
 Hinc pariter athei, impii, profani, sacrilegi nuncupati.
 407. Mille consules sunt mille anni.
 408. Per Nestoras intelligit tempora heroica. Sæpe
 Prudentius plurali numero effert nomina singularis
 alicujus hominis, ut Pompilios, Deucaliones, Nesto-
 ras, et inter numina Junones, Cythereas, Priapos.
 409. De novitate religionis, Christianis objecta,
 vide lib. II contra Symmach., Lactantium de Mort.
 persecut. cap. 2, Arnobium lib. I et II.
 410. Ald., Vat. Q, Vis summam rerum nosse? Pyr-
 rham consule. Non patitur lex carminis. In Mar. vide-
 tur fuisse summa, sed factum postea summam, et
 deinde consulem; sed inducendum erat m. Rat., Vat. B,
 consulem, hoc videlicet sensu, Vis summa rerum,
 nosse Pyrrham consulem. In Alex. deest interroga-
 tionis nota post nosse. Vera tamen lectio est ea quam
 exhibui, et tenent plerique.
 414. Vat. B mendose, pollet auspicio.
 415. Rat. contra metrum, debetur. Nonnulli scri-
 bunt dis pro diis. Jovis Statoris imago exstat apud
 Montfauconium, Antiquit. Rom. explic. tom. I, pag.
 39, cum epigraphe Jovi STATORI. Cicero contra Cati-
 linam ad equites Romanos: Jupiter Stator, quem
 vere hujus imperii Statorem majores nostri nominave-
 runt: cujus templum a Romulo, victis Sabinis, in Pa-
 latii radice cum Victoria est collocatum. Dictum ita
 volunt, quod milites Romanos adversus Sabinos
 pugnantes stare fecerit. Seneca vero aliam rationem
 affert, quod ejus beneficio starent omnia. Vide lib.

C IV de Benef., cap. 7. In vet. inscript. legitur: I. J.
 M. STATORI.

416. Ald., Parrhasius et nonnulli vulg., ab avis.
 Repone ab atavis ad metricam rationem. Apud Minu-
 cium: Quanto venerabilius ac melius antistitem veri-
 tatis majorum excipere disciplinam? religiones traditas
 colere? Deos, quos a parentibus ante imbutus es, timere,
 quam nosse familiaris, adorare? Similia Symmachus,
 ut in libris contra eum potes observare.
 418. Delubra notat Fabricius esse e lignis dea-
 sciatis sacella, in quibus plures dii sub uno coluntur
 tecto. Alii aliam significationem tradunt, et delu-
 brum esse dicunt fustem delibratum, sive dedolatum,
 quem venerabantur pro deo. De omni sacra æde de-
 lubrum passim et sine ullo discrimine dicitur.
 419. Rat. vitiose, utique pro utque. Barthius hinc
 colligit lib. XLI Adv., cap. 12, procinctum Christiano
 etiam ævo exercitum significare. Proprie procinctus
 est apparatus militaris ad pugnam ineandam, sive
 exercitus ipse expeditus ac paratus ad bellum.
 420. Virgilius I Æn. 527, Gentes frenare superbas.
 421. Virgilius lib. II: Quisquis es, amissos hinc jam
 obliviscere Graios. Fabricius advertit superbum esse,
 et de ignotis vulgo dici, Quisquis es. Confer com-
 ment. ad vers. 31 præfationis Carminum: Dicendum
 mihi: Quisquis es.
 422. Prag., ritu: emenda rite. Imperatoris vitam
 vocat principalem.
 425. Egm. male, principum pro principem. Codex
 Marietti sic legit, et distinguit Sprevisse templa, re-
 spuisse principem: quod melius videtur Marietto, ut
 sensus sit, Solve pœnam quod templa spreveris et
 respueris principem. Mihi minus id placet. In eodem
 Mar. videtur fuisse pro div. script. templum pro prin-
 cipem; sed resistit metrum.

Anter precabor, quam fidele ut militent,
Christique lymphis ut reascantur Patri,
450 Capiant et ipsum cœlitus Paraclitum :
1105 Ut idolorum respuant caliginem,
Cernant ut illud lumen æternæ spei,
Non succulentis influens obtutibus,
Nec corporales per fenestras emicans,
455 Puris sed intus quod relucet mentibus.
Pupilla carnis crassa crassum perspicit,
Et res caduca, quod resolvendum est, vi-
[det:
Liquidis videndis aptus est animæ liquor :
Natura fervens sola ferventissimæ
440 Divinitatis vim coruscantem capit.
Hoc, opto, lumen imperator noverit
Tuus, meusque, si velit fieri meus
Nam si resistit Christiano nomini,
Meus ille talis imperator non erit :
445 Scelus jubenti, crede, nunquam serviam.

A Stans, ministri, clamitans iudex ait,
Stans, manusque continetis vindices ?
Non rupta sulcis dissecatis viscera ?
Animam nec intus abditam rimamini,
450 Erumpit unde vox profana in principem ?
1106 Scindunt utrumque milites teterrimi
Mucrone hiulco pensilis latus viri,
Sulcant per artus longa tractim vulnera,
Obliqua rectis, recta transversis secant,
455 Et jam relectis pectus albet ossibus.
Nitendo anhelant, diffuunt sudoribus,
Cum sit quietus heros in quem sæviunt.
Hæc inter addit sponte Romanus loqui,
Si quæris, o præfecte, verum noscere,
460 Hoc omne quidquid lancinamur non dolet :
B Dolet quod error pectori insedit tuo,
Populos quod istos perditus tecum trahis :
Currunt frequentes undique ad spectaculum
Gentile vulgus, heu ! gemenda corpora :

GLOSSÆ VETERES.

428. Fidele, fideliter, I.
455. Succulentis, udis fletibus, nebulosis. — In-
fluens, scilicet illud lumen, I.
456. Crassum, pro crasse, I.
458. Liquidis, puris. — Liqueor, puritas, I.
459. Natura fervens, anima. — Ferventissimæ, avi-
dissimæ, I.
442. Si, si tamen, I.
445. Crede, mihi, I.

447. Vindices, quæ debent vindicare nos a talibus, I.
449. Abditam rimamini, absconditam scrutamini, I.
450. In principem, contra, I.
452. Hiulco, fissili, eraginato. — Pensilis, penden-
tis, I.
455. Tractim, trahendo, ut major esset cruciatus, ideo
tractim secabant, I. Continuatim, Vat. A.
456. Nitendo, insistendo, vel incumbendo, I.

COMMENTARIUS.

428. Parrhasius legit *quam fidei ut militent*, ut
longa sit secunda in *fidei*. Contra consuetudinem C
Prudentii id est, et membranæ obnituntur. Vide com-
ment. ad vers. 62 Dittochæi. In allocutionibus im-
peratorum ad exercitum præcipue laudabatur fides
militum : et in nummis vet. occurrunt hujusmodi
verba, *Fides militum, fides exercitus, fides exercituum*.
Vide Anselmum Bandurium de Numism. Similiter in
vet. inscriptionibus, *Legiones fideles*. De hac fide
sermo nunc est ; in vers. seq. de fide Christiana.
Justinus ad Antoninum Pium, ut notat Chamillardus :
*Nos solum Deum adoramus, et vobis in rebus aliis læ-
tum præstamus obsequium, imperatores ac duces homi-
num esse fatentes, et simul rogantes ut cum imperii
potestate sanam quoque mentem obtinere comperiamini*.
Arnobius, lib. iv, sub finem : *Nostra quidem scripta
cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conveni-
cuta dirui? In quibus summus oratur Deus, par cum-
ctis; et venia postulatur magistratibus, exercitibus, re-
gibus, etc.* Athenagoras in fine Apologiæ similia ha-
bet, ubi videri possunt notæ Maurinorum.

450. In Vat. scilicet aliquis propter vocem *Para-
clitum*, et *idolorum*, ita mutavit hos versus, *erasis*
prioribus, *Ipsunque flamen cœlitus capant sacrum,
Cacodæmonumque respuant caliginem*. Satis intelli-
gitur ineptum hunc correctorem artem metricam ita
percepisse, ut ipse versus faceret, non ut Prudenti
versus emendaret. In Mar., *Paraclitum*, minus bene,
pro *Paraclitum*.

451. Aldus videtur data opera edidisse *uti dolo-
rum*, ne secunda in *idolorum* corripere. At nulla
opus est correctione, et scripti jubent legi *ut idolo-
rum*.

452. Ald., mendose, *illum* pro *illud*. Gis., Weitz.,
cernant et; plerique alii *cernant ut*.

455. Oculos *succulentos* dicit ob humorem et suc-
cum immodicum quo hebetes fiunt. Simili significa-
tione in præf. Hamart. *furres succulentos*, et Pauli-
nus ad Cyther. *succulenti corporis*. Utitur etiam hæc

voce Apuleius.

458. In nonnullis vulg., *liquidus*, male, pro *liquidis*.
De hoc vocabulo *liquidus* pro spirituali consule pro-
leg. cap. 15.

445. Ald., Urb., Cauch., Oxon., Rot., unus Tor-
rent., et alii, *resistat*. Plerique, *resistit*. Hailsbr., *re-
sistis*.

445. Cauchius malebat *nunquam inserviam*. Cur,
invitis scriptis?

450. Thuan., Heins., *erupit* pro *erumpit*.

451., Vat. B, Mar. supra, duo Torrentiani, Gis.
ad oram, *utrinque* pro *utrumque*. Pro *teterrimi* Prag.,
Mar. a prima manu, *deterrimi*. Viva imago horren-
tormenti his versibus exprimitur. Sagittarius cap. 5
censet hos versus capiendos esse de scorpionibus,
quod genus erat flagelli a scorpionis cauda duci,
quia arcuato vulnere corpori infigebatur. Vide cap. 4
Galoni, et tabulam ix. An autem in eculo Romanus
mar yr ita cæsus fuerit, dicam ad vers. 491.

454. Mar., *transversi*, et pro div. script. *transversis*.

D 455. Fabricius hypallagen agnoscit pro *ossa albet*
relecto pectore.

457. In *heros* corripitur *o*, quamvis sit *o méga*,
quod neque a Chamillardo, neque a Cellario, neque
a Teolio in suis indicibus est animadversum, ut
ostendi ad vers. 52.

458. Nonnulli vulg., *audet sponte*.

460. Weitz. cum figm., Hailsbr. scripsit *lancinamur*.
Re inendum *lancinamur*. In Vat. A est *laniamur*; in
Vat. B *lanzinamur*.

461. Ald., Gis., *insidet*. Se ipsi potiores, *insedit*.
Galland. cum Ald., Torn., et Paris. ed. Patrum, *in-
sides*.

462. Ald., Torn., Galland., Widm., Bong., contra
metri rationem, *Populos quod istos tecum trahis per-
ditos*. Ambr., Thuan., a manu secunda, Parrhasius,
perditus tecum trahis. Thuan. a manu prima, *perdi-
tum*, quod verum putat Heinsius. Sic apud Terentium,
Cur te is perditum? Teolius in uno Vat. eandem scri-

465 **1107** Crudumque nostræ sortis exemplum A

[tremunt.

Audite, cuncti, clamo longe, ac prædico :

Emitto vocem de catasta celsior :

Christus paternæ gloriæ splendor, Deus

Rerum creator, noster idem pariceps,

470 Spondet salutem perpetem credentibus;

Animæ salutem, sola quæ non occidit,

Sed jure durans, dispares casus subit,

Aut luce fulget, aut tenebris mergitur,

Christum secuta, Patris intrat gloriam :

475 Disjuncta Christo mancipatur tartaro.

Curanda mercis qualitas, quænam mihi

Contingat olim perpætis substantiæ :

Nam membra parvipendo quo pacto cadant,

1108 Cæsura certe lege naturæ suæ.

480 Instat ruina : quod resolvendum est ruat.

Nec distat, ignis et fidiculæ sæviant,

An corpus ægrum languor asper torqueat,

Cum sæpe morbos major armet sævitas.

Non unguarum tanta vis latus fodit,

485 Mucrone quanto dira pulsatur pleurisis:

Nec sic inusta laminis ardet cutis,

1109 Ut febris atro felle venas exedit,

Vel summa pellis ignis obductus coquit,

Papulasque fervor æstuosus excitat :

GLOSSÆ VETERES.

465. Crudum, *crudele*, l.

470. Perpetem, *perpes*, *perpætis*, *permanens*, l.

472. Juge, *diu*, *pro jugiter*, l.

475. Disjuncta, *separata*.—Mancipatur. *capitur*, l.

477. Olim, *in futuro*, l.

478. Pacto, *lege*, l.

481. Fidiculæ, *funes ad flagellandum*. *Quamvis fidicula a fidibus dicatur, in hoc tamen loco significat unguas, vel genus tormenti quo rei in eculeo suspensi*

B *torquentur, ut fides et veritas inveniatur. Fidicula genus tormenti, vel ferri subtilissimi, quo incidebantur martyres*, l.

485. Pleurisis, *morbis, vel dolor laterum*; l.

486. Inusta, *valde usta*, l.

488. Summa pellis, *summitatem papularum*, l. —

Ignis, sacer ignis, Mar. — *Obductus, latens*, l.

489. Papulas, *pustulas*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

pturam invenit; sed non bene ait majoris momenti codices apud Heinsium habere *perditum*. Fab., *Populos trahis tecum quod istos perditos*. Gis., *Populos quod istos perditos tecum trahis*. Hæc placet scriptura; nec displicet *Populos quod istos perditos tecum trahis*. Illud Terentii, *Cur te is perditum?* dissimile est, n m aliud est trahere, aliud ire.

465. Parrhasius, *crudum quæ*: corrige *crudumque*. Vat. B, Mar., Rat. a prima manu, Widm., Bong., C *exemplum trahunt*: rectius alii *tremunt*.

467. De catasta dictum ad vers. 56 hymni 1 Peristeph. Apud exteros scriptores catasta est pegma ligneum quo servi venales prostabant. Hic denotat locum eminentiorem ubi de reis supplicium sumebatur. S. Cyrilianus epist. 58, alias 53; sive epist. 5, libr. II de Aurelio, qui in catasta Christum confessus fuerat, ait eum de catasta in pulpitem venisse, quod lector ab ipso fuerat ordinatus. De catasta videri possunt Gallonius et Sagittarius, qui aliorum errores corrigunt. In homilia 2 S. Chrysostomi, sive alterius Chrysostomo æqualis, de S. Romano mentio fit eculei: *Suspendentes in eculeo lacerabant; ille vero tanquam vitæ arborem eculeum amplexabatur*. Sed Græce solum est τὸ ἔϋλον, *lignum*, nec certum puto Romanum in eculeo suspensum, ut postmodum dicam.

468. Parrhasius ita legit hos versus, *Christus paternæ e gloria splendor: Deus Rerum creator: nostri et idem pariceps*. Christum splendor gloriæ Patris dicitur in Epist. ad Hebræos, I, 5.

469. Prag., Lotterus, *nostrum idem*: fortasse *nostrum et idem*, ut Parrhasius.

470. Hailsbr., *perpetim*.

474. Nonnulli vulg., *intret*.

476. Mar. pro div. script., *curandum*. Sed metrum et sensus exigunt *curanda*. Cauchius castigabat *Curanda mercis qualis, et quænam mihi*; additque Heinsius propius ad vulgatam accedere *qualis, ac quænam mihi*.

478. Lucifer Calaritanus in libro, *Moriendum esse pro Dei Filio: Quantum ad exitum, nihil interest, clavo per te, an lancea moriar, restrictis post terga manibus, an porrectis sparsisque*, etc.

479. Weitz. cum suis, *certa*. Alii concinnius, *certe*.

480. Sich., Bong. a prima manu, *cadat pro ruat*.

481. Vat. B, Urb., Prag., Mar. supra, Weitz., Gis., *ignes*. Probatiores cum Ald., *ignis*. Pro et Fabr. an. Ald., Weitz., Gis., Parrhasius. Alex., Vat. Q, Urb.,

Lotterus, et alii, *fidiculæ*. Prag., *fidicla*, quod expressit Heinsius, quamvis varietatem lectionis non indicaverit. Multi putant fidiculas esse flagella; alii instrumenta quibus rei alligantur ut veritas ab eis extorqueatur; alii unguas ferreas, ut dictum est ad vers. 44 Per. 1. Minus probabilis est sententia Magii, idem tormenti genus fuisse ac eculeum; aut Laurentii Vallæ, qui instrumentum ex duobus obliquatis lignis fuisse opinatur. Pro unguis Isidorus, hb. v Orig., cap. 27, clare fidiculas accipit: *Unquæ dictæ, quod effodiant. Hæ et fidiculæ, quia iis rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur*. Eodem sensu *fidiculas* usurpare videtur Prudentius vers. 550 hujus hymni. Nihilominus alii fidiculas pro nervis seu funiculis quibus rei alligabantur et distendebantur, sumunt, auctoritate præsertim Suetonii et Valerii Maximi. Nihil prohibet quominus eadem vox duplicem significationem, aut aliam alio tempore habuerit.

482. Nonnulli scribunt *langor*.

485. Weitz. cum Egm., *sævitas*: id conjecerat Cauchius, et tenuit Heinsius cum aliis. Giselinus etiam in emendatis movit ad marginem ascribendum *sævitas* pro div. script. Plerique habent *sævitia*. Sed Murellius notat in sexta regione hu us carminis vix alium pedem inveniri quam iambum; adeoque mavult *sævitas*, quod verbum reperitur apud Gellium. Alii tamen in Gellio legunt *scævitas*, uti etiam in Apuleio. Certius hoc vocabulo usus est Firmicus. Parrhasius legit *Cum sæpe morbus major, ac sævitia*. Sed deest sensus, et metrum obstat. Fabricius in Poetis Christianis edidit *sævitia*, sed in comment. peculiari ad hunc hymn. observat *sævitas* esse vocem antiquam pro *sævitia*.

484. Egm., *fodet*, non bene.

485. Weitz., Valt. A, B, Q, Mar., Alex., *pleurisis*, quam veram scripturam esse affirmat Heinsius. Multi tamen, etiam veteres, habent *pleuresis*. Nonnulli vulg., male, *quanta* pro *quanto*; nec melius alii distinguunt *fodit Mucrone, quanto*. De pleurisi recte mucro dicitur: qui morbus Italice *puntura* appellatur.

486. De laminis quibus corpora martyrum inurebantur, vide Gallonium cap. 6.

488. Ald. mendose, *summam*.

489. Virgilius, III Georg., in fine: *Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor Membra sequebatur*.

490 Credas cremari stridulis cauteribus.
Miserum putatis, quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod revelluntur pedes,
Compago nervis quod sonat crepantibus :
Sic ejulantes ossa clamant dividi,
495 Nodosa torquet quos podagra et arthrosis.
1110 Horretis omnes hæc carnificum ma-
[nus.
Num mitiores sunt manus medentium,
Laniena quando sævit Hippocratica ?

A Vivum secatur viscus, et recens cruor
500 Scalpella tingit, dum putredo abraditur.
Putate, ferrum triste chirurgos meis
1111 Inferre costis, quod secat salubriter.
Non est amarum quo reformatur salus.
Videntur isti carpere artus tabidos :
505 Sed dant medelam rebus intus vividis.
Quis nescit autem quanta corruptela sit
Contaminatæ carnis, ac solubilis ?
Sordet, tumescit, liquitur, fetet, dolet,

GLOSSÆ VETERES.

490. Cauteribus, hic, et hæc cauterium facit sub secunda et tertia declinatione; et dictum cauterium a caute tenendum ne se homo coquatur, l.

495. Nodosa, quæ nodis inest. — Arthrosis, arthrosis, vel artosis dentium dolor, vel communiter omnium articulorum; et sumpsit nomen a passione articulorum, l.

498. Laniena, ferrum medicabile, vel locus ubi animalia mactantur, vel ipse pecudum laniator et hominum carnifex a laniatura dictus. Laniola locus ubi medici faciunt medicinas, et laniant carnes infirmorum. — Hippocratica. Hippocrates medicus; inde Hippocratica dicitur medicina, a principe medicorum dicta. Hippo-

cras summus medicus; inde adjectivum Hippocraticus, l.

499. Viscus, caro, l.

B 500. Scalpella, id est ferrum, quibus abraditur putredo ab ossibus, l.

501. Chirurgos, medicus dicitur, qui homines incidere solet; chirurgus a manuum operatione dicitur: χεῖρ enim Græce manus dicitur. Chirurghi medici manu medicinam operantes; chira enim Græce manus: empirici vero, tantum intellectu morbum cognoscentes, salutem corporum tantum voce indicant, manibus nihil operantes, l.

504. Isti, chirurgi, l.

COMMENTARIUS

90. Widm. supra, cremari ut stridulis. Ald. ediderat cauteribus, correxit cauteriis. Sed cauteribus verum est: quo vocabulo alias etiam utitur Prudentius. Glossa ridicula est. Quanquam omnes hujusmodi glossarum ineptias notare non fuit animus: quod si ante non monui, nunc moneo.

491. Neminem vidi qui non hos versus de supplicio eculei accipiat. Ac revera in Vincentio vers. 109 et seqq. eodem modo describi videtur eculeus. Verum in Romano id obstat, quod iudex jusserat quidem Romanum eculeo torqueri, sed admonitus nobilem esse virum, *Jubet amoveri noxiam stipitem, Plebeia clarum poena ne damnet virum.* Vide vers. 108 et seqq. Præterea certum est martyres extra eculeum suspensos, interdum fuisse unguis excarnificatos: nam suspendebantur, ut carnifices commodius unguis corpora exararent. Itaque probabile est Romanum suspensum fuisse brachiis post tergum revinctis, atque ejus pedibus gravia pondera alligata fuisse. Vide tabulam I, lit. B, et tabulam XIII, lit. A. Fulvius Cardulus in not. ad hist. SS. martyrum Abundii et soc. tradit a nonnullis definiri eculeum, *genus tormenti quo vinctis superne manibus, et appensis utriusque pedis gravissimis ponderibus, homo pendens immaniter torquetur.* Sed ipse in aliam videtur abire sententiam, et Prudentius eculeum noxiam stipitem vocavit.

492. Prag., *extensus ulnis.*

495. Weitzius Aldo affligit *crepantibus*; et ita quidem Aldus edidit, sed in emendatis mutavit in *crepantibus*. Fulvius Cardulus loc. cit. intelligit nerveas funes quibus membra devincta erant, crepare. At Prudentius clare loquitur de nervis corporis, qui crepabant, dum nimium membra extenderentur.

494. Vat. A scribit *hejulantes*.

495. Arthrosis vera scriptura ab Heinsio dicitur; quam tamen vix invenias in codicibus. Ald., Fabr., Gis., *arthrosis*. Alex., Prag., *artesis*. Urb., Vat. B, Mar., Rat., *arthrosis*. Vat. Q, *atresis*. Pal., *artresis*. Parrhasius, *artisis*, et id vocabulum Prudentii proprium esse ait pro morbo articuli quem chirurgi Græci vocant. Nescio quis, vulgata hujus loci scriptura nixus, *artesis* Latinis lexicis inseruit. Eum refellit Giselinus, quia cum hic morbus articulorum Græcis dicatur ἀρθρῖτις, tempore Prudentii eum *arthresin* nuncuparunt. Sic ex pleuritide pleuresin, ex phrenitide phrenesin fecerunt. Inaniter vero Giselinus

laborat ut persuadeat incitiâ Græcæ linguæ nujusmodi vocibus ita formatis usum fuisse Prudentium, et mediam in eis corripuisse. Nam primum jam concedit tertiam Latinis esse sic satis notam; sed ita ut (addit) Juvenalis, Martialis et alii Græce docti ejus mediam produxerint, solus Prudentius corripuerit. Deinde cum Prudentius jam sua ætate videret eas voces in usu esse, et ita vulgo pronuntiarî (quis enim hoc neget?) ut ab ipso efferuntur, cur, quamvis Græce esset doctissimus, contra ecclesiasticum usum et sui temporis consuetudinem agere deberet? Præterea constat ante ipsum mediam in *phrenesis* a Sereno fuisse correptam. Denique Ausonium Græce peritum fuisse nequit verti in dubium; et tamen hæc ipsa quæ in Prudentio reprehenduntur, vel alia prorsus similia, aut explicatu difficiliora; in Ausonio passim occurrere compertum est. Verum de his uberius diximus in prolegom. Podagra et arthrosis junguntur etiam a Lucilio apud Nonium pag. 166, *Quod deformis senex, arthriticus ac podagrosus.* Alii legunt *pædidus*, alii *perditus* pro *arthriticus*.

496. Parrhasius, *has: lege hæc.*

498. Mar. a prima manu, Vat. B, Prag., *lamina*, vel *lamina*; Lotterus *laniena* pro *laniena*, sed corrupte. In Rat. recens corrector, abradis prioribus, *At quando sævit lamina accensa Hippocratis.* Hoc ultimum verbum prius ita erat. In *Hippocratica* antepenultima producit eadem licentia qua in *idolium* corripitur, ratione accensus Græci in *Hippocrates*. Laniena Hippocratica est pars medicinæ quæ chirurgice dicitur; aut tota medicina appellatur laniena ab ea parte.

499. Boher. prior, *exsecatur*. Quid sit *viscus*, vide ad hymn. S. Cassiani vers. 56. *Visceratio* dicta, cum carnes distribuebantur viritim. Livius, lib. viii, cap. 22, *Populo visceratio data a M. Flavio in funere matris.*

500. Ald. vitiose, *scalpellam*.

501. In nonnullis vulg., *putatur*, male et contra metrum. Torn., *chirugos*, mendose.

506. Ex Epist. ad Galat., v, 17, *Caro concupiscit adversus spiritum.*

508. Giselinus, *de intervallis vocalium rarioribus* in Ind. Lucr., ex vet. cod. legit *sorde tumescit*, eleganter, ut putat; neque probat *sordet, tumescit*. Notat vero ex Prisciano lib. vii, in quibusdam Latinis quæ nominativum in *es* productum terminant, paresque cum genitivo habent syllabas, in tertia declinatione s levo

Inflatur ira, solvitur laudine :
 510 Plerumque felle tincta livores trahit.
 Aurum rege-tum nonne carni acquiritur ?
 Illusa vestis, gemma, bombyx, purpura
 In carnis usum mille quærantur dolis
 Luxus vorandi carnis arvinam sovet.
 515 Carnis voluptas omne per nefas ruit.
 Medere, quæso, carnifex, tantis malis :
 Concide, carpe fomitem peccaminum.
 1112 Fac ut, resecto debilis carnis situ,
 Dolore ab omni mens super-it libera,
 520 Nec gestet ultra quod tyrannus amputet.
 Nec terrearis, turba circumstantium :
 Hoc perdo solum quod peribit omnibus,
 Regi, clienti, pauperique, et diviti.
 Sic vernularum, sic senatorum caro

A 525 Tabescit, imo cum sepulcro condita est
 Jactura vilis mordet, et damnum leve ;
 Si quo carendum est perdere extimescimus :
 Cur quod necesse est non voluntas occupat ?
 Natura cur non vertit in rem gloriæ ?
 550 Legale damnum deputemus præmiis.
 Sed præmiorum forma quæ sit fortibus
 1113 Videamus : illa nempe quæ nunquam
 perit.
 Cælo refusus subvolabit spiritus,
 Dei parentis perfruetur lumine,
 555 Règnante Christo stans in arce regia.
 Quandoque cælum, ceu liber, plicabitur,
 Cadet rotati solis in terram globus,
 Sphæram ruina menstrualem destruet :
 Deus superstes solus, et justus simul

GLOSSÆ VETERES.

510. Livores, colores pallidos de nigra cholera dicit, I.
 511. Rege-tum, absconditum, a terra abstractum, I.
 512. Illusa, picta. — Bombyx, sericum: vermis de cujus sanguine purpura tingitur, I.
 514. Luxus, dulcedo, superfluitas. — Arvinam, pinguedinem, I.
 515. Voluptas, alectatio, I.
 517. Fomitem, incendium, I.
 518. Situ, situs hic ponitur pro vetustate, Vat. A.
 519. Supersit, ut remaneat, I.
 521. Turba, o mea, I.
 525. Cli nti, minori, tasso, vassallo, serventi, I.

524. Vernularum, servorum, I.
 526. Jactura, perditio, damnum, proprie est damnum quod navigantes in mari patiuntur; sed ponitur pro omni damno. — Mordet, punit, constringit, I.
 528. Occupat, scilicet mori, I.
 529. Natura, naturalis res est mors. — Vertit pro vertitur, I.
 550. Damnum, mortem. — Præmiis, sempiternis, I.
 551. Fortibus, martyribus, I.
 555. Subvolabit, ascendet, I.
 556. Plicabitur, involvetur, cum non cadet, sed prænim o timore ita videbitur, I.
 558. Sphæram, lunam. — Menstrualem, quæ singulis mensibus crecit, I.

COMMENTARIUS.

produci ablativum, ut a more, fame, tabe, sorde. C Weitzius id secutus est cum Egm. et Hailsbr. Scripti nostri et Heinsiani habent sordet, quod non debet displicere. Mar. a prima manu, liquitur, supra liquatur, contra metrum. Parrhasius, fetit: retine fetet. Nebrissensis sordet ad avaritiam referri posse opinatur, quia sordes pro avaritia legimus. Horatius, lib. II sat. 5, Sepulcrum Permissum arbitrio sine sordibus exstrue.

509. De libidine proprie dicitur solvi et diffluere. Vide comment. ad vers. 87 hymni 7 Cath.

510. Weitzius, Ald., intincta pro tincta. Parrhasius, felle tacta, minus bene. Mar., labores; supra, recte, livores.

512. Virgilius II Georg., Illusasque auro vestes.

514. Carnes pro carnis in Teolio error est metri.

517. Prag., rape, ad marg., probe, carpe.

518. Parrhasius corrumpit metrum carnis usu pro carnis situ.

520. Ald., Weitz., alii, ne gestet. Ald., tyrannos, mendose.

522. Egm., Pal., et codex Beemani, si diversus est a Palatino Weitzii, hoc perdolosum. Vat. A, hoc per dolosum. Lege hoc perdo solum. In Aldo et nonnullis vulg. error irrepsit prædo pro perdo.

527. Egm., Pal., quod carendum est: atque ita legendum esse asseverat Gifanius in Utor quarto casui junctum, etsi etiam in libris vet. hic locus est et in litura partim demersus. Pro extimescimus Vat. B, Rat., Mar. a prima manu, exgemiscimus. Prag., minus recte, pertimescimus.

529. In Rat., perperam, naturam a recenti manu. Fabricius ait Prudentium loqui admirantis animo, quia hoc a natura præstari non potest: munus enim Dei est, si quis mortem iudicat esse gloriam. Cæterum natura sumitur pro ipso homine, seu natura humana, quæ gratiæ munere mortem pro Christo iudicat

gloriosam. Potest etiam sumi vertit pro vertitur, scilicet cur natura, sive necessitas moriendi non vertitur in rem gloriæ? Justinus martyr ad Romanos: Nec vero occideremur, nec potentiores nobis essent iniqui homines, nisi omnino cuilibet homini genito etiam mori constitutum esset. Id igitur debitum (mortis) nos persolventes, gratias agimus.

550. Cauch., Rott. égale damnum. Rectius legale, quia sermo est de lege moriendi.

552. Vat. A, qui: emenda quæ.

555. Cauch. et Ambr., cælo refusus. Parrhasius edidit cælo revulsus. Neutrum probo.

554. Prag., Dei perennis.

555. Ald., regente; alii, regnante.

556. Weitzio libuit exarare plicabitur, quia ita invenit in Egm. Isaiaë xxxiv, 4, Et tabescet omnis milita cælorum et complicabuntur sicut liber cæli. Justinus, sive quis alius, in respons. ad quæst. 94: Quemadmodum cæli creationem divinæ litteræ per similitudinem conferunt aliquando cum pellis extensione, dicentes, Qui extendit cælum sicut pellis; aliquando cum firmamento fumo, Cælum, inquit, ceu fumus, firmatum est; aliquando cum rotunditate cameræ, Qui extendit, inquit, cælum velut cameram; sic e diverso cæli dissolutionem per comparisonem conferunt cum aliis rebus, ut cum volumine involvendo et implicando. In Apocalypsis. phrasi simili eadem sententia exponitur cap. vi, vers. 13 et 14, Et stellæ de cælo ceciderunt... Et cælum recessit, sicut liber involutus. Vide Ludov. cum Alcazar ad loc. cit. Apocalypsis.

557. Parrhasius, rotatus.

558. Alii spheram, alii speram, alii spæram, alii sphæram scribunt. Hic loco potest stare sphæram. Alibi cum prima corripitur, scribendum est sphaera.

559. Egm., Hailsbr., superstis. In nonnullis vulg. mendose soles pro solus. Quod autem Deus solus dicitur, intelligitur Deum cum justis et angelis per rina-

540 Cum sempiternis permanebunt angelis.
 Contemne præsens utile, o prudens homo,
 Quod terminandum, quod relinquendum est -
 [tibi :
 Omitte corpus, rem sepulcri et funeris :
 Tende ad futuram gloriam : perge ad Deum :
 545 **1114** Agnosce qui sis, vince mundum et
 [sæculum.
 Vix dum elocutus martyr hanc peregerat
 Orationem, cum furens interserit
 Asclepiades : Vertat ictum carnifex
 In os loquentis, inque maxillas manum,
 550 Sulcosque acutos, et fidiculas transferat
 Verbositatis ipse rumpatur locus,
 Scaturientes perdat ut loquacitas

A Sermonis auras, perforatis follibus,
 Quibus sonandi nulla lex ponit modum,
 555 Ipsa et loquentis verba torqueri volo.
 Implet jubentis dicta lictor improbus,
 Charaxat ambas unguis scribentibus
1115 Genas, cruentis et secat faciem notis,
 Hirsuta barbibus solvitur carptim cutis,
 560 Et mentum adusque vultus omnis scinditur.
 Martyr fluentem fatur inter sanguinem :
 Grates tibi, o præfecte, magnas debeo,
 Quod multa pandens ora, jam Christum lo-
 [quor.
 Arctabat ampli nominis præconium
 565 Meatus unus, impar ad laudes Dei.
 B Rimas patentes invenit vox edita,

GLOSSÆ VETERES.

541. Contemne, respue. — Præsens, præsentem utilitatem, I.

546. Dum, adjectio syllabica, I.

547. Interserit, interrumpit sermonem, I.

552. Scaturientes, ebullientes, I.

553. Follibus, faucibus, Vat. A.

555. Verba, labra, I.

557. Charaxat, scribit : charaxo Græce est scribō ; inde charaxavit, id est scripsit, I. Charaxare dicimus scribere : inde character, Vat. A.

559. Carptim, minuatim, I.

564. Nominis, scilicet Dei. — Præconium, laudem, I.

COMMENTARIUS.

nere, exclusis damnatis, et in ignem æternum reiectis. Nam damnatos æternum puniendos, in fine Hamartigeniæ Prudentius fatetur. Sed id non est permanere simul cum Deo.

540. Prag., permanebit, non bene.

541. Parrhasius, vile o prudens, quod ratione aliqua sustineri posset, admissio hiati, quem multi volunt familiarem esse Prudentio.

545. Gis. ad oram, quid sis. Vide comment. ad vers. 419 Apoth.

546. Vat. B, Mar., vix tum.

549. Ald., Mar. a secunda manu, manus : Parrhasius malleum et maxillas mutavit in malas in emendatis. Legit ergo inque malas malleum.

550. Heinsius, fidiculas. Scripti et edd. vett., fidiculas. Vide vers. 481. Ex hoc loco patet fidiculas potius esse unguas quibus fodiebatur martyr, quam funes quibus eculeo alligatus erat. Nebrissensis volebat speciem sumi pro genere. Quid enim, inquit, fidiculæ ori nocere poterant ? Poterant certe unguæ. Mox vers. 557, Charaxat ambas unguis scribentibus Genas, etc. Verba Suetonii in Tiberii Vita, et Valerii Maximi lib. III, cap. 3, non magis clara sunt pro opinione affirmante fidiculas esse funiculos nerveos quibus sontes eculeo torquebantur, quam hic Prudentii locus pro explicatione quam exhibui. Nemo autem veterum tam clare dixit fidiculas esse funes, quam Isidorus esse unguas. Cl. Zacharias, in Histor. litter. Ital. tom. V, pag. 596, et tom. IX, pag. 325, multa dixit, ut probaret fidiculas esse nerveas funes

551. Prag. depravate., interrumpatur ; Vat. A, ipse transforetur non male si bacchium quinto loco admittere velis. Verbositatem pro enormi loquacitate non sine felle poni, monet Peveratus.

552. Heinsius scribit scaturientes. Cauchius conjectabat ebullientes, non probante Heinsio. Arnobius, lib. v, prope finem : Scaturiginem istam vocis, et strepitum fœdæ loquacitatis amittere.

554. Prag., modum tenet. Melius retinebitur ponit modum.

555. Hailsbr., labia, supra : retine verba.

556. Heinsiani, Parrhasius, Vat. A, Alex., Egm., Hailsbr., Gis. ad oram, impius. Airbr., livor impius. Recentiores cum Heinsio, lictor impius. Verius videtur lictor improbus ea significatione qua dicitur labor

improbus. Et ita habent Ald., Weitz., Gis., Vat. B, Mar., Prag.

557. Vat. A, Egm., Hailsbr. scribunt charaxat. Fabr. charassat. Murmellius carattat. Hoc verbo pro scribere utuntur Anianus corrector sententiarum Julii Pauli, Isidorus in glossis, Gregorius Turonensis, Marculfus monachus, Adamannus Scotus, Aldhelmus, Eckherardus Junior, Hinemarus, Barthius, lib. XLV, cap. 19, observat ætatem sequiorem a Prudentio auctoritatem sumpsisse. Sic Wipertus, lib. I, cap. 2, Totum ejus corpus invenitur charaxatum quasi crucicularum stigmatibus. Wipertus clare Prudentium æmulatur, ut vers. 145 observavi. Giselinus diversam aliquam lectionem indicat : nam cum minus bene dixisset Prudentium charaxo derivasse a χαράξω, futuro verbi χαράττειν, quod valet sculperē, arare, scarificare, addit : Quæ huc ab aliis afferuntur, et scriptis libris adversantur, et poetæ nostri genio. Parrhasius inter alienigena quæ Prudentius usurpavit, refert charaxat ; et charaxat explicat, Calamorum, sudiumque fastigatis, atque subtilibus spiculis corpus infigit : quod pœnæ genus adhuc Hispani retinent. Verum Prudentio charaxat solum est conscribillat. De hac metaphora unguæ charaxant, scribunt, vide comm. ad vers. 77 hymni S. Cassiani.

558. Prag., siccatur pro secatur, et suspicatur Mar. siccatur pro signatur. Sed obstat lex metri. In nonnullis vulg., faciem rotis, minus bene, pro notis.

559. Vat. A et Pal., captim. Legendum carptim. In Mar. corrumpitur metrum, verbis ita transpositis, Hirsuta barbibus carptim solvitur cutis.

562. Notanda est consuetudo veterum Christianorum, qui ab impiis iudicibus condemnati, gratias illis agebant. Justinus, apolog. 1 et 2 ; Eusebius, lib. IV Hist., cap. 17 : Quo audito, Lucius illi gratias egit, quod hac ratione a malis dominis liberaretur, et ad bonum Patrem regemque Deum proficisceretur. Tertullianus in fine Apologet. : Inde est quod ibidem sententiis vestris gratias agimus, ut est æmulatio divinæ rei et humanæ ; cum damnamur a vobis, a Deo absolvimur. Alia ex Actis martyrum profert Sagittarius, cap. 7. Philosopho Senecæ ignotum id erat : Neminem, ait epist. 66, adhuc scio eo nomine votum solvisse, quod flagellis cæsus esset, aut podagra distortus, aut eculeo longior factus.

564. Mar. scribit arciabat pro arctabat.

565. Prag. ad laudem Dei.

- Multisque fusa rictibus reddit sonos A
Hinc inde plures, et profatur-undique
1116 Christi Patrisque sempiternam glo-
[riam.
- 570 Tot ecce laudant ora quot sunt vulnera. 590
Tali repressus cognitor constantia,
Cessare poenam praecipit : tunc sic ait
Per solis ignem juro, qui nostros dies
Reciprocatis administrat circulis :
575 Cujus recursu lux et annus ducitur, 595
Ignes parandos jam tibi tristis rogi,
Qui fine digno corpus istud devorent,
Quod perseverans tam resistit nequiter
Sacris vetustis, nec dolorum spiculis
580 Victum fatiscit, fitque poenis fortius. 600
Quis hunc rigorem pectori injecit stupor? B
Mens obstinata est : corpus omne occalluit.
Tantus novelli dogmatis regnat furor!
Hic nempe vester Christus haud olim fuit,
585 Quem tu fateris ipse suffixum cruci. 605

Hæc illa crux est omnium nostrum salus,
Romanus inquit : hominis hæc redemptio est.
1117 Scio incapacem te sacramenti, impie,
Non posse cæcis sensibus mysterium
Haurire nostrum : nil diurnum nox capit :
Tamen in tenebris proferam claram facem.
Sanus videbit, lippus oculos obteget.
Removete lumen, dicet insanabilis :
Injuriosa est nil videnti claritas.
Audi, profane, quod gravatus oderis.
Regem perennem rex perennis protulit,
In se manentem, nec minorem tempore,
Quia tempus illum non tenet : nam fons retro
Exordiorum est, et dierum, et temporum,
Ex Patre Christus : hoc Pater quod Filius.
1118 Hic se videndum praestitit mortalibus :
Mortale corpus sumpsit immortalitas,
Ut dum caducum portat æternus Deus,
Transire nostrum posset ad cœlestia :
Homo est peremptus, et resurrexit Deus.

GLOSSÆ VETERES.

567. Rictibus, *apertionibus*. Ringo, os aperio; inde rictus, apertio, l.
574. Reciprocatis, *revocatis*, *iteratis*, l.
578. Nequiter, *crudeliter*, l.
580. Victum, *corpus*, l.
581. Rigorem, *fortitudinem*, l.

582. Obstinata, *dura*. — Occalluit, *obduruit*, *obduravit*, l.
590. Diurnum, *Christum*. — Nox, *peccatores*, l.
595. Gravatus, *iratus*, l.
598. Retro, *ante*, l.
604. Nostrum, *corpus*, l.

COMMENTARIUS.

567. Mariettus e suo codice notaverat *multis fusa*, C et conjecerat *multis refusa*.
570. Egm., Hailsbr., *quod* : lege *quot*. In homilia 2 Chrysostomi sive Elaviani de S. Romano : *Ille vero quasi plura tum ora recepisset, orationem habebat*.
572. Fabricius advertit veteri verbo juris poenam carnifices ipsos significare. Apud poetas certe poenæ vocantur Furæ, quia scelerum sunt vindices.
573. Vat. B, Mar., Prag., Ald., Weitz., *ignes*. Alii venustius, *ignem*. Juvenalis, sat. 13, vers. 73, *Per solis radios, Tarpeiaque fulmina jurat*. Virgilius, lib. VI, *Per sidera juro, Per superos*.
574. Virgilius, lib. II Georg., *Atque in se sua per vestigia volvitur annus*.
575. Prag., et *annus reducitur*. Resistit metrum.
576. Rat. vitiat metrum, trajectis verbis, *tibi jam*. Weitz., Gis., Urb., Rat., *ignis parandus*. Vat. A, B, *ignis parandos*. Plerique *ignes parandos*, et vers. seq., *devorent*.
577. Ald., Gis., Weitz. et alii, *devoret* : intelligi D potest *rogus*.
583. Suetonius in Nerone, cap. 16, *Afflicti supplicii Christiani, genus hominum superstitionis novæ et maleficæ*.
584. Mar., *jam fuit* : recte supra *haud*.
586. Parrhasius perperam omittit *est*, et vers. seq. *hæc*.
588. I ad Corinth. II, 14 : *Animans autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei : stultitia enim est illi, et non potest intelligere*.
590. Ex cap. I Joannis, vers. 5 et seq., *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt*.
591. Rat., Vat. Q, Torn., Mar., omittunt *in*, quod aliena manu in codice Mar. est appictum.
592. In quibusdam edd. *lippos*, male, pro *lippus*. Weitz. cum Aldo, *oclos*, ut sit iambus quarta sede; et Nebrissensis advertit esse syncopam. Lotterus, Giselinus, Heinsius, et recentiores, excepto Gallandio, *oculos*, quia, ut ait Teolius, duæ breves unam longam faciunt. Hac eadem ratione, et hoc exemplo supra vers. 481 et 550 cum scriptis reponendum erit *fidiculæ* et *fidiculas*, non *fidiclæ* et *fidiclas*. Quarta sede Prudentius aliquæ in senariis nonnunquam tribrachyn, pedem tribus brevibus constantem, admittunt. Latinius etiam, qui in Torn. invenit *lippos oculos*, emendavit *lippus oculos*. Pro *obteget* Prag. *obtegit*. Nebrissensis exponit, *Qui credit, statim intelliget, juxta illud : Nisi credideritis, non intelligetis*. Addit Fabricius non aliter hunc locum citare Prosperum Aquitanicum, qui solet in suis operibus Græcorum Septuaginta versionem sequi.
593. Alex. a prima manu, Vat. Q, Prag., Egm., Pal., Hailsbr., *dicet*; alii, *dicet*. In Parrhasio error est metri *remove* pro *removete*, uti vers. seq., *videntibus claritas* pro *videnti*.
594. Lotterus, *Invidiosa est nil videnti claritas*. Repone *injuriosa*.
595. Parrhasius probe ediderat *gravatus*; correxit contra metricam rationem *ingratus*.
599. In nonnullis vulg. mendose *exordiarium*. Vat. B non recte omittit *est*. Vat. Q a prima manu vitiose, *est et temporum, et dierum*.
600. *Hoc est Pater quod Filius* significat eandem esse naturam. Non autem recte diceretur : *Hic est Pater, qui Filius*, quia id innuit eandem esse personam. Sic Pater, et Filius, sunt alius et alius, non aliud et aliud; hæc enim est theologorum regula, quod masculina nomina vel pronomina distincte proferamus de singulis personis : neutra vero non plura, sed unam commune accommodemus tribus personis : quia scilicet masculina personas, neutra essentiam indicant.
602. In eandem sententiam Fabricius hos Prosperi versus profert : *Sed mortale meum subit, ut quia vita teneri Morte nequit, pereat mihi mors : et non ego jam in me Vivam, sed Christus, qui se mihi miscuit in se*.
604. Ald., Vat. Q, Heins., *possit*.
605. Vat. B, Prag., *surrexit*, male.

- Congressa mors est membra gestanti Deo : **A**
 Dum nostra tentat, cessit immortalibus.
 Stultum putatis hoc, sophistæ sæculi :
 Sed stulta mundi summus elegit Pater,
 610 Ut stultus esset sæculi, prudens Dei.
 Antiquitatem Romuli, et Mavortiam.
 Lupam renarras, primum et omen vulturum.
1119 Si res novellas respuis, nil tam re-
 [cens. **625** **1120** Prænuntiatus orè vatum consono.
 Reges, prophetæ, iudices, et principes.
 Virtute, bellis, cultibus, sacris, stylo
 Non destiterunt pingere figuram crucis

GLOSSÆ VETERES.

606. Congressa, pugnavit. Congredior tibi, id est
 pugno contra te, I.
 608. Sophistæ, sapientes, I.
 614. Fastis, libris, vel consulibus, I.
 617. Otium, tempus, I.
 618. Capellam, Amaltheam capram, quæ fertur nu-
 trisse Jovem. — Gnessiam; Creticam, I.
 620. Olim, in futuro, futuro tempore; quæ colitis, I.
 625. Expedita, prodita, I.
 625. Consono, convenienti, I

COMMENTARIUS

606. Ald. corrupte, membra gestant ideo.
 607. In Rat. fuit tentant non bene. Vat. B, cessat;
 supra, cessit, probe. Murmellius edidit cessat, quod
 exstat etiam in Lotteri editione. Nebrissensis suspi-
 catur immortalitas pro immortalibus, ut sit sensus,
 quod immortalitas cessit morti, quia dicimus ex
 communicatione idiomatum, quod Deus passus est.
 Heinsius scribit hic et alibi temptat pro tentat. Teo-
 lius expressit etiam temptat, sed putavit esse frequen-
 tativum a temno, atque ita exponit: Dum mors Chri-
 stum carne nostra indutum contemnit, divinæ postmo-
 dum cedere debuit virtuti. Manet in edd. plerisque
 esse tentat sensu non admodum diverso. Verum sive
 temptat, sive tentat scribatur, non est verbum fre-
 quentativum a temno. Sententia satis percipitur: Dum
 mors membra Christi mortalia qualia sunt nostra,
 tentat, aggreditur, seu perimit, cessit Deo resurgenti,
 sive membris immortalitate in resurrectione donatis.
 609. Ald., Fabr., Lotterus, Torn., eligit: melius
 elegit. Ex Epist. I ad Corinth. cap. 1, quem locum
 simili modo Paulinus in carmine ad Cytherium ver-
 sibus complexus est.
 611. Peveratus censet Prudentium innuere veram
 belluam Romuli nutricem fuisse. Mihi non satis id
 liquet. Nam Prudentius feminas prostitutas vocavit
 etiam lupas lib. 1 in Symm. vers. 107. Vide comment.
 in eum locum.
 612. Ald. ita distinguit Lupam renarras primum, et
 omen vulturum. De hoc omne vide comment. ad vers.
 596 lib. II contra Symmach.
 613. Hailsbr., Pal., respues. In Rat. fuit tamen,
 recte emendatum tam.
 614. Diminutivum ætatis in Vita Urbani III, apud
 Muratorium tom. III, pag. 476, est ætatuncula. Apud
 Ciceronem, Suetonium et Plautum ætatula. Asclepias
 dixerat vers. 407, Post evolutos mille demum con-
 sules. Scilicet ab Urbe condita mille quinquaginta
 anni circiter numerantur ad initium sæculi IV, quo
 passus est Romanus. Fabricius male numerat annos
 mille et ducentos circiter. Neque id congruit verbis
 Asclepiadis et Romani. Etsi enim ante consules Ro-
 mæ reges annos circiter 244 regnaverint, tamen ab
 eo tempore ad annum Christi 505 non fuerunt mille
 consulatus, sed ab Asclepiade et Romano mille con-
 sules, et mille fasti dicuntur, ut totidem anni intelli-
 gantur.
 615. Ald. male, condio ab augure.
 616. Egm., Widm. a secunda manu, Mar. a prima
 manu, Vat. B, cognita: melius condita. Prag., prius,
 errore metri, pro pridem: imitatio est Plauti in Au-
 lul. II, 4, 41, Sexcenta sunt quæ memorem, si sit otium.
 618. Minucius, Et quæ Jovis sacra sunt? Nutrix
 capella est, etc. Vide quæ Elmenhorstius et Ouzelius
 in hunc locum commentantur. Obvii præterea sunt
 mythologici libri.
 620. Parrhasius non sine venustate, Sed illa nunc
 sunt? Hæc et olim non erant. Negat quippe interro-
 gatio. Sed erunt rectius, quam erant. In emendatis
 ait Parrhasius quosdam legere, Nunc ista sed sunt:
 hæc et olim non erant.
 622. Prag., primus: corrige primum.
 625. Crux expressa fuit in ligno vitæ, et multis
 aliis figuris in Veteri Testamento expositis, quas enu-
 merat Gretzerus lib. 1 de Cruce, cap. 42 et seq. Per
 sibyllas etiam prænuntiata fuit. Cellarius ita distin-
 guit, ut signa crucis intelligat Prudentius sacrificia
 veteris legis, vel potius signa naturalia, de quibus
 Minucius, Signum sane crucis naturaliter visimus in
 navi, etc. Litteras vero quibus crux expedita dicitur,
 idem Cellarius exponit vaticinia sacræ Scripturæ.
 De signis naturalibus crucis videri potest Tertullia-
 nus in Apologet., et Heraldus in notis, præter Justi-
 num et alios.
 625. Vat. B, Mar., Alex., prænuntiatur ore.
 626. Fabr., iudices et principes cum plerisque.
 Ald. cum aliis, iudicesque, et principes.
 628. Ald., Weitz., Widm., Hailsbr., Egm., Hein-
 sius cum suis, Non destiterunt pingere formam crucis;
 fœvent huic lectioni plerique nostri. Fabr., Gis. se-
 cunda ed., Non destiterunt pingere hanc formam cru-
 cis, quod propius accedit ad rationem carminis. Ita
 etiam legebat Latinus, quamvis in vet. cod. inven-
 rit Non destiterunt crucis umbram pingere. Gis. prima
 ed. non male, Formam crucis non destiterunt pingere.
 Urb., Bong., Non destiterunt formam pingere crucis,
 quæ lectio, cum aperte sit mendosa et metro repu-
 gnans, fortasse errore typographico in editone Par-
 mensi admissa est. Teolius enim nullam lectionum
 diversitatem indicat. Equidem suspicor Giselinum et
 Fabricium non tam fidem codicum secutos, quam
 metro consulere voluisse. Non autem video qui de-
 fendi possit lectio fere omnium codicum, et Heinsii:
 neque enim in quarta sede pyrrichius locum habet,
 imo neque in toto senario. Haquæ amplector pingere
 figuram crucis, quod invenio in veteri editione Lot-
 teri: nam tribrachyū quarta regione non semel posuit
 Prudentius. Figura mystica crucis et nominis Jesu
 vocantur 518 vernaculi Abrahami in præf. Psych.;
 qua de re plura eo loco.

Crux prænotata, crux adumbrata est prius, A
 633) Crucem vetusta combiberunt sæcula.
 Tandem relectis vocibus propheticis,
 Ætate nostra comprobata antiquitas
 Coram refulsit ore conspicabili,
 Ne fluctuaret veritas dubia fide,
 635 Si non pateret teste visu cominus.
 Hinc nos et ipsum non perire credimus
1121 Corpus, sepulero quod vorandum
 [traditur :
 Quia Christus in se mortuum corpus cruc
 Secum excitatum vexit ad solium Patris,
 640 Viamque cunctis ad resurgendum dedit.
 Crux illa nostra est, nos patibulum ascendi-
 [mus :
 Nobis peremptus Christus, et nobis Deus B
 Christus reversus, ipse qui moriens homo
 [est ;
 Natura duplex : moritur, et mortem domat,
 645 Reditque in illud, quod perire nesciat.
 Dixisse pauca sit satis de mysticis

Nostræ salutis, deque processu spei.
 Jam jam silebo : margarita spargere
 Christi velamur inter immundos sues,
 650 Lutulentæ sanctum ne terant animalia.
 Sed, quia profunda non licet luctarier
1122 Ratione tecum, consulamus proxima :
 Interrogetur ipsa naturalium
 Simplex sine arte sensuum sententia :
 655 Fuci imperitus fac ut adsit arbiter.
 Da septuennem circiter puerum, aut minus,
 Qui sit favoris liber, et non oderit
 Quemquam, nec ullum mentis in vitium ca-
 | dat :
 Periclitemur quid recens infantia
 660 Dicat sequendum, quid novus sapiat vigor.
 Hanc ille sancti martyris vocem libens
 Amplexus, unum de caterva infantium
 Parvum, nec olim lacte depulsum, capi,
 Captumque adesse præcipit. Quidvis roga,
 665 Inquit, sequamur, quod probarit pusio.
 Romanus ardens experiri innoxiam

GLOSSÆ VETERES.

629. Prænotata, præscripta. — Adumbrata, figurata, I.
 630. Combiberunt, graviter senserunt, perceperunt, I.
 633. Coram, manifeste. — Conspicabili, veneranti, vel lucido, I.
 634. Fluctuaret, titubaret, I.
 635. Cominus, præsentialiter, vel prope, I.
 636. Nos, nostra caro, I.

647. Processu, incremento, I.
 651. Luctarier, pro luctari, I.
 655. Fuci, mendacii, vel fraudis : nigredine peccati, vel mendacii ; omnes enim qui in iudicio labuntur, aut labentur odio, aut timore, aut amore, I.
 657. Favoris, tumoris, vel adulationis : jactantiæ, I.
 659. Periclitemur, probemus : periclitari est probare, I.
 C 663. Nec olim, nuper, I.

COMMENTARIUS.

630. Peveratus venustam hanc esse expressionem dicit : nam ardenti quadam siti et cupiditate ferebantur in crucem, ut qui vehementi siti æstuant, avidè feruntur in aquam.

633. Vigilius Tapsensis, lib. vi, de Trinitate, utitur hac voce *conspicabilis*. Quod multifarie a patribus in *conspicabili materia visum fuit*! Eadem vox legitur in oratione pro martyribus inter opera Cypriano ascripta.

634. Thuan., *nec fluctuaret*.

636. Vide epist. I ad Corinth. xiv, 13 et seqq. *Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit*, etc. Confer finem Apoth., *Nosco meum in Christo corpus consurgere*, etc.

641. Sic aiebat Apostolus ad Gal. ii, 19, *Christo confixus sum cruci*. Lipsius, lib. ii de Cruce, cap. 6, ex Plauto, Nonno, Nazianzeno confirmat hanc phrasin *excurrere, ascendere, salire in crucem*, scilicet erectam. Quarta sede hujus versus recipitur tribrachys.

644. Bong. a prima manu, Sich., *natura simplex*. Rat. perperam, in *natura duplex*. Heinsius ita distinguit, *Et nobis Deus Christus reversus, ipse qui moriens homo est : Natura duplex moritur, et mortem domat*. Et hanc distinctionem Ambrosiano codici debere profitetur. Sed non male distingues cum Parrhasio *Natura duplex : moritur, et mortem domat* : ut intelligatur in Christo esse duas naturas, quarum una moritur, altera mortem domat. Alioquin ex communicatione idiomatum Deus etiam mortuus dicitur.

648. Giselinus conjecerat *margarita spargere*, quia in Psychomachia dicitur *margaritum ingens*. Revera in Hailsbr. exstat *margarita spargere*, et Burmannus, Antholog. tom. I, pag. 413, testatur, in Egm. pro *margarita spargere* esse *margaritas*, sed a secunda manu. Heinsius edidit *margarita*, cui consonant recentiores. In Psychomachia vers. 873 producitur a secundum in *margaritum* necessitate metri ; hic cor-

ripitur, quamvis in antiquioribus fortasse desint exempla. Præceptum hoc exstat Matth. vii, 6.

650. In Parrhasio turbatur metrum e traiectione verborum *animalia ne terant*. Nec melius correxit in emendatis *Animalia sanctum lutulenta ne terant*.

651. Ad marginem Vat. A notatur *Passio S. Bararæ pueri* ; ad marg. Vat. I, *Passio S. Barari pueri*. Mombritius in Actis S. Romani puerum vocat *Barulam* ; ita etiam Iso ad vers. 671. Eucherius, sive Eusebius Emissenus, aut, ut alii volunt, Gallicanus in homilia de S. Romano martyrium pueri narrat, sed nomen non profert. Supprimitur etiam nomen in secunda homilia S. Chrysostomi, sive Flaviani. In orationibus officii Mozarabici hic puer vocatur *parvus Theodulus*. Fortasse cum ignoraretur nomen, Theoduli nomen Græcum, quod servus Dei esset, impositum illi est. Nam in officio Mozarabico S. Romani ex solo Prudentii hymno historia videtur desumpta. In Egm. et Hailsbr., *luctuarier*, mendum. Cicero, de Oratore, *Non luctabor tecum* ; ac simili modo alibi.

652. Supra vers. 175, *Ratione mecum, non furore, dimica*.

654. Fabr., Gis., *sensuum scientia*.

655. Plures censent *fac* semper corripit : Prudentius producit.

656. Vat. A, Prag., Torn., Ruinartius, *septennem*. Corrige *septuennem* ratione metri.

663. Horatius, lib. iv, ode 4, *Jam lacte depulsum leonem*.

664. Hailsbr., Alex., Urb., Vat. B, *præcepit*, quod vitiosum in metro est. Vat. B, *quodvis roga*. Prag., *quidvis rogo*.

665. Vat. B, in quo recentiori manu, et fortasse fuit inque a prima manu, ut putat Mariettus, id est, *dic*. Mar. a prisca manu, in quo. Lege *inquit*. Apud Ciceronem Socrates pusionem etiam interrogat in Tuscul

- Lactent's oris indolem, Filiolæ, ait, **A**
- 1123** Dic, quid videtur esse verum et congruens,
Unumne Christum colere, et in Christo Patrem,
- 670 An comprecari mille formarum deos?
Arrisit infans, nec moratus rettulit;
Est quidquid illud, quod ferunt homines Deum,
Unum esse oportet, et quod uni est unicum.
Cum Christus hoc sit, Christus est verus Deus.
- 675 Genera deorum multa nec pueri putant.
Stupuit tyrannus, sub pudore fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre leges, nec loquenti talia
Furor sinebat efferatus parcere.
- 680 Quis auctor, inquit, vocis est hujus tibi? **B**
- 1124** Respondit ille : Mater, et matri Deus.
Illa ex parente Spiritu docta imbibit,
Quo me inter ipsa pasceret cunabu'a :
Ego, ut gemellis uberum de fontibus
Lac parvus hausi, Christum et hausi credere.
- 685 Ergo ipsa mater adsit, exclamat, cedo,
Asclepiades, disciplinæ et exitum
Tristem suæ magistra spectet impia,
Male eruditi torqueatur funere
- 690 Infantis orbâ, quemque corrupit, fleat.
Absit, ministros vilis ut muliercula
Nostros fatiget; quantulos autem dolor
1125 Vexabit artus, mortis auxilio brevis!
Oculi parentis punientur acrius,
- 695 Quam si cruentæ membra carpant unguulæ
Vix hæc profatus, pusionem præcipit

GLOSSÆ VETERES.

671. Arrisit, *consentit*. — Infans, *Barulas*. — Rettulit, *respondit*, I.
676. Sub pudore, *sub verecundia; dubitans quid faceret*, I.
685. Hausi, *potavi*, I.

686. Cedo, *consentio; impero*, I.
690. Orba, *vidua*. — Corrupit, *sua doctrina*, I.
692. Quantus, *quam parvus*, Mar.
693. Mortis, *quia cito moritur infans*, I.
694. Acrius, *videndo dolorem filii*, I.

COMMENTARIUS.

667. Ald., Mar., Vat. Q., Alex., *lactantis*. Giselinus edidit *lactantis*, sed in emendatis correxit *lactentis*, quod non videtur observasse Heinsius.
668. Prag., *verum, et congruum*.
670. Minucius : *Quid formæ ipsæ et habitus? nonne arguunt ludibria, et dedecora deorum vestrorum? Vulcanus claudus deus et debilis; Apollo tot ætatibus lævis; Esculapius bene barbatus, etsi semper adolescentis Apollinis filius; Neptunus glaucis oculis, etc.* Fabricius ex Prospero id addit : *Ille per innumeros vultus, et mille per aras, Barbatos, lævesque deos, juvenesque, senesque, Ut quondam fecere, colunt*.
673. Ald., Tornæs., omittunt *et*, quod metro necessarium est. Cauchius conjiciebat *quod cuique est unicum*, forte sine *et*, hoc pacto, *Unum esse oportet, quod cuique est unicum*. Sententia est eadem quæ exprimitur Hamartig. vers. 39, *Cui filius unicus uni est*. Itaque etsi vulgo distinguant *et quod uni, est unicum*, tamen puto ita debere distinguere *et quod uni est unicum*, quasi dicat Deum esse unum, qui est Pater, et Filius, qui uni est unicus : et ita clare legit Lotterus. Parrhasius edidit *Unum esse oportet : quod uni est unicum*. Emendavit *Unum esse oportet, quod unius est unicum*. Neutrum lex metri patitur. Latinus in vet. cod. invenit *Unum esse oportet undequaque quod unicum est*. Sed *undequaque pro undecunave* parum Latinum est.
674. Scilicet Christus est id, quod est uni unicum.
675. Parrhasius *milia*, emenda *multa*. Proverbium est *nec pueri putant*. Juvenalis sat. 2, *Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur*. Prudentius argutius e persona pueri.
677. Parrhasius, *docebant*, scilicet leges. Puero-rum ætatem *innocentiam* dixit Tacitus lib. III Hist., Minucius *annos innocentes*; Lactantius, lib. 1, cap. 21, *innocentes animas*; Tertullianus, adversus Marcionem lib. IV, cap. 25, *innocentem ætatem*. Ita alii et olim locuti sunt, et nostris temporibus loquuntur.
678. Rat., Torn., Prag., Weitz., *legis*. Lotterus Gis., *lege*. Gis. in marg., *leges*.
680. Vat. B., *Quis, inquit, auctor*.
682. Pal., Hailsbr., *spiritus, male*.
683. Parrh., *quom pro quo*. Retine *quo*.
684. Utera, quæ aliquando sororiantia dicuntur, concinne vocat *gemellos fontes*.
685. Haurire cum lacte proverbiale esse, notat

- Fabricius. Cicero 3. Tusculan. : *Ut pene cum lacte nutriticis errorem sxisse videamur*. Barthius, lib. XXXII Adv. cap. 21, advertit *Christum credere pro credere in Christum non barbæ a Prudentio dici*.
686. Prag. semper scribit *assit*.
687. Egm. alia manu, *ut exitum*.
688. *In magistra brevis manet postrema, quamvis sp sequatur*. Vide Proleg. num. 213, in nota.
689. Matres æque, vel magis torqueri in liberis quam in seipsis, docent jureconsulti, aliique consentiunt. Vide P. Fabrum 3 semestr. cap. 8.
690. Ald., *corrumpit* : rectius, *corruptit*.
691. Nebrissensis legit *adsit*, et hanc esse veram lectionem, non *absit*, asseverat. Longissime ab eo dissentio : et codicum lectio est *absit*.
692. Ald., Prag., Torn., Parrhasius, Egm., Hailsbr., Bong., Widm., Alex., Vat. Q., *quantulus autem dolor*. Mar., *quantus autem dolor*. Fabr., *quantulus est autem dolor? Vexabit artus, mortis auxilio brevis*. Gis. cum suo ms., *tantulos at si dolor Vexavit artus*, Murmellius, Lotterus *tantulos autem dolor*. Codex Latinii, *Nostros fatiget tantulos, at si dolor Vexabit*. Thuan., Rott., Urb., *quantulos autem dolor Vexabit artus*, quod Heinsius secutus est. Teolius cum Weitzio, et Ruinarthio et plerisque Vatt. codd., *quantulus autem dolor*. Heinsius notarat id esse contra metrum. Respondere posset Teolius non magis contra metrum esse quam *Non destiterunt pingere formam crucis* vers. 628, prout Heinsius expressit. Mihi placeat Hensii lectio, quia et metro congruit, neque a sententia abludit, imo magis cum ea cohæret : non enim dolor erat parvus, sed artus erant parvi, ideoque brevi morte erant afficiendi. Fabricius in commentario peculiari videtur edidisse *tantulos at si dolor*, nam vocem *tantulos* exponit *tam teneros, et adhuc lactentes*. Fortasse melius intelligetur, sermonem esse de matris artubus, ut ex versibus sequentibus arguitur.
693. Ald. et nonnulli vulg., *vexabat*. Cauchius reponebat *vexavit*. Fabr. suspicatur *mortis aspectu*. Nihil muto.
694. Alex. a prima manu, Egm., *parentes*. Widm. a prima manu, Mar., *parentum*. Prag. *puniantur*. Rectius *parentis punientur*.
696. Torn., *profanus*, mendose. Prag., *profatur*; minus bene. Alex. a prima manu, *præcepit, male*.

Sublime tollant, et manu pulsant nates, A
 Mox et remota veste virgis verberent,
 Tenerumque duris ictibus tergum secent,
 700 Plus unde lactis quam cruoris defluat.
 Quæ cautes illud perpeti spectaculum,
 Quis ferre possit æris, aut ferri rigor?
 Impacta quoties corpus attigerat salix,
 1126 Tenui rubebant sanguine uda vimina,
 705 Quem plaga flerat roscidis livoribus.
 Ferunt minaces verberantium genas
 Illacrymasse, sponte demanantibus
 Guttis per ora barbarum frementia,
 Scribas et ipsos, et coronam plebium,
 710 Proceresque siccis non stetisse visibus.

At sola mater hisce lamentis caret,
 Soli sereno frons renidet gaudio :
 Stat in piorum corde pietas fortior,
 Amore Christi, contumax doloribus,
 715 Firmatque sensum mollis indulgentiæ.
 Sitire sese parvus exclamaverat :
 1127 Animæ æstuantis ardor in cruciatibus
 Hoc exigebat, lymphæ ut haustum posceret :
 Quem torva mater eminus tristi intuens
 720 Vultu, et severis vocibus sic increpat :
 Puto, imbecillo, nate, turbaris metu,
 Et te doloris horror afflictum domat :
 Non hanc meorum viscerum stirpem fore
 Deo sponendi, non in hanc spem gloriæ

GLOSSÆ VETERES

703. Impacta, immissa. Impingo, id est mitto; inde impacta, I.

707. Illacrymasse, valde lacrymasse. — Demanantibus, effluentibus, I.

709. Scribas, exceptores, qui dicta iudicis et re-

B sponsa martyris excipiebant. — Coronam, multitudinem, I.

711. Hisce, pro his, I.

712. Soli, illi. — Renidet, resplendet, I.

COMMENTARIUS.

697. Sublime pro in-sublime. Lucretius, Virgilius, Nemesianus et alii. Pueri solebant virgis cædi. Beda et Ado de hoc puero aiunt XIX cal. Decembris: Cumque puer unum Deum solum credendum dixisset, indignatus Asclepiades, catomo suspendi eum, ac verberari iussit. Sæpe in martyrologiis et Actis martyrum occurrit catomo, sive cathomb suspendi, catomis cædi, in catomo levari, ex quo verbum catomidiare apud Spartianum in Adriano. Quid autem hæc phrases significant, diversæ sunt auctorum sententiæ. Alii aiunt catomum fuisse flagrum quod martyres cædebantur; alii catomo cædi esse virgis aut plumbatis in vertice, aut in humeris cædi. Plerique probabilius affirmant, alicujus humeris suspendi, et verberari more puerorum hoc ipsum esse catomo cædi aut suspendi, ex Græcis κατά et ὤμος humerus. Plura de his Gallonius, Sagittarius, et Ducangius in Dict. Vide tabulam IX Cruciat.

699. Weitz., Egm., Vat. A a prima manu, ductis ictibus.

700. Vat. B, Prag., Rat., Mar. a prima manu, Widm., plus inde. Juvenalis Sat. 14, de hædo, Qui plus lactis habet quam sanguinis. In Dittochæo de innocentibus martyribus, Fumant lacteolo parvorum sanguine cunæ.

701. Rat., Prag., Vat. B a secunda manu, Q, Alex., Weitz., Widm., Egm., Hailsbr., Parrhasius, cautis. Ald., Gis., Urb., et alii, cautes.

702. Vat. A, qui ferre possit. Vat. B, Mar., Alex., posset.

705. Weitzius cum Egm. scribit salix. Alii salix. De virgis quibus rei cædi solebant, vide comm., ad vers. 44 hymn. 1 Perist., Gallonium de Cruciat. SS. mart. cap. 4, et tabulam X et XI.

705. Egm., Hailsbr., Pal., plaga fecerat; Prag., fecerat e roscidis. Bong., Wid., Rat., feret. Fabr., Marmellius. Lotterus, ferret. Mar., Torn., Vat. B, ferat. Parrhasius, flebat: quæ verâ est lectio, aut propius accedit ad veram lectionem flerat, quam exhibent Ald., Gis., Alex., et tæctur Gifanius in FIERE pro stillare, rorare. Lucretius lib. 1, In saxis ac speluncis permanat aquarum Liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis. Vide hymn. 5 Cath. vers. 24. Giselinus ait hanc esse lepidissimam translationem: summa enim cute perstricta stillatim cruor, non confertim effunditur.

707. Mar., denatantibus; supra pro div. script., demanantibus. Rat., denatantibus. Nonnulli diyidunt de manantibus.

711. Valsecchius, pro religione Christiana contra Freretum part. 2, cap. 8, his versibus utitur, in carmen Italicum conversis.

712. Ald., Prag., Widm., frons renidet, quod metro repugnat.

713. Ald., Egm., Fabr., Hailsbr., Widm., Bong., et alii, stat impiorum, quod in editione Lotteri nota ms. explicatur, scilicet tortorum. Sed non dubium est quin separanda sint verba stat in piorum: sermo enim est de matre, in cujus corde pietas stabat fortior. Fabricius hoc ipsum tenuit in commentario peculiari. In secunda ed. Giselinus errore typographico scriptum est impiorum quem in emendatis Giselinus correxit. Id non animadvertit Heinsius, adeoque edidit impiorum, quod incaute recentiores secuti sunt Cell., Teol., Cham. Sed Chamillardus, cum in textu appareat impiorum, in nota legit in piorum, et Cypriani verba adducit quæ hanc ipsam lectionem videntur confirmare.

716. Nebrissensis id explicat, quia tristitia et dolor exsiccant ossa: quo affectu nec Salvator noster caruit, dicens in cruce Joan. cap. XIX, Sitio. Quamquam illud sitio aliud significabat. Fabricius ait, æstuate sanguine, et corde laborante, hominem querere refrigerium.

719. Ambr., Ox., Noms., Bong., Egm., Hailsbr., Widm. supra, Alex. a prima manu, Mar. a secunda manu, Parrhasius, Vat. Q, Urb., Bol. r. vetustus, triste intuens, Rott., tres Torr., tristem tuens. Cauchii codex tristem intuens. Ald., Weitz., Cauchius, Prag., Lotterus, et nonnulli alii cum Gis., tristi. Teolius hoc ipsum edidit, sed non vere ait, omnes ita habere, excepto uno cod. Vat., ubi a manu posteriori est triste, nisi si forte intelligit omnes editiones. Heinsius in textu tristi, sed in notis, sive potius in addendis, et in erratis, aut mutandis in contextu præfert triste, et distinguit triste intuens, Vultu et severis. In hoc brevi indiculo erratorum Heinsius mutavit in lib. II contra Symm. vers. 148 et 149, prematur. Luctandum in prematur, Nitendum, et vers. 151 distinxit Conditionis amet; nimium ne congerat aurum. Quod tunc ego non adverti.

720. Ald. omittit et post vultu.

721. Rat., imbecilli, non male.

722. Vat. A, Et te doloribus horror afflictum domat. Ad marg., et te doloris.

723. Vat. A omittit hanc, quod supra appictum exstat.

724. In Vat. A desideratur vox spem.

725 Te procreavi, cedere ut letho scias
 Aquam bibendam postulas, cum sit tibi
 Fons ille vivus præsto, qui semper fluit,
 Et cuncta solus irrigat viventia,
 Intus, forisque, spiritum, et corpus simul,
 730 Æternitatem largiens potantibus.
 Venies ad illud mox fluentum, si mode
 Animo ac medullis solus ardor æstuet
 1128 Videre Christum : quod semel potum
 [affatim
 Sic sedat omnem pectoris flagrantiam,
 735 Vita ut beata jam sitire nesciat.
 Hic hic bibendus, nate, nunc tibi est calix,
 Mille in Bethlehem quem biberunt parvuli :
 Oblita lactis, et papillarum immemor
 Ætas amaris, mox deinde dulcibus
 740 Refecta poclis, mella sumpsit sanguinis.
 Exemplum ad istud nitere, o fortis puer,
 Generosa proles, matris et potentia,
 Omnes capaces esse virtutum Pater

A
 Mandavit annos; neminem excepit diem,
 745 Ipsi triumphos annuens vagitibus.
 Scis, sæpe dixi, cum docenti alluderet,
 Et garrulorum signa verborum dares,
 Isac fuisse parvulum patri unicum :
 1129 Qui, cum immolandus, aram, et en-
 [sem cerneret,
 750 Ultro isacranti colla præbuerit seni.
 Narravi et illud nobile ac memorabile
 Certamen, una matre quod septem editi
 Gessere pueri, sed tamen factis viri,
 Hortante eadem matre in ancipiti exitu
 755 Poenæ et coronæ, sanguini ut ne parcereñt,
 Videbat ipsos apparatus funerum
 Præsens suorum, nec movebatur parens,
 Lætata quoties aut olivo stridula
 Sartago frixum torruisset puberem,
 760 Dira aut cremasset laminarum impressio.
 Comam, cutemque verticis revulserat
 A fronte tortor, nuda testa ut tegmine

B

GLOSSÆ VETERES.

734. Sedat, *quiescat*, I.
 740. Mella, *dulcedines*, I.
 741. Nitere, *conare*, I.
 745. Vagitibus, *adhuc vagientibus*, I.

752. Editi, *formati*, I.
 759. Puberem, *puerum*. *Pubis et puber, pūberis* [fa-
 cit : de puer, I.

COMMENTARIUS.

726. In quibusdam Vulg., *bibendum*, non recte. Nebrissensis vult interrogative scribi *postulas*? Neque id mihi displicet. Ac revera interrogative edidit etiam Parrhasius.

727. Parrhasius *Fons ille vivus præsto qui cum perfluit*. Psalm. xxxv, *Apud te est fons vitæ*. Joan. iv, 14, *Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*.

731. Vat. A corrupte, *fluetem*, et supra, *fluentem*. Lege *fluentum*.

732. Vat. A; Hailsbr., *solis*. Parrhasius, *amor*. Corrigere *solus ardor*. In Psalmis et in Apocalypsi sit mentio hujus fontis, quem sitit anima.

734. Vox Gellii est *flagrantia* pro ardore. Cicero etiam non dissimili significatione dixit *flagrantia oculorum*.

736. Matth. xx, 22, *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?*

737. Ald., Parrhasius, *Bethlem*. Non constat versus. Mariett., *Bethleem*. Eos qui de hac historia dubitant, Anselmus rejecit edito libro tituli ambigui, *Herodiani infanticidii vindiciæ*.

739. Vat. A, *ætas prius amaris*, sed recte abrasum est *prius*, quod adhuc apparet. Mar., *amara*; melius *amaris*.

740. Rat., Weitz., *referta poclis*. Lotterus male *refecta poculis*: Gis. ad oram, *sanguine pro sanguinis*.

741. Virgilius, Æneid. xii, *Disce, puer*.

742. Virgilius, lib. i Æneid., *Nate, meæ vires, mea magna potentia solus*. Genes. xlix, 3, *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea*.

744. *Neminem diem pro nullum* Teolius licentia poetica dictum putat. Certe vix exemplum simile reperies, et nemo est quasi *ne homo*. Cicero dixit *nemo hominum*, Virgilius *Nemo divum*.

746. Weitz., *dum*, pro *cum*. In nonnullis vulg., *sic sæpe dixi*. Servius illud Virgilii vii Æneid., *Nec plura alludens*, exponit: *Aut vacat ad, et ludentem significat; aut certe ALLUDENS, ad responsi fidem verba componens*.

747. Ita vocat dimidiata verba pueri balbutientis, et acute: nam ut in descriptione signa non sunt litteræ, sed notæ quibus litteræ significantur, ita in locutione

pueri balbutientes non tam verba proferunt quam signa verborum.

748. Nonnulli scribunt *Isaac*.

750. Teolius cum interrogationis nota *seni?* nescia an consulto.

752. Prag., *una cum matre*. Vitiatur metrum. De his septem fratribus Machabæis vulgo nuncupatis vide comment. ad vers. 523 Passionis Vincentii.

756. Bong. a prima manu, *videbat*: supra, *videbat* Prag., *videbat et ipsos*. De tormentis quibus Machabæi fratres vexati sunt videri possunt Victorinus Afer et Jason Cyrenæus. His quæ sacra Scriptura narrat alia addunt, et Prudentius adjungit laminarum impressionem.

758. Lotterus, *autem*: *corrigere aut*. Mar., *oliva*: supra *olivo*, recte.

760. Vat. A, Pal., Hailsbr. supra, Bong. supra, Gis. in textu ed. 2, Heinsius, Teol., *crepasset*, quod explicat Cellarius *crepitum edidisset*. Gallandius cum Ald.; et vet. edd., *cremasset*, qui in Cham. *crepasset* mendum putavit. Cellarius tuetur *crepasset*, quia verba primæ formæ, quæ in *ui* præteritum habent, sæpe etiam antiquum casum resumunt, quod Vossius, iii de Analogia, cap. 20, exemplis *cubo*, *domo*, *frico*, *seco*, *veto* probavit. Cæterum *cremasset* exstat in Vat. B, Mar., Prag., Parrhasio, ac pluribus aliis, quod non displicet, et a Murmelio editum est.

761. Hoc supplicii genere Christianos etiam ethnici affecerunt, ac peculiari ratione permoti, quod non aliter crucis signum quo frons Christianorum in baptismo et confirmationis sacramento notabatur, eripere se posse existimabant. Julianus Apostata, cum fidem Christianam ejuravit, impuro et nefario sanguine signum crucis in fronte sibi inscriptum eluere conatus est, ut colligitur ex Gregorio Nazianzeno orat. 1 in Julianum.

762. Parrhasius, *A fronte tortor*: *quem nudatum tegmine*. Non patitur metrum. Ald. non bene interpungit *A fronte tortor-nuda testa, ut tegmine*. Barthius, lib. xxxix, cap. 1, et lib. xliv, cap. 12, observat; eleganter *testam sphaeram cranii sonare*. Dicitur enim a medicis et poetis *testa* cavum, convexumque os quo

1130 Cervicem adusque dehonestaret caput. **A** 780
 Clamabat illa : Patere, gemmis vestiet
 765 Apicem hunc corona regio ex diademate.
 Linguam tyrannus amputari jusserat
 Uni ex ephelis. Mater aiebat : Satis
 Jam parta nobis gloria est : pars optima
 Deo immolatur ecce nostri corporis :
 770 Digna est fidelis lingua quæ sit hostia.
 Interpres animi, enuntiatrice sensuum,
 Cordis ministra, præco operi pectoris,
 Prima offeratur in sacramentum necis,
 Etsit redemptrix prima membrorum omnium,
 775 Ducem dicatam mox sequentur cætera.
 His Machabæos incitans stimulis parens,
 Hostem subegit subjugatum septies.
1131 Quot feta natis, tot triumphis inelyta :
 Me partus unns ut feracem gloriæ, **B**

Mea vita, præstet, in tua est situm manu.
 Per hujus alvi fida conceptacula,
 Per hospitalem mense bis quino larem,
 Si dulce nostri pectoris nectar tibi,
 Si molle gremium, grata si crepundia,
 785 Persiste, et horum munerum auctorem
 [assere.
 Quanam arte nobis vivere intus cœperis,
 Nihilumque et illud, unde corpus, nescio :
 Novit animator solus, et factor tui.
 Impendere ipsi, cujus ortus munere es :
 790 **1132** Bene in datorem, quod dedit, refu-
 [deris.
 Talia canente matre, jam lætus puer
 Virgas strepentes, et dolorem vulnerum
 Ridebat. Hic tum cognitor pronuntiat :
 Claudatur infans carcere, et tanti mali

GLOSSÆ VETERES.

765. Dehonestaret, *deturparet*, I.
 765. Hunc, *decoratum*, I.
 767. Satis, *multum*, I.
 775. Dicata, *consecrata*, I.
 777. Septies, *pro martyrio septem filiorum*, I.
 779. Feracem, *secundam et portatricem*, I.

785. Assere, *affirma*, I.
 787. Nihilumque, *quia ex nihilo Deus corpus for-*
mat, I.
 790. Refuderis, *pro refunde*, I.
 795. Ridebat, *deridebat*. — Cognitor, *judex, qui res*
cognoscendo dijudicat, I.

COMMENTARIUS.

cerebrum continetur. Hinc Gallis Italisque testa pro capite. Sic *cara* Hispanis ex II lib. Corippi vers. 445, *Postquam venere verendam Cæsaris ante caram* : quod est Græcum vocabulum. Imo testam pro capite ignotum non est Hispanis.

765. *Dehonestare* usurparunt Tacitus, Suetonius, Trebellius Pollio in Gallieno. Prima longa remanet ob aspirationem.

764. Mar., Rat., Sich., *pater*. Prag., *pateret*. Corrigendum *patere*.

765. Alex., Vatt. A, B, Mar., Heinsiani, Gis., *apicem hunc*. Ald., Urb., Prag., Parrhasius, Weitzius, *apicem corona sine hunc*. Vat. Q, *mendose, aspice hunc corona*, Egm., et pro *ex*.

768. Parrhasius corrupte, *Jam paratum nobis gloriæ pars optima*. Mariettus glossam adjicit sive suam, sive alicujus codicis : *Pars optima boni viri, contra mali pessima*. Juvénalis, sat. 19, *Nam lingua mali pars pessima servi*.

771. *Enuntiatrice* dixerunt interpretes Theodori Gadarei apud Quintilianum lib. II, cap. 15.

772. Utitur vocabulo *præco*, tanquam si esset generis communis, masculini et feminini.

774. Ald., *primo* : cæteri, *prima*.

775. Mar., *dicata mox sequentur corpora*. in marg. : *Al. cætera*. In Rat., *corpora*, supra aliena manu, *cætera*. Iso, *dicata*.

776. Heinsius in addendis ait in Egm. ac aliis nonnullis scribi *Maccabæos*, recte, quia Græcis sunt *Μακκαβαῖοι*, quæ tamen non est ratio efficax.

777. *Subjugare* verbum Asconii Pediani, de quo Cellarius in Cur. Poster. Utuntur eodem Arnobius, Claudianus, Lactantius et alii.

779. In Aldo claudicat versus *Me partus ut feracem gloriæ*. Vat. A, Egm., *unus et*, non ita bene.

781. Thuan. a prima manu, *contentacula*, id est *contentacula*. Quo respicit Alex. a manu prima *contentacula*.

782. Pragens. contra legem metricam, *menses bis quinos*. In sacris litteris novem menses nominantur : sed decem menses inchoati dici possunt et decem, et novem. Sic Virgilius eclog. 4 : *Matri longa decem tulerunt fastidia menses*. A. Gellius, lib. III, cap. 16, medicorum et philosophorum opiniones exponit :

Gigni hominem septimo rarenter, nunquam octavo, sæpe nono, sæpius numero decimo mense : eumque esse hominem gignendi summum finem, decem menses non inceptos, sed exactos.

783. Ovidius de ovibus Met. 15, *Pleno quæ fertis in ubere nectar*.

784. Parrhasius, *data si crepundia*, quod metro ad-versatur. Virgilius lib. IV, *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum* : quanquam non materno id amore dictum.

785. *Asserere* Deum pro testari, fateri, aut tueri, vindicare.

786. Digna hæc sunt quæ cum verbis ipsis sacræ Scripturæ conferantur, lib. II Mach., cap. VII, vers. 22 : *Dixit ad eos (mater) : Nescio qualiter in utero meo apparuistis ; neque enim ego spiritum et animam donavi vobis, et vitam, et singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, et spiritum vobis iterum cum misericordia reddet et vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges ejus.*

787. Nebrissa ait non esse nihilum, unde est corpus. Heumannus in Poecil. t. II, pag. 364, lib. II, sine ulla dubitatione reponit *animusque*, et illud : quod Gallandio placebat. Verum proba est lectio codicum : sumit enim poeta *nihilum* pro exiguo, quod hoc ipsum in rerum initio ex nihilo creatum est.

788. Vatt. B, Q, Mar., Prag. a prima manu, Widm., *amator*, male, pro *animator*.

789. Weitzius ex Fabricio citat *impende et ipsi*. At Fabricius in Poetis Christianis cum cæteris legit *impendere ipsi*. Fortasse in comment. peculiari scripsit *impende et ipsi*. Nebrissensis subaudit *decet*. Sed hoc loco *impendere* potius est imperativus modus vocis passivæ.

792. Parrhasius minus bene *virgas stupentes*. Weitz., Widm., Bong., Hailsbr. supra, Vat. A, Rat., Sich., Mar., Prag., Gis. ad oram, *vulnerum*. Ald., Parrh., Heinsiani, Alex., *verberum*. Nonnulli, *dolores*.

795. Rat., Mar., Wdm., Bong., *actum*. Vat. B, ac *tum*, quod conjecerat Weitzius in *actum*. Ita in Egm. Hailsbr., Pal., *ictum factum ex hic tum*, quæ verior est lectio, et exstat in plerisque. Prag., *actum*, postea *divisum ac tum*.

- 795 Romanus auctor torqueatur acrius. A
 Illum recentes per cicatricum vias
 Denuo exarabant, quaque acutum traxerant
 Paulo ante ferrum, mox recrudescuntibus
 Plagis apertas persequabantur notas,
 800 Quos jam superbus victor ignavos vocat.
 O non virile robur, o molles manus!
 Unam labantis dissipare tandiu
 Vos non potesse fabricam corpusculi!
 Vix jam cohæret; nec tamen penitus cadit
 805 Vincens lacertos dexterarum inertium.
 Citius cadaver dentibus carpunt canes,
 Longeque morsus vulturum efficacior
1133 Ad devorandas carnis offas mortuæ.
 Languetis imbelli fame, ac fatiscitis :
 810 Gula est ferina, sed socors edacitas. B
 Exarsit istis turbida ira iudicis,
 Seque in supremam concitat sententiam.
 Si te morarum poenitet, finem citum
 Subeas licebit, ignibus vorabere
 815 Damnatus, et favilla jam tenuis fies.

- Abiens at ille, cum foro abriperent virum
 Truces ministri, pone respectans ait
 Appello ab ista, perfide, ad Christum meum
 Crudelitate, non metu mortis tremens,
 820 Sed ut probetur esse nil quod iudicas.
1134 Quid differo, inquit ille, utrosque per-
 [dere,
 Puerum, ac magistrum, complices sectæ im-
 [piæ?
 Gladius recidat vile vix hominis caput
 Infantis : istum flamma vindex concremet.
 825 Sit his sub uno fine dispar exitus.
 Perventum ad ipsum cædis implendæ locum,
 Natum gerebat mater amplexu et sinu,
 Ut primitivum crederes fetum geri,
 Deo offerendum sancti Abelis ferculo,
 850 Lectum ex ovili, puriorem cæteris.
 Puerum poposcit carnifex : mater dedit,
 Nec immorata est fletibus : tantum osculum
 Impressit unum. Vale, ait, dulcissime,
 Et cum beatus regna Christi intraveris

GLOSSÆ VETERES.

800. Superbus victor, *fortis Romanus*. — Ignavos, *pigros*, I.
 805. Lacertos, *brachia*, I.
 807. Efficacior, *valentior*, I.
 808. Offas, *morsus*, I.
 809. Fatiscitis, *lassatis*, I.
 810. Socors, *socordia dicitur pigritia*. — Edacitas, *voluntas edendi*, I.
 811. Istis, *verbis*, I.

812. Concitat, *commovet*, I.
 815. Damnatus, *morte scilicet, ut eum morti traderet*, I.
 817. Pone, *retro*, I.
 818. Appello, *voco : homines in iudicio positi, quibus violentia infertur, solent dicere, Appello sedem apostolicam, vel regem*, I.
 821. Differo, *moror*, I

C

COMMENTARIUS.

799. Parrhasius, Vatt. A, B, *prosequabantur notas*.
 802. Hailsbr., *labentis*. Rat., *labentem*, supra aliena manu, *labentis*. Legendum omnino *labantis*.
 803. Parrhasius, *potuisse*; ita etiam Alex., et accedit Urb. *potisse*. Verum Parrhasius in emendatis monet *vos* pronomen redundare. Vatt. A, B a secunda manu, Q, Prag., Sich., Hailsbr., Palat., Bong., Gis. ad oram, *potestis*. Ald., Vat. B supra Weitz., Gis., Heins. et alii, *potesse* : quod probum est pro *posse* antique apud Lucretium, Lucilium, Arnobium.
 807. Parrhasius, *morsus est vulturum*; redundat et metro officit *est*.
 809. Vat. A, *in belli fame*. Prag., Rat., *imbecilli famæ*. Parrhasius, *atque*, nonnulli vulg., *at* pro *ac*. Legendum ut hic editum est, aut cum Widm., *Languetis imbelli fame fatiscitis*; aut cum Lottero, *et fatiscitis*.
 810. Torn., *ferina, socors* : Latinius corrigebat *ferina, et socors*, non ita bene. Prima in *socors* alibi etiam a Prudentio corripitur.
 814. Vat. B, Rat., Mar. a prima manu, *comburare*. Retine *vorabere*.
 815. Rat., *ut pro et*, sed a recenti correctore videtur factum. Parrhasius corrupte, *et favillæ jam termes fies*. Pro *fies* legunt *eris* Vat. A, Egm., Pal. apud Weitzium et Becmanum, Hailsbr. supra, Widm. ad oram, Alt., Rott., Cauch., quod approbat Becmanus, quia extremo loco iambus poni debet. Sed cum Prudentius alibi priorem corripuerit in *fies*, hæc videtur vera lectio quæ in plerisque vetustioribus mss. reperitur. In nonnullis videtur esse *sies*, ut editum est a Lottero, quod non displicet pro *sis*. In Vat. Q, *et favilla jam fumans*, et desideratur postrema vox. In aliis etiam, in quibus est *eris*, est *fumans* pro *tenuis*.
 816. Vat. B, Sich., *arriperent*.
 817. Nebrissensis ait *pone* superflueret, quia *repecto* significat *retro aspicio*. Sed plura sunt huius-

- modi quæ per pleonasmum dicuntur, ut *quia nam, quia enim*.
 818. In Vat. A abest *ad*, et abesse quidem potest : nam veteres dicebant, *Appello Cæsarem* sine præpositione : posteriores sæpius cum ea.
 819. Vat. B, Mar., Widm., *metum*.
 820. Vat. A, *nil esse quod*, vitiose. In Vat. B deletum est *nil*, et charact. minuto additum *nil*; similiter videtur factum in Mar. Utrumlibet stare potest.
 822. Heraldus in Arnobium pag. 221, et Elmenhorstius ibid. pag. 12, de convicio agunt, quo gentiles *impios* vocabant Christianos. Arnobius lib. iv, *Quoniam nos impios, irreligiosos vocatis*. Tertullianus, Eusebius, Lactantius; Justinus martyr, alique similia proferunt.
 823. Minucius : *Ut quisquam illum rudem sanguinem novelli, et vix dum hominis cædat* : ubi etiam sermo est de infante.
 824. Mar., *infamis*; bene ad oram, *infantis*.
 828. Conjeceram *gregis pro geri*, quod etiam ex *gredi* in Thuan. Heinsius putabat.
 829. Vat. B a prima manu, Mar. in textu depravate, *sanctiali pro sancti Abelis*.
 830. Vat. A, *et puriorem*. Vide cap. iv Gen. Etiam gentilium mos erat *grege de intacto*, ut ait Virgilius lib. vi, vers. 58, *hostias offerre*, ubi de juvenis loquitur.
 831. Vat. A, *poscit* : metrum exigit *poposcit*.
 832. Minucius : *Osculum labiis impressit*, al. *pressit*. Vide vers. 209 lib. i in Symmachum.
 833. Rott., tres Torr., Cauchii excerpta, *udum pro unum*. Sic apud Martialem lib. viii, epigr. 44, *Osculis udus*. Cellarius edidit *udum*, alii *unum*. Certe aliud est *osculis udus*, et aliud *osculum udum*. Fabr., *vale, vale, dulcissime*, et *affectuosam repetitionem* hanc vocat. Rejicit autem verbum *ait* ad vers. 835. Pru-

D

835 Memento matris, jam patrone ex filio, A
Dixit : deinde, dum ferit cerviculam
1135 Percussor ense, docta mulier psallere,
Hymnum canebat carminis Davidici :
Preciosa sancti mors sub aspectu Dei ;
840 Tuus ille servus, proles ancillae tuae.
Talia retexens explicabat pallium,
Manusque tendebat sub ictu et sanguine,
Venarum ut undam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet globum.
845 Excepit, et caro applicavit pectori.
At parte campi ex altera, immanem pyram
Texebat ustor fumidus pinu arida,

Sarmenta mixtim subdita, et feni struem
1136 Spargens, liquato rore ferventis picis,
850 Quo flamma pastu cresceret ferocius.
Et jam retortis brachiis furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.
Scio, inquit ille, non futurum ut concremer,
Nec passionis hoc genus datum est mihi :
855 Sed restat ingens, quod fiat, miraculum ;
Hæc ejus orsa sequitur immensus fragor
1137 Nubis ruentis, nimbus undatim nigri
Præceps aquarum flumine ignes obruit.
Alunt olivo semicombustas faces,
860 Sed vincit imber jam madentem fomitem.

GLOSSÆ VETERES.

837. Psallere, *Deo laudes*, I.
841. Explicabat, *resolvebat*, I.
842. Sub ictu, *ictu et sanguine*, I.
844. Globum, *quasi spiritum volens recipere filii*, I.

B 850. Ferocius, *acrius*, I.
852. Ingerebatur, *immittebatur*, I.
860. Fomitem, *nutrimentum quo ignis incendebatur*, I.

COMMENTARIUS

dentius imitatur phrasin et matum Virgilio eclog. 5,
Vale, vale, inquit, Iota.

835. Fabr., ait pro *jam*. Raynaudus in lib. de Titulis cultus specialis sanctorum, tom. XVIII oper., puncto 9, multis probat communionem sanguinis, nationis, patriæ idoneum titulum esse specialis cultus quo sanctos venerari debeamus.

838. Ald. scribit *Davidici*. Psalmus est ordine cxv ubi v. 15, *Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.*

840. Vat. A, *tuus ergo servus*. Pal. mendose, *tuus ego servus* pro *ergo*, quod legitur etiam in Alex., et Vat. Q. Pro *proles* scribunt *prolis* Alex., Ambr., Thuan. cum aliis. Nihilominus Heinsius edidit *proles*, quamvis ultima debeat corripri. Sententia videtur deprompta ex psalmo cxii, v. 2 et 3 : *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae.*

841. Vat. A pro div. script., *et plicabat*.

842. Gis. ad oram, Vat. A, Alex. in marg., *sub ictum vulneris*. Vat. Q mendose *subiectam vulneris*. Egm. non melius, *tenebat sub ictum*. Pal., *sanguine* ; supra, *vulneris*. Latinius, partim ex conjectura, ut videur ; partim ex vet. cod., legit *Manusque subtenebat ictu vulneris*.

843. *Undam* pro copia et affluentia posuit, ut alibi *unda meri*.

844. Egm., Hailsbr. in textu, *orbis pro oris*. Nebris-ensis interpretatur sanguinis undam conglobatam ; adnotator editionis Lotteri, et Teolius, *abscissum infantis caput*, quod magis placet : vide vers. seq. Weitzius glossam Isonis cum glossa versus 242 continuavit. Non dubito quin duæ sint glossæ, atque inter se separandæ. Itaque separavi. Prima est diversa lectio.

845. Parrhasius contra metrum, *excipit*. Weitzius apposite conicit, more quodam peculiari matrem applicuisse pectori filii caput. Et fortasse Prudentius præ oculis habuit illud Valerii Maximi libr. iv, cap. 7, in T. Volumnio, qui Marci Luculli, ab Antonio interempti, *caput*, quod abscissum jacebat, *sublevatum corpori suo applicavit*. Post hunc versum in margine Vat. A et I erat ascriptum *Explicit*, scilicet martyrium infantis.

846. De ratione qua hujusmodi pyræ celeriter exsruerentur, vide comment. ad vers. 67 Peristeph. 6, et tabulam xvii.

847. Hailsbr., *simida* ; puto *fumida* pro *fumidus*.

848. Urb., corrupto metro, *et struem feni*. A sarmentis quibus accensis vivi combuebantur, Christianos dictos fuisse *sarmentarios* notare potes in verbis Tertulliani ad vers. 105 Perist. 6.

849. Ald., *liquata* ; alii, *liquato*. Parrhasius, *liquato rore : frumenti spicas*.

850. Egm. mendose, *quos et ferocibus pro quo et ferocius*.

851. Ald., Nebr., Torn., *etiam pro et jam*, quod præstat. In Mar. ex *minis* videbatur factum *eminus*. Parrhasius, *furcæ nimis Romanus aptus*, quod exstat etiam in Mar., ubi legitur a prima manu *et nimis*, a secunda manu, *eminus*. Teolius *furcam* interpretatur fuscinulam. Verum Scaliger, in Manil., pag. 462, ad vers. *Accensisque rogis*, lib. v, docet patibulatos, ut Plautus loquitur, hoc est brachiis districtis ad iuream per urbem circumlatos, ita tandem in rogam conjectos, aut retortis in tergum brachiis, furca collo inserta : quo respicit Prudentius. Et idcirco, ut opinor, ait *eminus*, quasi furca e collo eminuerit. Hæc ratione in hymno S. Fructuosi conciliari potest quod martyres in rogam insituerint, ut refert Prudentius, et stipites quibus illi erant alligati remanserint, ut narrant Acta. Romanus quidem, ut memorat Eusebius, vivus in ignem jam accensum conjectus est *portans in humeris crucem*, quod de furca potest exponi.

855. Thuan., *ut nunc cremer*.

854. Ald., Oxon., *dictum est mihi*. Vocabulum *passionis* theologis usitatum pro quovis supplicii genere, neque aliud esse in hac significatione expressius S. Augustini sententia, monuit Fabricius. Usus ea voce fuit Tertullianus, et Cornelius Gallus, sive quis alius auctor elegiarum sub ejus nomine.

855. Vat. A, Q, Parrhasius, Ambr., Thuan., duo Torrent., Alex., Egm., Pal., et alii, *et restat*, quod tenent recentiores, excepto Gallandio, qui cum Ald., Torn. edidit *sed*. Plerique edd. et scripti, *sed restat*. In Rat., *fiat ut*, sed a recenti correctore, ne si legatur *quod fiat*, prima in *fiat* corripiatur. Lotterus etiam, *fiat ut*. Eusebius lib. de Martyr. Palest. ita rem narrat : *Cum ministri qui rogam accensuri erant imperatoris tum sorte præsentis judicium expectarent : Ubinam, inquit, mihi ignis ? Quibus dictis accitus coram imperatore sistitur novo quodam supplicii genere plectendus, linguæ scilicet abscissione*. Tacet miraculum ignis qui non potuit accendi. Atqui ipse Eusebius idem miraculum luce exponit in lib. de Resurr. Vide ergo quam parum fidendum argumento neganti.

856. Torn. mendose, *ossa sequitur*. Fragorem nimbi ruentis ita descriptum *cataractam* a nonnullis existimari, notat Fabricius. Sed *cataracta* proprie est in fluminibus locus præruptus, angustus, et præceps, ubi aqua magno impetu et fragore ruit. Fabricius fortasse loquitur de *cataractis cœli*, de quibus in Genesi.

858. Vat. A, *sulmine ignes*. Alex. corrupte, *flaminæ ignes*. Parrhasius, *Præceps aquarum flumine : et ignis obruit*.

- Trepidare teter carnifex rebus novis
 Turbatus, et, qua posset, arte insistere,
 Versare torres cum favillis humidis,
 Prunas maniplis confovere stuppeis,
 865 Et semen ignis inter undas quærere.
 Quod cum tumentis nuntiatum iudici
 Movisset iram fellis implacabilis,
 Quousque tandem summus hic nobis magus
 Illudit, inquit, Thessalorum carmine,
 870 **1133** Pœnam peritus vertere in ludibrium?
 Fortasse cervix, si secandam jussero
 Flecti sub ense, non patebit vulneri:
 Vel amputatum plaga collum dividens
- A
 875 Rursus coibit, ac reglutinabitur,
 Humerisque vertex eminebit additus.
 Tentemus igitur ante partem quampiam
 Truncare ferro corporis superstitis,
 Ne morte simpla crimosus multiplex
 Cadat, vel unâ perfidus cæde oppetat:
 880 Quot membra gestat, tot modis pereat,
 [volo.
 Libet experiri, Lerna sicut traditur,
1139 Utrum renatis pullulascat artubus,
 Ac se imminuti corporis damnis novum
 Instauret: ipse præsto erit tunc Hercules,
 885 Hydrina suetus ustuire vulnera.

GLOSSÆ VETERES

861. Trepidare, *trepidabat*, I.
 865. Versare, *versabat*, I.
 865. Semen, *scintillam*, I.
 869. Thessalorum. *Thessalia abundans est venenis et herbis quibus magicam faciunt magici; et ibi multi sunt magici et incantatores, e quibus Erichtho fuit, ut*

- B refert Lucanus, I.
 870. Peritus, *doctus*, I.
 874. Coibit, *coadunatur*, I.
 875. Vertex, *caput*, I.
 876. Quampiam, *aliquam*, I.
 879. Oppetat, *moriatur*, I.

COMMENTARIUS

861. Vat. B, *trepidabat ether*, sed aliud nuerat prius. Rat., *trepidabat ather*, sed inductum æther, et factum supra *teter*. Prag., *trepidabat ater*. Mar., *trepidat teter*: supra tamen recentiori manu factum *trepidare teter*, quod unice verum est, scilicet *trepidare cepit*, noto schemate.

862. Egm., Hailsbr., *possit*.
 865. Mar., *humidis*; supra: Al. *avidis*.
 865. Homericum est semen ignis, *σπέρματα πυρός*. Notat etiam Fabricius proverbiale esse *ignem in undis quærere* de re quæ frustra tentatur. In re nostra aptissime cadit proverbium.

866. Ambr., Thuan., Cauch., duo Torr., Rat., Vat. B, Parrhasius, Mar., *Quod cum tumentis nuntiatum iudici Movisset iram*, quod amplexus est Heinsius, et cum eo recentiores; non tamen Gallandius, qui dectionem Aldi, Torn., et aliorum secutus, et ignorare ait unde Chamillardus aliud hauserit. Prag., *nuntiatum est iudici, Movessat*, et glossa in margine, *moveo esse verbum desiderativum a moveo, ut capesso a capio*. Urb., Vat. A, Q, Aldus, Lotterus et alii, *nuntiatum est iudici Commovit iram*. Alex., *nuntiatum est iudici, Movisset*, et ad marg., *commovit*.

868. Cum Christiani olim divino auxilio a tormentis interdum liberarentur, conviciis illis objectum id est, ut magi appellarentur. Relege ad vers. 535 verba Suetonii de Christianis sub Nerone.

869. Vat. A, Hailsbr., Pal., Alex., duo vetustiores Heinsiani, Heinsius, *illudet*. Ald. cum plerisque, *illudit*. Gis. prima ed., *illudet*; secunda ed., *illudit*. Heinsius cum Ambr., *Thessalorum*, quia Thessalides ob artem magicam erant infames. Infames etiam erant Thessali, et plerique habent *Thessalorum*, etiam Parrhasius, qui cum Ambrosiano solet consentire. Cellarius inepte pro Thessalide saga adducit Horatii odam 27 lib. 1, *Quæ saga, quis te solvere Thessalis Magus venenis . . . poterit*. Nam hic venena ipsa vocantur Thessala. Alii sane Thessalides veneficas diserte et frequenter nominant: neque est cur Gallandius putet *Thessalorum* in Chamillardo typothetæ errorem fuisse. Erichtho, cuius meminit glossa, est saga Thessalis apud Lucanum lib. vi. Idem nomen sive huic ipsi, sive cuivis alteri sagæ tribuit Ovidius.

872. Vat. A, Pal., Hailsbr., *ense*; alii *ensem*. Alex. scribit *hensem*.

875. In Vat. B, *amputatu*; sed fuit *amputatum* a prima manu.

874. Barthius, lib. xiv Advers., cap. 1, ex hoc aliisque locis ostendit *vulnera coire* dici, cum summa

ante conglutinantur. Videtur indicare Barthius *coire* semper dici de vulneribus quæ intus non sanantur: quod non puto verum, nisi addatur *male coeunt vulnera*, aut aliquid simile.

876. Pagani, ut sæpe dictum, Christianos diutine torquebant, ut miserabiliter perirent, ac mori se sentirent.

877. Ald., *truncatè*, minus rectè.

878. Ethnici volebant Christianos simpla, vel simplici morte perire. Vide notata in Laurentio ad vers. 536 et 537. Adjectivum *simplus* usus est Plautus. Fabricius ait *simplum* referri ad quantitatem, et esse numeri; *simplex* vero ad qualitatem, et esse habitus. Alii hoc discrimen non agnoscunt.

879. Ambr., *cadat velat unâ*, ex quo Heinsius conjectat *cadatque et unâ*.

880. Chamillardus mendose, *quod membra*. Alii nescio qui apud Gallandium *quin*: lege *quot*.

881. Parrhasius vitiose, *Libet experiri, Lerna sicut traditur Hydra, an renatis pullulet hic artubus*. Giselinus affirmat locum hunc ab aliis fuisse corruptum, et perperam explicatum. Aldus vero, et alii jam legerant, ut legit Giselinus. Neque difficilis est aut obscura explicatio. Aut Asclepiades se experiri velle an, amputata parte aliqua Romani, aliæ renascantur, ut in Hydræ Lernaæ capite accidebat. Quod si id fiat, addit, non deerit aliquis Hercules qui hanc hydram interficiat.

882. Ald., *pullulescat* pro *pullulescat*, ut habent multi; sed plerique *pullulascat*, ut Rat., Mar., Urb., Vat. B, Q., Alex. a prima manu, Lotterus.

883. Ald., Mar., *imminutis*: lege *imminuti*. Nebris-sensis corrigebat *imminutus*: Nihil est necesse.

884. Rat., *tunc erit*, quod edidit Gis. et Weitz. *Melius erit tunc*. Apud Anselmum Bandurium, tom. II, pag. 55, exprimitur numisma Maximiani Herculei, in cuius aversa parte Hercules repræsentatur clava Hydræ oppugnans, cum epigraphe: *HERCULI DEBELLATORI*. Id viri docti existimant innuere, Maximianum sibi arrogasse, quod Christianorum nomen delevisset, ut constat ex veteri inscriptione, quam vide in Eulalia ad vers. 100.

885. Ald., Teol., Urb., Vat. Q, Weitz., et alii, *ustum ire*, admissio hiati. Pal., Egm., Hailsbr., Sieh., Alex., Ambr., Thuan., *ustuire*, ut *hymnare* et *iquire*, et Heinsius putat esse pro *ustumire*, ut *circuire* pro *circumire*. Duo Torrent., Alt., Fabr., Parrhasius, *ustulare*, quod Cauchio arripit ex conjectura. Salma-

Jam nunc secandi doctus adsit artifex :
 Qui cuncta norit viscerum confinia
 Vel nexa nervis disparare vincula.
 Date hunc, revulsis qui medetur ossibus,
 890 **1140** Aut fracta nodis sarcians compaginat.
 Linguam priorem detrahat radicitus,
 Quæ corpore omni sola vivit nequior.
 Illa et procaci pessima in nostros deos
 Invecta motu, fas profanavit vetus,
 895 Audax et ipsi non pepercit principi.
 Aristo quidam medicus accitus venit,
 Proferre linguam præcipit : profert statim
 Martyr resectam, pandit ima et faucium.

A Ille et palatum tractat, et digito exitum
 900 Vocis pererrans, vulneri explorat locum.
 Linguam deinde longe ab ore protrahens,
1141 Scalpellum in usque guttur insertans
 [agit.
 Illo secante fila sensim singula,
 Nunquam momordit martyr, aut os den-
 [tibus
 905 Compressit arctis, nec cruorem sorbuit.
 Immotus et patente rictu constitit,
 Dum sanguis extra defluit scaturiens :
 Perfusa pulcher menta russo stemmate
 Fert, et cruenti pectoris spectat decus,

GLOSSÆ VETERES

888. Disparare, *separare*, Vat. A.
 889. Hunc, *talem*, Vat. A.
 894. Fas, *legem*, Vat. A. — Prophanavit, *cor-*
rupit, I.
 896. Accitus, *advocatus*, I
 902. Scalpellum, *genus ferri quo medici utuntur*. —
 Insertans, *immittens*: *insertare est immittere cum ali-*

B *qua violentia*, I.
 903. Sensim, *tractim*, I.
 906. Rictu, *rictus apertio oris*, I.
 907. Scaturiens, *ebulliens*, I.
 908. Russo stemmate, *rubeo sanguine*, I.
 909. Fert, *suffert*, I.

COMMENTARIUS.

sus *usturare*, vel *ustulare*. Hailsbr. supra, *ustuare*. Lotterus, Latinus, Gis. prima ed., *ire inustum*; secunda ed., *ustulare*, ad oram *ire inustum*. Gifanius in indice Lucretii, ubi de ECTHILIPSI agit, legit *ustum ire pro urere*, ex vet. lib., et ex alio vet. *ustuire*, rectius, ut in jure civili *credituri*, *debituri*, etc., de quibus Antonius Augustinus lib. II Emendat., cap. 2. Existimat Gifanius *ustulare* irrepsisse ex glossa. Heumannus in Poecil., tom. II, lib. III, pag. 364, corrigebat *Hydrina suetus is coire vulnera*. Galland. præfert *ustuire*. Hydriam ab Alcide ustam tradunt veteres. Vide Burmannum Antholog. pag. 569. Albricus de Deorum Imaginibus ita rem narrat : *Fuit autem hydra juxta fabulam in Lerna palude, cui uno cæso capite, duo excrescebant; igne circa eam appposito illam exussit*. Prudentius innuit Herculem exussisse vulnera capitum quæ abscindebat, ne ex eo vulnere alia pul- larent: quod Apollodorus lib. III narra: *Qui cum proximæ silvæ partem succendisset, ignitis torribus renascentia hydræ capita inurens, eum in modum renascentium capitum ortus suboriri prohibebat*.

886. Giselinus perite observat elegantissimam hanc esse veri chirurgi periphrasin, desumptam a proximis adjunctis, peritia scilicet anatomicæ artis, et proba luxationum ac vulnerum curatione. Dolet autem partes nobilissimæ artis pessimo exemplo ab eo usque tempore discerpi, ac laniari coepisse. Hic enim Aristo chirurgus tantum fuisse videtur.

888. Widm., Bong., Vat. B, Mar., Prag., Rat., *discrepare*. Sich., Bong. supra, *dissipare*, quo alludit in textu Hailsbr., *dissipare*. Plerique, *disparare*.

890. Vat. B, Mar. pro div. script., *novis*, contra metrum, pro *nodis*. Mar., Widm., *compagina*: lege *compaginat*. In Thuan. erat *Sarcians*, ex quo Heinsius conjiciebat *sarcinans*, quod Salmasio quoque visum fuerat. Sed non facile mutaverim *sarcians* cum *sarcinans*.

891. Ovidius lib. VI Metamorph., *Comprensam forcipe linguam Abstulit ense fero; radix micat ultima linguæ*. Plautus Aulul. II, 3, 72, *Si hercle ego te non elinguendam dederò usque ab radicibus*. Contra immane istiusmodi supplicium gravissime declamavit Cicero pro A. Cluentio num. 66: *Nam Stratonem quidem, judices, in crucem actum esse exsecta scitote lingua: quod nemo est Larinatium qui nesciat. Timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium; sed quasi non omnes ejus sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema servuli voce morientis. Quod hoc portentum, dii immortales? quod tantum monstrum in ullis*

locis? quod tam infestum scelus et immane, aut unde natum esse dicamus?

892. Vat. B, *corpori*, minus recte. Vide quæ contra linguam, nempe malam, habentur in epist. cathol. Jacobi cap. III, et supra comment. ad vers. 768.

893. Ald., Mar. a prima manu, Vat. B, *illa procaci*, quod videtur Prudentianum, ut producat a in illa ob pr dictionis sequentis, ut alibi ex probabili plurium scriptura: *Dente frequenti exasperat*. Prag. corrupte, *illa pessima et procaci*.

894. Pal., *motus*, male. *Fas* ad Deum et religionem pertinere, *jura* ad homines, notavit Servius I Georgic., *Quin etiam festis quædam exercere diebus Fas et jura sinunt*.

896. Ambr., *quondam medicus*. Weitzius scribit *ascitus*. Chirurghi medici vulnerum dicebantur, aut medici chirurgi.

898. Ald. distinguit *Martyr resectam pandit, ima et faucium*. Fabr., Gis., et *pandit ima faucium*. Alii *pandit ima et faucium*. Teolius omnino omisit et, nescio an consulto. In nonnullis vulg. male, *ima et pandit faucium*.

901. Alex., *ab ore protrahat*, supra *protrahet*. Lege *protrahens*; Prag. corruptissime, *trahens ab ore*.

902. *Inusque*, aut *in usque* divisim pro *usque in* usurpatur a Statio et Avieno. Simile est *inante*.

904. Arnobius lib. VI dixit simili phrasi, *Malam dentibus comprimens*.

905. Hailsbr. a prima manu, Egm., *ictis*. Weitzius scribit *artis*. Sich., Gis. in textu, Fabr., aut *cruorem*. Alii, *nec*.

907. Weitz., Egm., Widm., Heins., scribunt *scaturiens*. In Rott. et Cauchiano, *defluat* pro *defluit*. Cauchius conjecerat *defluens ebullit*, merito improbante Heinsio.

908. Lotterus et Parrhasius, *ruffo*. Gis. prima ed., *ruso*, Fabr., *rubro*. Cellarius rejicit glossam Isonis, et censet verius ex Seneca et Plinio describi signa generis et nobilitatis, imaginibus per lineam successionis alligatæ, quæ et ipsæ parvæ imagunculæ. At dubium vix est quin sermo hoc loco sit de sanguine, qui russum stemma dicitur, quia eo fuso martyres vere nobilitantur. Salmasius in not. ad Lampridium in vita Heliogabali affirmat, legendum *stammate* pro *stagnate*, ut apud Lampridium *simma* pro *sigma*, apud Juvenalem *stemma* pro *stigma*. Est autem Græce *stigma* gutta, stilla, aut liquor. Acuta est hæc conjectura.

910 Fruiturque et ostro vestis ut jam regiæ. A
Ergo ratus præfectus, elinguem virum
Cogi ad sacrandum posse, cum verbis carens
Nil in deorum obblateraret dedecus:
1142 Jubet reduci jam tacentem; ac de-
[bilem,
915 Multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo,
Et thus, et ignem vividum in carbonibus,
Taurina et exta, vel suilla abdomina:
Ingressus ille, ut hos paratus perspicit,
920 Insufflat, ipsos ceu videret dæmonas.
Irridet hoc Asclepiades lætior:
Addit deinde: Nunquid inclementius,

Sicut solebas, es paratus dicere?
Effare, quod vis, ac perora, et dissere.
925 1143 Permitto vocem libere ut exerceas.
Romanus alto corde suspīrans diu,
Gemitu querelam traxit, et sic orsus est:
Christum loquenti lingua nunquam defuit:
Nec verba quæras quo regantur organo,
930 Cum prædicatur ipse verborum dator.
Qui fecit ut vis vocis expressa intimo
Pulmone, et oris torta sub testudine,
Nunc ex palato det repercussos sonos,
Nunc temperetur dentium de pectine,
935 Sitque his agendis lingua plectrum mo-
[bile:

GLOSSÆ VETERES.

915. Oblatret, latret, I.
916. Reponit, repromittit. — Ad, antè, I.
918. Abdomina, pinguedines, de folliculo suis, I.
919. Hos, tales, I.
922. Inclementius, durius, furiosus, I.

B 932. Testudine, Curvatura: testudo curvatura. Sub testudine ideo dicit, quia uranon Græce, Latine palatum dicitur, eo quod curvum est in similitudine cœli, qui et uranon dicitur. Cavitate, I.

COMMENTARIUS.

910. Vat. A, Rat. a secunda manu, fruiturque ostro: melius fruiturque et ostro. Parrhasius, fucatus ostro.

911. Scripti et vett. edd., ut Ald., Parrhasius et alii, constanter præfectus ergo ratus, obnitente metro; in Alex. mendose erga pro ergo. Giselinus ausus est ordinem verborum mutare Ergo ratus præfectus, aliis exemplis adductus in quibus Prudentius corripit primam in ratus. Secutus est Heinsius et alii. Vossius, de Arte grammat. lib. II, cap. 22, pronuntiat a Prudentio a in ratus produci, nec mutari debere ordinem verborum. Vide proleg. num. 216.

912. Sacrare hic et alibi est sacrificiis colere, ac deos venerari.

913. Alex., Vat. A, Thuan., Rott., tres Torr., Alt., Pal., blateraret, quod probat Heinsius, quia primam in blaterat produxit etiam auctor Philomelæ. Ald., Fabr., Lotterus, obblacteraret. Plerique oblatret, quod tuetur Gilanius in indice de Ecthlipsi ex tribus vett. lib. Giselinus in textu, obblacteraret; ad oram, Nil oblataret in deorum dedecus. Potest scribi obblacteraret a blatero: nam et deblacterare apud Festum scribitur pro deblaterare. Et Prudentius quidem amat huiusmodi verba composita ab ob. Hoc vult Nebrissensis, qui ex Festo notat, blaterare esse stulte, et percipide loqui. Ex obblateraret factum putò oblatret, quod cum hiato retineri posset. Fabricius obblacterare explicat ovis in morem contra blacterare, ut in cognata significatione obgannire.

914. Ald., et; alii, ac.

915. Parrhasius, multi loquentis: lege multo loquentis.

919. Teolius apponit punctum post perspicit, nisi erravit typographus.

920. Aldus interpungit Insufflat ipsos, ceu videret dæmonas. Barthius, lib. IV, cap. 7, ostendit, exsufflare usitatum Christianis scriptoribus verbum significare per contemptum flando abominari, et detestari, atque adeo irridere, ex Severo: Vidit post tergum ipsius dæmonem miræ magnitudinis assidentem, quem eminus, ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur, exsufflans, etc. Barthius addit: Utitur eadem voce Tertullianus, de Idololatr., et, nisi fallor, Prudentius. S. Hieronymus, cap. 17 Vitæ Pachomii: Qui signo crucis frontem suam muniens exsufflavit in eum (dæmonem), moxque fugatus est. Intelligebat enim cunctas inimici versutias; et timore divino præditus illusiones ejus pro nihilo computabat. Vide Onomasticon Rosweydi. Certe non aliud in Prudentio legerat Barthius, nisi hoc insufflat, quod ejusdem est significationis. Vide comment. ad vers. 21 hymni S. Eulaliæ.

921. Sic., Bong., aridet hoc.

922. In quibusdam vulg., nunquid insolentius, quod sententiæ congruit.

924. Pal., Vat. A, Heinsiani, et alii, quidvis. Ald. cum aliis, quod vis. Ald., Weitz., Gis. prima ed., ac per ora edissere. Parrhasius, Lotterus, Gis. secunda ed., Heinsiani, et nonnulli Vatt., perora, et dissere. Gallandius cum Torn., Effare quod vis, ac per ora edissere.

925. Vat. A, liber ut, minus recte. Fabr., Gis., libere exercere te. Scripti aliter. Tribrachys est quarto loco, admissio hiati.

927. Vat. B, Rat., sic exorsus Widm., Mar., sic exorsus est. Metrum exigit et sic orsus est.

928. Breviar. Moz., loquendi non ita bene. Fabricius præclaram hanc sententiam dicit, et miraculis confirmatam: nam Christianos homines quibus Vandalis linguas exciderant, locutos circa annum 530 tradit Gemblacensis. Exstat hujus rei testimonium minime dubium imperatoris Justiniani lib. I, tit. 27, cod., lege 1: Vidimus venerabiles viros qui, abscissis radicibus linguis, pœnas suas miserabiliter (forte mirabiliter) loquebantur. Alia exempla plena manu congerit Sagittarius cap. 16. De Romano idem miraculum confirmant Chrysostomus et Eusebius, qui tradit Romanum, dum linguam carneam haberet, balbum fuisse, postea ea abscissa, rectissime locutum. Fuse id exaggerat Eusebius in lib. de Resurr., qui tamen idem in lib. de Martyr. Palæst. nullum de tanto miraculo fecit verbum. Imbecillum est igitur argumentum negans.

929. Nonnulli vulg., quæ. Rectius, quo.

932. Glossam confirmat Isidorus lib. XI, cap. 1: Palatum nostrum sicut cœlum est positum, et inde palatum a polo per derivationem; sed et Græci similiter palatum οὐρανὸν appellant, eo quod pro sui concavitate cœli similitudinem habeat. Ubi Griales locum Ciceronis de Epicuro adnotat: Sed dum palato quid sit optimum judicat, cœli palatium, ut ait Ennius, non suspexit. Hispani similiter palatum vocant el cielo de la boca: quam linguæ nostræ proprietatem vellem illustratam in Diction. Acad. Hisp., origine ex Græco Latinoque sermone indicata.

933. Ald., Ox., repercusso. Nebrissensis etiam repercusso, et palato repercusso, exponit ex testudine oris. Non autem probo ejus conjecturam, legendum nec ex palato, et vers. seq., nec temperetur: quasi Romanus de se, abscissa lingua, hæc intelligat.

934. Inter linguam et dentes plures litteræ formantur, ut notum est.

935. Ald. mendose, his agendis. De plectro lin

1144 Si mandet idem, faucium sic fistulas
Spirare flata concinentes consono,
Ut verba in ipsis explicent meatibus,
Vel exitu oris cymbalis profarier,
940 Nunc pressa parce labra, nunc hiantia :
Dubitasne verti posse naturæ statum,
Cui facta forma est, qualis esset primitus?
Hanc nempe factor vertere, ut libet, potest,
Positasque leges texere, ac retexere,
945 Linguam loquela ne ministram postulet.
Vis scire nostri numinis potentiam?
Fluctus liquentis æquoris pressit pede,
Natura fluxa ac tenuis in solidum coit,
Quam dispar illis legibus, queis condita est!
950 1145 Solet natatus ferre, fert vestigia.
Habet usitatum munus hoc Divinitas,
Quæ vera nobis colitur in Christo, et Patre,
Mutis loquelam, percitum claudis gradum.
Surdis fruendam reddere audientiam,

A 955 Donare cæcis lucis insuetæ diem,
Hæc si quis amens fabulosa existimat,
Vel ipse tute si parum fidelia
Rebare pridem, vera cognoscas licet :
Hæbes loquentem, cujus amputaveras
960 Linguam : probatis cede jam miraculis
Horror stupentem persecutorem subit :
Timorque, et ira pectus in caliginem
Vertere : nescit, vigilet, anne somniet :
Miratur hærens, quod sit ostenti genus.
965 Formido frangit, armat indignatio.
Nec vim domare mentis effrenæ potest,
Nec, quo furoris tela vertat, invenit.
Postremo medicum sævus insontem, jubet
Reum citari; nundinatum hunc arguit
B 970 1146 Mercede certa pactus ut collu-
deret.
Aut ferrum in ore nil agens, et irritum.
Versasse frustra se retunsis tactibus

GLOSSÆ VETERES.

936. Idem, *Deus*. — *Fistulas, sicut unguis*, I. *Ar-
rius*, Vat. A.
937. *Consono, convenienti*, I.
939. *Exitum, sonitum*. — *Profarier, loqui*, I. —
Cymbalis, labris, Mar.
940. *Parce, moderate*, I.
942. *Cui, a quo*, I.
945. *Nempe, certe*, I.
944. *Texere, ordinare*, I.
945. *Postulet, indigeat*, I.
948. *Coit, coadunatur*, I.

949. *Dispar, multum*. — *Queis, quibus*, I.
950. *Solet, mare*, I.
953. *Percitum, percitus dicitur velox*. — *Gradum,
gressum*, I.
958. *Rebare, pro rebaris*, I.
964. *Hærens, stupens, dubitans*. — *Ostenti, monstri,
miraculi*, I.
966. *Effrenæ, indomitæ*, I.
969. *Citari, vocari*, I. — *Nundinatum, mercede con-
ductum*, Mar. *Mercurium, locatum pretio, nundinor,
mercator*. — *Arguit, nunc*, I.

COMMENTARIUS.

guæ dictum initio hujus hymni. Chrysostomus ho-
mil. 1 de S. Romano: *Os enim erat cithara, lingua
plectrum: artifex anima, ars vero confessio; plectro
tamen ablato, lingua, inquam, neque artifex, neque
ars, neque instrumentum inutile evasit. Et in homil.
2: Velut enim cithara quædam plectro destituta, Crea-
torem collaudat.*

936. Parrhasius, *fauces, sicut fistulas*, qui error
est in metro. Nebrissensis interpretatur Romanum
loqui, ut, si Deus vellet, loqueretur fistula et cym-
balum, quamvis hæc non habeant voces articulatas.
Non hæc poetæ mens est; describit enim vocis or-
gana, et formationem in his qui lingua bene valent,
ut concludat, Deum, qui hæc omnia fecit, pariter
posse facere ut sine his vox formetur. Vocat autem
faucium fistulas, et cymbalum oris, quia fauces in
fistularum formam, os in cymbali similitudinem fa-
ctum est.

937. Rat., *continentes*, recte emendatum per *con-
cinentes*.

939. Mar. pro div. lect., *exitum*. Ox., *vel in exitu*.

940. Rat. contra metrum transponit *pressa labra
parce*.

944. In Vat. A abest hic versus, sed in fine pagi-
næ est ascriptus cum hujusmodi nota, qua indicetur
hoc loco esse reponendum. Virgilius vi *Æn.*, *Leges
fixit pretio, atque refixit*.

945. Vat. B, Mar., Rat. a prisca manu, *loquelæ.
Widm., postules; supra, postulat. Lege postulet, et
loquela potius quam loquelæ*.

948. *Natura pro creatura ponitur*, ut apud Arno-
bium et alios. Vide Meursium lib. 1 Critic. Arnob.
cap. 11.

949. Ald., Vat. A ad oram, *quæ dispar*: Fabr.,
Sich., *qui dispar*. Alii, *quam dispar*. Parrhasius de-
pravate, *quam disparilis legibus*.

951. Prag., *usuatum*, recte supra alieno quamvis
charactere *usitatum*.

C 953. Prag., *concitum* pro *percitum*.
954. Meursius, in Critico Arnobii cap. 10, lib. 1,
ex Cicerone, Plauto, Arnobio, Tertulliano, Cypriano et
aliis, probat *audientiam* esse probam vocem Lati-
nam. Sed notandum hic poni pro auditu, apud alios
alia gaudere significatione; neque pro auditu alium
scriptorem Forcellinus allegat, nisi Prudentium.

955. Weitz., Urb., Vat. A, B, Mar., Rat., *insuetam*.
Alex., Vat. Q, Ald., Bong., Gis., *insuetæ*. Quod tenuit
Heinsius, quamvis discrepantiam lectionum non ad-
verterit.

957. Meursius, loc. cit. cap. 3, lib. II, *fidelia pro-
fide digna, et credibilia* recte accipit. Alia significa-
tione *fidelis* est Christianus.

960. Prag., *linguam: et probatis*. Meursius loc. cit.
mendum putat *cede*, et scribit *crede*. At concinnius
videtur *cede*, et nulla est causa cur mendum id di-
catur.

963. Rat., Mar., Parrhasius, Widm., *an somniet*.
Ratio metri poscit *anne*.

D 969. Torn. corrupte, *nunc arguit*. Weitz. cum Bong.,
nundinatum argui: quod non placet. *Nundinari*, ait
Fabricius, est opera quæ in nundinis sunt exercere,
ut licitari, iudicare, vendere, poscere, emere, ad-
dicere.

970. Vat. A a prima manu, *concluderet*, sed factum
colluderet, vel, ut alii scribant, *conluderet*.

971. Parrhasius, *Aut ferrum in os nihil agen, irri-
tum*, vitioso metro.

972. Parrhasius, *seu retunsis tactibus*. Vat. A, *se
retunsis tactibus*. Alex., *se retunsis actibus*, et pro div.
scripl., *tactibus*. Vat. Q, *retunsis tactibus*. Urb., Weitz.,
seu retunsis tactibus. Ita Vat. B, Mar. a prima manu,
Prag., ubi est *se pro seu*. Fabricium et Aldum citat
Weitzius pro *seu retunsis actibus*, sed illi habent *ta-
ctibus*. Hailsbr., *seu retunsis tractibus*. Egm., Thuan. a
prima manu, Heinsius in notis., *se retunsis actibus*.
Widm., *seu retunsis tactibus*. Gis., *ceu retunsis tactibus*.

Aut arte quadam vulnus illatum breve,
 Quod sauciata parte linguam læderet,
 975 Nervos nec omnes usquequaque abscideret.
 Manere salvam vocis harmoniam probe,
 Non posse inani concavo verba exprimi,
 Quæ concrepare lingua moderatrix facit.
 1147 Esto, ut resultet spiritus vacuo specu :
 980 Echo sed exstat inde, non oratio.
 Veris refutat medicus hanc calumniam,
 Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
 Intraque dentes curiosum pollicem
 Circumfer, haustus vel patentes inspice,
 985 Lateatne quidquam, quod regat spiramina.
 Quanquam forassem forte si puncto levi,

A Tenuive unquam contigissem vulnere
 Titubante plectro fatus esset debilis.
 Nam cum magistra vocis in vitium cadit,
 990 Usus, necesse est, et loquendi intercedat.
 Fiat periculum, si placet, cujusmodi
 Edat querelam quadrupes, lingua eruta,
 1148 Elinguis et quem porca grannitum
 [strepit,
 Cui vox fragosa, clamor est inconditus :
 995 Probabo, mutam nil sonare stridulum.
 Testor salutem principis, me simplici
 Functum secantis arte, iudex optime,
 Servisse jussis absque fraude publicis.
 Sciat hic, quis illi verba suggillet Deus :

GLOSSÆ VETERES.

975. Usquequaque, omnimodis, ex omni parte. — B Abscideret, occideret, I.
 976. Harmoniam, consonantiam. — Probæ, bonæ, I.
 977. Non, scilicet putabat ille, I.
 978. Concrepare, sonare, I.
 979. Specu antro, eo quod ibi lateat lingua, veluti in specu, I.
 981. Veris, verbis: probamentis. — Refutat, abnegat, I.
 982. Scrutare, o iudex, I.
 984. Haustus, hiatus oris. Vat. A.
 985. Lateatne, utrum, I.

986. Quanquam, quamvis, I.
 989. Magistra, lingua, I., Mar. — In vitium cadit, laesa fuerit. Vat. A.
 991. Periculum, inquisitio, fac probamentum, I.
 992. Edat, proferat, I.
 994. Cui, a qua. — Fragosa, scilicet clamat. — Inconditus, inarticulatus, I.
 995. Stridulum, pro stridule, I.
 996. Salutem, per salutem, Mar.
 999. Suggillet, pro subministrat, I. Suggestat, Mar.

COMMENTARIUS.

Lotterus, seu retusis ictibus. Alt., Heinsius in textu, Pal., se retusis tactibus. Mar. pro div. script., seu retusis ictibus. Gifanius in DISPANSUS ex tribus mss. præfert se retusis actibus, ubi se pro eum ponitur. Latinus, seu retusis ictibus, et pro div. lect., seu retusum tactibus.

975. Suspiciabatur aliquis leve pro breve: sed breve C vulnus recte dicitur.

974. Hailsbr., sauciata, minus recte.
 975. Vat. A, Egm., Wid. ad marginem occideret. Ald., Cell., abscinderet. Vat. Q, occiderat. Plerique abscideret, pro qua scriptura tres alios codd. laudat Gifanius in vitalia rerum.

976. Ambr., Ald., Hailsbr., Bong., Widm., armoniam. Egm. corrupte, arimoniam. Mar., Iso, probæ pro probe.

978. Vatt. A, Q, Alex. supra, Weitz., Hailsbr., Pal., lingula. Heinsius cum Ambr. et Thuan., ligula, quia diminutivum a lingua est lingula et ligula. Alex., ligula a prima manu. Teolius tres Vatt. pro eadem scriptura indicat, et notat ligulam a Sidonio vocari etiam legulam, et apud Josue VII, 21, pro regula reponendum legula, ut animadvertit Sidonii commentator Savaro: nam Hebraica vox non regulam, sed linguam sonat. Verum etiamsi vox Hebraica linguam significet, tamen multi adhuc exponunt regulam, sive laminam auream in linguæ formam cusam; adeoque reineri potest vox regula. Præterea apposite multi legunt linguæ, ut Ald., Urb., Vat. B, Mar., Gis., et alii. Quarta sede hujus versus tribrahys recipitur. Hoc, aliisque similibus exemplis communis lectio vers. 481 et 550, fidiculæ, et fidiculus sustineri debet.

980. Ald., Hailsbr., Gis. ad oram, Heinsius cum suis mss., exstat. quod amplexus est Teolius. Sed quod hic addit, in probatoribus mss. non esse exit, non omnino verum est: nam exit habent Vat. B, Mar., Bat., Prag. et alii, præter edd. Weitz., Gis.

981. Eusebius lib. de Resurr. tradit medicum hunc fuisse Christianum, sed infirmitate carnis, non proposito, cecidisse: adeoque linguam abscissam ad sanitatem illius delicti quod admiserat abnegando, domi recondidisse, ut consuerunt infirmiores, fide es

tamen, honorare, si quid a martyribus sumpserint. Addit Eusebius medicum produxisse coram iudice linguam quam inciderat, et facto simili experimento in quodam damnatorum, hunc statim obisse.

985. Parrhasius, lateatne. Widm., quidquid; ad oram, quidquam, probe.

987. Vat. A perperam, tenui vel linguam contigissem.

988. Mar. factu, supra factus, Parrhasius, Weitz.; factus. Melius fatus, scilicet loquela.

989. Prag., ministra vocis.

990. Mar., obnitente metro, necesse est loquendi. Potiores, est et loquendi. Vat. A, Weitz., Hailsbr., Pal.; Alt., est, eloquendi: id conjiciebat Chamillardus, mendosum judicabat Teolius in non paucis mss. Certe rectius est est, et loquendi cum Ald., Parrhasio, et aliis. Gis., necesse est, ut loquendi.

991. Prag., fac pro fiat, et hujusmodi: pro cujusmodi; utrumque male. Parrhasius bene edidit periculum, correxit perperam periculum.

992. Prag., edat loquelam, minus bene.

995. Ald. scribit grunitum.

995. Parrhasius, probabo mutum.

996. Sichard., nec: retine me, Veteres jurare solebant salutem, vel genium principis. Vide legem 53 D, de jurejurando, et interpretes, et Tertullianum lib. ad Scapulam, et Apologet. cap. 28 et 52: Sed et juramus, sicut non per gentes Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus gentis. Etiam Joseph cap. XLII Genes. v. 15. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Vide notas Cerdæ ad cit. loc. Tertulliani.

999. Vat. A, sciat, et supra scit pro div. scriptura, Ambr., Gis. ad oram, Parrhasius, Nebrissensis, et Cauchius ex conjectura, suggestat; quæ est glossa. Chamillardus ignota significatione suggillo a Prudentio poni affirmat. Joseph Scaliger apud Becmannum de Orig. ling. Lat. ait ex Verrii opinione suggillare dictum a gula. Teolius exponit gulam arctando extorqueat verba. Prudentius pro suggestat verbum hoc adhibet, et fortasse a suggero deducit. In sacris Litteris suggillo est strangulo.

1000 Ego, unde mutus sit disertus, nescio.
His sese Aristo purgat. At contra impium
Nil hæc latronem Christianorum movent :
Magis, magisque fertur in vesaniam ;
Quærit, alienus sanguis ille aspersionem

1005 Virum, suone fluxerit de vulnere.
1149 Respondit his Romanus : Eccum ,
[præsto sum :
Meus iste sanguis verus est, non bubulus :

A Agnoscis illum, quem loquor, miserrime
Pagane, vestri sanguinem sacrum bovis,
1010 Cujus litata cæde permadescitis ?
Summus sacerdos nempe sub terram
[scrobe
1150 Acta in profundum consecrandus
[mergitur,
Mire infulatus, festa vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,

GLOSSÆ VETERES.

1000. Disertus, *distincte loquens*, I.
1001. His se, *scilicet ubi*, I.
1003. Vesaniam, *pertinaciam*, I.
1006. Eccum, *pro ecce*, I.

1010. Permadescitis, *humefactatis*, ..
1013. Infulatus, *infula est proprie redimiculum co-
ronæ sacerdotalis, sed abusive pro omni vestimento sa-
cerdotali ponitur*, Vat. A.

COMMENTARIUS.

1000. Vat. B, Mar., *ergo unde*, melius ego : Vat. A B
male. *sit hic disertus*.

1001. Ald., Mar. a prisca manu, Torn., Sich., Bong.,
Widm., *his se Aristo*, quod Weitzius edere non de-
buit, siquidem metro consulere voluit.

1002. Sæpe persecutores Christianorum *latrones*
vocat Prudentius.

1004. Ambr., Parrh., Thuan., Alt., Cauch., Rott.,
Heins., *quærit, alienus* cum Vat. A, Alex., Rat., Egm.,
Hailsbr. Sed Ald., Fabr., Gis., Galland., et alii vulg.,
quærit num alienus. Weitz., Vat. B, Mar., Prag., Rat.
aliena manu, *quærit an alienus*. Ald., Hailsbr., Hein-
sius cum Ambr., Thuan., Alt., Cauch., Rott., *ille*.
Weitz., Fabr., Vat. B, Mar., Prag., *illum*. Parrhasius
omittit utrumque, et legit *sanguis an aspersionem*.

1005. Gis., Fabr., *effluxerit*.

1006. Gis., Fabr., *ecce* ; alii, *eccum*. Simili modo
in Laurentio vers. 309, *Eccum talenta, suscipe* : quan-
quam hoc loco recte procedit *eccum, præsto sum* :
scilicet *ecce me*. In Laurentio *eccum* pro *ecce* simplici-
ter positum est, nisi etiam ibi intelligas *ecce me, ta-
lenta suscipe*.

1007. Hailsbr., *bubuli* : ita Vat. A. Præferendum
bubulus.

1010. In Thuan., *promadescitis*. Heinsius putat
scribendum *pro madescitis* : nam veteres *pro*, non
pron scribebant.

1011. Vix jam dubium est quin de taurobolio lo-
quatur Prudentius. Veteres interpretes aliud sacrifici-
um intelligebant. Nebrissensis existimabat describi
Terentina sacra, quæ fiebant Romæ in campo Martio,
in loco qui dicebatur Terentos, in quo erat ara Diti
patri sacra, pedibus viginti sub terra defossa : et sa-
crificabatur bos nigra. Ita fere Giselinus et Fabricius,
qui addit hæc sacra facta mensibus Septembri, Octo-
bri, Novembri, singulis semel, sed noctibus tribus
continuus. Nebrissensi et Fabricio accedit Weitzius :
nec dissentit Chamillardus, qui tamen hæc ipsa sacra
Terentina *Tauropolia* dicta affirmat. Peveratus putat
describi sacrificium, et ritus profanos, ac risu dignos,
quibus Julianus Apostata, ut more majorum impera-
torum una cum imperio summum pontificatum acci-
peret, ut baptismatis chrisma deleret, et Christi si-
gnum abstergeret, tauri sanguine prolui voluit. Sed,
ut dixi, de taurobolio sermo est. Antonius Van Dale,
de Antiquit., in prima dissertat. de origine ac ritibus
hujus sacrificii agit. Præmittit gentiles quædam e
Christianis ad sua sacra sumpsisse ; inter hæc tauro-
bolium, quo æmulabantur veram per Christi sangui-
nem expiationem. Cœpit taurobolium anno Christi
175, aut paulo ante : deletum est Valentiniano IV et
Neoterico coss. Van Dalius ritus explicat ex Pruden-
tius, quos Baronius, Bulengerus, et alii de consecra-
tione pontificis maximi intellexerant. Distinguebantur
in hoc sacrificio *vires tauri exceptæ, consecratæ, con-
ditæ*. Vires exceptæ erant sanguis, consecratæ cor-

nua, conditæ testiculi. Alii aliter explicant. Et, ut
inter Christianos corruptela invaluit, ut alii pro aliis
baptizarentur, ita etiam gentiles pro aliis etiam tau-
roboliabantur : nam hoc quoque verbum invexerunt.
Gisbertus Cuperus epist. 4 ad Van Dalius confir-
mat, ethnicos imitatos fuisse cæremonias Christiano-
rum et formulas loquendi. Apuleius ait, *per sacra re-
nasci homines*, et exstat inscriptio vetustissima RENA-
TVS TAUROBOLIO IN AETERNUM. De taurobolio videri
potest V. C. Zacharias in utilissima sua Institutione
Lapidaria pag. 42., ex Montfauconio, Grutero, Sal-
masio in Vita Heliogabali pag. 804, et inscriptione
Ulpii Egnatii Faventini : *Iterato viginti annis ex per-
ceptis tauroboliis aram constituit*, quo significabatur
taurobolios per annos 20 puros manere, neque
posse tauroboliari, nisi exacto eo tempore. De tauro-
bolio etiam agit Julius Firmicus : *Tauribolium, vel
criobolium scelerata te sanguinis labe perfundit. La-
ventur itaque sordes istæ, quas colligis. Quære fontes
ingenuos, quære puros liquores, ut illic te post multas
maculas cum Spiritu sancto Christi sanguis incandidet*.
Wowerius in notis duas veteres inscriptiones profert
ex quarum altera colligi posse videtur taurobolia
instituta fuisse in honorem Cybelis et Attidis. Itaque
summus sacerdos intelligetur esse sacerdos Cybelis,
qui fortasse pro aliis tauroboliari solebat Philippi a
Terrapiner. Adriani ad inscriptionem de Taurobolio Ja-
gundensi exstat tom. III Thes. antiq. Sallengre. In
præfatione ad Vitas pontificum Anastasii plures
inscriptiones de taurobolio, criobolioque Blanchinus
profert, explicationemque nonnullam addit ex com-
mentario Dominici de Colonia S. I. de hoc argu-
mento. Exstant hujusmodi inscriptiones in hortis
Burghesianis via Salaria, in quibus occurrit Lucius
Ragonius Venustus *pontifex major* ; et Q. Clodius
Flavianus anno 383, *pontifex major..... pontifex dei
Solis* ; et eodem anno 383 V. C. T. *sacerdos
maxima..... taurobolio, criobolioque repetito*. Anno
vero 374 Clodius Hermogenianus Casarius V. C.
proconsul Africae, præfectus Urbis, *taurobolio, criobo-
lioque percepto*. Consule Montfauconium tom. II
Antiq., pag. 171.
1013. Gis. ad oram, tres Torrent., Cauch., Rott.,
mitra infulatus, quod amplectitur Heinsius, impro-
bante Teolio, quia Romani mitra non utebantur,
multo vero minus pontifices. Gallandus mendum
putabat in vet. edd. *mire* pro *mitra*. Paschalius, de
Coronis lib. IV, cap. 13 et 22, hos versus exscribit,
et multa addit de sacerdotibus coronatis, vittatis,
infulatis ; et cap. 21 ostendit sacerdotes gentilium
mitratos fuisse : nam mitræ genus erat pileus sacer-
dotalis, sive apex, et flamen, aut filamen. Commu-
niori usu mitra est diadema episcopale et pontifi-
cium Christianorum.
1014. Gis. ad oram, *nexus*, et *replexus* pro *nectens*,
et *repexus*. Mar., Vat. B, Prag., Rat., Sich., Weitz.,

1015 Cinctu gabino sericam fultus togam.

1151 Tabulis superne strata texunt pul-
[pita,

Rimosa rari pegmatis compagibus :

Semidant subinde, vel terebrant aream.

Crebroque lignum perforant acumine,

1020 Pateat minutis ut frequens hiatus.

Huc taurus ingens fronte torva, et hispida,

Seris revinctus aut per armos floreis,

Aut im, editus cornibus deducitur :

Nec non et auro frons coruscat hostiæ,

A 1025 **1152** Setasque fulgor bractealis inficit.

Hic, ut statuta est immolanda bellua,

Pectus sacro dividunt venabulo,

Erucat amplum vulnus undam sanguinis

Ferventis, inque texta pontis subditi

1030 Fundit vaporum flumen, et late æstuat.

Tum per frequentes mille rimarum vias

Illapsus imber, tabidum rorem pluit,

Defossus intus quem sacerdos excipit,

Guttas ad omnes turpe subjectans caput,

1035 Et veste, et omni putrefactus corpore.

GLOSSÆ VETERES.

1015. Gabino, *Gabis civitas est cujus sacerdotes seminudis corporibus immolare solebant. Ergo sacrificantibus eis, affuere lupi, et tulere carnes quas ipsi immolabant; hinc ipsi, sicut erant impediti, cœpere eos persequi, et revocare prædam. Proinde consuetudo venit ut ibi homines nudis litarent corporibus, Vat. A. Genus vestimenti. Gabini Romanis vicini fuerunt, a quibus magnam partem caeremoniarum sumpsit. — Fulus, fultam habens, I.*

1016. Super, desuper. — Pulpita, gradus scenæ: sedes, vel lectuli deorum, I.

1017. Pegmatis, juncturis. *Pegma hoc loco pro*

junctiona; alias ferrum rotundum quo scenici ludunt, id est theatrales. Conglutinationis et compaginationis. Pegma genus machinamenti quo luditur in theatris, I.

B 1018. Subinde, deinde. — Aream, planitiem tabularum, I.

1025. Impeditus, coronatus, I.

1025. Bractealis, laminis aureis. — Inficit, miscet, I.

1027. Pectus, scilicet tauro. — Venabulo, ferrum quo dividitur pectus, aptum venatoribus, id est minor se uris; lancea, I.

1035. Putrefactus, sordidus, I.

COMMENTARIUS.

Widm., Bong., Hailsbr., supr., nexus. Weitz., Egm., Hailsbr., Pal., Bong., Gifanium in PLEXUS ex tribus mss., et alii, replexus. Vat. Q mendose, coronatum pro corona tum. Anbr., coronatum replexus auream, ex quo Heinsius in notis scribi jubet coronatum replexus auream, ut sit Græcismus. De corona aurea vide Burmannum Anthol. pag. 54 tom. I. Nebrissensis replexus exponit aut nimium pexus, aut ita C deplexus, ut turbarentur capilli. Sed in Oxon. bene explicatur, id est, bene ornatus, ut refert Heinsius.

1015. Vat. A. scribit sericam. Codex Latinii, Gis. in textu, russeam; ad oram melius sericam. In quibusdam vulg. mendose seriam. Cinctus gabinus est, cum toga exerto brachio dextro se in tergum rejicitur, ut ima ejus lacina a tergo in pectus sinistrorsus revocata hominem cingit. In columna Trajana imperator, ejusque milites hoc more induti conspiciuntur. Sed non propterea Fabretto in ejus explanatione licuit inferre, hunc habitum militarium virorum et magistratus tantum proprium fuisse, et Prudentium poetica licentia illum summo sacerdoti attribuisse, uti Lucanum aliis lib. I Pharsal., *Turba minor ritu gradatur succincta gabino*. Etenim vel alii etiam hujusmodi habitu utebantur, ut multi docent, vel Prudentius taurobolium describit ab ipso imperatore, aut a vero primario perfectum, ut sacrificium magis risu dignum ostendat. Origo verior cinctus gabini inde petitur, quod incurione repentina hostium Gabii, cum non esset spatium sumendi saga, togas subductas et retro rejectas circa corpus complerent.

1017. Egm., Alex. a prima manu, pigmatis: scribe pegmatis.

1022. Boves in sacrificiis coronari solitos constat etiam ex Act. apóst. xiv, 12: *Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitatem, tauros et coronas ante januas afferens, cum populis volebat sacrificare*. Delrius comment. in OEdip. Senecæ docet cornua victimarum auro quasi jugari et vinciri consuevisse, item coronari. Trebellius Pollio in Vita Gabenorum pag. 178: *Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves, cornibus auro jugatis, et dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes*. In antiquo lapide Romæ insculptum est de voto vicenniali: *Vota Faventinus bis deni suscipit orbis, Ut mactet repetens aurata fronte bicornes*. Utrumque morem his Prudentii versibus confirmari notat

Delrius. Advertendum est illa Faventini vota de taurobolio esse intelligenda. *Auratum frontem* Virgilius dixit, *inaurato cornu* Tibullus: quod mult. explicant de cornibus auro lictis. Sed aliud præterea in Prudentio indicat versus 1025, *Setasque fulgor bractealis inficit*.

1025. Weitz., Iso, Gis., impeditus. Aldus., Parthasius et scripti Heinsiani, *impeditus*. E nos. ris Vat. B, Mar., Prag., Rat., *impeditus*. In Egm. mendum perspicuum, *impenditis*.

1024. Parrhasius virose *nec non et tauro*. De hoc more Plinius, lib. xxxiii, cap. 3: *Deorum vero honori in sacris nihil aliud excogitatum est quam ut auratis cornibus hostiæ, majores duntaxat, immolarentur*.

1025. Alii scribit *blattealis*; alii *brattealis*, alii *bractealis*. In Mar., et, ut videtur, in Rat. erat prius *bratteolis*. Alex. etiam scribit *brattealis*.

1026. Vat. B, *stimulando*; supra aliena et recentiori manu, *est immolanda*. In Mar. pariter, *stimulando*; ad oram vera lectio descripta est.

1027. Ald., Alex., Urb., Parrhasius, Mar. supra, Gis., Weitz., et alii, *sacro dividunt venabulo*. Vat. B, Q, Mar. a prima manu, Rat., Prag., Thuan., Noms., Heins., *sacrata dividunt venabula*. Heinsius in duobus invenit *sacratum dividunt venabula*: scilicet *pectus sacratum*.

D 1029. Rat., *su'dita*. Substantive *textum* ponitur apud Catullum, Lucretium et alios. Vide Gifanium.

1030. Mar. in textu, Widm. supra, Hailsbr., *vaporem*: lege *vaporum*. Chamillardus in indice notat esse substantivum. Sed poterit etiam esse adjectivum a *vaporus*, ut in hymno S. Fructuosi vers. 115, *Vaporus ardor*.

1031. Prag., *sequentes*: rectius *frequentes*. Imo id unice verum videtur.

1034. Vat. A, Q, Hailsbr., Pal., Egm., *turpe objectans*. In Alex. videtur factum *turpes objectans*. Retinendum *turpe subjectans*. Fabr. *turpe* adverbium esse putat, et in parenthesis per indignationem legi mallet.

1035. Ald. mendose, *omne pro omni*. Heinsius cum solo Thuan., *pu factus*: quia apud Prudentium, inquit, prima in *putrefactus*, et *putris* semper occurrit brevis. Ineptam hanc et falsam esse rationem, liquet ex vers. 9 hymni 7 Cathem., *Arvina putrem ne resudans crapulam*. Teolius et Cellarius Heinsio

Quin os supinat, obvias offert genas,
1153 Supponit aures, labra, nares objicit,
 Oculos et ipsos perluit liquoribus:
 Nec jam palato parcit, et linguam rigat,
 1040 Donec cruorem totus atrum combibat.
 Postquam cadaver sanguine egesto rigens
 Compage ab illa flamines retraxerint,
 Procedit inde pontifex, visu horridus,
 Ostentat udum verticem, barbam gravem,
 1045 Vittas madentes, atque amictus ebrios.
 Hunc inquinatum talibus contagiis,
 Tabo recentis sordidum piaculi,
 Omnes salutant atque adorant eminus:
 Vilis quod illum sanguis, et bos mortuus
 1050 Fœdis latentem sub cavernis laverint.

A Addamus illam, vis, hecatomben tuam?
 Centena ferro cum cadunt animalia,
1154 Variaque abundans cæde restagnat
 [cruor,
 Vix ut cruen'is augures natatibus
 1055 Possint meare per profundum sanguinis.
 Sed quid macellum pingue pulvinarium,
 Quid maximorum lancinatores gregum,
 Fviscerata carne crudos, criminor?
 Sunt sacra, quando vosmet ipsi exciditis
 1060 Votivus et cum membra detruncat dolor.
 Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
 Sectisque matrem brachiis placat deam.
 Furere, ac rotari jus putatur mysticum:
1155 Parca ad secandum dextra fertur impia:

GLOSSÆ VETERES.

1041. Egesto, *emisso*, I.
 1042. Compage, *tabula*, I.
 1047. Piaculi, *purgationis*, I.
 1051. Hecatomben, *centum*; inde *hechatontam*,
id est centum potestates habentem; et ideo *centum hostiæ ei immolabantur*, I.
 1056. Pulvinarium, *lectisternium vocat pulvinarium qui in templo ponebatur quando augurium quærebant per sacrificium*, I.
 1058. Crudos, *rusticos, pingues*, I.

B 1059. Quando, *siquidem*, I.
 1060. Votivus, *qui per votum venit*, I. *Voluntarius*,
 Vat. A.
 1061. Fanaticus, *sacerdos qui in fano moratur*, I.
 1062. Deam, *Berecynthiam*, I.
 1063. Rotari, *scilicet objectans caput*.—*Mysticum*,
figuratum, I.
 1064. Parca, *quæ parcit, non se incidendo*.—*Fertur, dicitur esse*, I.

COMMENTARIUS.

adhærent: sed scripti et vet. edd. constanter et probe habent *putrefactus*. Chamillardus in textu, *putrefactus*, in indice solum adnotat *putrefactus*.

1036. Ald., Torn., *qui nos*. Meliores libri nostri, et Heinsiani cum Cauchio, Latinus, Parrhasius, Gis., *quin os*. Weitzius, *quinos*. Scaliger, lib. II, cap. 1, *Lect. Auson.*, cum invenisset alicubi *quinos*, correxit *cimos*, vel *cinos*. Glossarium *cinum* ἐπισχόνιον. *Cinnus* νεῦμα. Et Italica lingua, et vetus Gallica usurpant *cenno*, *accennare*, *accener*. Scaligero accedit Gattackerus ad Antoninum de Vita sua. Heinsio tamen minime id placet, neque aliis debet placere.

1046. Egm., Palat., Hailsbr. in textu, *hinc pro hunc*. Pro *contagiis* alios legere *contactibus* testis est Fabricius. Salmasius pag. 180 in *Ælium Lampridium* luculentam hanc descriptionem tauroboli dicit, et multa profert de taurobolio ac tauroboliatis ad hunc gentilium ritum illustrandam aptissima.

1047. In Prag. hic versus rejicitur post versum 1050, *Fœdis*, etc.

1050. Egm., Lat., Hailsbr., Vat. A, *laverit*, non male.

1051. Vat. A, corrupte, *illam vis hæc ad opem tuam*. Vat. B, Mar., Prag. scribunt *ecatontem tuam*. Egm., Widm., *ecatontem*. Plerique *hecatombem*, aut *hecatomben*. Cauchius conjiciebat *si vis hecatombem*, ut metro consulatur. At Prudentius nunquam quatio loco dactylum immisit. Producit secundam in *hecatombem* necessitate quadam metrica: non enim alio modo facile hoc vocabulum adhibere potuisset, nec prudens ab eo abstinere debuit. Isonis glos a ita emendari potest: *hecaton centum, inde hecatombem*, etc. Hecatombe est sacrificium centum boum; a Laconibus primum institutum dicitur, qui cum olim centum præessent urbibus, centenos quotannis boves pro centum civitatibus immolabant. Alii alia. Vide Eustathium in Homeri Iliad.

1052. Vat. A, *fere*; supra videtur esse *ferro*. Prag., *fere*. Rott., Prag., Hailsbr., Vat. B, Mar. supra, Gis. ad oram, Sich., *cui cadunt*. Alii, *cum cadunt*. Widm. et Parrhasius omittunt *cum*, vel *cui*: sed corrumpitur metrum.

1055. Ald., Vat. B in textu, Mar., Bong., Widm.,

Sich., Gis. prima ed., *profundum sanguinem*. Alex., Urb., Vat. A, B, supra, Q, Hailsbr., Pal., Fat r., Gis. secunda ed., Heins., *profundum sanguinis*. Weitz., Egm., *profunda sanguinis*.

1056. In Vat. B videtur fuisse *pluinarium*, aut certe *plumarium*, sed male. Vocat autem pulvinarium deorum macellum pingue, quia cruore hostiarum templa redundabant.

1059. Vat. A, *vosmetipsos*. Prag., *cum vosmetipsos*, supra *quando*. Lex carminis poscit *quando vosmet ipsi*. Recuset nunc poeta ritus gentilium quibus in deorum honorem sibi vulnera inferebant.

1061. Prag., *cultros*, repugnante metro. Mar. *lucertis*, supra *lacertos* rectius. Bellonæ sacerdotes lacertos sibi et brachia cruentabant, et fanatici dicebantur. Lactantius, lib. I, cap. 21; *Bellonæ sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, et utraque manu districtos gladios exerentes currunt, efferuntur, insaniunt*. De his fanaticis Horatius, Lucanus, Juvenalis et alii. Sub Commodi tempora consuetudo invaluerat ut cruentationem fanatici simularent, non vere lacertos exsecarent. Nam Lampridius in ejus Vita ait: *Bellonæ servientes vere exsecare brachium præcepit studio crudelitatis*. Apud Montfauconium, tom. I Antiq., lib. IV, pag. 262, repræsentatur Fanaticus Bellonæ, Isis, et Serapidis duos cultros manibus tenens.

1062. N. brisensis vult legi *deum pro deam*, ut intelligatur Cybele mater deorum ex sententiæ Apuleii, qui Bellonam, Cybelem, Isidem idem numen esse putat. Ac revera *deum* legitur in editione Lotte i. In Actis S. Symphoriani sæpe Cybele mater dea dicitur. Sed fortasse tam in his Actis quam in Prudentio præstabit legere *mater deum*, ut in veteribus inscriptionibus passim occurrit.

1063. Ald., *ac rotare*. Melius *ac rotari*. Rat., et *rotari*. Lotte us mendose *ejus pro jus*. Minucius: *His sunt et furentes quos in publicum videtis concurrere, vates et ipsi absque templo, sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur*, etc. Confer notas Heraldii et aliorum ad Minucium, et Elmenhorstii ad lib. I Arnobii, pag. 1.

1064. Ald., Vat. B in contextu, Torn., Mar.,

- 1065 Cœlum meretur vulnerum crudelitas. A
Ast hic metenda dedicat genitalia,
Numen reciso mitigans ab inguine:
Offert pudendum semivir donum deæ:
Illam revulsa masculini germinis
1070 Vena effluenti pascit auctam sanguine.
Uterque sexus sanctitati displicet.
Medium retentat inter alternum genus:
Mas esse cessat ille, nec fit femina.
Felix deorum mater imberbes sibi
1075 Parat ministros lenibus novaculis.
Quid, cum sacrandus accipit sphragitidas?

- 1156 Acus minutas ingerunt fornacibus-
illis membra pergunt urere, utque ignive-
[rint:
Quamcunque partem corporis fervens nota
1080 Stigmarit, hanc sic consecratam prædi-
[can.
Functum deinde cum reliquit spiritus,
Et ad sepulcrum pompa fertur funeris:
Partes per ipsas imprimuntur bracteæ,
Insignis auri lamina obducit cutem,
1085 1157 Tegitur metallo, quod perustum est
[ignibus.

GLOSSÆ VETERES.

1066. Metenda, *abscidenda*, l.
1070. Auctam, *accumulatam*, vel *placatam*, l.
1071. Uterque, *ironicos dicit*.—Sanctitati, *illi*.—
Displicet, *eviratus utrumque genus despicit, et masculinum, et femininum*, l.
1076. Fragitidas, *fragis Græce dicitur missile: hinc fragitidæ spicula, vel acus majores*, Vat. A. No-

- tas a frangendo, Mar.
1078. Igniverint, *pinxerint*, l.
1081. Functum, *defunctum*. *Fungi dicimus officium implere; defungi ab officio cessare; defunctus dicitur ab officio vitæ cessans*, l.
1083. Bracteæ, *laminæ auri*

COMMENTARIUS.

Weitz., *parta*. Meliores Heinsiani, et nostri cum Parrasio, Latino, *parca*. Neque aliter Giselinus: etsi enim ediderit *parta*, tamen in emendatis correxit *parca* cum explanatione scilicet: *Impius est qui parce secat, pius qui crudeliter*. Nebrissensis exponit *parata*, quia legit *parta*; sed id est contra sententiam poetæ, nec pro *parata* recte dicitur *parta*.

1066. Parrhasii error in metro dicat pro *dedicat*. Nunc arguuntur sacerdotes Cybelis, de quibus non semel dictum.

1070. Prag., *vena defluenti*, contra metrum. Thuan. pro *effluenti* scribit *efluenti*, ex quo Heinsius conjicit *vena et fluenti*. Sammasius, *vena fluenti*. Parrhasius corruptissime edidit hos duos versus: *Illam revulsam masculini germinis Venam: effluenti Pasitheæ sanguine*. In emendatis monuit quosdam codices habere *Venam effluenti pascens auctam sanguine*.

1075. Ald., Parrhasius, et nonnulli vulg., *levibus*, seu *lavibus*. Scripti plerique, *lenibus*. Heinsius edidit *levibus*.

1076. Vat. A, *sacrandos*: lege *sacrandus*. Parrhasius ita legit hunc versum, *Quid cum sacrandus occidit Phryx Atidi? Nescio quo sensu*. Ald., Gis. scribunt *sphragitidas*, et Giselinus deducit a *σφραγίζειν*, signare, et insignire. Inde *σφραγίς*, et *σφραγισμα*. Derivativum *σφραγίτης* pro stigmatibus et punctationibus vix alibi legi putat Giselinus. In scriptis Weitzianis, Heinsianis et nostris legitur *fragitidas*. Nilominus Heinsius edidit *sphragitidas*. Nebrissensis *sphragitidas* exponit *medicamenta e terra sphragitide*, seu *sigillata, quæ valet ad cicatricanda vulnera*. Ex Cælo lib. v, cap. 20 et 26, pastillis ad glutinandum vulnus sphragis nuncupatur. Melius Fabricius interpretatur signa aut notas impressas, vel memoriæ causa, ut sit amulo; vel religionis, ut sit ferro ignito. Et etiam qui nomen militiæ dabant, ignito ferro pungi et stigmati solebant: unde sacramentum militare dictum, quia milites quasi sacrabantur. Lipsius, de Militiâ Romana, lib. i dialogismo 9, agit de militibus in cute punctis. Raynaudus, de Stigmatismo sacro et profano, sect. 2, cap. 7, de hoc ritu copiose disserit: non autem probat quod Primasius locum Apostoli ad Rom. i ita explicet, ut intelligatur etiam eos contumeliis affici se corpora sua, dum sibi characteres et ustiones infligunt in consecrationibus idolorum; nam Apostolus clare agit de contumeliis per libidines et impudicitiam.

1077. Prag., *ingegit*, fortasse *ingerit*.

1078. Prag., *mendose, pergunt perurere, cum igniverint*. Egm., *corrupte, verauntur aere*. Ald., Parrha-

sius, scripti Heinsiani, Gifaniani, nostri, *pergunt urere, ut igniverint*. Id secuti sunt Weitzius, Heinsius et alii. Et Heinsius agnoscit quarta sede tribrachyn admitti cum hiato. Gis. et nonnulli vulg., *utque igniverint*; ita enim postrema in *urere* eliditur, et fit iambus. Gifanius legit quidem *urere, ut igniverint*, sed quarta sede iambum, non tribrachyn, agnoscit. Defendit enim ex Martiani sententia, ea quæ in *t* finiuntur ancipiti intervallo habita esse: itaque producit *ut*. Hermanus. Hugo, cap. 19, de Prim. scrib. Rat., ubi probat non solum servis et reis, sed etiam militibus aliquando et sacris hominibus notas et litteras fuisse iniustas, legit etiam, *urere, utque igniverint*. Vossius de Vitiis sermonis inter barbara rejecit verbum *ignio*, quod Hincmaro tribuit. Paulinus epist. 4 ad Ausonium usus est *ignitus*, quam vocem usury at etiam Gellius. Barthius, lib. ix, cap. 18, notat Arnulfum *ignire* a Prudentio sumpsisse. Arnulfus ait: *Sublimes oculos, et acuti luminis ignit Excellens sensus, ingenique vigor*.

1079. Egm., *Quacunque partem corporis fervens nota Stigmaret*.

1080. In Vat. A aliena manu videtur factum *stigmaret*, ad marg. *stigmari*: incertum quid prius in contextu fuerit. Ald., Rott., *hanc si consecratam*. Egm., Vat. A, *hanc sacratam*, claudicante versu. Hinc Heinsius conjectabat *hancce sic sacra tam*, vel *hancce consecratam*. Parrhasius *hanc conse ratam*; sed neque ita versus constat. Plerique, *hanc sic consecratam*.

1081. Ald., Bong., *relinquit spiritus*.

1084. Prag., *insignis auro lamina*.

1085. Fabricius ait eam partem auro aut argento includi, et quasi sacram post mortem asservari. Prudentius solum innuit partes quæ perustæ et notatæ sunt ignibus, obduci lamina auri impressa, atque adeo tegi. Hujus ritus quis alius meminerit, non occurrit. Raynaudus loc. cit. Fabricium impugnat quod crediderit ex hoc gentilium ritu morem pervasisse in Ecclesiam, ut digiti, brachia, articuli sanctorum includerentur vasis, et osculanda exhiberentur. Prudenti mentem esse ait Raynaudus, *inter efferendum funus honestata ad modum prædictum fuisse membra stigmatibus notata, sive consēpultis, sive post funeris pompam detractis ante illationem in tumultum hujusmodi ornamentis*. Puto autem sermonem esse non de solis sacerdotibus Cybelis, neque de solis sacerdotibus Isis, sed de quovis sacerdote, qui se numini alieni notis corpori iniustis consecraret. An autem omnes sacerdotes id facere deberent, an solum alicujus nu-

Has ferre pœnas cogitur gentilitas. A
 Ilac dii coercent lege cultores suos :
 Sic dæmon ipse ludit hos quos ceperit,
 Docet execrandas ferre contumelias,
 1090 - Tormenta inuri mandat infelicibus.
 At noster iste sanguis ex vestra fluit
 Crudelitate : vos tyrannide impia
 Exulceratis innocentum corpora.
 Si vos sinatis, incruente vivimus :
 1095 At si cruenta puniamur, vincimus.
 Sed jam silebo : finis instat debitus,
 Finis malorum, passionis gloria :
 Jam non licebit, improbe, ut licuit modo,
 Torquere nostra, vel secare viscera :
 1100 Cedas, necesse est, victus, et jam desinas.
1158 Cessabit equidem tortor, et sector de- B
 [hinc :
 Judex in natur : sed peremptoris manus
 Succedet illis strangulatrix faucium :
 Aliter silere nescit oris garruli
 1105 Vox inquieta, quam tubam si frageo.

Dixit, foreque protrahi jussit virum,
 Trudi in tenebras noxialis carceris :
 Elidit illic fune collum martyris
 Lictor nefandus. Sic peracta est passio :
 1110 Anima absoluta vinculis cœlum petit.
 Gesta intimasse cuncta fertur principi
 Præsecus, addens ordinem voluminum,
 Seriemque tantæ digerens tragœdiæ :
 Lætatus omne crimen in fasces refert
 1115 **1159** Suum tyrannus chartulis vivaci-
 [bus.
 Illas sed ætas conficit diutina,
 Fuligo fuscet, pulvis obducit situ,
 Carpit senectus, aut ruinis obruit :
 Inscripta Christo pagina immortalis est,
 1120 Nec obsolescit ullus in cœlis apex.
 Exceptit astans angelus coram Deo,
 Et quæ locutus martyr, et quæ pertulit :
 Nec verba solum disserentis condidit ;
 Sed ipsa pingens vulnera expressit style
 1125 Laterum genarum, pectorisque, et faucium

GLOSSÆ VETRES.

1089. Contumelias, *contumeliæ proprie sunt verbera et illatæ alicui injuriæ*, l.
 1103. Illis, *tortoribus et sectoribus*, l.
 1105. Quam, *msi*, Vat. A.
 1114. Fasces, *potestates*, Mar.

1115. Vivacibus, *diu durantibus*, l.
 1116. Diutina, *longava*, l.
 1117. Situ, *vetustate*, l.
 1120. Obsolescit, *deletur*. — Apex, *littera*, l.

COMMENTARIUS.

minis sacerdotes, et ejus numinis, nondum satis mihi liquet. Raynaudus loc. cit. recenset sacerdotes Cybelis, Bellonæ, Dianæ, Deæ Syriæ, Mithriacos, et diversos singulorum ritus magno doctrinæ apparatu C exponit.

1086. Minucius recte de Cybelilustrio : *Hæc jam non sunt sacra, tormenta sunt.*

1087. Parrhasius corrupte, *cohærant lege*; quamvis ipse contendat *cohærant* esse proprium Prudentii vocabulum pro *addicunt* ab aere, interjec a aspiratione hiatus causa. Longe enim melius dicitur *coercere lege*, quam *addicere lege*.

1092. Prag. male, *tyrannide cum impia*.

1096. Prag. minus bene, *debitis*.

1100. Vat. A, *desines*. Aldus non bene interpungit, *desinas, Cessabit equidem tortor, et sector dehinc. Judex minatur*. Verba *cessabit equidem tortor* non Romani, sed judicis sunt.

1101. Adverbium *equidem* Latinissime adhiberi posse etiam cum tertia aut secunda persona, multi jam docuerunt, nonnullis reclamantibus.

1103. Parrhasius, Egm., Rat., Hallsbr., Ambr., succedit. Ox., Rott., Urb., Vat. Q, Pal., succedat, D Gis. ad oram, succedat illi. Plerique edd. et mss., succedet illis. Eusebius, cap. 2 de Martyr. Palæst., ita factum narrat : *Cum imperatoris vicennalia jam adessent, et ex solemni more universis qui in custodia tenebantur indulgentia publice per præconem annuntiata esset, solus ad quatuor usque puncta distentus habens pedes, in ipso jacens nervo, fractis laqueo succibus, martyrio, sicut optaverat, exornatur*. Igitur Eusebius refert Romanum diu supersitem in carcere fuisse, et, cum vicennalia imperatoris adessent, strangulatum in carcere, scilicet ad publicos rumores vitandos.

1105. Supra dixit *faucium fistulas, cymbalum oris, plectrum linguæ*; nunc *tubam* vocat instrumentum vocis.

1107. Vat. A, Egm., mendose, *nox illis pro noxialis*.

1108. Strangulari in carcere infame mortis genus putat Teolius. Non assentiar, nisi testem veterem videro.

1111. *Intimare* pro *indica* e verbum est Cypriani, Vopisei, Spartiani, Symmachi, non Livii, ut Fabricius putavit, mendosa aliqua editione deceptus : nam lib. iv, cap. 46, non *intimasse filio*, sed *instilisse filio* legendum est.

1112. Ex veteri consuetudine id factum observat Teolius auctoritate Eusebi in Chronico, qui ait veterem hanc fuisse consuetudinem provinciarum rectoribus, *ut quidquid novi apud ipsos contigisset, imperatori nuntiarent, ne quid ipsum lateret*.

1114. Prag., *tyrannus omne*, et vers. seq., *suum lætatus* : sed hoc postremum metro non congruit. Cauchius ex conjectura, et Latinus in *fastos refert Suos tyrannus* : quod tenuit Giclinus, et cum eo Heinsius : sed uterque *suum*, non *suos* : et ita ediderant olim Murellus et Loderus. Refragantur plerique edd., et mss. Fabricius *fasces* interpretatur scythalas et latercula quæ in aulis imperatorum solebant convoluta aut deposita asservari. Nebrissa intelligit fasces librorum, aut potius annales, qui a consulibus nomen accipiebant, quorum insignia erant fasces.

1116. In nonnullis vulg., male, *illa sed ætas pro illas*.
 1117. Cauch., Thuan., Parrhasius, Sich., Vat. A, B, Mar., Rat., Weitz., et alii, *uligo*. Plerique cum Aldo, *fuligo*.

1119. Mar., *inscripto*; supra *inscripta*, probe. Isaias XLIX, 16 : *Ecce in manibus meis descripsi te*. Vide vers. 1 hymni 1 Per., *Scripta sunt cœlo duorum martyrum vocabula*, et hymn. 4, vers. 471

1120. Ald., *obsolescet*.

1121. Ex Evangelio Matth. xviii, 10, *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœli est*. Fabricius, quamvis heterodoxus, tamen fatetur non poetice id fictum, sed veram esse narrationem viri rerum divinarum scientissimi. Nam angelos Dei nobis adesse tanquam custodes, comites, defensores, spectatores, sacræ historiæ testantur et experiuntur pii homines.

1124. In Vat. A supra *pingens* erat additum *u*, ut esset *pinguens*, inepte.

Omnis notata est sanguinis dimensio,
 Ut quamque plagam sulcus exaraverit,
 Altam, patentem, proximam, longam, brevem:
 Quæ vis doloris, quive segmenti modus,
 1130 Guttam cruoris ille nullam perdidit.
 Hic in regestis est liber cœlestibus,
1160 Monumenta servans laudis indelebilis,
 Relegendus olim sempiterno judici:
 Libramine æquo qui malorum pondera,
 1135 Et præmiorum comparabit copias.

A

Vellem, sinister inter hædorum greges
 Ut sum futurus, eminus dignoscere,
1161 Atque, hoc precante, diceret rex op-
 [timus:
 Romanus orat: transfer hunc hædum mihi:
 1140 Sit dexter agnus, induatur vellere.

XI HYMNUS.

INCIPIIT AD VALERIANUM EPISCOPUM DE PASSIGNE S. HIP-
 POLYTI M.

Innumeros cineres sanctorum Romula in urba-

GLOSSÆ VETERES.

1131. Regestis, occultis. Regestum vocatur liber continens memorias aliorum librorum, et epistolas in unum collectas; et dictum regestum, quasi iterum gestum. Joannes Scotus registron dicebat, l.

1132. Monumenta, monumentum, et monimentum, B et monimen, sed uno sensu semper ponuntur, l.

COMMENTARIUS.

1131. Aldus edidit male hic *intregestis*, nec melius correxit *hic iter gestis*. Scripti hic in *regestis*. Regesta etiam dixit Vopiscus in Probo. Joannes Scotus, qui, ut ait glossa; *registron* dicebat, videtur esse Joannes Scotus Erigena, qui floruit primum in Anglia, deinde in Gallia sub Carolo Calvo, qui regnavit ab anno 840 ad annum 877. Æqualis fuit Isoni, qui obiit anno 871, ut confirmatur ex Mabillonio in observationibus præviis ad vitam S. Othmari. De hujus S. Othmari miraculis Iso libros duos scripsit, qui exstant etiam tom. I. Scriptorum rerum Alamannicarum, ubi tom. II. aliud opus ejusdem Isonis inseritur quod inscriptum est Formulæ chartarum.

1132. Plerique *monimenta*; alii *monumenta* scribunt.

1133. Weitz. cum Egm. et Hailsbr. maluit scribere *relegendus*.

1135. Egm., Hailsbr. male, comparavit.

1136. Totum hunc locum abunde explicuimus cap. 49 prolegom. Dudo Decanus S. Quintini, lib. III de Moribus Norman. Prudentium æmulatus, ut captus erat illorum temporum, ita iust: *Et me olidis vincum cum spereris eminus hædis, Hic mihi nam spondent heu monimenta mei. Candidulos memet quamprimum transfer in agnos, Coagnus dexter eam velleris almiflui*. In simili loco Heici Alti-stodorensis loc. cit. proleg., *vinctum* diversa est scriptura *pro junctum*.

1137. Latinius ex conjectura, opinor, si sum futurus. Non male Cellarius, *Ut sum futurus*, id est *ut omnino merui peccatis meis, qui inter hædos statuar*. Fabricius in Co. om. Poet. Christ., pag. 118, *Quid est, ait, Prudenti Clemens, quod inter hædos te futurum dicis? an oblitus tui es, qui ante scripsisti: Crux nostra Christi est, nos patibulum ascendimus, Nobis peremptus Christus?* Tum in Romani invocationem invehitur. Ita homines isti, hæretico ac pravo judicio superbi, non solum veterum Patrum sententias licenter spernunt, verum etiam eosdem tanquam ineptos scriptores, et in eodem opere sibi ipsis aperte contrarios objurgant. Hunc Fabricii locum, uti alia plura quæ nos identidem notavimus, deleri jussit index expurgatorius Belgii, ubi post censuram in Christianos poetas G. Fabricii Chemnicensis excusos Basileæ, per Joannem Oporinum, anno 1564, illico additur: *Atqui editiones illæ, sive Germanicæ, ut Basileæ, aut Francofurti, aut alibi excusæ, sive Parisiensis apud eundem Jacobum du Puits anno circiter 1560, quæ additas habent præterea præfationes, seu additiones Lutheri, aut Melanchthonis, multo magis suspectæ sunt; habent et appendices suspectissimas. Quod restat, et hæc, et reliquæ editiones tam Latinæ quam Germanicæ, Gallicæ, et Theutonicæ, interdicanur in universum omnes. Quæ verba, non satis intelligo an plures alias editiones Poetarum Christianorum, an aliud in-* nunt. De hoc indice plures tragædias hæretici

1133. Olim, in futuro tempore, l.

1134. Libramine, pondere; l.

1138. Rex, Christus, l.

1140. Vellere, innocentia, l.

l. Romula, debuisset dicere in Romulea; sed propter metrum Romula dicitur, l.

excitarunt, et quasi ab auctoribus in ipso initio compressus fuisset, eundem ipsi anno 1599 recuderunt. Schelhornius, tom. II Amœnit. lit., pag. 374; eum inter libros rariores recenset. Exemplar primæ editionis Antuerpiæ 1574 exstat in bibliotheca Collegii Romani, hęc titulo: *Index expurgatorius librorum qui hoc sæculo prodierunt, vel doctrinæ non sanæ erroribus inspersis, vel inutilis, et offensivæ maledicentiæ, scilicet permixtis juxta sacri concilii Tridentini decretum, Philippi II regis catholici jussu et auctoritate, atque Albani ducis consilio ac ministerio in Belgia (sic) concinnatus anno 1571 Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini prototypographi regii. 1571. Præfatur Arias Montanus.*

1138. In Vat. B desideratur hoc. Vat. B a prima manu, *precanti*, non bene.

1139. Teolius et Chamillardus secuti sunt Heinsium, qui cum solo Rott. ediderat *huc hædum*. Sed cum Heinsius in Addendis aliter sentire videatur, et codd. plerique habeant *hunc hædum*, retinendum id est. Confer proleg. num. 186. Post hoc carmen in Vat. A sequitur hymnus Natalis Domini. In Vat. B, Mar., *Finit Romanus Aurelii Prudentii Clementis. Incipit hymnus viii. cal. Januarii. In Aldo Finit Romanus. Aurelii Prudentii Clementis Peristephanon. Et illico ponitur hymnus SS. Nemeterii et Celedonii. In codice Bongarsiano, de quo egi in comment. ad hymn. Cassiani in titulo, post Passionem Romani hæc leguntur: Finit Kathemerinon Prudentii Aurelii Clementis. Hoc est liber Ymnorum in honorem martyrum. Hinc colligit Sinnerus, videri hymnos martyrum olim non sub Peristephanon nomine venisse. Rectius incitiam exscriptoris collegisset. Idem Sinnerus notat in eo codice ad Romani martyrium picturas fuisse additas. Codex iste fuit olim ecclesiæ Argentinensis, tum Friderici Casimiri comitis palatini ad Rhenum Bipontini, dein ex hujus dono Jacobi Bongarsii, demum bibliothecæ Bernensis.*

l. Ita hic hymnus inscribitur in Vat. B., Mar., Rat. In Heinsio, *De passione sancti Hippolyti beatis simi martyris. Ad Valerianum episcopum. In Aldo, Passio Hippolyti martyris ad Valerianum episcopum. In Alex., Ad Valerianum episcopum. De passione Hippolyti beatissimi martyris. In Vat. A, Passio Hippolyti beatissimi martyris; ubi omittitur Ad Valerianum episcopum, quod præposere titulo hymni S. Cassiani appositum est. Weitzius cum Alde facit, nisi quod scribit Yppo'iti, ut in quibusdam veti. codd. legitur. Jo. Albertus Fabricius duobus tomis in-fol. edidit Opera S. Hippolyti episcopi et martyris cum virorum doctorum notis et dissertationibus. Hamburgi 1716, ubi hymnus hic Prudentii, et plura testimonia de Hippolytis exstant. Eadem opera majori apparatu doctrinæ cl. Simon de Magistris edere jam pridem*

1162 Vidimus, o Christi Valeriane sacer. A

1163 Incisos tumulis titulos, et singula quæ-
ris

GLOSSÆ VETERES.

2. Sacer, sacerdos, I.

3. Incisos, sculptos vidimus. — Singula, scilicet si, I.

4. Replicare, explanare, numerare originem, I.

5. Hausit, consumpsit, quasi devoravit, I.

Nomina? difficile est ut replicare queam.

5 Tantos justorum populos furor impius hausit,
Cum coleret patrios Troja Roma deos.

6. Cum, quando, — Coleret, colebat, I. Troja, a Trojanis exstructa, Vat. A. Quia a Trojanis ducunt originem, I.

COMMENTARIUS.

meditatur, qui controversiæ de Hippolytis novam lucem addet: et jam in præfat. ad Danielelem secundum LXX, etc., num. 7, de eodem S. Hippolyto quædam nova atque ab aliis non observata protulit. Hospinianus de Festis, in festo S. Hippolyti, Reinoldum pariter heterodoxum lib. 1, cap. 1. de Ecclesiæ Romanæ idolo atria secutus, censet talem Hippolytum sanctum neminem existisse. Prudentius enim, ait, antiquus, atque haud scio an primus auctor hujus martyris videtur poetico more lusisse.... Videtur, inquam, figmentum Ovidii lib. xv Metamorphoseos ex nominis etymologia ad Hippolytum martyrem accommodasse. Quæ ego verba ita retuli, ut hymnus cum eis collatus impudentissimi hominis temeritatem coarguat. Quippe Prudentius non solum cultum S. Hippolyti celeberrimam fuisse testatur, sed etiam ad ejus sepulcrum sæpius orasse, et picturam in qua martyrium erat descriptum, vidisse asseverat, et ejus martyrium se cognovisse affirmat, dum rerum apices veterum per monumenta sequitur. Quisnam ergo locus fictioni poeticæ esse potest? Alia nobis est controversia cum catholicis, qui dicunt Prudentium tres martyres Hippolyto in unum confudisse, scilicet Hippolytum militem, qui ab equis descriptus est; Hippolytum presbyterum Antiochiæ, qui schisma Novati amplexus est, et Hippolytum episcopum: contra quos auctores ubi ius disputare esset animus, sed non est otium. Breviter dicam Prudentii narrationem præferendam esse narrationibus illorum, quos longe post Prudentium scripsisse constat, neque tantam diligentiam in actis hujus martyris investigandis adhibuisse, quantum a Prudentio adhibitum vel ex hoc hymno liquet. Constantinus Ruggerius, infausta morte præreptus, dissertationem imperfectam reliquit de Portuensi S. Hippolyti episcopi et martyris sede, quam absolutam et multis annotationibus auctam Achilles Ruchius Romæ 1771 publicavit. Ruggerius Prudentium de Hippolyto episcopo Portuensi, atque insigni scriptore, locutum contendit, sed ita ut gesta martyrii Hippolyti militis, et hæresin Novatianam Hippolyti presbyteri simul confundat. Quoniam vero auctores qui Prudentii fidem tuentur, varias addunt conjecturas de Hippolyto unico, quem Prudentius celebrat, Ruggerius multis rationibus hujusmodi conjecturas oppugnat: sed rem æcu non tangit. Nam Prudentius sua auctoritate sustinetur, donec contraria monumento æqualis ponderis non proferantur. Illud autem ex Prudentio liquet, Hippolytum presbyterum, olim sectæ Novatianæ fautorem, martyrium subiisse, ab equis descriptum, ejusque reliquias ad cœmeterium Romanum fuisse translatas. An autem idem fuerit episcopus, non ita clare patet, minus vero, an fuerit auctor operum quæ sub Hippolyti nomine exstant. Martyrologia, in quibus plurimi errores et correcti jam sunt, et, nisi fallor, adhuc corrigentur, ad fidem Prudentii, qui certe multo ante scripsit quam hæc martyrologia, ut ad nos quidem pervenerunt, concinnata sunt, revocari debent, et cum Prudentio, si fieri possit, conciliari, ubi autem id non possit, rejici. In re præsentis de martyrio S. Hippolyti auctoritatem Prudentii tuentur Ruinarius, Tillemontius, Ceillierius, Basnagius, Fronto Ducæus, Plinius, Petrus Lazzeri in Thesibus de historia ecclesiastica Romæ 1747, et recens interpret Prudentii cl. Teolius, qui tamen Ruggerium pro ea-

dem sententia immerito allegat.

2. Gis. et nonnulli vulg., Christo. Sic Alex. a secunda manu. Plerique scripti cum Aldo, Torn., Christi, elegantius ut aliis similibus exemplis probat Heinsius, Ciceronis Verrina 3, *Illa insula horum deorum sacra putatur*; Plinii lib. viii, cap. 21, *Feram nomine axim sacram Liberi patris*; Nasonis, *Isse sacros Martis sub juga panda boves*. Harduinus in notis ad loc. cit. Plinii non probat dici sacer cum genitivo. Sed multæ elegantiae sermonis Latini perirent, si Harduini judicium in pretio haberetur. Itaque sacer hoc loco non tam est sacerdos, ut ait Iso, et putavit etiam Parrhasius, qui id Prudentii proprium esse dixit, quam Christo consecratus. Adisis proleg. num. 31 et 32, de hoc Valeriano, in cujus diocesi satis probabiliter conjicitur natum Prudentium. Fontaninus, Hist. Aquileiens, pag. 123, recte Magdeburgenses coarguit quod cent. 4, cap. 10, p. 974, Valerianum Aquileiensem cum ejusdem nominis antistite, quem laudat Prudentius, male conflaverint. Nostrum hunc Valerianum Fontaninus Calagurritanum dicit. Parrhasius scribit *Valleriane*. Castus Innocens Aussaldus edidit opusculum in-8°, de Causis inopiæ veterum monumentorum pro copia martyrum dignoscenda adversus Dodwellum dissertatio. Mediolani 1747. Solus Prudentius, quem impudentissime pro se allegat Dodwellus, ad ejus refellendam temerariam opinionem sufficeret. Testis enim est oculatus, qui ea scriptis tradebat, quæ palam nota erant; et, ut ex libris adversus Symmachum patet, crudelitatem gentilibus objiciebat, qui innumeros martyres occidissent: quod minime auderet, nisi tantum crimen in comperto esset. Primis octo distichis hujus hymni hanc martyrum multitudinem Prudentius prædicat. A versu 43 ad versum 77 idem argumentum fuse persequitur. In hymno S. Laurentii legimus vers. 541, *Vix fama nota est, abditis Quam plena sanctis Roma sit: Quam dives urbanum solum Sacris sepulcris floreat*. Lib. ii contra Symmach. vers. 671: *Post hunc et Decius jugulis lacchatus apertis Insanam pavit rabiem. Mox hæc sitis arsit Multorum similis per vulnera tristia flagrans Extrahere in ignes animas, ac ludere pœnis, Undantesque in gremium diffundere mortes*. Et lib. i. vers. 515, pariter de Roma: *Mox ubi contiguos fossis muralibus agros Sanguine justorum innocuo maduisse recordans, Invidiosa videt tumulorum millia circum. Tristis judicii mage pœnitet*. Prudentio conciniit Paulinus Nat. 15: *Hic Perus, hic Paulus proceres, hic martyres omnes, Quos simul innumeros magnæ tenet ambitus Urbis*.

3. Hinc patet titulum quod sæpe dixi, sumi pro elogio sepulchrali. Coligo præterea Prudentium vidisse etiam titulum Hippolyti, adeoque non ex sola pictura acta ejus enarrasse. Gisellius in emendatis pro tu correxit et singula, quod Heinsius non animadvertit. De inscriptionibus tumulorum consulendus Kirckmannus lib. iii, cap. 19 et 20 de Funer. Roman.

5. Populus quamvis multitudinem significat. Observavit id Birthius, qui lib. iv Advers., cap. 15, et lib. xli, cap. 3, fere totum hunc hymnum notis illustrat. Item Prudentius Cath. hyan. v, vers. 435, *Umbrarum populus*. Psychom. vers. 798, *Virtutum populus*. Apuleius lib. v Metam., *Sive illa de nympharum populo*.

6. Parrhasius, maxima Roma.

Plurima litterulis signata sepulcra loquuntur A
1164 Martyris aut nomen, aut epigramma
 [aliquod.
 Sunt et muta tamen tacitas claudentia tumbas
 10 Marmora, quæ solum significant numerum.
 Quanta virum jaceant congestis corpora acervis,
 Nosse licet, quorum nomina nulli legas?
 Sexaginta illic, defossas mole sub una,
 Reliquias memini me didicisse hominum :
 15 Quorum solus habet comperta vocabula Chri-
 [stus,

Utpote quos propriæ junxit amicitiae.
 Hæc dum lustro oculis, et sicubi forte latentes
 Rerum apices veterum per monumenta sequor,
1165 Invenio Hippolytum, qui quondam schi-
 [sma Novati
 20 Presbyteri attigerat, nostra sequenda negans,
 Usque ad martyrii provectum insigne, tulisse
 Lucida sanguinei præmia supplicii.
 Nec mirere senem, perversi dogmatis olim,
 Munere ditatum catholicæ fidei.
 25 Cum jam vesano victor raperetur ab hoste,

GLOSSÆ VETERES.

7. Signata, *clausa*, I.
 8. Epigramma, *superscriptio*, I.
 9. Tumbas, *sepulcra*, I.
 10. Significant, *indicant*, I.
 11. Virum, *virorum*, I.
 15. Comperta, *recitata*, I.
 17. Sicubi, *ubique*, I.
 18. Rerum, *martyrii*, I.
 19. Schisma, *dogma, discussio, hæresim.* — Novati.
Novatus iste schismaticus, nam distat inter schismaticum et hæreticum. Schisma, id est scissio; inde schismaticus, qui a corpore Ecclesiæ aliqua novitate, sicut iste, qui dicebat hominem semel prolapsus criminali

peccato, nunquam posse resurgere. Hæreticus namque qui sectam suam colit; hæresis enim secta, videlicet non credens unum Deum esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, sicut Arius, I. Novatus iste monachus fuit et episcopus, qui dicebat hominem baptizatum, si semel peccasset, non posse postea veniam mereri. Vat. A.
 20. Nostra, *dogmata*, Mar. *Ecclesiastica, catholicam Ecclesiam*, I.
 21. Provectum, *scilicet inveni.* — Insigne, *ornamentum.* — Tulisse, *accepisse*, I.
 25. Mirere, *mireris.* — Senem, *Hippolytum*, I.
 24. Ditatum, *scilicet esse*, I.
 25. Victor, *ipse*, I.

COMMENTARIUS.

7. Weitz. cum Widm. scribit *locuntur*.
 8. Parrhasius, *aliquid: lege aliquod*.
 9. Gis. in contextu, *Sunt et multa tamen tacitas claudentia tumbas*. Ad oram, *muta*, et *tumbas*. Scripti castigatioribus, *muta*; plerique *tumbas*. Parrhasius, Vat. A, a secunda manu, B, Egm., Pal., Widm., supra, *multa*. Valsecchius, qui lib. II, cap. 2, de Fundam. Relig. pro copia martyrum auctoritate Prudentii pugnat, existimat, veriore esse lectionem *tumbas*. Parrhasius, qui legit *tumbas*, id verbum numerat inter alienigena quibus usus est Prudentius. Græcum est *τύμβος*, bustum, tumulus; unde factum opinor *catacumbas* euphoniæ gratia pro *catatumbas*, ut revera apud nonnullos veteres legitur. Alii *catacumbas* a *cumbis*, vel *cymbis*, navibus, et alia significatione calvariis deducunt. Vocabulo *tumba* pro sepulcro utuntur Hieronymus, Alcuinus, Rathbertus, alique plures Christiani scriptores. In inscriptionibus Christianis eadem significatione legitur *tumbas*. Vide Ducangium.
 11. Mar, male, *acerbis* pro *acervis*. Torn., minus bene, *conjectis* pro *congestis*.
 15. Alicubi, *defossa*, perperam. *Moles* de sepulcro apte dicitur: sic *moles Hadriani*.
 15. In officio ecclesiastico canitur, *Quorum nomina nota sunt in caelis*. Vide vers. 1 hymni 1 Per., et vers. 1149 hymn. 10.
 16. Gis. ad marg., *quos proprie junxit amicitia*. D. Iustos amicos vocari, et esse Dei, notum est ex sacris litteris.
 17. Notanda diligentia Prudentii, qui inscriptiones investigabat, ut de actis martyrum certus fieret. Et quod addit *Invenio, Hippolytum*, etc., aperte innuit se e certis monumentis inscriptis historiam comperisse; neque enim ex sola pictura cujus postea meminit, tam accuratam narrationem haurire potuit; neque credibile est historiam veram S. Hippolyti in tam magnifico ejus templo aut ignoratam, aut falso fuisse descriptam. Qui affirmant Prudentium, vulgari narratione deceptum, e tribus Hippolytis unum fecisse, advertere debent neque esse verisimile, ut Romæ historia S. Hippolyti eo tempore in ejusdem ecclesia ignoraretur, neque Prudentium eam esse qui aures vulgo facile præberet, cum in promptu illi esset doctiores interrogare, et vetera monumenta inspi-

cere. Quod si ejus rei veritas tunc Prudentio non paruit, cur credemus eam martyrologiorum auctoribus multa post sæcula patuisse?
 19. Mar., Rat., *inveni*; plerique, *invenio*. Videtur innuere Prudentius se in titulo sive epitaphio Hippolyti legisse id quod de hæresi Novati refert. Certe ex sola pictura, ut dixi, narrationem adornare non potuit. Novatus presbyter fuit Carthaginensis, qui potestatem in Ecclesia esse negabat veniam concedendi gravioribus criminibus, quamvis lapsi penitentiam egissent. Novatus Romam veniens Novatiano antipapæ, qui schisma adversus Cornelium pontificem Romanum conflagavit, sese adjunxit, et in suam hæresim Hippolytum aut solum presbyterum, aut e iam episcopum pertraxit, ut ex Prudentio constat. In martyrologio Romano post Baronii recensionem ad III cal. Febr. refertur Hippolytum presbyterum Antiochenum Novati doctrinæ prius faventem, postea ad fidem catholicam regressum pro Christo jugulum præbuisse. Sed diversus videtur fuisse hic Hippolytus, qui vere etiam Novato laverit, aut cui affictum fuerit quod de Hippolyto suo narrat Prudentius. Sollierius, Act. sanct. tom. VI Junii, in not. ad martyrologium Usuardi die 30 Jan., censet rem solum implicuisse Adonem, qui elogium illud Antiocheni Hippolyti adjunxit, quod inde cæteri transcripserunt. *Martyrologos nostros*, addit, *maximi sane facimus, non tanti tamen ut ubique Prudentio tot sæculis anteriori præferendos putemus*. In glossa supplendum est *qui discessit a corpore*.
 20. Egm., Hailsbr. supra, *sequere*, perperam, pro *sequenda*. Ald. et alii editi, *presbyter*. Widman. corrupte, *presbyter*. Mihi verius videtur *presbyteri* cum Vat. B, Prag. et Mar., ubi aliena manu ex *presbyter* factum *presbyteri*. Et fortasse Prudentius Novatianum antipapam vocat Novatum: fuit autem Novatianus presbyter Romanus, a tribus episcopis postea schismaticè episcopus consecratus: Novatus autem hæreticus presbyter Carthaginensis, qui a Baronio et Chamillardo male creditur episcopus Afer fuisse.
 25. Ald., *ne mirere*. Quod hic ait Prudentius de Hippolyti senectute, et replicat vers. 78, 109, 137, arguit diversum hunc esse Hippolytum ab Hippolyto milite, ut clarius postea patebit.

1166 Exsultante anima carnis ad exitium, A
 Plebis amore suæ multis comitantibus ibat:
 Consultus, quænam secta foret melior,
 Respondit: Fugite, o miseri, execranda Novati
 30 Schismata: catholicis reddite vos populis.
 Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est:
 Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.
 Quæ docui, docuisse piget: venerabile martyr
 Cerno, quod a cultu rebar abesse Dei.
 35 His ubi detorsit lævo de tramite plebem,
 Monstravitque sequi, qua via dextra vocat,

Seque ducem recti, spretis anfractibus, idem
1167 Præbuit, erroris qui prius auctor
 [erat:
 Sistitur insano rectori, Christicolas tunc
 40 Ostia vexanti per Tiberina viros.
 Illo namque die Roma secesserat, ipsos
 Peste suburbanos ut quateret populos.
 Non contentus humum celsæ intra mœnia Romæ
 Tingere justorum cædibus assiduis.
 45 Janiculum cum jam madidum, fora, Rostræ,
 Suburram

GLOSSÆ VETERES.

26. Exitium, *periculum*, I.
 28. Consultus, *interrogatus*. — Secta, *fides*, I.
 29. Execranda, *odiosa, respuenda*, I.
 31. Vigeat, *crescat in vobis*. — Prisco, *Christi*. — B
 Templo, *familia*, I.
 32. Cathedra, *doctrina*, I.
 33. Docui, *artea*. — Piget, *puget*. — Venerabile,
dignum esse. — Martyr, *scilicet ego, reciprocum*, I.
 34. Cerno, *scilicet modo*. — Cultu, *religione*. — Re-
 bar, *æstinabam, sperabam, vel dicebam*, I.
 35. His, *scilicet verbis*. — Detorsit lævo, *avertit si-*
nistro, I.
 36. Dextra, *recta*, I.
 37. Spreis, *contemptis*. — Anfractibus, *dubietates*
errorum, I.
 39. Sistitur, *præsentatur ipse Hippolytus*. — Insa-
 no, *contra insanum rectorem*, I.

40. Tiberina, *ubi mare intrat Tiberis*, I.
 42. Peste, *persecutione*. — Quateret, *punitet*, I.
 44. Tingere, *fluxu*, I.
 45. Janiculum, *illum montem. Domum, id est mon-*
tem. — Fora, *loca: fora, fori, forum, et fores ita di-*
s'inguuntur: fora, exercendarum litium locus, a fundo
dicta; forum, mercatorum, quod foris habeatur: fori,
latera navium concava, a ferendis oneribus dicta; vel
fori, loca ubi uva calcatur; fores, januæ quæ foras re-
volvuntur, sicut valvæ quæ intus. — Rostræ, *loca ubi*
rostra de ære Antoniarum navium Romæ posita sunt:
dicta quod bello Punico captis navibus Cæthaginensium
rostra ablata sunt, et in foro Romano præfixa, ut es-
sent hujus insigne. — Suburram, *loci nomen in Roma*
ubi nova coria parantur; vel Subura regio Romæ ubi
publicus conventus fieri solebat, I. *Suburra, proprium*
nomen loci Romæ ubi nunc coria parantur, Vat. S.

COMMENTARIUS.

27. Rat. a prima manu, *conitibus*. Teolius cum
 Ruinartio ex his verbis negat colligi posse Hippoly-
 tum fuisse episcopum, sed tantum presbyterum cujus
 curæ aliqua plebis pars fuerit commissa, quales sunt
 no tri parochi, sive curiones, quos olim quoque ob-
 tinuisse post Sozomenum tradunt Petavius et Mabil-
 lonius. Mihi verius videtur hic describi episcopum
 sive Portuensem, sive Ostiensem: utrumlibet enim
 ex Prudentio argui potest. Infra, vers. 80, *Ipsum*
Christicolis esse caput populi. Ruggerius Rumartii
 sententiam convellere conatur, sed non tam valdis
 rationibus quam ipse putat. In martyrologio Romano
 hæc notantur: *In Portu Romano S. Hippolyti epi-*
scopi, eruditione clarissimi, qui sub Alexandro impe-
ratore ob præclaram fidei confessionem, manibus pedi-
busque ligatis, in altam foveam aquis plenam præcipi-
tatus martyrii palmam accepit. Diversum martyrii
 genus narrat Prudentius; sed vel fides Prudentio
 potius est adhibenda, vel tenendum duos fuisse Hip-
 polytos martyres episcopos, alterum operum que
 Hippolyti nomine circumferuntur, auctorem; alte-
 rum de quo Prudentius in hoc hymno: quod factum
 facilius est quam quod Prudentius, in ecclesia ipsa S.
 Hippolyti gesta hujus investigans, allucinatus fuerit.

28. Multi aiunt Hippolytum tunc primum hæresin,
 vel schisma Novati ejurasse. Sed id ex Prudentio non
 colligitur. Potuit enim Hippolytus jam antea ab schi-
 smate recessisse, et martyrio proximus suam sen-
 tentiam de recta fide consulentibus exponere.

30. De his versibus vide proleg. cap. 21.

33. Ruinartius legit *piget et venerabile cerno*, repu-
 gnante metro. Exponit autem, *Testis sum hæc esse*
et neranda: vel, Nunc ego martyr, etc.

35. Ald. mendose, *his ubi detorsit*.

37. In Vat. A e *rectis factum recti* probe. Scilicet
ducem recti.

39. Cellarius a t Alexandrum imperatorem princi-
 pem mutem fuisse et causæ Christianæ faventem,
 adeoque solum per tumultum plebis Hippolytum pati
 potuisse. Addit Prudentium, qui diversos Hippolytos
 commiscet, etiam alium hoc loco principem sinxis e.
 Chamiardus putat Prudentium loqui de Ulpiano,

qui Christianis infensissimus erat, cui præfecturam
 prætorii Alexander contulera, et quem scriniorum
 magistrum creaverat. Hi auctores pro vero ponunt
 id quod falsum est, aut quod in questione esset po-
 nendum. Iterum dico, vel duos esse Hippolytos, vel
 narrationem martyrologii Romani narratione Pru-
 dentii debilitatam vacillare, non contra Hippolytum
 quem Prudentius celebrat, martyrio coronatum in
 acerbissima persecutione Decii, aut Galli, aut postea
 Valeriani, probabilissimum mihi est. Et cum Pru-
 dentius de Hippolyto schismatis Novatiani fautore
 sermonem habeat, intolerandus anacretorismus es-
 set ejus martyrium imperio Alexandri Severi ad iudi-
 care. Difficultas ergo a Cellario excitata contra
 martyrologium Romanum, ubi Alexandri Severi fit
 mentio, valere fortasse poterit, Prudentium certe
 minime tangit. Ceterum sub Alexandro plures mar-
 tyres vel Ulpiani J. C., vel aliorum adversus Chri-
 stianos odio passos fuisse, ex martyrologiis et historia
 ecclesiastica perspicuum est.

40. Duo sunt ostia per quæ Tiberis in mare influit.
 Duæ urbes hinc inde conditæ olim exstabant, *Ostia*
Tiberina altera dicta, in orientali parte, altera *Por-*
tus Romanus, sive *Portus Augusti*, in occidentali. Ur-
 bes fuerunt; et adhuc celebrantur illustria nomina,
 titulis duorum cardinalium insignita, quorum Ostien-
 sis decanus est sacri collegii. Ex hoc versu colligi
 potest Hippolytum Prudentii fuisse episcopum Ostien-
 sem: nam *Ostia Tiberina* nomen proprium erat civi-
 tatis quæ simpliciter *Ostia* nominata est. Fabricius
 et Weizius hanc tenent sententiam; quæ confirma-
 tur ex vers. 151, *Ostia relinquunt*, quod vix de Portu
 Romano dici possit. Nomen Ostiæ feminino genere
 antiquissimum est. De martyribus Ostiensibus præ-
 sertim sub Alexandro Severo, instigante Ulpiano, agit
 Piazza Hier. Card. pag. 16.

41. Cauchius conjiciebat ipso pro ipsos, scilicet
secesserat illo ipso die.

43. Ald., Rat. a prima manu, Hailsbr., Heins cum
 suis castigatioribus, *celsa*. Parrhasius, Vat. A, B,
 Mar., Prag., Weitz., Gis., et alii, *celsæ*.

45. In Glossa ad vocem *rostra* pro *Antoniarum* lege

1168 Cerneret eluvie sanguinis affluere : A
Protulerat rabiem Týrrheni ad littoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices, et constipata sedebat
50 Officia, exstructo celsior in solio.
Discipulos fidei, detestandi que rebelles
Idolii, ardebat dedere perfidiæ.

Carcereo crinita situ stare agmina contra
Jusserat, horrendis excrucienda modis.
55 Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
1169 Stridere, virgarum concrepitare
[fragor.
Ungula fixa cavis costarum cratibus altos
1170 Pandere secessus, et lacerare jecur.

GLOSSÆ VETERES.

46. Eluvie, sorde, vel putredine. — Affluere, abundare, I.

47. Týrrheni, Tuscani, Tiberini. — Oram, finem, I.

52. Idolii, idolum est templum idolis consecratum, idolothytum vero sacrificium idolis immolatum, Vat. A. Servitus idolorum : officium idolorum. — Ardebat, furebat. — Perfidiæ, idolicæ, I.

53. Situ, squalore, I.

54. Excrucianda, vexanda, I.

55. Inde, postea. — Lorea, ex loris facta. — Flagra, flagella, I.

56. Stridere. pro stridebant. — Concrepitare pro concrepitabat, I.

57. Ungula, genus ormentorum. — Costarum cratibus, costis, vel juncturis, I.

58. Pandere, pro pandebat : scilicet cepit. — Lacerare, pro lacerabat, I.

B

COMMENTARIUS.

Antiatium. Parrhasius scribit Suburam cum Rat., Mar. et aliis.

46. Ald., Vatt. A, P, Alex., G.s., Heins. cum suis castigationibus, *affluere*. Vatt. B, Q, Urb., Parrhasius, Mar., Rat., Prag., Weitz us cum suis scriptis, *effluere*.

47. Widm., *horam* : lege *oram*.

48. Portum Romanum hic indicari probabile est. Sed cum supra *Ostia Tiberina* nominata fuerint, semper dubitandi locus relinquitur an in Portu Romano, qui minus proprie *Ostia Tiberina* dictus antea fuerit, an in Ostiis Tiberinis, quæ nunc *Æquoreus Portus* appellantur, Hippolytus martyrio fuerit coronatus. Verius tamen vide ut *Ostia Tiberina* etiam hoc loco intelligi : nam infra vers. 151 simpliciter dicitur de loco martyrii : *Ostia iniquunt*.

50. Parrhasius, *structo*; Egm., *molose*, *extratto*. Ut *ministeria* pro m n suis, ita *officia* pro illis qui officio funguntur, et apud Suetonium, Plinium Junorem, jureconsultos veteres pro prætore, pro apparitore, pro comitatu prætoris.

51. *Rebelles* cum patrio casu notabat Barthius, ut *perfidiæ* pro vitio fidei opposito vers. seq. In hymno S. Quirini vers. 4, *Insignis* cum patrio casu occurrit, et quamvis variant codices, elegantius multis videtur dicere Quirinum *insignem meriti*, quam *meritis*. *Perfidus* pro infidelibus alibi quoque usurpavit Prudentius.

52. Parrhasius, minus bene, *idoli*.

53. Ald., *crinata* : lege *crinita*. Dictum ad vers. 80 hymni 4 Peristeph., reos comam apud Romanos nutrire consuevisse : hinc *crinita agmina*.

54. Rott., *horrificis*. Parrhasius, *excruciata*, non ita recte.

55. De diversis instrumentis et modis quibus SS. martyres cedebant, vide tabulas cruciatuum x et xi.

57. Instrumenta quibus corpora martyrum discerpebantur, tria numerat Ruinartius, ungulas, uncus, pectines : quæ in Gallonii figuris melius exponi affirmat. Confer tabulam xxvi a nobis additam, et ex veris instrumentis expressam : ubi num. 1 exhibetur chirotheca ferrea digitis incurvis, et extrema parte acutis, quæ ungarum species est, in cœmeterio Callepodii reperta. Vide Aringhium tom. II Rom. subterr., pag. 687, et Mamachium *De Costumi de primi. Crist.*, tom. II., pag. 506. Num. 2 repræsentatur uncus ferreus qui in cœmeterio S. Agnetis repertus est capiti ejusdem martyris infixus : de quo Mamachus loc. cit. Num. 3 describitur pecten ferreus qui exstat inter sacras reliquias monasterii sanctimonialium ordinis Dominicani S. M. Magdalensæ in monte Quirinali, de quo agunt Boldettus pag. 519 et Mamachus loc. cit., et

pag. 509, et tom. III Antiq., pag. 205. Num. 4 et 8 ex museo sacro Vaticano duo instrumenta deprompsi quibus corpora martyrum lacerabantur, et videntur inter ungulas vel unguis esse referenda : nam sunt similia unguibus avium rapacium. Num. 5 exhibentur ungule bisulcæ quæ asservantur in basilica S. Petri, de quibus agit Gallonius, et nos jam antea locuti sumus. Num. 6 expressæ sunt plumbatæ ex museo sacro Vaticano, de quibus vide comment. ad vers. 417 in Romano. Num. 7 et 9 repræsentantur duo lebetes quales insculpti sunt in sepulcris Victorinæ, et Exuperantii, et a Mamachio inter alia martyrii instrumenta descripti tom. II *de Costumi* pag. 506. Vide etiam tom. III Ant. Christ. pag. 206. Hæc omnia martyrii instrumenta addere visum est tabulis Gallouianis, quas cum P. Pergrinus Chiesa editioni quam meditabatur, operum Prudentii paratæ expeditasque haberet, liberaliter concessit, ut in usum cui destinatæ erant cederent. Diversæ sunt, neque ita accurate descriptæ imagines martyriorum quas Gallonius in opere Italico de Cruciatibus SS. martyrum excuderat. Differunt etiam a nostris picturæ quæ, jubente Gregorio XIII, hortante ac consilio præbente Michæle Lauretano S. J., Pomarantius et Matthæus Senensis in ecclesia S. Stephani Cœlii montis, sive, ut vocant, Rotundi expresserunt, ærique Tempesta incidit. Libellum vidi inscriptum : *Triumphus martyrum in templo D. Stephani Cœlii montis expressus. Julio Roxcio Hortino auctore. Opera et industria Joannis Baptistæ de Cavalleriis. Romæ, ut puto, editus est hic libellus : cujus nonnullæ tabulæ ad martyres libri Peristephanon spectant; scilicet tabula iii, SS. apostoli Petrus et Paulus; tabula xviii, S. Laurentius cum Hippolyto equis raptato; tabula xxii, S. Agnes; tabula xxiv, S. Vincentius in craticula. Consule etiam Marc. Ant. Boldettum lib. 1, cap. 60, qui de his picturis agit, et quædam instrumenta martyrii a se visa repræsentat, ut cultros ferreos, lanceam, forcipem ferreum, præter pectinem ferreum cœmeterii Callepodii, quem exhibemus, et lebetes insculptos in sepulcris S. Victorinæ et S. Exuperantii : rationesque afferuntur existimandum sit his lebetibus significari instrumenta martyrii. De hujusmodi instrumentis insignis exstat locus S. Leonis in natali S. Laurentii : *Sævisti, persecutor, in martyrem; sævist, et auxisti palmam, dum aggeras pœnam. Nam quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transierunt triumpho etiam instrumenta martyrii? Ubi censeo sermonem potissimum esse de craticula S. Laurentii, quæ religiose Romæ asservatur, semperque magno in honore habitata est, ut dixi ad hunc S. Laurentii contra Sagittarium.**

D

Ac jam las-atis iudex tortoribus ibat
 60 In furias, cassa cognitione fremens.
 Nullus enim Christi ex famulis per tanta re-
 [pertus
 Supplicia, auderet qui vitare animam.
 Inde furens quæsitō ait : Jam, tortor, ab unco
 Desine : si vanæ est quæstio, morte agito.
 65 Huic abscede caput, crux istum tollat in auras,
 Viventesque oculos offerat alitibus.
1171 Hos rape præcipites, et vinetos conjice
 [in ignem :
 Sit pyra, quæ multos devoret una reos.
 En tibi, quos properes rimosæ imponere
 [cymbæ,

A 70 Pellerè et in medii stagna profunda freti.
 Quos ubi susceptos rabidum male suta per
 [æquor
 Vexerit, et tumidis cæsa labarit aquis,
 Dissociatâ putrem laxent tabulata carinam,
 Conceptumque bibant undique naufragium.
 75 Squamea cœnoso præstabit ventre sepulcrum
 Bellua, consumptis cruda cadaveribus.
 Hæc persultanti celsum subito ante tribunal
1172 Offeritur senior nexibus implici-
 [tus.
 Stipati circum juvenes clamore ferebant,
 80 Ipsum Christianolis esse caput po. ulis :
 Si foret extinctum propere caput, omnia vulgi

GLOSSÆ VETERES.

60. Cassa, in vanum. — Cognitione, pœna, l.
 63. Quæsitō, iudex. — Unco, ungula, l.
 64. Quæstio, tormentum; hinc quæstionarii dicun-
 tur tortores, Vat. A. pœna, iudicium, castigatio. —
 Agito, facito, imperativus, l.
 65. Tollat, elevet, l.
 66. Viventesque, opertos (forte apertos), l.
 67. Conjice, projice, l.

B 68. Pyra, rogos, l.
 69. En tibi, scilicet sint, l.
 71. Male suta, carina: male vineta, l.
 72. Vexerit, navigator. — Cæsa, percussa. — La-
 barit, natat, l.
 75. Persultanti, cum quadam arrogantia dicenti, l.
 78. Senior, Hippolytus. — Nexibus implicitus, li-
 gaminibus ligatus, l.

COMMENTARIUS.

60. Sich., et in nonnullis vulg. ad oram, conditione:
 melius cognitione.

61. Ald. omittit ex perperam.

62. Parrhasius, vitare animum.

63. Ald., Alex., Vat. A, P, Q, Urb., Egm., ab
 uno. Alii, ab unco. Heinsius hoc expressit ex Gisellino,
 sed arietatem lectionum non adnotavit. Uncis ferreis
 laniabantur martyres, eucleo etiam, et uncinis sus-
 pendeantur. Vide comment. ad vers. 173 Peris-
 teph. 5, Arnobium lib. II, Gallonium, Sagittarium,
 et tabulam XIII et XXVI.

64. Noms., morte agita, minus bene. Quæstio
 præcedebat timentia; sed sumitur etiam pro tor-
 mentis, quia inter ipsa tormenta continuabatur.
 S. Cyprianus epist. 69 ad Florentinum: *Tot confes-
 sores quæstionati, et torti, et insignium vulnerum et
 cicatricum memoria gloriosi.* Ubi Rigaltius notat, co-
 gnitione data, haberi quæstionem primum, dein adhi-
 beri tormenta. Sed gentilium hæc erat insana, ut
 Christianos quæstione et tormentis cogere vellent ad
 fidem Christianam negandam, non ad veritatem pro-
 ferendam.

65. Ald., Gis., abscede. Heinsius cum aliis,
 abscede. Parrhasius, Vat. B, Prag., Mar., Rat., excide.
 Peveratus putat Prudentium in his verbis crux
 istum tollat in auras respexisse ad etymon vocabuli
 Græci σταυρός, crux, de quo Hesychius: *Stauri
 defixi stipites sunt, valli, et omnia ligna recte stantia:
 ab eo quod stent, stauri, vel quod ad auram consistant.*

66. Vat. A, viventisque. Cath. n. hymn. 6, vers. 65,
Ast alacrum rapuces Fixum vorant volucres. Horatius,
 lib. I, epist. 16, *Non pasces in cruce corvos.* Juvenalis
 sat. 14, *Vul ur, jumento, et canibus, crucibusque re-
 lictis, Ad fetus properat, partemque cadaveris affert.*
 Apuleius lib. VI de Asino, *Patibuli cruciatum, cum
 canes et vultures intima protrahunt viscera.* Ex quo
 notat Lipsius lib. II de Cruce, cap. 13, cruces non
 semper fuisse præaltas, quandoquidem canes viscera
 cruci affixorum protrahere poterant. Vide tabul.
 cruciat. I, II. Nonnulli SS. martyres in cruce plures
 dies vitam duxerunt, ut constat ex Eusebio lib. VIII
 Hist., cap. 8, et martyrologio Romano. De marty-
 ribus quorum corpora avium et bestiarum laniatui
 relicta fuerunt, Sagittarius cap. 8.

67. Ald. cum nonnullis, hos cape. De more ligandi
 martyres, qui rogo injiciebantur, vide vers. 103
 Perist. 6, et tabulam XVII.

69: Eusebius, lib. VIII, cap. 6, plurimos martyres
 ita extinctos narrat. Confer Gallonium de Cruciat.
 SS. martyr. cap. 9, et Sagittarium cap. 11, qui plura
 exempla profert. Supplicium hoc veteribus Romanis
 non fuisse inauditum. colligitur ex verbis Cæsaris
 apud Suetonium cap. 66: *Vetustissima navi impo-
 sitos, quocunque vento, in quascunque terras jubebo
 areri.*

71. Ald., Pal., Thuan., Ox., Rott., Gis., Heins.,
 rapidum, Vat. A, B, Alex., Prag., Rat., Sich.,
 Weitz., rabidum. Parrhasius, Mar. a prima manu
 gravidum; in Mar. aliena manu factum rabidum pro
 div. script. Gifanius in VICTUS, et VINCTUS, ex vet.
 lib. legit, *Quos ubi susceptos rabidum male suta per
 æquor Vexerit, et tumidis cæsa labarit aquis,* et expli-
 cat: *Tralatio a re militari: navis icta a tumidis undis
 (tum autem rabidum est mare) labat; ut Virgilius, la-
 bat ariete crebro Javua. Labat ergo, deficit, dissolvit-
 tur. Cæsa etiam tecta ibi consimili fere modo dixit.*
 Barthius notat Prudentium dixisse male sutam cym-
 bam, ut Virgilius *sutilim.*

72. Gis., cæsa lavarit; ad oram, celsa labarit, al.
 levarit. Parrhasius corrupte, cæsa libarit. Vat. Q,
 equis; supra recte, aquis. Cauchii codex, Hailsbr., a
 prima manu, cæsa levarit. Fabr., cæsa lavarit. Pal.,
 celsa leva it. Bong., Sich., celsa lavarit. Potiores,
 cæsa labarit cum Aldo, cui tamen Weitzius affingit
 celsa labarit. Barthius ait, eleganter cymbam dici cæ-
 sam, quia videntur hiatus velut ferro facti. Vetus
 poeta: *Cæsaque abratument, hoc est, velut incisa.*
 Vide Nonium.

75. Parrhasius, cetoso pro cœnoso, magis acute
 quam vere. Cœnosos mendum est in nonnullis vulg.

77. Vat. A, Hæc præsul: stanti. Non placet. Con-
 simili significatione vers. 10 præfat. Hamart., *Vox
 ecce summo missa persultat throno;* et vers. 86, hymn.
 5 Cath., *persultare pontum.* Apuleius et Ammianus
 ita sæpe locuti sunt.

78. Egm., Pal., Vat. A, a prima manu, implicitis:
 verius implicitus.

79. Prag., Widm., supra, Mar., supra, aliena manu,
 Gis., Cham., Heins., fremebant. Plerique, ferebant.

80. Ruggerius alique evidentissimum putant Hip-
 polytum Prudentii fuisse episcopum, quia ethnici
 ipsum Christianorum caput esse dicebant. Quæ ratio
 probabilis quidem est, sed non plane efficax. Quid
 enim prohibet ethnicos caput Christianorum vocasse

- Pectora Romanis sponte sacra deis.
 Insolitum lethi poscunt genus, et nova pœnæ
 Inventa, exemplo quo trepident alii.
 85 Ille supinata residens cervice, Quis, inquit,
 Dicitur? affirmant, dicier Hippolytum.
 Ergo sit Hippolytus, quatiat, turbetque jugales,
 Intereatque feris dilaceratus equis.
1173 Vix hæc ille: duo cogunt animalia,
 [freni
 90 Ignara, insueto subdere colla jugo:
 Non stabulis, blandive manu palpata magistri,
 Imperiumque equitis ante subacta pati:
 Sed campestris vago nuper pecus e grege ca-
 [ptum,
 Quod pavor indomito corde ferinus agit.
 95 Jamque reluctantes sociarant vincula bigas, B 110
 Oraque discordi fœdere nexuerant.

- A Temonis vice funis inest, qui terga duorum
 Dividit, et medius tangit utrumque latus,
 Deque jugo in longum se post vestigia retro
 100 Protendens trahitur, transit et ima pedum.
 Hujus ad extremum, sequitur qua pulvere
 [summo
 Cornipedum refugas orbita trita vias,
 Crura viri innectit laqueus, nodoque tenaci
 Astringit plantas, cumque rudente ligat.
 105 **1174** Postquam composito satis instruxere
 [paratu
 Martyris ad pœnam verbera, vincula, feros:
 Instigant subitis clamoribus, atque flagellis,
 Hæque infestis perfodiunt stimulis.
 Ultima vox audita senis venerabilis hæc est:
 Hi rapiant artus, tu rape, Christe, animam.
 Prorumpunt alacres, cæco et terrore feruntur,

GLOSSÆ VETERES.

86. Affirmant, *respondent*, I.
 87. Hippolytus, *id est equinus*. — Jugales, *equos*, I.
 95. Bigas, *equos*, I., Vat. A.
 96. Nexuerant, *ligaverant*, I.
 99. Jugo, *fune*, I.
 100. Ima pedum, *summitatem pedum*, I.
 101. Hujus, *scilicet funis*. — Ad extremum, *ad exitum*, I.

102. Orbita, *rota*, I.
 104. Plantas, *pedes*. — Rudente, *fune novo*, I.
 106. Feros, *equos*, I.
 108. Hæque, *latera*, I.
 109. Senis, *Hippolyti*, I.
 110. Hi, *scilicet equi*, I.
 111. Alacres, *læti*, I.

COMMENTARIUS.

presbyterum ejus auctoritas plurimum apud Christianos valeret? Confer Cajetani Migliore commentarium in Neophyti presbyteri titulum.

82. Parrhasius non ita bene, *Romani*.
 85. Ald., Alex., Urb., Vatt. P, Q, Mar., et nova pœna *Inventa*. Gis., Weitzius, Vat. B, Prag., et nova pœna *est Inventa*. Heinsius cum duobus Torrent., et nova pœna *Inventa*, quod jam ediderat Parrhasius. Id magis sententiæ congruit.
 84. Parrhasius, *repedent*. Widm. a prima manu, *trepidunt*.
 86. Hymn. 10 Peristeph. vers. 172, *Quod vultuosus, quod supinus, quod rigens*.
 87. Vat. B, Widm. ad marg., Mar., Prag., *Hippolytus fiat: e go agitet*, quod editum est a Weitzio. Parrhasius, *Hippolytus fiat ergo; agitet*. Rat. ita etiam. In Prag. eadem manu erat in margine scriptum, superfluum esse *ergo*, cum *fiat* habeat primam longam. Additur, alios codices habere *Ergo sic Hippolytus agitet*: quam lectionem vidi in Urb., sed in hoc *quatiat*, non *agitet*. Heinsius cum suis castigatibus, Ald., Bong., Hailsbr., Gis., Vatt. A, P, Q, Mar. a recenti manu, *Ergo sit Hippolytus: quatiat*. Alex., *Ergo Hippolytus: quatiat*; supra recte, *Ergo sit*. Widm. in textu, *Hippolytus sit ergo: agitet*. Gifanius ex vet. lib., *Ergo sit Hippolytus: agitet*; neque putat satis Latine d ei *quatiat*. Vide indicem Lucretii pag. 456, ubi de incisione agit. Fabula Hippolyti ab equis discerpti, quod ejus nomen Græce indicat, nota est ex Metamorphos. Ovidii et aliis mythologis. Glossæ etymologia imperfecta est.
 88. Ex Actis mss. Vallicellanis et Vaticanis id proert Peveratus: *Jussit ergo Valerianus in conspectu Hippolyti, ut omnes capite truncarentur, et decollati sunt promiscui sexus decem et novem. B. vero Hippolytum jussit ut pedes ejus ligarentur ad colla equorum indomitorum, et sic per cardeta et tribulos trahi; qui, cum traheretur, emisit spiritum*. Verum hæc, opinor, acta sunt S. Hippolyti militis, quæ nullo in pretio apud eruditos habentur.
 89. *Animal* ait Barthius significare equum, jumentum in sacris litteris, quas imitatur Prudentius. De

hoc supplicii genere fusc Gallonius cap. 9, et Sagittarius cap. 12.

90. Hailsbr., Vat. A, Mar., Prag., Rat., Gis. ad oram, *insuetâ*.

91. Cauch., *blandive manu*. Barthius pro *non stabulis* legit *non stabilis*, et addit, equum aut blanda palpatione, aut pertinacia regi.

95. Vat. B, Mar., Rat., Prag., Hailsbr., Widm., Bong., *sociarunt*.

97. Barthius censet sty'um Prudentii, cum annexio martyris describitur, difficiliorem esse, nisi, inquit, est et aliqua commaculatio.

100. Widm., corrupte. *trahitur*. *Transire ima pedum* dicitur funis, quod fuerit longior, et in terra tractus, qui, antequam innecterentur crura Hippolyti, procedebat largius. Ita explicabat Barthius.

101. Mar., *cujus ad extremum*. Vat. A, *quia*; alii, *qua*.

102. Sulcus quem currus rota imprimit dicitur *orbita*. Hinc *exorbitare* verbum Terulliani, Firmici et aliorum. *Refugæ viæ* sunt contrariæ.

104. Ald., Gis. prima ed., *atque rudente*.

106. Ald., Rat., a secunda manu, Bong., Hailsbr., Gis., Alex., a prima manu, Urb., Vat. P, Gall., Torn., *feros*. Melius *feros* cum quinque Heinsianis scriptis, Vat. B, Mar., Rat. a prima manu, Prag., Weitz., Widm. et aliis. Vat. Q, mendose, *ferox* pro *feros*. Gifanius in Virricus ex vet. lib. amplexus est *feros*, quia ferarum nomen est nimis generale, et quia sequitur *Hi rapiant*. Parrhasius jam olim ediderat *feros*, sed aliter distinxerat, neque male, *verbera, vincula: feros Instigant*. *Feros* non addito alio nomine pro equis accipi, auctoritate Catulli, Horatii, Virgilii, confirmatur. Peveratus observat hæc de causa Hippocentauros semiferos dictos, quasi semiequos: nam equos dimidiata sui forma assimilasse dicuntur.

108. In quibusdam vulg., *infestis*: legendum *infestis*.

110. Ald., Mar. aliena manu, Heins., Prag., *rapiunt*; alii, *rapiant*.

111. Alex., Vat. Q, Hailsbr., Bong., Fabr., *cæco et terrore*. Vetustiores Heinsiani ita prorsus. Becma-

Qua sonus, atque tremor, qua furor exagi- A
[tant.
Incendit feritas, rapit impetus, et fragor ur-
[get :
Nec cursus volucer mobile sentit onus.
115 Per silvas, per saxa ruunt : non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppositus cohibet.
Prosternunt sæpes, et cuncta obstacula rum-
[punt :
Prona, fragosa petunt, ardua transiliunt.
Scissa minutatim labefacto corpore frusa
120 **1175** Carpit spinigeris stirpibus hirtus
[ager.
Pars summis pendet scopulis, pars sentibus
[hæret :
Parte rubent frondes, parte madescit humus. B

Exemplar sceleris paries habet illius, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
125 Picta super tumulum species liquidis viget um-
[bris,
Effigiis tracti membra cruenta viri.
Rorantes saxorum apices vidi, optime papa,
Purpureasque notas vepribus impositas.
Docta manus virides imitando effingere dumos,
130 **1176** Luserat e minio russeolam saniem.
Cernere erat, ruptis compagibus, ordine nulla
Membra per incertos sparsa jacere situs.
Addiderat caros, gressu, lacrymisque sequen-
[tes,
Devia qua fractum semita monstrat iter.
135 Mœrere attoniti, atque oculis rimantibus ibant,
Implebantque sinus visceribus laceris.

GLOSSÆ VETERES.

112. Exagitant, agunt, I.
113. Incendit. scilicet eos, I.
114. M. bile onus, corpus martyris, I.
118. Prona, humilia. — Fragosa, aspera. — Ardua, montes, I.
119. Minutatim, particulatim. — Frusta, particulas, I.
120. Hirtus horridus, I.
122. Parte, sanguinis illius, I.
125. Exemplar, depictum. — Habet, retinet. — Illius, pictus, I.
124. Fucus, malitiæ, color, hic pictura. Fucus herba unde tinguntur vestes : unde in omnibus rebus ubi rei veritas obducitur, fucus dici potest. Pictura. — Digerit, ordinat, componit, I.

126. Effigians, significans, conformans. — Viri, Hippolyti, I.
127. Rorantes, scilicet quasi ; laus picturæ. — Apices, summitates. — Saxorum, in pictura, I.
129. Manus, pictoris. — Effingere dumos, depingere spinas, I.
130. Luserat, ludendo depinxerat, pinxerat. — Russeolam, rubicundam, I.
131. Cernere erat, cerni poterat scilicet in pictura, I.
132. Situs, loca aspera, I.
133. Addiderat, pictura. — Caros, propinquos, I.
134. Fractum, curvum, I.
135. Rimantibus, investigantibus, I.
136. Laceris, laceratis, I.

COMMENTARIUS.

nus rectius putabat cum suo ms. Pal. *cæcoque errore*, C quod exstat in Ald., Egm., Pal. apud Weitzium, Urb., Vat. P., Gis. ad oram : hic in contextu habet *cæco et terrore*. Gifanias, ex vet. cod., ubi agit de desinentibus in *t*, legit *cæco et errore*, et rejicit *terrore*, quia error est cæcus, non terror. Verum etiam terror cæcus recte dicitur ab effectû. Weitzius cum Widm., *et cæco errore* ; ita Prag., sed *alacris pro alacres*. Parrhasius quoque *alacris*, sed *cæcoque errore*.

112. Parrhasius ita legit, *Qua sonus, atque timor, qua furor exagitat*.

116. Rat., *oppositos*, supra correctum.

121. Cham. mendose, *per sentibus hæret*.

123. Existimant nonnulli Prudentium martyrium Hippolyti militis quod Romæ pictura expressum vidit, alteri Hippolyto affinxisse. Sed primum quæram quis, nisi multa post Prudentium sæcula, Hippolytum militem hujusmodi martyrium subisse affirmavit ? Deinde ecclesiarum picturæ appositis versibus et inscriptionibus solebant illustrari, ut ex operibus Damasi et Paulini colligitur. Præterea Prudentius non erat ita rusticus ut in pictura aliud pro alio acciperet, neque ita imprudens ut rei veritatem ex doctioribus non exquireret. Postremo præter picturam aliis monumentis Prudentium innititur, totus ejus hymnus ostendit.

124. *Fucus* illo ævo pigmentum et colorem designabat. Testes Paulinus, Ausonius, alii.

125. Sub imperatoribus Romanis, ut notat Peveratus, pictores nativis coloribus, non per umbram ac recessum, sed in clarissima luce delineaverunt ; sed interdum umbras addiderunt ut ex hoc loco colligitur. Barthius tamen *liquidis umbras* interpretatur perspicuas assimulationes et expressiones veritatis. Vide hymn. 9 Peristeph. vers. 95.

125. M. r. aliena manu, Parrhasius, Rat. a prima manu, *tractim* : rectius *tracti*.

127. Olim omnes episcopus papas appellatos fuisse constat ex Cypriano, Hieronymo, Augustino, Rufino, Salpicio Se e o et aliis. Cœpit postea id nomen peculiariter Romano pontifici attribui ; adhuc autem apud Venantium Fortunatum, et Eulogium Cordubensem, qui sæculo ix floruit, alii episcopi papæ dicuntur. Gregorius VII, anno 1073, in synodo Romana statuit nemini licere seipsum vel alium nomine papæ appellare, quod proprium esset Romani pontificis. De quo nomine fuse agit Baronius in not. mart. Rom. ad diem 10 Januar.

129. Aliqui putant fide non esse dignum quod hic narrat Prudentius, quia pictor potuit prout magis ipsi libuit tabulam effingere. Verum quis credet aut aliis persuadere poterit, historiam martyrii quod post dimidium sæculum in accidit, paulo post indocti alicujus pictoris licentia, videntibus et tacentibus cæteris, fuisse fabulis deformatam ?

130. Parrhasius, male, *et nimio russeolam saniem*. Thuan., *e nimio russeolam*. Vat. P., *ex minio roseolam*. Mar. a prisca manu, Rat., Prag., Bong., Vat. Q., Urb., *et nimio roseolam*. Fabr., *rosseolam*. Alex., Ald., Mar. a correctoris manu, Ald., Weitz., Gis., et plerique editi, *russeolam*. *Russeolus* est a *russus* : verbum vetus et egregium, ait Gifanias, pro *ruber*. Barthius, lib. xxxv Adv., cap. 13, contendit legendum *roseolam*, quia *roseum* prima extenta Christiani poetæ non raro usurpant. At Prudentius *rosa* et *roseus* a *rosa* semper corripuit.

133. *Caros* substantive pro amicis. Pro liberis posuit Lactantius lib. vi, cap. 12, *Cum sciat se caros suos Deo relinquere*.

134. Ald., Alex., Vat. P., Urb., Egm., Alt., duo Torr., quo. Alii plures, *qua*.

135. Torrentiani bini cum Cauchiano, *lacryman-*

Ille caput niveum complectitur, ac reverendam
1177 Canitiem molli confovet in gremio.
 Hic humeros, truncasque manus, et brachia et
 [ulnas,
140 Et genua, et crurum fragmina nuda legit.
 Palliolis etiam bibulæ siccantur arenæ,
 Nequis in infecto pulvere ros maneat.
 Siquis et in sudibus recalenti aspergine sanguis
 Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.

A 145 Nec jam densa sacro quidquam de corpore silva
 Obtinet, aut plenis fraudat ab exsequiis.
 Cumque recensitis constaret partibus ille
 Corporis integri qui fuerat numerus :
 Nec purgata aliquid deberent avia toto
150 1178 Ex homine, ctersis frondibus et sco-
 [pulis :
 Metando eligitur tumulo locus ; Ostia linquunt :
 Roma placet, sanctos quæ teneat cineres.

GLOSSÆ VETERES.

137. Ille, scilicet sinus. — Reverendam, venerabilem, I.
138. Confovet, nutrit, vel protegit, I.
139. Hic, alter, I.
140. Legit, colligit, I.
141. Bibulæ, a bibendo — Arenæ, ab ariditate, I.
142. Infecto, corrupto, sordido, mixto, interso —
 Ros, sanguis, I.
143. Quis, aliquis — Sudibus, spinis, palis, I.
144. Omnem, sanguinem, I.

145. Corpore, Hippolyti, I.
146. Fraudat ab exsequiis, non hūmaretur corpus, I.
147. Recensitis, renumeratis, inventis, I.
151. Metando, exquirendo, ponendo, I. — Ostia, civitas, Mar. Tiberina, portas, januas, I.
152. Placet, eligitur, I.
153. Haud procul, non longe a Roma. — Ad pomœria, prope murum : pomœrium hic pro viridario ; alio loco locus secretus muro cinctus ; et dicitur pomœrium, quia post murum, I.

COMMENTARIUS.

tibus, non rimantibus. Veterum Christianorum præcipuum studium fuit in SS. martyrum membris diligenter conquirendis, atque inter sese officiose et perite componendis et coaptandis, ut in his Prudentii versibus perspicue cernitur. Adhuc Romæ corpora SS. martyrum colectis ossibus simili arte et industria rite coaptantur, ut publicæ venerationi exponantur. Blanchinus in præf. ad Ana. Biblioth. num. 26, ex narratione sacerdotis præpositi ecclesiæ S. Paulini Nolensis refert reperta ibi fuisse ossa integræ S. Justæ virginis, deposita manibus cancellatis. At Romæ corpora martyrum quæ reperiuntur, ita solent esse composita, ut brachia et manus ad latera dorsum protendantur. Incertum ergo est an sacerdos ille rem liquido sibi compertam narraverit. Illud mihi certius est, inscriptiones ejus ecclesiæ, quas Blanchinus profert, non esse satis fideliter exaratas.

137. Pictura exhibebat (et vidit Prudentius) caput niveum et reverendam canitiem. Quis id in liti Hippolyto tribuat, cujus nutrix Concordia simul cum ipso martyrio est coronata? Notum est ætatem militarem a decimo septimo ad quadragesimum quintum aut quadragesimum sextum annum fuisse computatam, et solum periculosis temporibus ad annum quinquagesimum. Paulinus epistol. in Julianum episcopum Memori juniori canitiem apostolicam pectore, ut ait, ascribit : *Posterius natus, senior ; quia sede sacerdos Gestat apostolicam pectore canitiem* : perinde quasi reverenda, sive apostolica canities propria sit episcopi senioris.

138. Ret., molle ; corrigi molli.

139. Ulnæ sunt cubiti.

141. Palliola intelligit Barthelemy esse tenues institas, tenero, ut putat, lino factas.

142. Ald., duo Torr., Ox., Cauch., Gall., in intacto. Vat. B., Mar. a prima manu, Prag., Parrh., Ret. in contextu, in intacto. Plerique, in infecto. Alex., res maneat ; supra ros. In nonnullis vulg. editum est in nylacto.

144. Pal., insidit : lege insidet. De hac cura ac diligentia Christianorum in colligendo sanguine martyrum præclarum est hoc testimonium Prudentii : de quo plura Boldettus in Observationibus de cœmeteriis, Aringhus, Marangonus, Muratorius, Lupius, Fabrettus et alii. Exstant adhuc plura vasa in quibus sanguis concretus cernitur, et fragmenta spongiæ qua colligebatur apparent. Plura ejusmodi vasa exhibet Boldettus.

146. Vat. A, haut pro aut ex diversa scribendi ratione. Saepè Prudentius docet quanta sedulitate Chris-

tiani veteres corpora defunctorum sepelienda curarent, his scilicet rationibus permoti, quas in hymno Exsequiarum uberius explicat. Profecto pervulgata illa Lucani sententia, *Cælo tegitur, qui non habet urnam*, non magis prudens mihi solet videri, quam si quis hominem nudum solaretur, quia *Cælo tegitur qui non habet vestem*.

147. Ald., Urb., Parrhasius, Gis., recensitis. Weitz., Heins. cum plerisque scriptis, recensetis. Mariettus notat, *recenseo facere recensetis, vel recensetis* : recensitis nihil esse. Dissentiunt alii.

148. Numerus perfectum opus et omnibus partibus integrum designat.

149. Parrhasius, *retinerent invia*. Plerique *deberent avia* eadem significatione. [Ret., Weitz., *invia* pro *avia*.

151. Weitz. cum Egm., *elegitur*.

153. Egm., Hallsbr., *cultu* ; lege *culta* ; Ret., *po-maria* a prisca manu, quod vult una ex glossis. Binghamus, lib. xviii. cap. 1, tom. X. probare contendit tribus primis Ecclesiæ sæculis ex legibus Romanis nulla loca sepulturæ in oppidis fuisse, neque per subsequuta aliquot sæcula per leges Christianorum imperatorum intra civitates et ecclesias sepelire licuisse. Si legatur *pomaria*, potest intelligi esse idem ac *po-maria*, sive locum pomis consitum. Alioquin *pomaria* est locus pone muros, qui antiquitus *mæri* dicebantur, et multi *pomaria* post mœnia interpretantur. Igitur extra civitates cœmeteria, sive catacumbæ martyrum erant : sed in ipsis catacumbis sui se altaria sub quibus corpora martyrum quiescebant, ex hoc hymno satis liquet. Quod autem aiunt aliqui, non in cœmeteriis sepultos martyres, quod isthæc revera ecclesiæ essent, sed potius in cœmeteriis fides convenisse, quod reliquiis martyrum sacra essent, et ab hominum frequentia remota, id rei veritatem non debilitat, scilicet martyres, imo alios in ecclesiis cœmeterialibus tribus primis Ecclesiæ sæculis fuisse sepultos. Et ex veteri quidem consuetudine id ita usitatum puto, ut vicissim, ubi corpora martyrum essent, ibi sacra peragerentur, et ubi altare ad sacrificandum erigeretur, ibi corpora sive reliquiæ martyrum supponerentur. Itaque quod in ecclesiis post tria prima sæcula mortuos sepeliri non liceret, non inde originem traxit, quod consuetudini ecclesiasticæ id repugnaret, sed quia leges Romanæ vetabant intra Urbem loca esse sepulturis, et ecclesiæ tunc intra Urbem erigebantur. In quibusdam autem locis earum legum nonnullæ erant exceptiones sive ob leges municipales, sive ratione personarum scilicet nobilium et episcoporum. Quod attinet ad hanc descriptionem

Haud procul extremo culta ad pomœria vallo A
1179 Mersa latebrosis crypta patet foveis.
 155 Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
 Ire per anfractus luce latente docet.
 Primas namque fores summo tenus intrat hiatu,
 Illustratque dies limina vestibuli.
 Inde, ubi progressu facili nigrescere visa est
 160 Nox obscura, loci per specus ambiguum,
 Occurrunt cæsis immissa foramina tectis,
 Quæ jaciunt claros antra super radios.

GLOSSÆ VETERES

155. Hujus, *cryptæ*, I.
 156. Anfractus, *cochleas*, I.
 157. Summo tenus, a summo. — Intrat, *lux*. —
 Hiatu, *apertione*, I.
 158. Limina vestibuli, *introitum porticus, vel
 cryptæ*, I.
 159. Inde, *deinde*. — Ubi, *scilicet itur*, I.
 160. Nox obscura, *tene.ræ*, I.

cryptæ, Barthius affirmat elegantissimam esse, et quovis summo poeta dignissimam, numeros etiam esse aptissimos. Baronius ad annum 226 recenset circiter quadraginta hujusmodi cœmeteria in Romæ suburbanis. Neapolitanas catacumbas Romanis nobiliores et spatiosiores esse multi tradunt. Apud cl. Mamachium tom. III Orig. Christ., et tom. III de Costum. de primitivi Christiani, videri potest ichnographia unius e cœmeteriis Romanis. S. Hieronym. in Ezech. cap. LX. : *Dum essem Romæ puer, et liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris ejusdem ætatis et propositi diebus dominicis sepulcrum apostolorum et martyrum circumire: crebroque cryptas ingredi, que in terrarum profunda defossæ ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepulcrorum: et ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur: Descendant ad infernum viventes: et raro desuper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum, ut non tam fenestram quam foramen demissi luminis putes: rursusque pedetentim acceditur, et cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur: Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.* De cœmeteriis Romanis præter Aringhium, Boldettum et alios, videri potest Marianus Parthenius, sive vero nomine Joseph Mazzolarius in opusculis piis quæ paulo ante mortem conscripsit.

154. Ald., Parrhasius et plerique scripti, *patet*, quod rectum putat Heinsius, cum mox subsequatur *luce latente. infra, ampla, fauce licet pateat.* Nec male Rott., *cavernosis crypta patet foveis. Gis., latet; ad oram, patet. Egm., pavet. Bong., sovet, minus recte.* Pinus Act. Sanct. ad diem 15 Augusti suspicatur cœmeterium S. Hippolyti existisse ad Tiberinum Urbis tractum, non in agro Verano, ut plerique opinantur. Rationem petit ex versu 174, *Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.* Ratio suspicandi imbecilla certe est. Verum cum ipse prope S. Laurentium in agro Verano cœmeterium Hippolyti militis collocet, rei falsitas ostendi non potest. Nam quod ait Prudentius, *Culta ad pomœria, et Excisi subter cava viscera montis,* congruentius quidem cœmeterio in agro Verano id convenit, sed aliquo tamen pacto applicari etiam potest cœmeterio via Ostiensi, si in eo Hippolytus, a Prudentio laudatus, fuisset sepultus. Aringh. tom. II Prudentiam explicat de cœmeterio Cyriacæ in agro Verano. Baronius to n. II Annal. ad ann. 226 eandem sententiam tenuerat. Fabricius verbo *cryptæ* profert epistolam Cornelii papæ, qui sub Decio vixit, ad Lupicinum Viennensem, ubi ait: *Unde neque publice, neque in cryptis notioribus missas agere Christianis licet.* Supposititia hæc epistola est.

155. Mar., *cujus*, a correctore factum *hujus*. Prag., *hujus ad occultum.*

1180 Quamlibet ancipites texant hinc inde, re-
 [cessus

Areta sub umbrosis atria porticibus:
 165 Attamen excisi subter cava viscera montis
 Crebra terebrato fornice lux penetrat.
 Sic datur absentis per subterranea solis
 Cernere fulgorem, luminibus que frui.
 Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
 170 Propter ubi apposita est ara dicata Deo.

165. Quamlibet, *quamvis*. — Ancipites, *dubi*, I.
 166. Crebra, *multa*. — terebrato fornice, *perforata
 crypta*, I.
 167. Sic datur, *tali modo permittitur; estque laus
 picturæ*, I.
 169. Mandatur, *commendatur* — Opertis, *secretis,
 claustris*, I.
 170. Propter, *juxta illum locum*, I.

COMMENTARIUS.

156. Iso *anfractus* exponit *cochleas*, et Teolius magis explicat *scalas cochleas, quæ ita dicuntur, quod anfractuosa sint in modum cochlearis testæ.* Verum anfractus, scilicet flexus, circuitus, et ambages etiam sine scalis intelliguntur.

157. Prag., *Primas namque fores imi summo tenus intrat Illustratque*, quod non intelligo.

161. Ald., Vat. B., Wilm. a prima manu, *decurrunt pro occurrunt.* Ald., Rat., Pal., Bong., Torn., cod. S. Mich. apud Ruinarium, et nonnulli vulg., *celsis, Mar., cæcis, supra cæsis*, quod exstat in plerisque. Heinsius suspicatus fuerat *cæcis*, sed recte se habere *cæsis* fassus est: Ald., Pal., Torn. in contextu, *immensa*; alii, *immissa*. Parrhasius, *Decurrunt celsis immissa foramina tectis.*

162. Pal., Bong., Vat. A., Thuan., Alt., Noms., Cauch., Ox., *jac ant.* Heinsius amplexus est *faciant*, et cum eo recentiores; sed Gallandus cum alii et vet. edd. retinuit *jaciunt*. In cryptis erant quedam loca majori lumine desuper immisso illustrata. In Libro pontificali: *Marcellus presbyter noctu collegit corpora (SS. Marcelli papæ et aliorum)... et sepelivit ea in va Salaria in cœmeterio Priscillæ in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem... in crypta juxta corpus S. Crescentianis.*

165. Parrh., *ancipitis*: lege *ancipites*

165. Mar., Parrhasius, *cava subter viscera.* Virgilius in Æneid. *Interdum scopulos, avulsaque viscera montis.*

167. Mar., *subter terranea*: ita etiam Rat., sed abrasum est aliquid ante *subter*. Plerique, *per subterranea*. Postrema pars glossæ ex versibus superioribus, ubi pictura describitur, in hunc locum videtur esse trajecta.

169. *Operta* pro locis tenebrosis. Psycnom. vers. 745, *Marceat obscuro stertens habitator operto.* Paulinus fragm. Natal. inerti: *Qua mortalis crat, latuit telluris operto.* Pro mysteriis etiam sumi solent *operta*. Gretzerus, lib. II, cap. 18, de Sac. Peregr., argumentum suum confirmat his versibus: *Hæc, ait, pulcherrime doctissimus vates Prudentius.*

170. De consuetudine veteri exstruendi aras super martyrum sepulcra vide hymnum S. Eulaliæ in fine. Aliqui, distinguens altare ab ara, dicunt corpora sanctorum sub altari fuisse recondita, sed ad aram, sive prope aram, non sub ara, et hunc versum Prudentii laudant ubi ara dicitur *apposita* corpori B. Hippolyti, non imposita. Berthaldus de Ara cap. 2 ait hanc rem multorum ingenia exercuisse et torsisse; per aram nonnullos summam altaris partem intelligere, alios infimam, et quasi fundamentum ac basim totius ædificii, alios locum oblationibus dicatum, sive in summo ædificii loco, sive alibi fuerit. Hæc postrema sententia probabilior cæteris mihi videtur: præsertim quia noster usus lo-

1181 Illa sacramenti donatrix mensa, eadem- A
[que
Custos fida sui martyris apposita,
Servat ad æterni spem judicis ossa sepulcro,
Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.
175 Mira loci pietas, et prompta precantibus ara
Spes hominum placida prosperitate juvat.
Hic corruptelis animique et corporis æger
Oravi quoties stratus, opem merui
Quod lætor reditu, quod te, venerande sacerdos,
180 Complecti licitum est, scribo quod hæc eadem.
Hippolyto scio me debere : Deus cui Christus

Posse dedit, quod quis postulet, annuere.
Ipsa, illas animæ exuvias quæ continet intus,
Ædicula, argento fulgurat ex solido.
185 **1182** Præfixit tabulas dives manus æquore
[lævi
Caudentes, recavum quale nitet speculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere saxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur : omnis adorat
190 Pubes : eunt, redeunt solis adusque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul ac peregrinos
Permixtim populos religionis amor.

GLOSSÆ VETERES.

171. Sacramenti, corporis vel sanguinis Domini. —
Donatrix, scilicet est, I.
174. Tibricolas, Romanos, I., Mar.
176. Spes, æstimationes. — Juvat, adjuvat, I.
177. Corruptelis, pestibus, I.
178. Opem, auxilium, I.
179. Reditu, reversione, I.
182. Quis, aliquis. — Annuere, adjuvare, tribuere,
concedere, I.
183. Exuvias, de corpore dicit, I.

184. Fulgurat, splendet, I.
B 185. Dives, docta : artificis. — Æquore, planities :
æquor omnis æqualitas dicitur. — Lævi, plano, I.
187. Pariis, candidis. Parus, insula abundans can-
dido marmore. — Contenta, sufficiens. — Aditus, fo-
res cooperire, I.
188. Ornando, ad ornandum, I.
189. Salutatum, ad salutandum, id est adorandum;
ad salutem. — Adorat, ipsum martyrem, I.
191. Latios, Latinos vel Romanos, I.

COMMENTARIUS.

quendi ex veteri consuetudine facile originem duxerit. Cæterum Rosweydyus in Addendis ad notas S. Paulini ex his versibus tradit corporibus SS. martyrum altaria imponi vel apponi consuevisse. S. Paulinus epist. 12 ad Severum corpus Clari sub ara positum clare docet : *Casta tuum digne velant altaria Christi, ut templum Christi contegat ara Dei.* Tom. XXXIV Hisp. sacr., pag. 445, exscribitur instrumentum Fromini II episcopi Legionensis, ubi hæc de S. Christophoro : *Cujus reliquiæ reconditæ sunt in civitate Legionis juxta porta (sic) Dni episcopi, sub ara S. Cypriani et S. Mariæ ante al ares sedis antiquæ.*

171. Oxon. pro div. script., *illa dicamenti.* Idem, *mensa sub antro.* Egm., *mens eademque* : retinendum *mensa.* Cauchius in S. Paulino Natal. 9 melius conjecit *mensa Petri pro mensque Petri*, ut apud eundem Paulinum paulo post *Mensa, domusque Dei.* Etiam ethnici mensam pro altari usurparunt, ut Ovidius, Virgilius et alii plures. Similiter Græcis Christianis *τραπέζα* est ara.

172. *Mensa custos* martyris dicitur, quia *servat ossa*, etc. *Martyrarii* seu *cubicularii* appellantur etiam in antiquis monumentis custodes martyrum. Sepulcra ipsa martyrum *cubicula* vocari solebant : unde natum nomen *cubiculariorum*, qui cubacula martyrum in Domino dormientium custodiebant. Vide comment. ad hymnum 10 Cathem. vers. 56. De cubiculariis loquitur Juvenalis sat. 5, *Sed quis custodiet ipsos Custodes*; et verbum *servandi* adhibet Ovidius lib. II Amor., eleg. 2, *Quem penes est dominam servandi cura Bagoe*; et eleg. 3, *Hei mihi quod dominam nec vir, nec femina servas.*

173. Alex. Urb., Pal., Ald., Vat. P., Oxon., Cauch., Alt., *spem vindicis.* Alii *spem judicis* cum plerisque edd.

177. Vat. A, *corruptibilis*; supra *corruptelis* pro *liv. lect.*

178. Iterum consuetudo orandi ad martyrum sepulcra confirmatur. Adisis Dungali librum contra Claudium Taurinensem. Cellarius impudentissime ait : *Poeta morem suum aut errorem sequitur de invocatione.* Poeta et suum, et Ecclesiæ catholicæ morem suo tempore vigentem exponit.

184. Mar., Prag., et pro ex. Martinus Roa, de Die natali sacr. et prof., cap. 21, *ædiculam fulgurare argento ex solido* intelligit de his orbibus sive quadris in quibus tituli sive vela depictis sanctorum imagini-

bus includuntur, cum his ramorum et frondium sertis quæ pro foribus templorum in præcipuis diebus festis Romæ ostentantur, et *festones* dicuntur, ubi nunc cernere licet bracteolas orichalci fulgurantes. Ego potius id accipio de argento solido quo altare ornaretur, aut etiam arca sepulcri constaret. Nam id innunt tabulæ et talenta de quibus poeta pergit dicere. Et vers. 193, *Oscula perspicio figunt impressa metallo.*

C 185. Birthius ait *tabulas* scriptoribus rustici esse æquas planities, ut in hoc versu Prudentii. Intelligo autem *tabulas* sive laminas argenteas æquore lævi expolitas. *Æquor* proprie est ubi omnia æqua, plana, ut confirmat Beermanus verbis Ciceronis 2 de academ. quæst., *Quid tam planum quam mare, ex quo et æquor illud poetæ vocant?* Lucretius, lib. IV, *Rejectæ reddunt speculorum ex æquore visum.* Huc allusit Prudentius. Vide vers. 53 hymni S. Cassiani. Teolius Muratorii lapsum notavit, qui in Paulini vers. 557, *Seque latere putans exstabat in æquore claro*, mendum exscriptoris esse dixit, et positum pro *æthere*, aut *aere claro*. Paulinus intellexit planitiem apertam.

186. Macrus in Hierolexico *recavum* hoc loco exponit cælatum, incisum; et inde Italice *ricamo* dictam opinatur acus picturam quæ a fundo elevatur; quæ omnino absurdæ est explicatio. Nam Prudentius *recavum speculum* dicit, ut *recavum palatum* Psych. vers. 422. A vocæ Hebrææ *racam* Hispanice *recamo* dici putat Covarruvias.

188. Talentum ponitur pro materia ipsa argentea ex qua sit talentum.

189. Veteres solebant deos salutando compellare, ut in multis scriptoribus antiquis passim cernitur. Martialis, lib. XII, epigr. 78, *Multis dum precibus Jovem salutat.* Salutatio hujusmodi prope matutinis horis exercebatur; et a Romana salutandi patronos consuetudine nomen habet. Martialis, lib. II, epigr. 18, *Mane salutatum venio.* Sic Virgilius mox laudandus. Vide Matthæum Broverium de Veter. ac recent. Adorat., cap. 6 et 9, qui multa veterum testimonia profert.

190. Parrhasius, *puppis*, mendose, pro *pubis* vel *pubes*. Heinsius mavult *pubis* cum Thuan., Ald., Egm., Pal., ut *vulpis* et *gruis* in veterissimis Phædri exemplaribus. Multi, etiam veteres, scribunt *pubes*, ut Mar., Prag., Vat. B. In duobus Torrent., *plebis*. Widm. non bene distinguit *omnis adorat : Pubes eunt.*

1183 Oscula perspicuo figunt impressa me- A
[tallo
Balsama diffundunt : stetibus ora rigant.
195 Jam cum se renovat decursis mensibus annus,
Natalemque diem passio festa refert,
Quanta putas studiis certantibus agmina cogi,
Quæve celebrando vota coire Deo?
Urbs Augusta suos vomit effunditque Quirites,
200 **1184** Una et patricios ambitione par

Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
Discrimen procerum, præcipitante fide.
Nec minus albanis acies se candida portis
Explicat, et longis ducitur ordinibus.
205 Exsultant fremitus variarum hinc inde viarum,
Ind gena, et Picens, plebs et Hetrusca venit.
Concurrit Samnitis atrox, habitator et altæ
1185 Campanus Capuæ, jamque Nolanus
[adest.

GLOSSÆ VETERES.

193. Perspicuo, nitido, præclaro, I.
198. Celebrando, ad celebrandum, I.
199. Augusta, Roma, nobilis. — Quirites, Romanos. — Romanos principes, I.
200. Ambitione, cupiditate, I. Desiderio, Mar.
201. Plebeia, rustica, vilis exercitus, plebei milites. — Umbonibus humeris, I.

202. Discrimen, discretionem. — Præcipitante, incitante, impellente ad hoc, I.
206. Picens, gentile nomen, sicut Romanus, a Piceno urbe. — Hetrusca, Italica, I.
207. Samnitis, civis, a Samnia provincia, I.
208. Nolanus, a Nota civitate, I.

B

COMMENTARIUS.

193. Barthius quærit cur Prudentius dixerit *perspicuum metallum*, cum supra dixerit *argento ex solido*? nam argentum in perspicuas laminas duci nequaquam potest, non magis quam ebur, de quo Macrobius in Somnium memorat. Facilis est et expedita responsio. Tabulæ argenteæ ita erant expolitæ, ut æquore lævi niterent, quæde recavum nitet speculum. Id significat perspicuum metallum, hoc est nitidum, et in quo tanquam in speculo homo se possit inspicere: nam *perspicuum* non solum pro diaphano, verum etiam pro nitido et lucido accipitur, ut exponunt glossæ.

194. Alt., *balsama desudant*. Heins. cum aliis scribit *desudant*. Ita Alex. a prima manu; supra, *diffundunt*, quod reperitur in multis. Weitzius, *diffundunt*. Mos tunc erat afferendi unguenta ad sepulcra martyrum. S. Gregorius scribens ad Secundinum C. indic. 2, lib. vii, epist. 54: *Aloem, thymiana, styracem et balsamum, sanctorum martyrum corporibus offerenda, latore præsentium deferente, transmisimus*. Vide comment. ad vers. 519 hymni S. Vincéntii.

195. Prag., *nam cum se*. Parrhasius *divisim*, et in emendatis *divisis* pro *decursis*, non ita bene.

196. Diem quo SS. martyres martyrio coronati sunt, stylo ecclesiastico *natalem* dici res est notissima. Videri potest Martinus Roa de De natali sacro et profano. Imperatores imperii sui ortum seu natalem celebrabant. Ad natalem cathedræ sive episcopatus Romani pontificis celebrandum plures episcopi congregari solebant, ut constat ex epistola Xysti pontificis ad Cyrillum episcopum Alexandrinum Theodosio XIII et Maximo coss., ut in actis concilii Ephesini legitur; sed legendum videtur Theodosio XIV, scilicet anno 433, et ex alia ejusdem Xysti ad Joannem episcopum Antiochenum. Hilarius papa in epistola ad episcopos Tarraconensis provinciæ: *Lectis ergo in conventu fratrum quos natalis mei festivitas congregarat, litteris vestris*. Anastasius Bibliothecarius in Vita Hadriani I: *Denique ejus beatitudo fecit et pharum majorem in eadem B. Petri ecclesia in typum crucis qui pendet ante presbyterium, habentem candelas mille trecentas et septuaginta. Et constituit ut quatuor vicibus in anno ipsum pharum accenderent, id est in nativitate Domini, in Pascha, in natali Apostolorum, et in natali Pontificis*. Hujusmodi phari in typum crucis vestigia exstant in cruce quæ in basilica Vaticana S. Petri plurimis lucernis ardentibus ornata ostenditur nocte feriæ 5 majoris hebdomadæ. Natalem sui episcopatus etiam alii privati episcopi celebrabant: de quo legi potest Binghamus lib. iv, cap. 6, vol. II, pag. 188.

199. Parrhasius, *urbs angusta*: legendum *Augusta*: qui titulus Romæ tribuitur in cod. Theod., item apud Paulinum, Apollonium, Ammianum et alios. Vomere de magna copia. Virgilius II Georg. vers. 462, *Mane salutanum totis vomit ædibus undam*.

201. Isonis glossam vides: accipe Barthii explicationem. *Pari cultu, pari festinatione. Proceres habebant restitum quo dignoscerentur, sed omnis tum vestitus æqualis habebatur festinatione nimia. Idem dicit Papius in Violantilla: Omnis plebeio teritur prætexta tumultu. Cellarius addit: Studio pietatis et festinatione inornati exhibant proceres et plebei*. Chamillardus, *umbones æquos* putat esse scuta pura et alba: nam nobiles insignia familiæ suæ, aut factorum suorum præferrebant descripta in clypeis. Meos Prudentii hæc mihi esse videtur. Ut Quirites Urbe effusi, et ambitione patrii patricii properabant, ita plebei æque fide armati præcipientes ibant, neque hac in re ullum erat discrimen. Dixit vero poeta *umbonibus æquis* pro æqualibus armis allegorice, quoniam agmina et plebeiam phalanx dixerat, et mox acies.

205. Fabricius primum id explicat de porta Romæ Albana, nunc Exquilina, vulgo Taurina, quam Procopius Prænestinam, antiquissimi Metiam nominaverunt. Mauv't tamen intelligere portas Romam deducentes ex oppido Alba. Ac revera ita est intelligendum. Alba vetus, sive Alba Longa anno Urbis 86 eversa est. Sæculo IV Romæ exeunte, in loco non procul distante Alba, aliud oppidum veteri nomine florere cœpit, ubi nunc est Albanum. Via Appia, regina viarum dicta, hoc oppidum intercorrebat: hinc via Appia, sive Albanæ portæ prius a Prudentio memorantur. Romæ anno 1787 prodierunt *Memorie storiche di Alba Longa, e dell' Albano in derno*, auctore Joanne Antonio Riccy. *Acies candida* significat toga recenti ornatos. Vide comment. ad vers. 547 lib. I in Symmachum, *Candidiore toga*. Ut infausta et tristia *atra* dicimus, sic læta, fausta et festiva, *candida*. Horatius od. 7 lib. III favonios dixit *candidos*, quia Romæ præsertim hic est præ cæteris lætus placidusque ventus. Virgilius eclog. 5: *Candidus insuetum miratur limen Olympi*.

204. Prag., *perperam, longis dulciter*. Egm., Hailsbr., *dicitur*, non melius.*

206. Parrhasius edidit *Peligna, et picens*, non male.

207. Plerique ita distinguunt, *Concurrit Samnitis atrox habitator, et altæ, etc.* Cellarius ac Teolus autem in *Samnitis* intelligi terræ, regionis in patrio casu. Parrhasius recte distinguit, *Concurrit Samnitis atrox, habitator et altæ Campanus Capuæ*. In nominandi casu est *Samnitis*, ut lib. II in Symm. vers. 515, *Samnitis, Marsusque*; et apud Catonem ex Prisciano lib. VII, *Ager Gallicus, Samnitis, Apulus, Brutus*. Plerique efferunt *Samnis*. Dicuntur autem atroces, quia erant bellicosissimi, aut quia ludo gladiatorio ita erant dediti, ut eorum nomen pro gladiatoribus ipsis accipiatur. Vide Ciceronem pro Sextio.

208. Prima syllaba produci solet in *Nolanus*: hic corripitur, quod in indicibus Chamillardi, Cellarii et Teolii notatum non est. Parrhasius refert nonnullos

Quisque sua lætus cum conjugē, dulcibus et A
[cum 220
210 Pignoribus rapidum carpere gestit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Hæret et in magnis densa cohors spatiis.
Angustum tantis illud spæcus esse catervis,
Haud dubium est, ampla fauce licet pateat.
215 Stat sed juxta aliud, quod tanta frequentia tem-
[plum
Tunc adeat, cultu nobile regifico,
Parietibus celsum sublimibus, atque superba
Majestate potens, muneribusque opulens.

Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Sustinet, auratis suppositus trabibus :
Adduntur graciles tecto brevior recessus,
Qui laterum seriem jugiter exsinuent.
1186 At medios aperit tractus via latior alti
Culminis exurgens editiore apice.
225 Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
1187 Tollitur, antistes prædicat unde Deum.
Plena laborantes ægre domus accipit undas,
Arctaque confertis æstuat in foribus,
Maternum pandens gremium, quo condant alu-
[mnos,

GLOSSÆ VETERES.

210. Pignoribus, hoc interest: pignora rerum, pignera
filiorum. — Gestit, gaudet, cupit, I.
216. Nobile, regale, I.
217. Superba, nobili, I.
218. Opulens, dives, pro opulentum, I.
220. Auratis, auro pictis, I.
221. Breviore, strictiore, I.

224. Editiore apice, altiore celsitudine, I.
226. Tollitur, elevatur, I.
B 227. Ægre, vix. — Undas, catervas, frequentias
populorum, I.
228. Confertis, plenis, I.
229. Alumnos, filios, I.

COMMENTARIUS.

confusio locorum ordine scribere *janicolanus* pro *jan-
que Nolanus*. Cauchio arridebat *janque bolanus*.

212. Præclare dictum ad immensam multitudinem
hominum significandam.

214. Prag. semper scribit *haut*.

215. Multi pro certo ponunt hoc templum eidem
S. Hippolyto fuisse consecratum. Sed Ruggerius loc.
cit. num. 48 existimat cum aliis Prudentium his ver-
sibus basilicam S. Laurentii in agro Verano descri-
psisse, quæ vere *juxta* S. Hippolyti cœmeterium et
ædiculam apposita erat, et in quam Prudentii de-
scriptio optime cadit. Anastasius Bibliothecarius de
Hadriano I ait: *Simul et cœmeterium B. Hippolyti* C
*martyris juxta S. Laurentium, quod a priscis marcue-
rat temporibus, renovavit.* Vide Aringhūm lib. iv,
cap. 16, ubi de templo S. Laurentii agit.

220. Parrhasius, mendose, *suppositas*. Veteres inau-
rabant trabes ædificiorum. De templis Christianis
confer hymnum seq. et hymn. S. Fructuosi.

221. Hæc forma ædificiorum in ecclesiis pervetu-
stis adhuc cernitur.

222. Teolius apud Vat. unum, et alterum invenit
extenuent pro *exsinuent*. Putat Teolius *extenuent* esse
glossema verbi *exsinuent*. Sed Giselinus aliter expli-
cat *Exsinuent*: *Sinum seu laciniarum in morem ex-
plicit, latiusque extendant.* Addit Giselinus nostra
templa hodie non aliter exædificari. In duobus autem
mss. invenit æque novum vocabulum *eximient*, et
lector optionem præbet. Fabricius legit *exinient*, et
in comment. ait *exinire* esse in spatium brevius con-
trahere, ut in ordinibus sit columnarum, cum primum
latæ porticus, deinde contractiones fiunt. Verum
proba lectio est *exsinuent*: quo verbo utitur Ausonius
idyll. 14, vers. 29, *Collectosque illa exsinuabat amictus*;
et Paulinus epist. 56 ad Macarium, al. 49, *Cum velum
videret jam exsinuatum*, id est expansum, sive e
sinu quasi emissum et explicatum. Hoc vult Pru-
dentius.

225. Hanc cathedræ descriptionem elegantissimam
esse Barthius pronuntiat. Idem, lib. xxxii, cap. 2,
ex his versibus colligit, in meditullio sacrarum do-
mum fuisse cathedras unde mysteria sacerdotes
profitebantur. Dominicus Aulsius, lib. ii *delle Scuole
sacre*, cap. 6, diversum morem ab hoc quem Pruden-
tius describit, fuisse in Gallia arguit ex versibus
Sidonii ad Faustum episcopum: *Seu te conspicuis
gradibus venerabilis aræ Concionaturum plebs sedula
circumsistit.* Sirmondus ad Sidonium pag. 151 nul-
lum discrimen agnoscit: *Inde enim, ait, sedentes in
cathedra tribunali concionari solebant*; adducitque hæc
ipsa Prudentii verba. Distinguit scilicet Sirmondus

tribunal sive cathedram pro gradibus aræ intra can-
cellos exstantem, ab ambone in quem conscendisse
Chrysostomum, ut a pluribus audiretur, Socrates,
alique, ut peculiare narrant. Sozomenus, lib. vii,
cap. 19, refert ætate sua nullum Romæ verba in
ecclesia fecisse ad populum: *In eadem urbe neque
episcopus, neque alius quisquam in ecclesia populum
docet.* Valesius Sozomeno assentitur in notis, præ-
sertim quia Cassiodorius verba Sozomeni repetit.
Sed cum Cassiodorius eo tempore verba Sozomeni
transcripserit quo apud omnes constat Romanos
pontifices homilias ad populum habere consuevisse,
Cassiodorii testimonio parum aut nihil juvatur Sozo-
menus. Quidquid autem sit de tempore Sozomeni,
Prudentio testi oculato omnino fides est præstanda.
Gradibus sublime tribunal non erant ipsi gradus alta-
ris, ut nonnulli contendunt, sed pulpitum, aut etiam
cathedra ipsa episcopalis. Concionabantur similiter
Græci intra cancellos quibus sacrarium a capso,
quod illi *ναβόν* appellabant, dirimebatur. Ambo autem
non in sacrario, sed in navi ecclesiæ erat constitu-
tus, in quem episcopi aliquando, ut facilius ab
omnibus audirentur, ascendebant. In sacratori be-
matis, sive sanctuarii, aut presbyterii parte intra
cancellos erigebatur cathedra, sive thronus, ac sedes
episcopi, juxta quem presbyteri utrinque demissio-
ribus subselliis sedebant. Etsi autem totum sanctua-
rium, quia gradibus in illud ascendebatur, bema aut
tribunal dici posset, et interdum diceretur, tamen
gradibus sublime tribunal de quo Prudentius, sedem
episcopalem denotat ex peculiari expresso munere
prædicandi Deum. Et sanctuarium quidem hujus
ecclesiæ non in hoc templo magnifico, sed in ædi-
cula supra descripta collocatum videtur, ubi scilicet
erat mensa sacramenti donatix. Sed advertendum
illud est, ex unius vel alterius ecclesiæ more non
statim esse arguendum eam consuetudinem in omni-
bus ecclesiis viguisse; qua in re sæpe decipiuntur
aut decipiunt qui antiquitates ecclesiasticas expla-
nant: nam olim usurpatum in ecclesia simpliciter
affirmant, quod fortasse in una tantum aut in paucis
ecclesiis obtinuerit, neque tamen constat an omni
tempore hujusmodi consuetudo viguerit.

228. Vat. B, *consertis*; lege *confertis*. Ex Lucretio
lib. vi, *Omnia complebant loca tectaque, quo magis
æstus Confertos ita acervatim mors accumulabat.* Bar-
thius, lib. i, cap. 9, recte observat in libris legi *æstu*,
ex quo Lambinus eos tum fecit *invitis musis*. Alii le-
gunt in eodem Lucretio *confectos* pro *confertos*.

229. Parrhasius, *condit*.

230 Ac foveat fetus accumulata sinus.
Si bene commemini, colit hunc pulcherrima
[Roma
Idibus Augusti mensis, ut ipsa vocat
Prisco more diem, quem te quoque, sancte ma-
[gister,
Annua festa inter dinumerare velim.

235 Crede, salutigeros feret hic venerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia restituens.

Inter solemnes Cypriani, vel Celedoni,
1188 Eulaliæque dies currat et iste tibi.
Sic te pro populo cujus tibi credita vita est,

240 Orantem Christus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupo excludatur ovili,
Aagna nec ulla tuum capta gregem minuat.

A Sic me gramineo remanentem denique campo
Sedulus ægrotam pastor ovem referas.
245 Sic, cum lacteolis caulas compleveris agnis,
Raptus et ipse sacro sis comes Hippolyto.

XII HYMNUS.

INCIPIT PASSIO APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Plus solito coeunt ad gaudia : dic, amice, quid
[sit.

1189 Romam per omnem cursitant, ovant-
[que.

Festus apostolici nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis cruore.

5 Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus
[anno,

GLOSSÆ VETERES.

230. Fetus, impletos, I.
235. Crede, scilicet mihi, I.
236. Lucis, diei, I. — Festi diei celebrati, Mar.
241. Sic tibi, optando, I.
244. Sedulus, studiosus, I.
245. Lacteolis, candidis. — Compleveris, pro com-
pleas, I.

B 1. Coeunt, scilicet quid, I.
2. Ovantque, lætantur; nam tractum est a trium-
phantibus, qui albam ovem immolabant, I.
3. Festus, quasi respondet interrogatus, I.
5. Innovatus, veraciora gesta habent, quod non anno
revoluto, sed prorsus uno eodemque die sunt ambo isti
principes apostolorum passi, Prag.

COMMENTARIUS.

230. Gis. ad oram, fetus accumulata suos cum
Vat. A a secunda manu. In Mar., Urb., Prag, Vat. B
a prima manu, fetus. Alex., fetas; supra, fetos.

231. Quod ait Prudentius, Si bene commemini, non
dubitat, sed considerate loquitur, et caute affirmat.
Sic vers. 1 præf. carminum, Per quinquennia jam
decem, Ni fallor, fuimus. Cicero pro M. Fonteio :
Qui primum illud verbum consideratissimum nostræ
consuetudinis ARBITROR, quo nos etiam tunc utimur,
cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ
ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit atque
omnia se scire dixit. Nonnulli putant Hippolytum,
quem idibus Augusti celebrari ait Prudentius, esse
solum Hippolytum militem. Sed cum Prudentius de
alio Hippolyto certissime loquatur, hujus Hippolyti,
quem laudat Prudentius, diem festum olim in idus
Augusti incidisse judicandum est.

232. Rat. ex ipse recte ipsa. Ald., non bene, pun-
ctum post vocat adhibet.

235. Gis. ad marg., annos pro ortus.

236. Præmia diei festi celebrati videntur esse sa-
lutigeri ortus, sive anni. Barthius addit præmia de
cælo; nec repugno.

237. Alex., Ald., Chelidoni. Vat. B, Mar., Celedoni.
Parrhasius, corrupte, Celeboni. Notandum festum diem
S. Cypriani jam tum in Hispania celebratum.

239. Ald., tradita vita est. Teolius glossam unius
Vat. ascribit : Adjuvantis est, id est, si hoc feceris,
tunc te Christus audiet. Minime dubito quin sit legen-
dum adjurantis est.

242. Barthius scribendum putat rapta pro capta.
Sed membranæ constanter habent capta, et paulo
post occurrit raptus. Neque male est capta, ut bello
captus, dolis captus, pisces jaculo aut hamo capti.
Torn., mendose, captum.

245. Psych. vers. 792, Lacteolam mentitus ovem.
Vide comment. ad vers. 165 hymni S. Eulaliæ. Sta-
bula ovium vocantur caulæ ex Græco nomine, c de-
tracto : nam Græci αὐλας dicunt. Fortasse Paulinus
hoc etymon respexit de Reditu Nicetæ : Nunc oves
facti duce te gregantur Pacis in aulam.

246. Hæc valida mihi videtur conjectura ut creda-
mus Hippolytum fuisse episcopum, quod scilicet
Valerianus, Christi sacer, sacro Hippolyto esset fu-
turus comes in cælo, sacerdotii sive episcopatus, ut
ego puto, ratione. Raptus pro defunctus verbum est

sacræ paginæ, ut denotetur aliquem e periculis hujus
mundi in cælum eripi. Post hunc hymnum in Vat. B
et Mar. ponitur passio S. Cypriani.

Exscripsi titulum ex Mar. et Rat. In Vat. A et
Weitzio, Passio apostolorum Petri et Pauli. Ald. et
Heins. addunt beatorum apostolorum. Hæc passio in
Mar. et Vat. B sequitur post passionem S. Cypriani,
ut in Weitzio.

1. Heinsius conjectabat, quid sic Romam per omnem
cursitant, ovantque? Cellarius secutus est hanc con-
jecturam : quæ mihi etiam placet, quamvis lectio
codicum recte procedat, neque careat elegantia. Ad
festum diem apostolorum celebrandum multi olim
undique conveniebant, etiam episcopi. Vide ep. Pau-
lini 13 ad Severum, et 16 ad Delphinum.

2. Etymologiam verbi ovare, a glossa indicatam,
comprobant Servius et Plutarchus. Alii cum Festo
ovare deducunt a clamore quem edere solent victo-
res, geminata littera o; alii ab evoe, bacchantium voce.
Adisis Becmanum de Origin.

5. Hæc Prudentii aliorumque opinio fuit, SS. Pe-
trum et Paulum eodem anni die, sed non eodem anno
martyrium subiisse. Prudentius hanc suam opinio-
nem clarius explicat vers. 21, Ut teres orbis iter, etc.
Joannes M. Brassichellensis in Indice librorum ex-
purgandorum, quem num. 184 in not. proleg. lau-
davi, hanc sententiam censura perstringit, quod con-
traria sit communiori opinioni, quamvis fateatur
illam defendi ab Augustino et Aratore. Vide pag. 257
et 262 ejus Indicis. Eminentissimus card. Stephanus

Borgia in celeberrimo suo opere, Vaticana Confessio
beati Petri, multa affert quibus tum aliæ antiquitates
ecclesiasticæ illustrari possint, tum fere totus hic
Prudentii hymnus facilius intelligi. Hanc ipsam quæ-
stionem ad examen revocat, et fatetur S. Augustinum
idem sensisse ac Prudentium, serm. 295 in natali
apostolorum Petri et Pauli, et serm. 381 de eod.
natal., ubi ait : Natalitio ergo Petri passus est Paulus.
Neminem alium ex antiquis Latinis scriptoribus ejus-
dem sententiæ assertorem reperit, excepto Aratore
subdiacono, qui sæculo vi floruit, et lib. II Hist. Apost.
ita cecinit : Geminos, quos edidit astris, Non eadem,
tamen una dies, annique voluto Tempore sacravit repe-
titam passio lucem. E Græcis Photius in Biblioth. cod.
276 locum S. Nili discipuli S. Joannis Chrysostomi
profert ubi affirmatur Petrum ante Paulum occu-

1190 Vidit superba morte laureatum. A
Scit Tiberina palus, quæ flumine lambitur pro-
[pinquo,

GLOSSÆ VETERES.

6. Superba, nobili. — Laureatum, coronatum, I.
9. Crucis et gladii, Petri et Pauli. — Testis; Tibe-

1191 Binis dicatum cespitem tropæis,
Et crucis, et gladii testis : quibus irrigans eas-
[dem

ris. — Quibus, tropæis, I.

COMMENTARIUS.

buisse. Justinum martyrem et Irenæum memoriæ mandasse Paulum quinque post Petrum annis martyrio coronatum, refert Metaphrastes, approbantibus Colomesio et Junio in notis ad epist. 1 S. Clem. ad Cor. Rupertus Tuitiensis, qui anno 1124 sub Lotario III obiit, lib. vi de Operib. Spiritus sancti, cap. 10, ita habet : *Creditur ambos (SS. Petrum et Paulum), uno eodemque unius ejusdemque diei anno inclyto coelos decorasse martyrio; non tamen desunt qui putent eodem quidem die, sed non eodem martyrium complevisse anno. Unde idem, qui supra, Unus utrumque dies, etc.* Communioni sententiæ de eodem anno et die martyrii SS. apostolorum magnum pondus adjecit celebre Gelasii I decretum de libris apocryphis in concilio Romano anni 494, quod sub Damaso celebratum falso dixit Chamillardus, et, ut opinor, voluit dicere sub Gelasio : *Cui data est etiam societas beatissimi Pauli apostoli, vas electionis, qui non diverso, sicut hæretici (al. hæresi) garrunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosam mortem cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est.* Nihilominus anno 544 Arator subdiaconus Ecclesiæ Romanæ eandem sententiam, ut vidimus, expressit, cujus carmina ut publice recitari juberet, Vigilium papam literati omnes doctissimique rogaverunt, ac revera summo plausu in ecclesiâ S. Petri ad Vincula recitata sunt. Eodem Aratore recitante, distinctis diebus ambo libri septem vicibus sunt auditi, cum unius medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant. Vide Labbeum tom. I Biblioth. mss. pag. 668. Igitur sententia Prudentii non tam male audiebat tunc Romæ quam videri possit, si solum decretum Gelasii consideretur. Accedit S. Gregorius Turonensis de Gloria martyrum cap. 29 lib. i : *Paulus vero apostolus post revolutum anni circulum ipsa die qua Petrus apostolus passus est, apud urbem Romam gladio percussus occubuit.* Ruinartius in notis ait deesse hæc verba *post revolutum anni circulum* in quodam codice : quæ lectio, etsi conformior veritati videatur, incertum tamen illi est an sit sincerior.

6. Prag., mente : lege morte. Paschalius, de Coronis lib. viii, cap. 10, probat laureatum significare victorem, et interdum pro triumphante poni, ut hoc loco a Prudentio.

7. In editione Parmensi vitiatum est metrum, transpositis ita verbis, *quæ lambitur flumine*; in nota recte *quæ flumine lambitur*. Teolius ait in omnibus mss. Vatt. esse *lambiur*, non *labitur*. Sed dubium non est quin in Vat. Q et aliis sit *labitur*; quod legit Mariellus in Vatt. A, B, Rat., Prag. In Vat. P, Oxon., Thuan. a manu prima, Egm., Pal., Fabr., Parrh., *lambitur*. Heinsius edidit *labitur*, sed putat castigandum *Scit Tiberina palus, qui fluminē lambitur propinquo, Binis dicatum cespitem tropæis*. Scilicet cespes *lambitur*, non *palus*, ut infra de eodem Tiberi : *Qua stringit annis cespitem sinistrum*. Addi potest similis loquendi ratio ex Ammiano lib. xxvii, *Ister, quæ Romanum cespitem lambit*. Mihi non displicet conjectura, quamvis Teolio nimis dura et coacta hæc videatur constructio. Cæterum nihil mutaverim, repugnantibus mss. Cellarius iniquiter allucinatus est, qui non solum edidit *qui lambitur*, verum etiam falsissimam notam subjecit : *Ita mss. Vulgo, quæ labitur*. Giselinus affirmat in quodam ms. esse *quæ lambitur*, in Daventriensi *quæ lambit ex propinquo*. Sed addit utrumque de Rhodano Lemantum allambente; similibusque fluminibus recte dici posse; de paludibus

autem ad montium radices scaturientibus, ac in vicinos amnes perenniter sese exonerantibus, non item. Nihilominus mihi arridet *quæ lambitur*, ita ut palus Tiberinâ intelligatur esse campus Tiberi proximus, quem *adcirco paludem vocat, quia stagnantibus aquis vel ob pluvias immodicas, vel ob fluminis inundationes frequenter operiebatur*, ut egregie explicat laudatus Em. card. Borgia. Ex quibus verbis recte colligit locum in quo S. Petrus martyrium subiit non fuisse montem Janiculum, ut recentiorum tenet opinio, sed planitiem eam quæ Tiberim inter et montis Vaticani radices excurrit : quod allatis aliis antiquitatis monumentis uberius confirmat. Hanc sententiam ita explicatam non satis intellexisse videtur Teolius, nisi fortasse novam aliquam ipse excogitavit. Ita enim ait in admonitione ad hunc hymnum : *De loco autem par ratio non est. Quantumvis enim speciosæ sint recentiorum conjecturæ, qui sanctos apostolos diversis in locis animadversos fuisse contendunt, conjecturæ tamen sunt, quibus nemo prudens rerum æstimator testem antiquum sane, ac sinceritate, et eruditione ubique commendatum præferendum esse non fateatur. Cum itaque Prudentius aperte dicat vers. 9 eandem paludem, quæcunque illa fuerit, utrorumque apostolorum sanguine imbutam fuisse, uno eodemque loco sanctos apostolos martyrium complevisse in dubium revocare non audemus : uti nec, certis deficientibus monumentis, quisnam fuerit locus ille definire. Rem totam accurate discussam, ac summa eruditione pertractatam vide apud illustriss. præs. Stephanum Borgia, etc.* Verum aperte doctissimus card. Borgia pag. 84 et 85 assertionem Petri Comestoris tuetur, Paulum gladio occisum in catacumbis versus occidentem, Petrum crucifixum in Vaticano, in vico scilicet qui est extra civitatem, ubi fiebant dolia; et pag. 89 ait : *Locum ubi doctor gentium gladio percussus occubuit, nemo clarius quam S. Gregorius Magnus expressit, cum basilicæ S. Pauli massam ad Aquas Salvias donaret.* De qua massa sive possessione ad Aquas Salvias ait S. Gregorius : *In qua palmam sumens martyrii capite est truncatus, ut videri potest apud cl. præsulem Gallettium antiquitatis cultorem eximium, Inscription. Rom. infini ævi, t. I, p. 5.*

8. Per *cespitem* intellige gramen, campum. Infra vers. 46, *Qua stringit annis cespitem sinistrum*. Weitzius ad vers. 50 hymni S. Vincentii putaverat *cespitem* hoc loco sumi pro ara. Cespes campi Tiberini binis tropæis dicatus dicitur. Caius, sive Gaius presbyter Romanæ Ecclesiæ sub Zephyrino Romano pontifice sæculo II, apud Eusebium Hist. eccles. lib. II, cap. 25 : *Ego autem apostolorum tropæa possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere velis, invenies tropæa eorum qui ecclesiam hanc fundaverunt.* Tropæa apud Prudentium et Caium sunt sepulcra martyrum qui palmam martyrii consecuti sunt. S. Hieronymus epist. ad Marcellam : *Est ibi (Romæ) sancta ecclesia, sunt tropæa apostolorum, ad hæc et tituli.* Fortasse tropæi nomen magis proprie apostolorum Petri et Pauli sepulcris tribuebatur; tituli etiam alia sepulcra, eisque inædificatæ ecclesiæ vocari solebant. Fortunatus hæc tropæa *propugnacula* appellavit lib. III, carm. 7. *A facie hostili duo propugnacula præsumt, Quos fidei turres Urbs caput orbis habet.* Supra, vers. 2, occurrit *triumphus apostolicus*. S. Ambrosius similiter de SS. Gervasio et Protasio epist. 22 : *Eruuntur nobiles reliquæ e sepulcro ignobili, ostenduntur celo tropæa.*

9. Egm., et crucis, et gladii testes. Heinsius parum hic vidit; ait enim ita in Egm. legi, ut ad herbas, non

10 **1192** Bis fluxit imber sanguinis per herbas. A
 Prima Petrum rapuit sententia, legibus Neronis
 Pendere jussum præminente ligno.
 Ille tamen veritus celsæ decus æmulando
 [mortis
 Ambire tanti gloriæ magistri,
 15 Exigit ut pedibus mersum caput imprimant su-
 [pinis,
 Quo spectet imum stipitem cerebro.
 Figitur ergo manus subter, sola versus in ca-
 [cumen :

1193 Hoc mente major, quod minor figura,
 Noverat ex humili cælum citius solere adiri :
 20 Dejecit ora, spiritum daturus.
 Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni,
 Diemque eundem sol reduxit ortus,
 Evomit in jugulum Pauli Nero servidum furo-
 [rem,
 Jubet feriri gentium magistrum.
 25 Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum,
 Ad Christum eundum est, jam resolvor,
 'inquit.

GLOSSÆ VETERES.

12. Præminente, *eminente, alto patibulo*, I.
 13. Veritus, *timens*. — Celsæ, *quæ est illa gloria*.
 — Æmulando, *imitando*, I.
 14. Ambire, *desiderare*, I.
 15. Exigit, *rogat, exegit, petiit*. — Supinis, *eleva-*
lis, I.
 16. Quo, *ut*, I.

17. Subter, *aa terram*. — Sola, *plantas*, I.
 8. Mente major, *humilior*. — Minor, *despectior*.
 — Figura, *honore*, I.
 B 21. Ut teres, *sicut rotunda; circulus*, I.
 23. Evomit, *emittit*, I.
 24. Feriri, *puniri*, I.
 26. Eundum, *contendendum*, I.

COMMENTARIUS

ad imbrem sanguinis referatur testes. Vera lectio est testis, et refertur ad Tiberinam paludem, non ad imbrem sanguinis. Sententia est : Scit Tiberina palus testis crucis et gladii, quibus, scilicet cruce et gladio imber irrigans sanguinis bis fluxit per easdem herbas. Teolius ex hoc versu arguit eodem in loco Petrum et Paulum passos. At Prudentii mens est in eisdem campis Tiberinis utrumque martyrium contigisse, non in eodem omnino loco paludis Tiberinæ : designat enim locum martyrii, sed non locum loci, ut cum jureconsultis loquar. Sic ait, Tiberinam paludem scire, cespitem dicatum binis sepulcris; et postea clare distinguit et separat hæc ipsa sepulcra : *Dividit ossa duum Tibris*. Sic etiam ait, *easdem per herbas*, cum non eodem anno martyrium astruat : et *bis fluxisse sanguinem*, cum Petrum affirmet cruci affixum. Hæc enim omnia aliud sonant, aliud significant : quanquam fortasse etiam sanguis Petri fluxit. Hieronymus epist. 23 ad Castrutium plus dixit : *Quid Petro, quid Paulo sublimius? Neronianum gladium cruentarunt*. Sagittarius cap. 6 de Cruciat. plures Patres allegat qui geminum hoc mortis genus de Petro et Paulo sub Nerone confirmant.

11. Weitzius ait a nonnullis dubitari Romæne an apud Hierosolymam Petrus cruci sit affixus. Scio a nonnullis dubitari, sed hæreticis. At quid respondent toti antiquitati, in qua tot sunt qui affirmant Petrum Romæ martyrium subiisse, nullus qui neget? Videri possunt testimonia apud em. cardinalem Borgiam collecta.

13. Egm., Widm., supra, Vat. P, *æmulandæ* : metrum *æmulando* poscit. Cur Petrus inversis vestigiis cruci affligi postulaverit, hanc eandem rationem reddunt Egesippus, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Eutychiûs Ægyptius, Maximus et alii. De hac inversa Petri crucifixione concinnum exstat Petri Labbei elogium, quod Sagittarius cap. 8 de Cruciat. exscripsit.

14. Hailsbr., *tantam*. Egm., *tangi*, male; pro *tanti*.

15. Gis. ad oram, *pedibus versum*. Ald. *imprimat* : melius *imprimant*.

17. Parrhasius male, *solo* pro *sola* : quod est a *solum soli*, non a *solea*, sublato *e*, ut ait glossa. Diversa crucifigendi genera exponit Seneca in Consolat. ad Marciam cap. 20 : *Video isthuc cruces, non unius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas. Alii capite conversos in terram suspendere; alii per obscena stipitem egerunt; alii patibulo brachia explicuerunt*. S. Petrum capite deorsum demisso fuisse affixum cruci Origenes narrat apud Eusebium lib. III Hist. eccles., cap. 1 : *Qui ad extremum Romam veniens, cruci suf-*

fixus est capite deorsum demisso : sic enim ut in cruce collocaretur oraverat. Consentiant Egesippus de Excidio Hierosolym. cap. 2, lib. III; Abdias (quisquis est) auctor Historiæ Apostolorum, quamvis apocryphæ; Palladius in dialogo de Vita Chrysostomi; Augustinus serm. 28 et 29 de Sanctis; Eutychiûs Ægyptius patriarcha Alexandrinus in Originibus Ecclesiæ suæ; S. Maximus serm. 1 Natal. apostolorum Petri et Pauli; Hieronymus cap. 1 de Script. eccles.; S. Ambrosius lib. 1 de Interpellat. Job et David., cap. 1; S. Gaudentius episcopus Brixienis in serm. de SS. apost. Petro et Paulo; S. Joannes Chrysostomus homil. in princip. apost.; S. Gregorius Nyssenus in orat. 8 de beatit., aliique innumeri : ut temere nonnulli hac de re dubitare visi sint. In Breviar. Mozarab. exstat hymnus qui S. Ambrosio tribuitur, ubi id clare affirmatur : *Verso crucis vestigio*, etc., et in orationibus ad matutinum : *Cum et Paulus dissolvi cupiens gladio necatus interiit, et Petrus inversis se poscit vestigiis crucifigi*. Rupertus Tuitiensis, lib. VI de Operib. Spiritus sancti, cap. 10, hos ipsos Prudentii versus allegat : *Super hoc quidam fidelis, et in fidè laudabilis metricè canens ita dixit : Figitur ergo manus*, etc.

20. In nonnullis vulg., *defecit*; in aliis, *hora*. Corrigere *dejecit ora*.

21. Vat. B, Q, Mar., Prag., Rat., Weitz. cum suis, Thuan., Ox. pro div. script., Parrhasius, *retro*. Ald., Vat. P. et alii, *rota*. In Alex. hic et sequens versus desiderantur.

23. Vat. A, *cruorem*; supra, *furorem*

24. Intellige *feriri gladio*, quod supra indicavit. S. Augustinus sæpe *feriri* simpliciter dixit, ut epist. 260 : *Si non solum subito feriri juberentur, verum etiam in loco proximo ferirentur*. Vide Sagittarium cap. 7 de hac formula *gladio feriri*. Cum gladius communis esset omni populo, securis vero propria Romanorum, gladio quam securi feriri magis erat ignominiosum. Victimæ immolandæ securi cædebantur. Vide Baronium ad annum 226, num. 3. Chamillardus hoc discrimen non advertit, cum non semel affirmet Paulum securi percussum, quod nemini ignotum esse dicit. Prudentius, ut potestatem primam Petro libens concedit, ita præcipuam laudem docendi gentes Paulo. Hanc distinctionem recte exprimit Breviarium Mozarabicum in capitulis ad Benedictus in hoc festo : *Cum potius tendentes ad regna cœlestia, quo Pauli docentis adduxerit pietas, intromittat Petri potestas*.

25. Prag., *inepte*, Cato, et supra glossa, *sapiens*. Lege *cito*.

26. Parrhasius distinguit *Ad Christum eundum est*

Nec mora : protrahitur, pœnæ datur, immola- A
[tur] ense,

Non hora vatem, non dies fefellit.

1194 Dividit ossa duum Tiberis, sacer ex utra-
[que] ripa,

50 Inter sacrata dum fluit sepulcra.

Dextra Petrum regio tectis tenet aureis rece-
[ptum],

Canens olivâ, murmurans fluente.

Namque supercilio saxi liquor ortus excitavit

1195 Frondem perennem chrismatis fera-
[cem],

GLOSSÆ VETERES.

51. Dextra regio, *aquilonaris plaga*. — Aureis, *nobilibus*, I.

52. Canens, *albescens, candens, a canitie dicta, albens et venit a caneo canes*. — Fluente, *orta aqua*, I.

54. Fontem, *baptisterium*. — Chrismatis, *unctionis oleo baptizati unguuntur*, Vat. A. — Fontem, *baptisterium perpetuum*. — Feracem, *fertilem*, I.

COMMENTARIUS.

jam, resolvor, inquit. Epist. II ad Tim. II, 6 : *Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat*. Confer etiam epist. ad Philipp. I, 25, *Desiderium habens dissolvi*.

27. Parrhasius, depravate, *Hæc mora quæ trahitur, pœnæ datur. Immolatur ense*. Ald. et nonnulli vulg. male distinguunt *nec mora protrahitur*.

28. Vat. A, autem. Emenda vatem.

29. S. Petrum sepultum fuisse in Vaticano, et S. Paulum in via Ostiensi certior est sēntentia. Nonnulli e catacumbis eorum corpora in hæc loca ubi nunc sunt, a Cornelio pontifice Romano translata fuisse non satis idoneis auctoribus affirmant. Vide S. Isidorum de Vita et Morte sanctorum cap. 68 et 69. Negari tamen nequit aliquandiu corpora beatorum apostolorum in catacumbis occultata fuisse : quod S. Damasi et S. Gregorii Magni testimoniis demonstratur.

51. Prag., *perceptum* : corrigendum *receptum*. Hic etiam tecta aurea templi Vaticani memorantur, ut infra de basilica S. Pauli. Peveratus ad hunc versum exscribit hæc verba Pomp. Ugonii ex scheda ms. quam apud se habebat : *Aug. Constantinus basilicam B. Petro apostolo ex rogatu Silvestri episcopi in templo Apollinis inclusit in loculo corpus S. Petri. Ipsum loculum undique ære Cyprio conclusit, quod est immobile. Ornavit supra ex columnis porphyreticis. Hæ columnæ steterunt sub ciborio usque ad tempora nostra, nunc sunt in altaribus S..... et alias columnas vitineas, quas de Græcia perduxerat, et exstant hodie. Fecit auream crucem lib. 150. Quæ verba mendis inquinata esse facile intelliges : sed tanti non est ea emendare.*

52. Mar., *canans*; supra, recte, *canens*. Prag., Weitz., Vat. B, Q, *olivo*. Rat., *olivæ*. Ald., *oliva, et murmurans*. Plerique, ut editum est. Etiamnum olivæ in Vaticano virescunt. Weitzius ait prope templum Vaticanum ortum fontem ex quo S. Petrus sui carceris custodes baptizaverit, de quo loquitur Prudentius. Hunc errorem animadverti et correxi ad hymn. De loco in quo martyres passi sunt, etc. A Giselino errorem hausit Weitzius.

53. Baronius ad an. 584, num. 24, in his Prudentii versibus baptismalem ecclesiæ Vaticanæ fontem agnoscit. Eodem respiciunt glossæ veteres. At ego existimo a Prudentio describi fontem magnifice exstructum ante fores templi Vaticani, quo ora manusque lavarent fideles antequam ecclesiam ingrederentur. De hoc fonte Paulinus epist. 55 ad Alethium, sive 15 ad Pamachium ed. postr., qui epulum præbuerat omnibus Romæ pauperibus in basilica apostolorum principis : *Quanto ipsum apostolum attollebas gaudio cum totam ejus basilicam densis inopum cælibus stipavisses, vel qua sub alto sui culminis mediis ampla laquearibus longum patet, et apostolico eminens solio coruscans ingredientium lumina stringit, et corda lætificat; vel qua sub eadem mole tectorum geminis utrinque porticibus latera diffundit; quæve prætentonitens atrio fusa vestibulo est, ubi cantharum ministra manibus, et oribus nostris fluentem ructantem fastigiatus solido ære tholus ornat, et inumbrat, non sine mystica*

specie quatuor columnis salientes aquas ambiens. Decet enim ingressum ecclesiæ talis ornatus, ut quod intus mysterio salutari geritur, spectabili pro foribus opere signetur. Similem fontem postea Leo Magnus ante Ostiensem S. Pauli basilicam condidit, quem Ennodius celebrat : *Unda lavat carnis maculas, sed crimina purgat Purificatque animas mundior amne fides. Quisque suis meritis veneranda sacraria Pauli Ingredieris, supplex ablue fonte manus. Perdiderat laticum longæva incuria cursus, Quos tibi nunc pleno cantharus ore vomit. Provida p̄storis per totum cura Leonis. Hæc ovibus Christi larga fluentia dedit*. Hunc morem veterum Christianorum lavandi manus et ora ante fores ecclesiæ, aut interius sacrarium, confirmat Eusebius lib. x, cap. 4, et indicat Tertullianus lib. de Oratione, cap. 11 : *Quæ ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente orationem obire?* Apud ethnicos eadem fuit consuetudo. In Christianorum ecclesiis vas aquæ lustralis ad expianda peccata venialia, quod nunc cernitur, his quos dixi fontibus successit. Et fortasse sacratoribus diebus majoris hebdomadæ Christiani veteres ecclesiam ingressuri manus et ora non lavabant, ad doloris sensum de passione Domini indicandum : unde originem traxerit consuetudo non adhibendi aquam lustralem feria 5 et 6 ejus hebdomadis. Mairiti anno 1786 prodiit opusculum quo hæc consuetudo improbat. Jam anno 1782 editum fuerat Perusiæ volumen in 8 quo quatuor opuscula Italice scripta continentur, quorum primo auctore G. C. hujusmodi usus refellitur, tribus aliis prorsus anonymis defenditur. Jam si Prudentii versus cum veteri illa consuetudine, cum Paulini et Ennodii verbis conferantur, planum fiet non de fonte baptismali illum locutum, sed de fonte ante fores templi collocato. Ait igitur Prudentius regionem in qua sepultus erat S. Petrus aureis sub tectis, olivis et fluente esse conspicuam : nam aqua in monte scaturiens frondem (ita enim lego) oleæ excitat et alit : inde per marmora et clivum ad viridem natationem sive receptaculum confluit. In interiori parte tumuli sive ædificii e cantharo labuntur aquæ, et in stagno volvuntur. Pictura tholi tingit undas, et vicissim musci ab auro relucent, et aurum a muscis virescit; aqua cærulea a rubro colore supernæ picturæ trahit umbram sive imaginem, et lacunar fluctibus videtur moveri. Pastor sive pontifex Romanus suis ovibus exhibet hæc fluentia.

54. Dixi vers. sup. legendum esse *frondem*; et ita revera legunt Vat. B, Alex., Mar., Prag., Rat., Weitz. cum plerisque suis, Gis. ad marg., Sich., Thuan., duo Torrent., Heins., Cham. Et, ut Prudentius dicit nunc *frondem perennem*, ita vers. 175 Dittochæi de monte Oliveti, *Frondibus æternis præpinguis liquitur humor*. Janningus tom. VII Junii etiam legit *frondem perennem*, et interpretatur oleam. Nihilominus Parrhasius, Ald. ac multi mss. legunt *fontem*, quod expresserunt Cellarius et Teolius; quanquam hic non vere affirmat omnes Vat. præter unum habere *fontem*. Chamillardus etsi legat *frondem*, tamen in *liquore orto*, de quo vers. super., intelligit ex mente Prudentii erupisse aliquem fontem in morte S. Petri, ut

35 **1196** Nunc pretiosa ruit per marmora, lubri- A 40
[catque clivum,
Donec virenti fluctuet colymbo.
Interior tumuli pars est, ubi lapsibus sonoris
Stagnum nivali volvitur profundo.

1197 Omnicolor vitreas pictura superne tin-
[git undas,

GLOSSÆ VETERES.

35. Ruit, *oleum*, — Lubricatque, *flectit*. — Clivum, *deveixitas montis*, I.

36. Colymbo, *natatu*, Mar. Prag., *natatu*; nam Græce *colymbin* natare dicitur. *Natatu* : fructu *olivæ*. *Corymbi racemi hederarum*; *colymbi tubi per quos currit aqua per loca occulta*, I. *Colymbi tubi dicuntur*, Vat. A.

38. Nivali, *cândido*, I.

39. Superne, *desuper*, *adverbium*. — Tingit, *colorat*; *pictura*, I.

40. Musci, *viriditates*, Vat. A. *Qui ibi picti erant*. — Relucent, *ex auro*, I. — Aurum, *ex musco*, I. *La-*

Musci relucent, et virescit aurum.

Cyaneusque latex umbram trahit imminentis
[ostri :

Credas moveri fluctibus lacunar.

Pastor oves alit ipse illic gelidi rigore fontis,

Videt sitire quas fluenta Christi.

45 Parte alia titulum Pauli via servat Ostiensis,

minæ aureæ affixæ laquearibus, Vat. A.

41. Cyaneusque, *viridis*, *vitreus*; *viridis*: *Cyane gemma est Scythiæ coruscans*; interdum nitore pura est, et punctalis; interdum micantibus auratis varians punctulis. — Ostri, *rubei coloris*: *ostrum purpuræ liquor ab ostrea, quæ Græce testa dicitur*. Genus *muricis bene olentis*, I. *Lazureus*, vel *purpureus*, Vat., A. *Albus lapis*, Mar. — Umbram; *imaginem*, Vat. A.

43. Pastor, *Petrus*, I., Vat. A. — Rigore; *algore*, I.

44. Fluenta; *doctrinam*, I.

45. Ostiensis, *Portuensis*, ab *Ostia* : *proprium nomen loci*, I.

COMMENTARIUS.

tres erupisse in morte S. Pauli memoriæ proditum est. At Prudentius loquitur de fonte qui in monté vicino scaturiebat. Peveratus, qui cum Baronio putat sermonem esse de fonte baptismali, legit *fontem*, et putat eum cum ipso cœmeterio omnino destructum, ita ut nullæ supersint reliquiæ, nisi forte quod circa posterioris crepidinem apsidis, et sub aræ Vaticanæ porticibus etiamnum aquarum scaturigines conspiciuntur quarum aliquot in limpidissimum fontem corripavit Urbanus VIII, versibusque exornavit, et postea fons Liberii papæ, ac Damasi in aream Vaticani palatii ab Innocentio X deductus ac instauratus est, qui historiam Liberii pontificis sacro populum abluentis baptismate marmori exsculpendam curavit. Verum hic ipse fons Liberii et Damasi, et non alius baptismalis a Prudentio est descriptus. Versus Damasi legi possunt in ejus operibus et apud Baronium; nihil enim habent ex quo argui possit ad fontem baptismalem describendum fuisse compositos. Baronius ipse assentitur a Paulino Nolano descriptum fuisse fontem atrii basilicæ Vaticanæ. Paulinus autem cum Prudentio mire consentit. Addit Baronius aliam inscriptionem Damasi, ubi clarior fit mentio baptismatis; sed minime constat eam ad basilicam Vaticanam pertinere. Imo existimo tempore Damasi non aliud exstitisse Romæ publicum baptisterium nisi ad S. Joannem Lateranum, quod unum nominat Prudentius lib. I contra Symm., vers. 586 et seq.

35. Ald., Mar. a prima manu, *murmura* : lege *marmora*. Ox., *lubricatque clivo*; id est liquor fuit lubricus per clivum. Aliud *lubricat clivum* significat, scilicet ab humore clivum lubricum reddi.

36. Urb., *mendose*, *fluctu et colymbo*. Alex. a prima manu, Thuan., Gis. ad oram, *corymbo*. In notis ait Giselinus se expressisse Daventriensem his de causis. Primum quod *κολυμβός* inter vocabula ecclesiastica usitata non sit numerandum, deinde quod natatus inepte rivulo affingatur; postremo quod paulo ante regionem ubi sepeliebatur B. Petrus, dixerit *canere oliva*. Hic igitur idem repetens ait, rivulum ubi per pretiosa marmora ruerit, clivumque lubricarit, fluctuare virentibus corymbis, id est ramulis et foliis olearum. Heinsio non arridet *corymbo*, quia id ad olivam referri posse non videtur; et colymbades olivæ apud Plinium, Columellam, alios occurrunt : quæ ita dicebantur, quod muricæ, quæ erant conditæ innatarent. Multi alii *colymbades olivæ* in *colymbo* cogitant; sed non video quâ ratione *colymbus* poni possit pro oleis, quamvis olivæ a colymbo, sive natatione *colymbades* dicantur. Parrhasius scribit *colymbo*, et ait colymbum esse labrum quo defluens unda excipitur, Janningus colymbum explicat cana-

lem sive aquæductum. Ugutioni colymbus est herba crescens in aqua, vel thyrsus virens, vel aquæductus. Mihi videtur colymbus esse natatio, sive locus aut stagnum natationi aptum; et consentiunt glossæ Isidori : *Colymbus, Locus ubi vestes mundantur*. Lamprius in Vita Heliogabali : *Marinæ aquæ colymbos exhibuit in mediterraneis locis* : hoc est piscinam et natationem, ut explicat Salmasius. Lupius in dissertatione de baptisteriis Christianis, etsi Prudentii verba intelligat de baptisterio Vaticano, tamen multa affert ex quibus arguit *colymbos* et *colymbethras*, seu natatorias promiscue de lavacris sacris et profanis dici consuevisse. Pro *colymbus* nonnulli scribunt *colymbus*.

37. In medio illo stagno, seu concha, et colymbo erigebatur moles cum cantharo, ex quo aquæ labebantur in stagnum ipsum : nisi si forte cantharus de quo loquitur Paulinus, in aliquo angulo ad usum lavandi manus erat expositus. Coniciebam *interior tubuli pars est*.

38. Mar. a prima manu, Hailsbr., Prag., Rat., Parrhasius, *nivale* : melius, *nivali*. Teolius *nivali* interpretatur *cândido*. Verius, ut puto, *gelido*, ut mox *gelidi rigore fontis*.

39. Cauchius perperam, *pictura superba*. In *superne postrema* rite corripitur, ut ostendit Gifanius in e breve.

41. Paulinus aiebat *Fastigiatus solido ære tholus ornat et inumbrat*.

43. Nonnulli vulg., *adit* : lege *alit*. Glossæ *pastorem* intelligunt S. Petrum in verbis *pastor alit*, fortasse ex veteri nomenclatura qua S. Petrus *nutritor* in antiquis monumentis appellatur, ut ex lib. Pontificali constat. Prudentius lib. I in Symm. vers. 585, *Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses*. Ita vocat S. Petrum. Eminentissimus cardinalis Garampius singulari doctrina et eruditione ubique notus, dum nuntium apostolicum ad Cæsarem ageret, in diplomate dato Varsaviæ 14 Februarii 1774, antiquitatem imitatus, principem apostolorum *pastorem ac nutritorem nostrum* opportune nuncupavit. Prudentius autem hoc in loco Romanum pontificem designat, et probabiliter ipsum Damasum, qui fontem construxit. Ennodius in versibus quos ante retuli, Prudentium æmulatus videtur : *Provida pastoris per totum cura Leonis Hæc ovibus Christi larga fluentia dedit*. In Prudentio *gelidi rigore fontis* accipitur rigor pro magno frigore.

44. Parrhasius, Vatt. B, Q, Mar., Prag., Rat., Weitz., Gis., Heins., *videt*. Alex., Urb., Egm., Vat. Q, Ald., *vidit*.

45. Ald., *Pauli titulum* : lege *titulum Pauli*, Pru-

Qua stringit amnis cespitem sinistrum.

1198 Regia pompa loci est : princeps bonus

[has sacravit arces,

Lusitque magnis ambitum talentis.

Bracteolas trabibus sublevit, ut omnis auru-

[lenta

GLOSSÆ VETERES.

46. Cespitem sinistrum, *meridianum, versa vice ad occidentem civitatis. Sinistram ripam dicit, id est meridianum, versa vice ad occidentem, I.*

47. Princeps, *Constantinus, I.; Vat. A. — Arces, templa Petri et Pauli, Vat. A.*

48. Lusitque, *ornavit, quasi ludendo fecit. — Ambitum, circuitum, I.*

49. Bracteolas, *trabes cum bracteolis, laminas. — Sublevit, circumdedit, junxit, a liniendo. — Aurulenta, auro plena. I.*

A 50 Lux esset intus, ceu jubar sub ortu.

1199 Subdidit et parias fulvis laquearibus

[columnas,

Distinguit illic quas quaternus ordo.

Tum camuros hyalo insigni varie cucurrit

[arcus :

51. Parias, *candidas, marmoreas. — Fulvis, rubeis, auratis, I.*

53. Camuros, *curvos, Vat. A. Recurvos, Prag. Curvos, introrsum respicientes; curvos. Camurum Græce curvum; inde camerata domus cujus testudo curva est; inde camelum animal tortuosum. — Hyalo, vitro. Hyalum Latine vitrum dicitur. — Cucurrit, ornando; pinxit. — Arcus, fornices, I. — Hyalo, vitro, Vat. A., Rat. — Cucurrit, pinxit, Rat.*

COMMENTARIUS.

dentius tertium pedem semper facit spondæum, duos B primos et quartum dactylos. Cellarius titulum exponit inscriptionem sepulcri, plerique basilicam ipsam Ostiensem S. Pauli. Proprie Prudentius titulum hic vocat sepulcrum, et peculiarius ossa sepulcro condita, utitur enim verbo sibi familiari ad significandum ossa in via Ostiensi esse condita, *servat*, quo denotatur corpora sanctorum exspectare resurrectionem. In Hippolyto, vers. 173, *Servat ad æterni spem iudicis ossa sepulcro*; quod pluribus prosequitur in hymno Exsequiarum, vers. 125 et seqq., *Nunc suscipe, terra, fovendum, etc.* Vide alia ad vers. 2 hymni 18 martyrum.

47. Egm. male, *hac pro has*. Describitur basilica Ostiensis S. Pauli; nequæ enim *arces* sunt templa Petri et Pauli, ut in glossa dicitur, sed solum templum Pauli: siquidem templum Ostiense soli S. Paulo consecratum est, templum Vaticanum soli S. Petro. Nonnulli viri, alioquin doctissimi, et qui Romæ scribebant, affirmarunt templum Vaticanum in honorem SS. apostolorum Petri et Pauli esse erectum; qui inscriptione ipsa, quæ litteris enormibus ante fores templi Vaticani patet, satis refelluntur. *Sacrare arces* de imperatore qui templum construxit recte dicitur, ut apud S. Damasum de Constantina: *Sacravit templum victricis virginis Agnes*. De quo autem imperatore Prudentius sit intelligendus, non convenit inter auctores. Plerique Constantinum putant esse; alii Valentinianum. At ex veteri inscriptione quæ etiamnum exstat in arcu majori basilicæ, de Theodosio id explicandum esse aperte demonstratur: *Teodosius cepit, perfecit Onorius aulam Doctoris mundi sacratam corpore Pauli Placidie pia mens operis decus homine paterni Gaudet pontificis studio splendere Leonis*. Edita olim hæc fuit inscriptio in opere *Inscriptiones antiquæ basilicæ S. Pauli Romæ 1654* in-fol., et in multis aliis operibus repetita est. Theodosius Sallustio præfecto Urbis præcepit ut curam basilicæ S. Pauli apostoli magnifice construendæ susciperet; Baronius ad ann. 586 litteras Valentiniani, Theodosii et Arcadii nomine ad Sallustium datas ex cod. Vaticano descripsit, ex quibus compertum est veterem basilicam a Constantino erectam debuisse destrui, novamque ampliorè construi.

48. Vat. A, mendose, *elusit*. Fabr., Gis., *clausitque*. Sed Giselinus in nota ait *lusitque*, et explicat, adeo liberaliter erexit, ut sumptibus pepercisse non videatur. Et in prima quidem editione Giselinus amplexus fuerat *lusitque*; sed ejus explicatio inepta est. *Ludere* pro *pingere* a Prudentio dicitur lib. II in Symm. vers. 44, *Aucta coloratis auderet ludere fucis*. In Hippol. vers. 130, *Luserat e minio russeotam saniem*. Melius fortasse leges *clusit* pro *clausit*: quo spectat glossa ad *sublevit*, quæ transposita videtur, et favet Vat. A, et in cæteris *lusit*.

49. Widm., Vatt. A, Q, Mar., Prag., Rat., *supplevit pro sublevit*. Teolius glossam in duobus Vatt. invenit *substravit*, quasi laqueare non tantum auro illitum fuisset, sed etiam laminis solidis substratum. In Egm. glossa est apud Burmannum in Anthol., pag. 317, *Bracteolas, laminas tenuissimas auri*. Pro *aurulenta* Aldus cum Urb. scribit *auro lenta*. Dicit *aurulenta*, ut alibi *rorulenta* et *rosulenta*. Pro *aurulentus* solum Prudentium allegat Forcellinus. De hac consuetudine inaurandi trabes tectorum Lipsius de Magnit. Rom. lib. III, cap. 14. Arnobius lib. VI: *Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis structa, LAQUEARIBUS AUT RENIDEANT AUREIS; splendeant hic gemmæ et sidereos evomant variata intersitione (alit. interstinctione) fulgores: terra hæc sunt omnia*.

50. Broverus ad Fortunat. pag. 60 ait Fortunatum, quod a radiis solaribus intus, bonoque lumine templa sæpe collaudat, Sidonii exeinpro id fecisse. Sed uterque Prudentium auctorem habet. Sidonius, lib. II, epist. 10: *Intus lux micat, atque bracteatum sol sic sollicitatur ad lacunar, Fulvo ut concolor erret in metallo*. Fortunatus, lib. III, carm. 7: *Ire, redire vides, radio crispante, figuras, Atque lacunar agit, quod maris unda solet*.

51. Adhuc exstat in basilica S. Pauli quaternus ordo columnarum. Non esse *parias*, ut eas vocat Prudentius, recte notavit cl. Fea ad Vink. lib. I, cap. 2, qui opinatur eas in aliis antiquioribus ædificiis prius fuisse collocatas, non vero in mole Hadriani, ut vulgi fert opinio. Dicuntur vero *pariæ* a Prudentio per metonymiam, qua una species pro alia ponitur, vel quia *parium* in sacris Litteris sumitur pro marmore pretioso. Paralip. I, xxix, 2, *Et marmor parium abundantissime*, ubi textus Hebraicus habet *lapides de Sais*.

53. Ald., Mar. a prima manu, Alex., Widm., *camyros*. Mar. a secunda manu, Hallsbr., *cameros*. Vat. A, Rat., Prag., Parrhasius, *camiros*. Vat. Q, Urb., mendose, *carros*. Weitz., Gis., Heins., Vat. P et alii, *camuros*. Pro *hyalo*, Prag. *hiala*; pro *varie*, Ald. *varicæ*; pro *cucurrit*, Mar., Rat., *percucurrit*: quæ omnia mendose sunt scripta. Cauchius pro *cucurrit* malebat *recurvat*; sed *cucurrit* verum est. Salmasius et aliquando Heinsius putabant *camurus cucurrit arcus*, ut arcus ipse cucurrerit, atque ita ediderat Fabricius. Sed princeps bonus est qui cucurrit camuros arcus, id est continenter ornavit hyalo insigni. *Currere* pro *percurre* cum accusandi casu exstat apud S. Damasum de S. Agatha. Veteres verbis simplicibus sæpe pro compositis utebantur, ut *vertere* pro *evertere*. Camuros esse curvos glossæ docent, et confirmat Servius ad vers. 55 lib. III Georg.: *Camuris hirtæ sub cornibus aures, id est curvis, unde et cameræ appellantur*. Quid autem significet quod imperator curvos arcus hyalo insigni varie percurrenit, non satis adhuc

1200 Sic prata vernis floribus renident.

55. Ecce duas fidei summo Patre conferente dotes,
Urbi colendas quas dedit togatæ.

Aspice, per bifidas plebs Romula funditur pla-
[teas,

Lux in duobus fervet una festis.

Nos ad utrumque tamen gressu properemus
[incitato,

GLOSSÆ VETERES.

54. Sic, *sicuti*. — Vernis, *vernalibus*. — Renident, *splendent, vel refragant (forte reflagrant)*, I.

55. Conferente, *tribuente*. — Dotes, *ornamenta*; nos potest dici *quidquid honorifice datur*, I. *Obsides*, Mar.

56. Togatæ, *ornatæ, nobili, pacificatæ*, I.

58. Lux, *lætitia, gloria*. — Una, *communis*, I.

A 60

Et his et illis perfruamur hymnis.

1201 Ibimus ulterius, qua fert via pontis Ha-
[driani,

Lævam deinde fluminis petemus.

Transiberina prius solvit sacra pervigil sa-
[cerdos.

Mox huc recurrit, duplicatque vota.

GLOSSÆ VETERES.

59. Incitato, *veloci*, I.

61. Pontis Hadriani, *Hadrianus fuit rex qui pontem ædificavit in Roma ad ecclesiam Pauli*, I.

62. Lævam, *Petri*, I.

63. Solvit sacra, *ad ecclesiam Petri*. — Sacerdos, *apostolicus*, I.

COMMENTARIUS.

explicatum est. Giselinus ait: *Nunc vitreas fenestras intelligit, quæ fornicatis arcubus includi solent? an potius arcus illos camuros columnis parvis innixos vitreo colore, seu lumine fuisse perfusos?* Sententiam de vitreis fenestris, quæ fornicatis arcubus includi solent, amplexus est Fea in notis ad Winkelmannum lib. XII, cap. 3, et rursus tom. III, pag. 208, 209, qui Janningi explicationem ab em. card. Borgia adoptatam rejicit. Janningus ait in notis mss. veteribus sui codicis esse glossam *pinxit* pro *cucurrit*, et ita versus exponit: *Princeps bonus Constantinus, qui utriusque basilicæ ambitum magnis lusit, illusit, seu pinxit talentis.... ita etiam arcus camuros, id est curvos aut curvatos, varie cucurrit, percurrit, distinxit, aut pinxit hyalo, seu vitro insigni*. Peveratus solum adnotat, in arcu triumphali exsculpi solitas varias rerum imagines in triumpho pompam, serculorum ordinem, cæteraque id genus in marmore exprimi hyalo distincta. Vera explicatio desumenda est ex his quæ adhuc in quibusdam veteribus templis videmus, ubi cameræ et arcus musivo opere ornati apparent. De pictura musiva Plinius lib. XXXVI, cap. 25: *Pulsa deinde ex humo pavimenta in cameras transiere e vitro: novitium et hoc inventum: Agrippa certe in thermis quas Romæ fecit, figlinum opus encausto pinxit; in reliquis albaria adornavit: non dubie vitreas facturum cameras, si prius inventum id fuisset, aut a parietibus scenæ, ut diximus, Scauri pervenisset in cameras*. Seneca, epist. 86, *Vitro absconditur camera*. Statius, lib. 1, silv. 5, vers. 42, *Effulgent cameræ, vario fastigia vitro. In species, animosque nitent*. Symmachus, lib. VIII epist. 41, *Novum quippe musivi genus, et intentatum superioribus reperisti, quod etiam nostra rusticitas ornandis cameris tentabit affigere, si vel in tabulis, vel in tegulis exemplum de te præmeditati operis sumpserimus*. Consule Bulengerum de Pictura lib. 1, cap. 8, et laudatum Fea lib. 1, cap. 2. *Hyalus*, sive, ut alii scribunt, *hiatus* est vitrum aut crystallum: hoc autem loco sumitur pro tessellis vitreis, e quibus picturæ veteres musivæ fiebant. Hadrianus I in epist. data anno 787 ad Carolum regem, qua cultum sacrarum imaginum tuetur, sic ait cap. 19: *Itemque de sancto quarto concilio egregius atque mirificus prædicator S. Leo papa et ipse fecit ecclesias, quas in musivo et diversis historiis seu imaginibus pingens decoravit. Magis autem in basilica B. Pauli apostoli arcum ibidem majorem faciens, et musivo depingens, Salvatorem D. N. J. C., seu viginti quatuor seniores nomine suo versibus decoravit*. Confer Ciampinium tom. I Vet. Monum. cap. 24. S. Paulinus de basilica S. Felicis a se condita in epist. 12, ad Severum: *Absidem solo et parietibus marmoratam camera musivo illusa clarificat*. Gregorius Turonensis lib. V Hist., cap. 45, *Ecclesiam fabricavit, quam columnis fulcivit, variavit marmore, musivo depinxit*. Hinc musivarii, de quibus cod. Theod. lege 2, de excusationib. artific., et Ciampinius loc. cit., ubi cap.

B 10 explicat musivum opus ex vitro colorato, quod parietibus ecclesiarum Urbis accommodabatur.

54. Prag., *renitent*; corrige *renident*. Horatius, lib. II, oda 8, *Neque aureum Mea renidet in domo lacunar*.

57. Ald. *mendose, funditus*. Parrhasius, *per fidas: lege per bifidas*.

58. S. Gregorius Magnus commemorationem S. Pauli apostoli invexit, cum antea non nisi uno eodemque die festum SS. apostolorum Petri et Pauli celebraretur.

60. Mar. et Prag., *his, et illis*; metrum poscit et *his, et illis*. Egm., *profruamur*.

61. Pons juxta molem sive sepulcrum Hadriani *Ælius* dicitur a Dione, quod *Ælius* Hadrianus imperator hic vocaretur. Cellarius, *Ubi*, inquit, *Paulum apostolum tradunt sepultum esse in via Ostiensi*. Fallitur egregie. Nam via Ostiensis non in ponte *Ælio*, aut ultra eum exstat, neque hoc in loco Paulus sepultus est. Cellarium fortasse decepit glossa, paucis verbis multos errores comprehendens. Prudentius prius festum Vaticanum memorat, tum alterum viæ Ostiensis vers. seq.

64. Ald., *hic*; alii, *huc*. Testimonium hoc antiquissimum est de duabus missis in uno die ab eodem sacerdote celebratis. Revera in sacramentario Gelasiano duæ missæ peculiare in festo SS. apostolorum Petri et Pauli describuntur, altera *In natali S. Petri proprie*, altera *In natali S. Pauli proprie*. Tertia est missa communis, ut extra basilicas SS. Apostolorum celebraretur. Hi dies in quibus plures missæ dicebantur, ut nunc in die Nativitatis Domini, *polyturgici* appellari solebant: de quibus videri potest Walafridus Strabo cap. 21 de Reb. Eccles. Olim plures hujusmodi polyturgici dies erant: nunc tantum in die Natalis Domini tres missæ celebrantur, et in Hispania tres in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. S. Ambrosius in hymno SS. apostolorum Petri et Pauli tribus in locis diversis eorum festum celebratum indicat: *Tantæ per urbis ambitum Stipata tendunt agmina: Trinis celebratur viis Festum sacrorum martyrum*. Fortasse missa quæ in sacramentario Gelasiano nocte celebranda præscribitur, in alia ecclesia peragebatur. Cancellierius, in opere de Carcere Tulliano, cap. 17, Torrigium et Constantium rejicit, qui in laudato hymno indicari putarunt locum carceris Tulliani; existimat enim tertiam ecclesiam, sive locum quo fideles in die festo SS. apostolorum Petri et Pauli confluebant, fuisse Vaticanum, sive sepulcrum S. Petri: nam duas alias ecclesias fuisse affirmat Aquas Salvias, ubi gladio cæsus est Paulus; et Janiculum, ubi opinio erat Petrum cruci fuisse affixum. Negat autem Cancellierius hymnum illum inter opera S. Ambrosii a se repertum. At de antiquitate ejus hymni dubitari nequit: exstat enim in Breviario Mozarabico. Et quamvis Maurini inter hymnos Ambrosianos hymnum de apostolo Petro et Paulo non

65 Hæc didicisse sat est Romæ tibi : tu domum A
Diem bifestum sic colas memento. [reversus,
XIII HYMNUS.

PASSIO S. CYPRIANI MARTYRIS.

1202 Punica terra tulit, quo splendeat omne
[quidquid usquam est :

GLOSSÆ VETERES.

65. Hæc didicisse, nam interrogavit, Dic, amice, quid sit concursus populi? modo respondet, I.

1. Punica, Africana.—Tulit, genuit.—Quo, unde, I.

1203 Inde domo Cyprianum, sed decus orbis
[et magistrum.

Est proprius patriæ martyr, sed amore et ore
[noster,

COMMENTARIUS.

recenseant, ut multos alios omiserunt, qui certo sunt Ambrosiani, tamen hic hymnus legitur in editione Parisina operum Ambrosii 1664, tom. V, col. 358. Depravata vero est lectio hujus strophæ : *Tanta per orbis ambitum Stipata pendent agmina, Trinis celebrantur viis Festa sanctorum martyrum.* Emendatius legitur in Hymnario V. Thomasi, ubi etiam hic hymnus S. Ambrosio adjudicatur.

66. Ald., Parrhasius, bis festum contra metri leges. In nonnullis vulg., si colas : legendum sic colas. In Vat. B et Mar., post hunc hymnum sequitur hymnus martyrum Cæsaraugustanorum.

1. Ita inscribitur hic hymnus in Alex., Mar., Vat. B. in Aldo, *Passio Cypriani martyris.* Heins., *Passio beati Cypriani martyris.* Weitz., *Passio beati Cypriani martyris et episcopi Carthaginensis.* In Vat. A hinc junguntur hi versus, ut superiores. In Mar. metrum ita describitur : *Metrum Archiloicum constans tetrametro bucolico, et tribus trocheis.* De vita Cypriani ante baptismum, quamvis taceat Pontius, credamus Augustino, qui serm. 311 ait : *Ipse (Cyprianus) scribit, ipse testatur, cujus vitæ fuerit aliquando, quam nefariæ, quam impiæ, quam improbandæ ac detestandæ.* Prudentius affirmat S. Cyprianum magicis artibus deditum fuisse, antequam nomen Christo dedisset. Plerique putant Prudentium ambiguitate nominis deceptum, id de Cypriano Carthaginensi episcopo narrasse, quod de altero Cypriano mago, qui postea etiam episcopus passus est cum Justina virgine refertur. Hanc proferunt rationem quod de hujusmodi magia Cypriani Africani tacent et ejus acta, et Pontius diaconus, qui hujus vitam litteris consignavit. Si reponas etiam S. Gregorium Nazianzenum, Metaphrastem et alios de S. Cypriani magia testimonium perhibuisse, eadem facilitate respondent hos etiam fuisse deceptos. Ego, ut ingenue dicam quod sentio, argumentum negans contra plurimum et gravissimorum scriptorum auctoritatem cum aliis in rebus, tum præcipue in hac ipsa quæstione nullius esse roboris existimo. Cypriani Africani nomen in Hispania præsertim celeberrimum erat, neque ejus acta sincera ignorari poterant a Prudentio, qui ejus elogium texere voluit. Quippe notandum valde est Prudentium in hymnis S. Vincentii et SS. Fructuosi et sociorum, omnino consonare actis eorum, et ita ut verba ipsa interdum in Prudentio et in actis legantur. Vix autem alia acta SS. martyrum magis aut æque sincera ad nos pervenerunt. Quamobrem judicium idem de hymnis aliorum martyrum ferre æquum est, videlicet eos ad fidem actorum quæ tunc sincera legebantur, a Prudentio fuisse compositos, quamvis acta aut perierint, aut interpolata nunc sint. In præsentī hymno peculiaris militat ratio : nam in diocesi Valeriani festus dies S. Cypriani agebatur, ut testis et Prudentius in hymno S. Hippolyti vers. 257, *Inter solennes Cypriani, vel Celedoni, Eulaliæque dies currat et iste tibi.* Minime ergo probabile videtur ut res gestas Cypriani e falsis monumentis descripserit. Pontius diaconus ita Cypriani vitam concinnavit, ut ea quæ ante baptismum gessit, potius silentio præterire quam enarrare velle videatur. Unde igitur, ait, incipiam? Unde exordium BONORUM ejus aggrediar, nisi a principio fidei et natiuitate cœlesti?

2. Inde domo, de illa patria, ex illa.—Cyprianum, scilicet tulit, I.

3. Ore, doctrina, I.

siquidem hominis Dei facta non debent aliunde numerari, nisi ex quo Deo natus est. Elogium ergo Cypriani, non vitam scribit Pontius. Non autem probo quod nonnulli dubitant an Vita Cypriani quæ nunc existat, Pontium diaconum habeat auctorem, quia non est tam egregium volumen, ac de Pontii opere prædicavit Hieronymus. In actis quæ nunc de ejus martyrio circumferuntur, ea tantum quæ ad gloriosum ejus obitum pertinent commemorantur. Cyprianus ipse in epist. 1 ad Donatum multa de suis ante baptismum erroribus et peccatis commemorat, quæ ego libens prætereo, quod de paganismo possint intelligi, et ad Christianam Cypriani humilitatem referri. Hanc magicam artem plurimum olim valuisse etiam apud viros aliis scientiis instructos, colligitur ex Isidoro lib. viii Etymol., cap. 9 de Magis; Lactantio lib. ii, cap. 17; Tertulliano in Apologetic., et in lib. de Anima cap. 57: *Publica jam literatura est, quæ animas etiam justa ætate sopitas, etiam proba morte disjunctas, etiam prompta humatione dispunctas evocaturam se ab inferum incolatu pollicetur.* Xiphilinus ex Dione tradit Caracallam magis et præstigiatoribus adeo delectari solitum, ut Apollonium honoribus et monumento etiam, qualia consecrantur heroibus, coluerit. S. Gregorius Nazianzenus, qui Cypriani scientiam ac nobilitatem omnium maxime commendat, minime absurdum putavit credere eundem magicis artibus fuisse deditum. Alloquebatur autem Constantinopolitanos vel, ut alii putant, Nazianzenos, qui *annuis honoribus festisque Cyprianum celebrabant*: apud quos proinde simile veri non est rumorem falsum de illius magia fuisse divulgatum. Cl. Aug. Ant. Georgius in approbatione dissertationis Bayerianæ pro patria SS. Laurentii et Damasi, qua *jura Hispaniæ redintegrata, immota, et firma consistere*, ingenue lassus est, affirmat S. Gregorium Nazianzenum in eo fuisse errore, ut Cyprianum, in proxima Orientis regione sub ejusdem sæculi initium insigni martyrio functum, genere fecerit Carthaginensem, a quo errore, addit, *nec sanctus ipse Prudentius sese alienum exhibuit.* Annumerandus ergo est Georgius iis quos sancti titulo nostrum Prudentium ornasse tradidimus. 56 proleg. in nota a. Res vera ipso explicatione indiget : non enim Gregorius Nazianzenus et Prudentius Cyprianum, qui in Oriente martyrium subiit, genere Carthaginensem faciunt, sed Cyprianum doctorem, qui genere Afer fuit, ante conversionem magicis artibus deditum narrant, quod unice alteri Cypriano Antiocheno convenire plerique nunc opinantur. Et fortasse uterque Cyprianus magus fuit : sed de Antiocheno minus id constat.

2. In nonnullis vulg., *inde domum*, male. S. Cyprianum Carthagine ortum affirmant multi ; sed dissentiunt Maurini in Vita ejusdem præfixa operibus. Prudentius Maran ejus vite auctor affirmat Prudentium et Suidam Carthaginem patriam Cypriani dicere, sed probabilius esse, quod Cyprianus alibi natus fuerit. Bollandiani ad diem 14 Sept. opinantur Cyprianum patria esse Carthaginensem, sed negant id colligi ex hymno Prudentii. Phrasid *Inde domo* respondet alteri communiori qua interrogatur, *Unde domo?*

3. Cyprianum ore et amore nostrum, hoc est Hispanum vocat, quia in Hispania peculiaris est memora-

Incubat in Lybia sanguis, sed ubique lingua A
[pollet:
5 **1204** Sola superstes agit de corpore, sola
[obire nescit.
Dum genus esse hominum Christus sinet et vi-
[gere mundum,
Dum liber ullus erit, dum scrinia sacra litte-
[rarum,
Te leget omnis amans Christum, tua, Cypriane,
[discet.
Spiritus ille Dei qui fluxerat auctor in prophetas,
10 Fontibus eloquii te coelitus actus irrigavit.
O nive candidius linguæ genus, o novum sapo-
[rem!
Ut liquor ambrosius cor mitigat, imbuit pa-
[latum, B
Sedem animæ penetrat, mentem fovet, et per-
[errat artus:

Sic Deus interius sentitur, et inditur medullis.
15 Unde bonum subitum terris dederis, Pater,
[revela.
Deerat apostolicis scriptis opulentus exsecutor;
1205 Eligitur locuples facundia quæ doce-
[ret orbem,
Quæque voluminibus Pauli famulata disputaret;
Quo mage cruda hominum præcordia perpolitata
[nossent
20 Sive timoris opus, seu mystica, vel profunda
[Christi.
Unus erat juvenum doctissimus artibus sini-
[stris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil sacrum pu-
[tare:
Sæpe etiam magicum cantamen inire per se-
[pulera,
Quo geniale tori jus solveret, æstuante nupta.

GLOSSÆ VETERES.

4. Lybia, Africa, I.
5. Agit, disputat, loquitur, I. Vivit, Mar.
10. Actus, missus, I., Mar., Vat. A.
11. Novum, mirabilem, I.
12. Ut, quasi. — Ambrosius, divinus, fidelis, vel purus, I.
16. Opulentus, dives, I. — Exsecutor, assertor, Vat. B., Tractor, Mar.; Expositor vel tractor, assertor, vel predicator apostolicus, I.
19. Quo mage, ut magis. — Cruda, stulta, I.

21. Unus, Cyprianus. — Sinistris, malignis, magicis; I. Hic fallitur Prudentius æquivocatione nominis Cypriani: non enim iste Cyprianus, sed alius artibus magicis deditus erat. Sic etiam de Hippolyto æquivocatione nominis deceptus est, putans Romanum Hippolytum in hæresim lapsum, cum non ille, sed alius fuerit, Prag.
23. Cantamen, carmen. — Inire, scilicet consueverat, inibat, I.
24. Quo, ut. — Geniale, nuptiale; voluptuosum; naturale: hic pro nuptia (forte nuptiale), I. —

COMMENTARIUS.

ria S. Cypriani ob celeberrimam epistolam ad Legionem Asturicam et Emeritam. Ecclesia et sedes episcopalis Legionensis titulo S. Mariæ et S. Cypriani jam olim erat insignita. Vide comment. ad vers. 170 hymni S. Hippolyti, et tom. XXXIV. Hisp. sacr. pag. 89. In officio Mozarabico celebratur etiam festum S. Cypriani: sed alius recitatur hymnus ab hoc Prudentii diversus: et observatur jejunium dictum calendarum Novembrium tribus diebus ante festum S. Cypriani. Confer hymnum S. Hippolyti vers. 237.

4. Duplex basilica sub nomine Cypriani prope Carthaginiem ædificata fuit: una, ubi martyrio coronatus est, de qua S. Augustinus serm. 310; altera ubi sacrum ejus corpus sepultum erat, in loco qui *Mappalia* dicebatur. S. Cypriani ossa postea translata sunt ad monasterium Compendiense, de qua translatione agit Ado Vionnensis. Adis Bollandianos die 14 Sept., et Ruinartium in præf. ad Acta S. Cypriani, qui de utraque basilica et de translatione disserit.

5. Vat. A., Alex., Egm., Pal., Hailsbr., Widm., supra, uterque Boher., Alt., *illa superstes*. Alii, *sola*.

6. Widm., *sinit*: melius *sinet*. Vat. B., Mar., *ac pro* D *et*. In Rat. desideratur *et*, vel *ac*. Codex Cauchii, *vigere mundo*, non male.

7. Vat. B., *scripturarum*; supra, recte, *litterarum*.

8. Mar., Rat., *legit*: melius *leget*.

10. Ald., Hailsbr., *auctus pro actus*. De eloquentia Cypriani tam multa alii dixerunt, ut supervacaneum sit quidquam addere. Confer comment. ad vers. 16.

11. *Linguam* pro eloquentia sumi notum est. Vide comment. ad vers. 2 Romani, *Elinquis oris*.

12. Ald., Pal., Thuan., Alt., *o liquor*. Heinsius suspicatur *quo liquor*. Vat. B., Mar., Rat., duo Torr., Cauch., Bong., Widm. a manu prima, *irrigat*. Alii, *imbuit*.

13. Vat. A. semper scribitur *penitrat*.

16. Widm., *opulenter*; supra, *opulentus*. Barthius, lib. XI, cap. 20, quædam hujus hymni explicat, et *exsecutor* exponit *explanator*. Glossæ veteres non sunt

contemnendæ. In quodam Vat. Teolius invenit *predicator*. *Opulentus exsecutor* est copiosus, eloquens assertor. Lactantius, lib. v, cap. 4: *Et si qui forte litteratorum se ad eam (sapientiam) contulerunt, defensionem ejus nos suffecerunt... Unus igitur præcipuus et clarus Cyprianus existit, quoniam et magnam sibi gloriam ex artis oratoriae professione quæsierat, et admodum multa conscripsit in suo genere miranda*. Chamillardus non recte interpretatur hunc versum, *Deerat aliquis, qui redigeret ad præxim Evangelium*. Quamvis enim *exsecutor* apud veteres Latinos, Velleium, Suetonium is solum sit qui exsequitur, tamen aperta Prudentii mens est, deesse doctorem qui opulenta et locuplete facundia doceret orbem: quod ante Prudentium dixerat Lactantius.

17. In Vat. A videtur prius fuisse, *urbem*, recentiori manu factum *orbem*.

20. Teolius putat *timoris opus* vocari Vetus Testamentum: sub quo Judæi sæpius timore ducti legem exsequebantur. Giselinus ait intelligi posse eorum affectus quos suorum criminum poenitere incipit, cum metu divini judicii et gehennæ ad meliorem mentem revocantur, vel constantem sui abjectionem, vel sanctum et filiis dignum timorem Dei, qui sapientiæ initium statuitur. Mihi non displicet interpretatio Chamillardi, qui opera salutis et scientiam mysterious hoc versu comprehendit innuit. Scilicet ut homines nossent cum timore et tremore salutem suam operari, et religionis mysteria intelligerent.

21. Mar., *ditissimus*, recte correctum *doctissimus* recenti manu.

23. Vat. B. corrupte, *contamen* pro *cantamen*, quod vocari etiam solet cantus magicus, potentia carminum, murmur magicum. Genus autem incantationis valde usitatum erat e sepulcris manes excire. Lib. I in Symmach., vers. 96, *Murmure nam magico tenues excire figuras, Atque sepulcrales scite incantare favillas*.

24. Prag., Rat., *quo genitale*: melius *geniale*. Ald., *jusso lueret*: corrige *jus solveret*.

25 Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Christus, A
 Discutit et tenebras de pectore, pellit et fu-
 [rorem :
 Implēt amore sui, dat credere, dat pudere
 [facti,
 Jamque figura alia est quam quæ fuit, oris, et
 [nitoris :
 Exiit tenui vultus cute, transit in severam,
 30 **1206** Deflua cæsaries compescitur ad breves
 [capillos,
 Ipse modesta loqui, spem quæerere, regulam
 [tenere,
 Vivere justitiam Christi, penetrare dogma no-
 [strum.
 His igitur meritis dignissimus usque episcopale
 Provehitur solium doctor, capit et sedile sum- B 45
 [mum.
 35 Valerianus opum princeps erat, atque Gal
 [lienus;

1207 Constituere simul pœnam capitis Deum
 [fatenti.
 Millia terrigenum spurcissima jusserant sacrari.
 Contra animos populi doctor Cyprianus incita-
 [bat,
 Nequis ab egregiæ virtutis honore discreparet,
 40 Neu fidei pretium quis sumere degener timeret,
 Esse levem cruciatum, si modo conferas fu-
 [tura
 Quæ Deus ipse viris intermina fortibus spon-
 [dit :
 Merce doloris emi spem luminis, et diem pe-
 [rennem :
 Omne malum volucris cum tempore transvolare
 [cursim.
 Nil grave quod peragi finis facit et quiete do-
 [nat :
 Se fore principium pulchræ necis, et ducem
 [cruoris,

GLOSSÆ VETERES.

28. Oris, faciei. — Nitoris, habitus, I., Mar.
 30. Compescitur, tondetur, I.
 31. Modesta, modestè. — Loqui, loquebatur. —
 Quærere, quærebat, I.
 32. Vivere; vivebat; penetrabat; I.
 35. Gallienus, ejus filius, I.
 36. Fatenti, Cypriano, I.
 37. Terrigenum, gentilium, vel idolorum, I.

59. Quis, aliquis. — Ab egregiæ, a Christianitate, I.
 40. Neu, ne. — Pretium, mortem, martyrism, I.
 41. Modo, tantum, tantummodo. — Conferat, com-
 putet, vel comparet, I.
 44. Cursim, velociter, I.
 45. Grave, scilicet est. — Quietè donat, dat re-
 quietem, I.
 46. Necis, mortis. — Furoris, cruoris, martyrii, I.

COMMENTARIUS.

29. Vat. B, Mar., Rat., Gis., Weitz, *severum*.
 Alex., Urb., Vatt. P, Q, Rott., Noms.; *severam*, quod
 placuit Heinsio et aliis. Eo alludit Ox., in quo *se-*
vera. Aldus male scribit *sæveram*.

30. Indicatur vetus consuetudo, cujus adhuc ve-
 stigia restant in nomine et ritu quo prima tonsura
 clericis confertur. Canon 44 concilii iv Carthaginen-
 sis præscribit: *Clericus nec comam nutriat, nec bar-*
bam: ubi aliqui addunt radat, vel tondeat; alii id
omittunt, ut canonis sensus sit, nec comam nec bar-
bam nutriendam. In cod. canon. Eccles. Hisp. apud
Lopezium, de cujus auctoritate nihil definitio, canon
66: Non oportet clericos comam nutrire, et sic mini-
strare, sed attonso capite, patentibus auribus: et se-
cundam Aaron talarem vestem induere, ut sint in ha-
bitu ordinato. Huc, opinor, spectat quod Marcellinus
lib. xxii narrat, Diodorum quemdam Christianum ab
ethnicis Alexandriæ sub Juliano Apostata occisum,
quod; dum ædificandæ præesset ecclesiæ, cirros puero-
rùm licentius detondebat, id quoque ad deorum cultum
existimans pertinere. Consule Sirmondum in notis ad
Sidonium pag. 52, ad verba Sidonii: Coma brevis,
barba proluxa. In barba radenda vel promittenda va-
ria fuit consuetudo. In concilio Barcinonensi anno
circiter 540 clerici barbam radere prohibentur; in
concilio Cojacensi in Hispania anno 1050 presbyteri
et diacones semper coronas apertas habere, et bar-
bam radere jubentur.

32. Alex.; *Vivere justitiam Christi; penetrare dogma*
nostrum: quod Heinsius conjecerat; et Teolius ad-
dit probatores Vatt. hoc ipsum confirmare. Sed
Urb., Vat. P habent justitia, neque lectionem di-
screpantem ex Vatt. A, B, Prag.; ac suo cod. no-
avit Mariettus: Vat. Q, Rat., Weiz.; Gis. ad oram,
vivere justitiæ Christi. Ald., Hallsbr., Ox., Alt., Rott.,
tres Torr.; vivere justitia Christi. In Egm., ubere ju-
stitiam bibere Christi. Thuan., bibere justitiam Chris-
i. Gis. edidit justitiam bibere Christi. Heinsius suspica-
batur justitiam imbibere Christi; sed verus putat vi-
vere justitiam Christi, hoc est, legem divinam vita et
moribus exprimere, ut Cath. 2, vers. 35, vivere se-

verum. Apud Tertullianum vivere mortem, apud Pau-
linum vivere pabula mortis, apud Juvenalem vivere
bacchanalia; apud Solinum vivere hominem. Ald.,
 C Gis., et plures scripti habent *et post Christi; Alex.,*
Weitz., Mar., Rat. et alii omittunt. In Bong. nostro-
rum est contra metrum pro nostrum.

34. Sedes episcopi in sacratori bēnatis seu san-
 ctuarii parte altior erat cæteris sedibus presbytero-
 rum. Gregorius Nazianzenus carm. In somnii de Ana-
 stasiæ templo: *Sede alta haud alta consistere mente*
videbar: Nam neque per somnum mentē superbus eram.
Presbyterique graves sellis utrinque sedebant Demissis,
ætās lecta, ducesque gregis. Vestibus in niveis astabat
turba ministra, Splendorem referens agminis angelici.
 35. Ald. scribit *Gallienus*. Imperavit Gallienus ab
 anno Christi 254 septem circiter annos cum patre
 Valeriano, deinde solus. Similis phrasis in Eulalia
 vers. 81, *Maximianus opum dominus*.

36. Ald., male, *pœna capitis dominum fatenti.*
 Weitz., Vat. A, *capiti*, quod etiam existat in Prag. et
 Rat. cum glossa *omni*; ut pœna constituta sit capiti
 fatenti Deum. Sed proba est lectio *pœnam capitis*.

D 37. *Sacrari*, coli, ut in Romano vers. 912, *Cogi ad*
sacrandum. Idola vocat spurcissima millia terrigenum,
 ut alibi *sordes et spurcum Jovem*.

40. Ald., *qui sumere; lege quis*.

41. Ald., Alt., Oxon., Thuan., Heins., Sich., Vatt. A,
 P, Alex., Urb., *conferas*. Vat. B, Q, Mar., Prag., Rat.,
 Weitz., Gis., *conferat*. Concinnius est *conferas*. Sen-
 tentia Apo. tolli est ad Rom. viii, 18. Cyprianus ipse,
 lib. iii ad Quirin., cap. 17: *Minora esse quæ in sæ-*
culo patimur, quam sit præmium quod promissum est.

44. Aldus edidit *volucris tempore: correxit volucris*
dat tempore; sed legendum volucris cum tempore. In
nonnullis vulg., nam tempore pro cum.

45. Widm., Bong., Vatt. B, Q, Mar., Prag., Rat.,
quietem. Metrum poscit quiete.

46. Widm. a prima manu; Iso; Mar. ad oram, Rat.
 supra, *furoris pro cruoris*, quod postremum unico
 verum est.

Seque caput gladio submittere, sanguinem dica- A
[re:
Qui sociare animam Christo velit, ut comes
sequatur.
His ubi corda virum Christo calefacta præpara-
[vit,
50 Ducitur ante alios, proconsule perfurente, vin-
[ctus.
1208 Antra latent Tyriæ Carthaginis, altius
[reposta,
Conscia tartaræ caliginis, abdicata soli.
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus, et
[catena
Nexus utramque manum, nomen Patris invo-
[cat supremi:
55 Omnipotens genitor Christi, Deus et creator B
[orbis,
Christe, parens hominis, quem diligis, et vetas
[perire:
Ille ego, vipereis quem tu bonus oblitum vene-
[nis,
Criminibus variis tinctum, miseratus abluisti,
Jamque tuum fieri mandas, fio Cyrianus alter,
60 Et novus ex veteri, nec jam reus, aut nocens,
[ut ante,

Si luteum facili charismate pectus expiasti.
Vise libens tenebris ergastula cæca dissipatis:
Eripe corporeo de carcere, vinculisque mundi
Hanc animam; liceat fuso tibi sanguine immo-
[lari,
65 **1209** Nequa ferum reprimat clementia judi-
[cem, tyranni
Neu sciat invidia mitescere, gloriam negare.
Da quoque, nequis iners sit de grege quem
[tuum regebam:
Ne cadat impatiens pœnæ, titubetve quis tuo-
[rum,
Incolumen ut numerum reddam tibi, debitum-
[que solvam.
70 Vocibus his Dominum permoverat: influebat
[inde
Spiritus in populum Carthaginis, auctor acrio-
[ris
Ingenii, stimulis ut pectora subditis calerent
Ad decus egregium discrimine sanguinis peten-
[dum,
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolora
[vinci,
75 Laudis amore rapi, Christum sapere, et fidem
[tueri.

GLOSSÆ VETERES.

47. Dicare, offerre, I.
49. His, scilicet dictis. — Virum, virorum. — Cale-
facta, amore Christi accensa, I.
50. Proconsule, proconsul est qui vice consulis ju- C
dicat, sicut vicarius, qui vice comitis judicat, I.
52. Abdicata, a luce separata, vel semota. Semota:
—Soli, luci, I.
53. Specubus, speluncis, I.
54. Supremi, altissimi, summi. Supremus, quando
venit a supremo, significat ultimum; quando a supra
præpositione, vel adverbio, primum, I.
58. Tinctum, fucatum, I.
61. Si luteum, si quid est. — Charismate, gratia
Spiritus sancti, gratia vel dono. — Expiasti, purgasti, I.
62. Vise, visita, invise, I.
64. Liceat, licitum sit, I.
65. Nequa, aliqua, I.
67. Iners, infidelis, I.
68. Titubetve, scilicet in fide sua, I.
70. Permoverat, ad hoc quod petebat, I.
71. Acrioris, firmioris, I.
73. Discrimine, discrimen hic pro periculo; alias
pro separatione, I.
75. Rapi, ut rapiantur, I.

COMMENTARIUS.

47. Teolius, mendose et contra metrum, seque gla-
dio caput submittere. Prag., sanguine: retine sangui-
nem.
48. Ald., non bene, quis pro qui.
49. Pal., is ubi corda. Alii, bis.
51. Vat. A., Egm., Rott., Pal., Bong., Sich., Gis.,
altius. Weitz., Ald. et plerique scripti, abditis.
52. Vatt. A, B, mendose, abdita soli pro abdicata D
soli.
54. Vat. B, Mar. a prisca manu, Rat., Prag.,
Widm., Bong., Teol., utraque manu. Elegantius alii
utramque manum. Vat. B, Mar. in contextu, Prag.,
Rat., perperam, invocabat summi. Alex., invocat
summi; secunda manu, supremi, quod verum est:
nam aliud rationi metricæ repugnat. Rott., invocat
superni.
55. Ald., Vat. P, Widm., supra, Egm. a manu prima,
Gis. ad oram, Christi decus. Vat. Q, depravate, Christi
deceat. Vat. B, Mar., Widm., Christe Deus. Plerique,
genitor Christi, Deus, et. Weitzius cum Bong., Christus
Deus. Ita etiam Sichardus.
56. Barthius, lib. cit. xli, cap. 20, vellet Christiparens
hominis, ob alteram, inquit, generationem. Sed cum
sequatur quem diligis, et vetas perire, retinendum est
Christe, parens hominis. Ep. II Petri; iii, 9, Nolens
aliquos perire.
57. Ald., mendose, quæ pro quem.
59. In editione Teolii error est jamque tuus; et in
Prag. fit pro fio.
60. Ald., Alex., Vat. Q, at novus. Alii, et novus ex
veteri.
61. Vat. B mendose, chrismate, ut chrismate in
quibusdam vulgatis. Rat. scribit carismate. Widm.
supra, Pal., Alex., Vat. P, Ox., tres Torrent., Rott.,
corpus; plerique, pectus.
63. Prag., eripe carcereo de corpore.
64. HANC ANIMAM, ait Barthius loc. cit., sponte offe-
rentis magnanima vox: quod multis Virgilianis exem-
plis probat, ut I Æn., Non potuisse, tuaque animam
hanc effundere dextra; III Æn., Vos potius quocumque
animam hanc absumite letho.
66. Postrema in invidia producit ratione solius
incisi.
68. Vat. A, Mar. a prima manu, Rat., titubetne,
non recte, quod in Egm., Pal., Bong. invenit Weit-
zius; sive malis legere titubet nequis tuorum. Ex Ald.
et Hailsb. citat Weitz. titubetque nequis; sed Aldus
meus habet titubetque quis. Alii titubetve. Heinsius
cum Oxon., Rott., tribus Torr., neu cadat pro ne
cadat.
69. Ald. mendose, incolumen. Apud Adonem: Et
cum duceretur, populus fratrum plangens dicebat: Et
nos cum eo decollemur: quod ex Actis petitum est.
73. Egm., Hailsbr., at i lege ad.

Fama refert, foveam campi in medio patere A
 [jussam,
 Calce vaporifera summos prope margines re-
 [fertam.
 Saxa recocta vomunt ignem, niveusque pulvis
 [ardet.
 Urere tacta potens, et mortifer ex odore flatus.
 80 Appositam memorant aram fovea stetisse sum-
 [ma
 Lege sub hac, salis aut micam, jecur aut suis
 [litarent
1210 Christicolæ, aut mediæ sponte irrue-
 [rent in ima fossæ.
 Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti,

Gurgite pulvereo mersos liquor aridus voravit,
 85 Præcipitemque globum fundo tenus implicavit
 [imo.
 Corpora candor habet, candor vehit ad superna
 [mentes.
 Candida massa dehinc dici meruit per omne
 [sæclum.
 Lætior interea jam Thascius ob diem suorum
1211 Sistitur indomiti proconsulis eminus
 [furori.
 90 Edere jussus erat quid viveret: Unicultor, inquit,
 Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.
 Ille sub hæc: Satis est jam criminis, ipse con-
 [litetur

GLOSSÆ VETERES.

77. Prope, *juxta*. — Margines, *fines*. — Refertam, B
 repletam, I.

79. Mortifer, *ex odore calcis mortuus est Hadrianus
 imperator*, Vat. A.

87. Candida massa, *id est trecenti martyres massa
 Cypriani dicuntur*, I.

88. Thascius, *Cyprianus a loco*, I. *Cyprianus a loco
 sic dictus*, Vat. A, Mar.

89. Indomiti furori, *contra indomitum furorem*. —
 Eminus, *elonge*, I.

90. Jussus, *interrogatus*, Mar.

92. Ille, *imperator ad hæc ait*, I.

COMMENTARIUS.

76. Jure hi versus, quibus graphice tercentum
 martyrum triumphus describitur, lectissimi visi sunt
 Sagittario, cap. 10, ubi agit de martyrum constantia
 in igne.

78. Gis. ad oram, et vetus codex in editione Weit-
 ziana apud cl. præsulem Reggium, *exit pro ardet*.

79. Flatum calcis mortiferum vocat ex odore, quia
 aura calcis etiam conclavibus tectorio inductis solet
 esse lethalis, ut accidit Joviniano. Ita Barthius et
 glossæ, ubi Hadrianus pro Joviniano ponitur.

80. Egm. scribit *stetisse*.

81. Rat. a secunda manu, *salis ut micam*. Egm., C
 Gis., Heins., *aut suis*. Weitz., Ald. cum aliis, *et suis*.
 Legesis vers. 112 Eulaliæ: *Si modicum salis emi-
 nulis*; et ibid. vers. 29, *Thura cremare, jecur pecudis*.

82. Ald., *sponte ruerent*. Mar., *corruerent*; supra
 cum plerisque, *sponte irruerent*. Hæc historia ita ab
 Adone refertur: *Nono cal. Septembris apud Cartha-
 ginem natalis sanctorum martyrum massæ candidæ
 qui passi sunt tempore Valeriani et Gallieni. Ferunt
 enim, inter alia supplicia tunc a præside clibanum cal-
 cis accensum, et in ora illius prunas cum thure exhibi-
 tas, et dixisse præsidem Christianis: Eliyite e duo-
 bus unum, aut thura super his carbonibus offerte Jovi,
 aut in calcem demergimini. Tunc trecenti viri fide ar-
 mati se ictu rapidissimo, Christum Dei Filium Deum
 fatentes, jecerunt in ignem, et inter vapores calcis pul-
 veris sunt demersi*. De eisdem martyribus agitur in
 martyrologiis Romano, Bedæ, et Usuardi. Ruinartius
 in præfat. ad Acta S. Cypriani verius putat hos mar-
 tyres Uticæ fuisse passos, quamvis martyrologia
 quibus favere videtur Prudentius, prope Carthagi-
 nem eos martyrium consummasse narrent. Auctor
 sermonis 517 Append. Augustin. eosdem gladio per-
 cussos affirmat. Sed Prudentii aliorumque auctoritas
 longe prævalet.

85. Vat. A., *prosiluere*.

84. Barthius acutum dicit, quod calcem instar
 aquæ suffocantem Prudentius *aridum liquorem* vocet.
 Et lib. lvi, cap. 12, confert hoc ipsum cum versu 78,
 ubi calx viva eleganter *niveus pulvis* dicitur.

86. Vat. B, Mar., Prag., *candor venit ad superna
 mentis*. Rat., *candor venit ad superna mentes*. In
 Prag., Mar., *vehit*, pro diversa scriptura; in Rat.,
vehit factum ex venit. Vat. Q., *vehit ad superna mentis*.
 Hailsbr., *vehat*. Egm. apud Weitzium, *ardos velat su-
 perna*; apud Heinsium idem Egm. a manu secunda,
ardor vehit. In Alex. desideratur *ad*, quod in Vat. A
 additum est recentiori manu.

87. Barthius suspicatur hunc versum ab aliquo
 monacho intrusum. *Et cupiam*, inquit, *doceri quid
 sibi velit, aut quid isthic sit loci?* Verum et locus ido-
 neus illi est, et *massæ candidæ* nomenclatura ab an-
 tiquis non ignorata opportune eo exprimitur. S. Au-
 gustinus in honorem horum martyrum sermonem
 306, al. 112 de Diversis, habuit, ubi ait: *Massa enim
 dicta est de numeri multitudine; candida de causæ ful-
 gore*. Et serm. 311 appellat etiam *massam candidam
 Uticensem*. De numero eorum tract. in psalm. XLIX
 ait fuisse plus quam cenum quinquaginta tres marty-
 res. Plerique trecentos numerant. In Actis innume-
 rabiliū martyrum Cæsaraugustanorum mentio etiam
 occurrit *massæ candidæ*, ut ad hymnum octodecim
 martyrum Cæsaraugust. adverti.

88. Cauchius volebat *ob fidem suorum*; sed probum
 est *ob diem*. Valerius Flaccus, *Dies simul et suus ad-
 monet omnes*. Tale et illud est, *Hic meus est, dixere,
 dies*. De prænomine *Thascius* vide notas Pamelii ad
 epist. 69: *Cyprianus, qui et Thascius, Florentio; cui
 et Papiano, fratri salutem*. Dubitant aliqui *Tatius* an
Thascius scribendum sit. Pro *Thascius* facit, quod in
Tatius prima corripitur. In glossis Cyprianum Tha-
 scium a loco dictum affirmatur. Adhæret hymnus
 Breviarii Mozarabici: *Urbis magister Tasciæ*. Verum
 libentius legam: *Orbis magister Thasciæ*, in vocativo,
 ut egregie.

90. Ald., *Dogmatis, atque loci jussus genus edere*:
Christianus, inquit. Longior est versus uno pede; ita-
 que in Mar., Vat. B, Rat., Alt., Fabr., Gis. prima
 ed., Widm., Bong., abest vox *edere*: sed carminis ra-
 tio non constat. In Urb. abest vox *jussus*; sed senten-
 tiæ deest hoc verbum, aut aliud simile. In Oxon.,
 tribus Torr., *Dogmatis, atque loci jussus genus edere
 Cyprianus, omisso inquit*. In Rott., *jussus genus Cy-
 prianus, inquit*. Giselinus e pervetusto codice et Da-
 ventriensi editione restituit *Edere jussus erat, quid
 viveret: Unicultor, inquit*; quod secutus est Weitz.,
 Heins. et alii; et exstat in Egm., Pal., Alex., Vatt.
 A, P, Q, Alt., ubi hic versus alteri *Dogmatis* subjun-
 gitur, in Rat. ad marg. recenti manu. Eo respicit
 Thuan., *Tradere jussus erat quid viveret: Unicultor,*
inquit. Teolius Aldo attribuit *Cyprianus, inquit*, sed
 mihi Aldus exhibet *Christianus, inquit*.

91. Ald., Alex., Thuan., *trado pro servo*. Vat. P,
 mendose, *tradere*.

92. Vetus codex in Weitziana editione apud cl.
 præsulem Reggium non male, *sat, ait, jam criminis*.

Thascius : ipse Jovis fulmen negat. Expedite A
[ferrum,
Carnifices; gladio pœnam luat hostis idolo-
[rum.

95 Ille Deo meritas grates agit, et canit trium-
[phans.

Flevit obire virum mœsta Africa : quo docente,
[facta est

1212 Cultior, eloquio cujus sibi docta gloria-
[tur.

Mox tumulum lacrymans struxit, cineresque
[consecravit.

Desine flere bonum tantum. Tenet ille regna
[cœli.

100 Nec minus involitat terris, nec ab hoc recedit
[orbe : B

Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, pro-
[phetat.

Nec Lybiæ populos tantum regit, exit usque in
[ortum

Solis, et usque obitum. Gallos fovet, imbuat
[Britannos,

Præsidet Hesperiae, Christum serit ultimis Ibe-
[ris.

105 Denique doctor humi est, idem quoque martyr
[in supernis.

Instruit hic homines, illinc pia dona dat patro-
[nus.

XIV HYMNUS.

PASSIO S. AGNETIS VIRGINIS.

1213 Agnes sepulcrum est Romulea in domo,
Fortis puellæ, martyris inclytæ.

GLOSSÆ VETERES.

95. Fulmen, potestatem. — Expedite, proferte,
evaginate, I.

97. Cultior, pulchrior,
105. Imbuat, edocet, I.

COMMENTARIUS.

94. Egm., Pal., Fab., Vat. P, Gis., *carnificis gladio*. Ald., Weitz., Heins. cum plerisque scriptis, *carnifices; gladio*. Sagittarius cap. 7 de Cruciat. plures laudat Patres qui Cyprianum gladio occisum tradunt: ubi expendit formulam qua iudices utebantur in reis manui carnificis tradendis, *Gladio animadverti placet, aut gladio feriatur*.

95. Ado ex Actis : *Et his dictis, decretum ex tabella recitavit. Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. S. Cyprianus hoc audiens, dixit : Deo gratias ago*. Eadem formula exstat in Augustini sermone de S. Cypriano; ac multis confirmat Sagittarius cap. 7 de Cruciat., martyres, audita capitali sententia, solitos fuisse dicere : *Deo gratias*. Apud Ruinartium in actis S. Crispinæ : *Crispina respondit : Christo laudes ago, etc.*

96. Editio Parmensis mendose contra metrum et sententiam, *abire Christum pro abire virum*. Ald., Egm., Pal., Urb., Vat. P, Q, Heins. et alii, *abire virum*, non male. Alex., *abire*, corrupte.

97. Vat. B, Mar., Prag., Rat., Weitz., Widm. a prima manu, *dogma*. Alex., Urb., Vat. A, P, Q, Heinsiani, *docta*, quod Heinsio concinnius videtur.

99. Heinsius *boni tantum* mallet, si per libros liceret. Vide Baronium tom. II Annal. ad ann. 265, qui hoc utitur elogio ad scripta Cypriani commendanda. Prudentius videtur legisse Gregorii Nazianzeni verba : *Neque enim Carthaginensi tantum Ecclesie, nec Africae, ab eo et propter eum etiamnum claræ et celebri, præficitur, verum etiam occiduis omnibus regionibus, ac prope etiam orientali omni, atque australi et septentrionali oræ, quocunque illius fama et admiratio pervagata est. Sic Cyprianus noster efficitur*.

101. Barthius *prophetare* verbum aptum esse ait ad exprimenda dona Spiritus sancti, quæ a Paulo apostolo memorantur, nec Latinis ut accedat indignum : quo etiam utuntur Hieronymus, Adamannus Scotus, Julianus lib. I contra Judæos, et alii. Ante hos usus est Juvencus lib. IV, *Christe, prophetabis, cujus te palma cecidit*. Addit Barthius hunc Prudentii versum attentiore speculatione dignum esse : plurimum enim ecclesiasticæ Latinitatis habet. *Disserere* est persuadere, vel argumentis uti. *Eloqui* eleganter loqui. *Tractare* episcopale verbum est, quorum sermones tractatus peculiariter vocantur. *Docet* ad nationes pertinet, *instruit* ad discipulos, ut habemus Eucherii libros *Instructionum*, etc.

102. Ald., Vat. Q, *exitusque*. Alex., *exitque* : lege *exit usque*.

105. Chamillardus cum interrogationis puncto *Gallos fovet ?* Crediderim esse mendum.

104. Plerique, *Hesperiam* hic intelligunt Itiam, et *Iberos* Hispanos. Auctor hymni S. Cypriani in Breviario Mozarabico, qui, ut puto, hunc Prudentii hymnum legerat, sic ait : *Ditans cruore Africam Verbo docens Hesperiam*, ubi Hispaniam certo intelligit. Vide vers. 5, supra.

106. Ald., Urb., *illic pro illinc*. Vat. A, *ma'e, patronis*. In Vat. B et Mar. sequitur passio SS. apostolorum Petri et Pauli, quem ordinem in sua editione tenuit Weitzius.

In Vat. A et Weitz. est inscriptio quam exhibui. In Aldo, *Passio Agnetis martyris*. In Heinsio, *Passio Agnetis virginis*. In Ambr., *Incipit passio Agnes*. In Thuan., *Passio Agnes*. Parrh., *Passio beatæ Agnetis*. Alex., *Finit passio SS. xviii. Incipit passio Agnes*. In Vat. B ponitur post passionem martyrum Cæsaraugustanorum, ut in Mar. et Weitz. In Vat. A hi versus junguntur bini et bini; in Mar. terni et terni. S. Agnetem maximis laudibus celebrarunt S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Hieronymus, S. Damasus, S. Martinus apud Severum Sulpicium, S. Maximus episcopus Taurinensis, S. Gregorius Magnus, martyrologia Latina, menæa Græca, de quibus vide Bollandianos et Ruinartium. In Breviario Mozarabico legitur hymnus Prudentii, sed multis in locis depravatus. In Hymnario Ven. Thomasi exstat hymnus in honorem S. Agnetis a S. Ambrosio compositus. Hildebertus martyrium illius descripsit versu elegiaco. Poema vetus de eadem edidit Barthius lib. xxxi, cap. 13 Advers. Nonnulli putant martyrium B. Agnen subisse circa annum 310, cum præfectus Urbis esset Symphronius, vel Symphorianus, vel Sempronius, de quo vide Corsinum de Præfect. Urbis. Ruinartius explodit Acta vulgata, et Ambrosio ascripta, ubi dicitur eandem virginem in ignem præcipitatum, Aspasio vicario jubente, sub Valeriano et Gallieno; et verosimilius censet martyrium contigisse anno circiter 504.

1. Vat. A, Breviar. Moz., Oxon., Cell., Cham., *Agne*. Ald., Heins., Weitz., *Agnes*, cum plerisque scriptis. Gis., *Agnis*, quod Stephanus Claverius volebat, et exstat in cod. S. Michaelis apud Ruinartium. Ego non dubito quin quolibet ex his modis dici possit *Agne* ab *Agna*, æ, ut allusio sit in nomine, et ad originem Græcam, qua castitas virginis designatur. *Agnes* ab *Agne*, es, ut *grammaticè*, es; *Agnis* ab *Agnes*, is; *Agnētis* ab *Agnes*, etis. In antiquis inscriptionibus reperitur *Hagnes*, cum aspiratione, et ita scribi debere, si origo Græca attenderetur, nonnulli opinantur; sed aliud jubet usus, quem penes arbitrium est, et jus, et norma loquendi, nec minus scribendi. Et

Conspectu in ipso condita turrium
1214 Servat salutem virgo Quiritium :
 5 Nec non et ipsos protegit advenas,
 Puro ac fideli pectore supplices.
 Duplex corona est præstita martyri,
 Intactum ab omni crimine virginal,
1215 Mortis deinde gloria liberæ.
 10 Aiunt, jugali vix habilem. toro

A Primis in annis forte puellulam,
 Christo calentem, fortiter impiis
 Jussis renisam, quo minus idolis
 Addicta, sacram desereret fidem.
 15 Tentata multis nam prius artibus,
 Nunc ore blandi iudicis illice,
 Nunc sævientis carnificis minis,
 Stabat feroci robore pertinax,

GLOSSÆ VETERES.

3. Condita, sepulta, abscondita, I.
 4. Quiritium, Romanorum. Quirites dicebantur Romani a Quirino, id est Romulo, qui semper hasta utebatur; nam quiris lingua Sabinorum hasta dicitur, I.
 6. Supplices, humiles, I.
 8. Virginal, locus in quo devirginantur virgines, I.

- Virginitas, Prag.
 9. Liberæ, gloriosæ, I.
 13. Renisam, resistentem, I.
 16. Illice, decipiente, I.
 18. Pertinax, dura, I.

COMMENTARIUS.

fortasse hic usus cœpit cum in aliis vocibus aspiratio omittebatur, ut in ymnus, Ippolytus, et similibus. In Vat. Q et Egm. mendum est Agnen, ut in Aldo Romuli. Barthius, lib. iv, cap. 15 Advers., advertit, Romulea in domo dici pro Romæ, ut apud Horatium, domus Albunæ resonantis pro fonte nymphæ Albunæ, et ex emendatione ejusdem Barthii, Nec domus exsilii Plutonia. Itaque etsi concedendum sit ex aliis monumentis S. Agnetem fuisse Romæ natam, tamen ex hymno Prudentii id non colligitur; multo vero minus Roma tanquam illius patria in hoc hymno prædicatur, cum solum affirmetur Romæ esse sepulcrum Agnetis. Correctionem vero Barthii in Horatii versu exilii pro exilis, non facile admittent qui curiose observarunt Horatium hujusmodi patrios casus semper unico i extulisse, ut favoni.

3. Peveratus ait poetam meminisse turrium quarum nomen adhuc viget, et sanguineas turres Romani indigitant fortasse a gladiatorum sanguine. Addit sepulcrum S. Agnetis nunc esse ubi quondam circus agonalis erat, et Ciceronem turres istas orat. 3 in Catil. memorasse: Profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato coss., complures in Capitolio turres de caelo esse percussas. Verum hæc explanatione et correctione indigent. Romæ prope circum agonalem exstat locus Tor sanguina, Tarris sanguinea nuncupatus. Hic locus a Capitolio longe distat. Alia similia sunt nomina Romæ a turribus dicta, ut Tor di specchio, Tor di Nona, et in agro Romano 45 loca enumerat Eschignardus quibus a turri nomen est inditum. In circo agonali, nunc Piazza Navona, celebris ecclesia est S. Agnetis, quæ locus lupanaris creditur fuisse ubi Agnes prostituta fuit. Sepulcrum ejus visitur in alia ecclesia sub ipsius nomine in via Nomentana non longe ab Urbe. De hac ecclesia intelligo Prudentium: quæ quidem posita est in conspectu turrium et palatiorum Romæ. Domus altæ turres a poetis vocantur: hinc urbes turrigeræ, turrata mœnia. Notat vero Peveratus S. Agnetem in via Nomentana a parentibus sepultam, ubi cœmeterium Agnetis dictum: puellas Romanas hanc basilicam frequentasse: duos agnos candidos duci solitos ad aram, ut benedicerentur, ex quorum vellere creditur texta fuisse palli novi pontificis: fortasse Christianos hunc morem invenisse, ut alium superstitiosum abolerent cujus meminit Festus verbo ALBOGALERUS, qui erat pileus ex hostia alba Jovi cæsa factus, cui affigebatur apex virgulæ oleaginæ. Hoc albogalero flamines diales, id est sacerdotes Jovis utebantur. Cæterum vera historia hæc est, quod pallium archiepiscopale conficitur e lana agnorum candidorum, qui a canonicis regularibus Sancti Salvatoris nuncupatis, in die festo S. Agnetis, in ejus ecclesia via Nomentana pro canone (duo quotannis) basilicæ Lateranensi contribuuntur. Hos benedicit summus pontifex, et sanctimonialium alicui monasterio arbitrato suo nutriendos mittit. Plura de

B pallio et de hac consuetudine vide apud Macrum in Hierolex., et doctissimum Zachariam in Onomastico rituali selecto.

5. In universa Ecclesia celeberrimum erat nomen S. Agnetis, de qua Hieronymus epist. 8 ad Demetriadem, et ex eo martyrologium Romanum: Omnium gentium litteris atque linguis præcipue in ecclesiis Agnes vita laudata est, quæ et ætatem vicit, et tyrannum, et titulum castitatis martyrio consecravit.

6. Gregorius de Valentia, Comment. theolog., disp. 6, quæst. 2, punct. 7, valide confirmat sanctos in cælo Deum nobis precantibus reddere propitium ex miraculis, et gratiis quas obtinent, et hos Prudentii versus similesque alios Paulini in medium profert.

7. Hic accipi videtur corona non tam pro præmio quam pro ipso martyrio et virginitate. Hanc distinctionem explicat Paschalius lib. 1 de Coronis, cap. 6.

8. In nonnullis vulg., mendose, virginali pro virginal. Barthius, lib. xxvi, cap. 12, elegantissime id dictum affirmat. Quam vocem, inquit, pessime interpretati sunt, Iso pro loco ubi feminæ devirginantur, et Georgius Fabricius pro eo ubi virgines versantur. Prudentius posuit pro parte verenda virginei corporis, ut Solinus, Apuleius, et ex correctione Barthii glossæ Isidori. In Macri Hierolexicô virginal exprimitur virginitas, et ex sententia Caroli Widmani lupanar, omnino male. Giselinus explicat ὑμῶν, seu virgineum vinculum, de quo Joannes Wyerus medicus. Ausus est, addit Giselinus, Prudentius, quod Augustinus atque alii efferunt in plurali numero, efferre in singulari, quomodo antea nomen altar. Idem Giselinus plane rejicit ut spurium, neque cum sequentibus cohærens Intactum ab omni crimine corpus est, quod in quibusdam legerat, sed aliena manu, ut videbatur, scriptum. Quod autem Giselinus virginal tanquam Prudentii proprium in singulari notat, facile refellitur auctoritate Apuleii, Solini et aliorum. Apuleius u Metam. etiam dixit feminal.

D 10. Brev. Moz., maritali: lege jugali. Vat. B, Mar. a prima manu, Rat. in contextu, habitam, minus bene, pro habilem. Rat., supra, habilem, vel aptam, quod postremum est glossa.

12. Rat. recentiori manu pro impiis habet improbis. Brev. Moz., impii.

13. Rat. recentiori manu, quo minus impiis. Retine idolis.

14. Vat. B, contra metrum, addita. In Rat. corrector idem ineptus, addicta sacris, ut sit impiis addicta sacris.

15. Breviar. Moz., binis, pro multis.

16. Parrhasius, mendose, iudices. Brev. Moz., illis: melius illice. Non solum in epistola pseudo-Ambrosii, sed etiam a S. Maximo Taurinensi narratur, a filio præfecti Agnen in uxorem expetitam. Hinc iudex illam illecebris tentabat.

Corpusque duris excruciatibus
 20 Ultro offerebat, non renuens mori.
 Tum trux tyrannus : Si facile est, ait,
1216 Pœnam subactis ferre doloribus,
 Et vita vilis spernitur : at pudor
 Carus dicatæ virginitatis est.
 25 Hanc in lupanar trudere publicum
 Certum est, ad aram ni caput applicat,
 Ac de Minerva jam veniam rogat,
 Quam virgo pergit temnere virginem.
 Omnis juvenus irruat, et novum
 30 Ludibriorum mancipium petat.
 Haud, inquit Agnes, immemor est ita

A Christus suorum, perdat ut aureum
 Nobis pudorem, nos quoque deserat.
 Præsto est pudicis, nec patitur sacræ
 35 Integritatis munera pollui.
 Ferrum impiabis sanguine, si voles :
 Non inquinabis membra libidine.
1217 Sic elocutam publicitus jubet
 Flexu in plateæ sistere virginem.
 40 Stantem refugit mœsta frequentia,
 Aversa vultus, ne petulantius
 Quisquam verendum conspiceret locum.
 Intendit unus forte procaciter
1218 Os in puellam, nec trepidat sacram

GLOSSÆ VETERES.

19. Excruciatibus, pœnis, I.
 21. Trux, severus, I.
 22. Subactis, superatis, I.
 24. Dicatæ, scilicet Deo, I.
 25. Lupanar, dicitur a lupis, id est, meretricibus ;
 quia sicut lupi devorant prædam, sic illæ avidissime de-
 vorant amatores suos. — Trudere, pro trudi, I.
 26. Applicat, inclinat, I.
 28. Temnere, despiciere, I.
 29. Irruat, cum impetu veniat, I.
 30. Mancipium, mancipium, quasi manu captum, I.

B 32. Aureum, nobilem, I.
 35. Integritatis, virginitatis, I.
 36. Impiabis, maculabis, I.
 38. Publicitus, publice, manifeste, I.
 39. Flexu, in plateæ, in via ; in bivis. — Sistere,
 præsentare, I.
 40. Frequentia, multitudo, I.
 42. Verendum, pudibundum, Rat.
 45. Forte, casu. — Procaciter, irreverenter, luxu-
 riose, I.
 44. Os, faciem, I.

COMMENTARIUS.

19. In quibusdam vulg., *exercitibus* : in aliis *ex-
 cruciantibus*. Corrigendum omnino est *excruciatibus*.

21. Brev. Moz., *tunc atrox tyrannus* : lege *tum
 trux*.

23. Nonnulli vulg., *aut pudor*, non recte. Breviar.
 Moz., *corrupte, at pudor ejus Dicatæ virginitatis impe-
 tendus est*.

24. Prag., *clurus* : lege *carus*. Parrhasius, minus
 bene, *dicatæ virginitati erit*. Olim virgines Christianas
 a teneris annis virginitatem Deo consecrasse, tum
 ex hoc hymno, tum ex aliis monumentis liquido pa-
 tet. Tertullianus egregie Apologet. cap. 50 : *Proxi-
 me ad lenonem damnando Christianam potius quam ad
 leonem, confessi estis, labem pudicitie apud nos atro-
 ciores omni pœna et omni morte reputari*.

25. In hoc lupanari erectam nunc S. Agnetis esse
 ecclesiam, dixi ad vers. 3. Cl. Cancellierius in suo
 opere de Sacello pontificio, pag. 152, pollicetur
 aliud ita inscriptum : *Descrizione del circo agonale, e
 della chiesa di S. Agnese ivi eretta con un appendice
 di documenti degli Atti del martirio, e delle omilie de'
 SS. Padri in onore della medesima V. e M.*

26. In Mar. desideratur est. Fabr., Gis., Prag.,
 Rat., Brev. Moz., *applicet*, et vers. seq. *roget*. Pleri-
 que cum Aldo, *applicat, rogat*. Ethnici deorum suo-
 rum statuas amplexari et osculari solebant.

27. Weitzius mendum Egmondani exprimere voluit
Menerva. Idem Weitzius Fabricio et Giselino affingit *re-
 git*, in quibus est *roget pro rogat*.

29. Vatt. B, P, Weitz., Gis., Torn., *irruat*. Par-
 rhasius, Brev. Moz., Alex. a prima manu, Cham.,
irruet. Plurimi alii habent *irruit* cum Aldo.

30. Eadem occurrit varietas *petat, petet, et petit*.

36. Brev. Moz., *corrupte, Ferro, impia soboles, po-
 tes servire*.

38. Ambr., *jubent* : melius *jubet*. Innuitur mos,
 quem pseudo-Ambrosius explicat : *Adhæc insanus
 judex jussit eam exspoliari, et nudam ad lupanar duci
 sub voce præconis dicentis : Agnetem sacrilegam virgi-
 nem, diis blasphemiam inferentem, scortum lupanari-
 bus datam*. Vide ep. 1 inter segregatas a Maurinis.

39. Burmannus secundus in Addend. ad Claud., pag.
 1012, e duobus antiquis libris Leodiensibus legit *fluxu
 in plateæ*, et interpretatur confluxum populi per pla-
 teas. Vide Gronov. ad Liv., pag. 545. In Mar. et Rat.

ex flexus factum flexu. Prag., Vat. Q, male flexus in
 plateæ. Ald., vetus codex in editione Weitz. apud cl.
 præsulem Reggium, flexu in plateas. Brev. Moz.,
 flexam in plateas. Verior lectio flexu in plateæ. Iso in-
 terpretatur in bivio, in quo lupanaria construi mos
 erat. Miratur Peveratus cur non dixerit flexu in thea-
 tri : siquidem fornices illi erant in circo agonali. Con-
 stat publica scorta in fornicibus spectaculorum ma-
 nere consuevisse. S. Cyprianus, sive quis alius vetus
 scriptor, lib. de Spectac. : *Si rursus perrogem, quo ad
 illud spectaculum itinere pervenerit, confitebitur per lu-
 panarium, per prostituerum nuda corpora..... qui festi-
 nans ad spectaculum, dimissus et adhuc gerens secum,
 ut assolet, eucharistiam inter corpora obscena meretri-
 cum tulit*. Cum autem postea occurrat etiam plateæ
 vers. 49, retinendum est flexu in plateæ ; et, ut ego
 puto, flexus plateæ solum indicat angiportum, aut
 vicum angustum et flexuosum, ad quem e platea in-
 gressus esset. Petronius de Lupanari : *Per anfractus
 deinde obscurissimos egressus in hunc locum me per-
 duxit*.

40. Vat. B, Mar., *stantum*, minus bene ; Hailsbr.,
 male, *statum*. Verbum proprium est stare de feminis
 prostitutis, quæ ante fornices quæstus gratia stabant.
 Hinc meritorium ipsum *stabulum* dicebatur, et a Ter-
 tulliano appellatur lib. II ad Uxorem *consistorium li-
 bidinum publicarum* : ipsæ meretrices *prostitutæ*, et
prostibula audiebant. Horatius. sat. 1, *Nullam nisi
 olenti in fornice stantem*. In II Controvers. Senecæ,
Meretrix vocata es, in communi loco stetit.

41. Vat. A, Egm., Pal., *adversa* ; alii, *aversa*, quod
 retinendum est.

42. Peveratus exponit, *hoc est templum*. Ita qui-
 dem ait Damasus in versibus quos post hymnum pro-
 feram ; sed alia explicatione opus est. Barthius notat
 lib. VIII, cap. 19, locos mulierum in libris medico-
 rum genitalia membra designare, uti etiam sæpe
 apud Columellam. Quod autem cap. 5 lib. cit. ex hoc loco
 infert, quod dum publicitus nudæ mulieres prostabant
 (sive Christianæ, sive aliæ), avertabant oculos qui
 aderant, morum pristinorum réverentia, non puto
 universe verum : nam id in Agnete veluti ex pecu-
 liari Dei providentia narratur. Quod de locis mulie-
 rum dicit, graviore Lucretii testimonio posset confir-
 mari. Vide Gifanii indicem in Loca et Loci.

- 45 Spectare formam lumine lubrico. **A** Primum sed Agnes hunc habuit gradum
En ales ignis fulminis in modum Cœlestis aulæ, mox alius datur.
Vibratur ardens, atque oculos ferit : Accensus iram nam furor incitat
Cæcus corusco lumine corruiat, Hostis cruenti. Vincor, ait gemens,
Atque in plateæ pulvere palpitat. 65 I, stringe ferrum, miles, et exere
Tollunt sodales seminecem solo, Præcepta summi regia principis.
Verbisque deflent exsequialibus. Ut vidit Agnes stare trucem virum
Ibat triumphans virgo, Deum Patrem, Mucrone nudo, lætior hæc ait :
Christumque sacro carmine concinens, Exsulto, talis quod potius venit
Quod sub profani labe periculi 70 **1220** Vesanus, atrox, turbidus, aruiger,
Castum lupanar, nec violabile Quam si veniret languidus, ac tener,
Experta victrix virginitas foret. Mollisque ephebus tinctus aromate,
Sunt qui rogatam rettulerint preces Qui me pudoris funere perderet.
Fudisse Christo, redderet ut reo Hic, hic amator jam, fateor, placet :
1219 Lucem jacenti : tum juveni halitum 75 Ibo irruentis grossibus obviam.
60 Vitæ innovatum visibus integris. **B**

GLOSSÆ VETERES.

46. En ales, *ecce velox*, I.
50. Tollunt, *elevant*. — Sodales; *Sodales dicuntur, quasi simul edales, id est, simul manducantes*, I.
51. Exsequialibus, *qui in exsequiis conveniunt*, I.
54. Quod, *eo quod*, I.
60. Innovatum, *scilicet referunt*. — Visibus integris, *virginitatis custodia*, I.
61. Gradum, *miraculum*, I.
65. Ascensus, *martyrii gradus*, I.
65. Astringe, *evagina*. — Exere, *perferre, proferre, c. exerce*, I.
70. Vesanus, *transvectus a sanitate*, I.
72. Ephebus, *juvenis, imberbis*. — Tinctus aromate, *unctus unguento*, I.
73. Funere, *morte, luctu*, I.
74. Hic, hic, *talis*, I.

COMMENTARIUS.

45. Ald. male, *expectare formam*; nec melius vetus codex in editione Weitziana, *formam expectare*; aut Torn., *expectans formam*; aut Latinius, *despectas formam*. Dicit *lumine lubrico*, ut in hymn. 2 Cath., vers. 103, *Oculive peccent lubrici*. Cicero, lib. II de Nat. deor., *Sed lubricos oculos fecit (natura) et mobiles*.
46. Breviar. Moz. depravate, *gehennalis ignis fluminis in modum*. Angelum sub alitis specie vibratum intelligi posse, censet Ruinartius, Certe Agneti aderat angelus qui ejus virginitatem defenderet : sed nihil prohibet ignem volucrum, sive celerem (non avem) de cœlo missum, qui oculos impudici juvenis perstringeret. Ita enim ego hunc locum accipio; et hæc explicatio confirmatur vers. 48, *Cæcus corusco lumine corruiat* : nam lumen coruscum est hic ipse ignis ales et ardens quo cæcus corruiat juvenis. Juvenis, inquam : etenim filium hunc fuisse præfecti Urbis Acta docent, et vers. 29 ait iudex : *Omnis juvenis irruat*, etc.
50. Imitatio Virgilii lib. V, *Ast illum fidi æquales genua ægra trahentem*, etc.
52. Videtur e lupanari virgo extracta, ut per vias duceretur; vel *ibat triumphans* ponitur pro triumphabat.
54. Vat. B, *pericli* : emenda *periculi*.
55. Prag., *ne violabile*, et supra glossa *ne pro non*. Melius *nec*.
56. Brev., Moz. *aspectu* : lege *experta*.
57. Vat. A, *precem pro preces*. Alii *retulerint*, alii *rettulerint* scribunt : utrisque sua adest ratio, Precibus S. Agnetis hunc juvenem ad vitam revocatum narratur etiam in sermone 48 inter sermones S. Ambrosio ascriptos, quem e tribus mss. Maurini ediderunt.
59. Ald., Brev. Moz., *tum invenit*. Legendum *tum juveni*.
60. Brev. Moz., *usibus*. Cauchii codex *jussibus*, unde ille conjiciebat *sensibus*. Sed bene est *visibus*. Glossa non placet.
61. Brev. Moz. ita distinguit, *usibus integris Primum; sed Agnes, non probe*.
65. Sich., Vatt. A, Q, Alex., Prag., Rat., Weitz. cum suis, Gall. cum Torn., editione Parisiensi Biblioth. Patrum, ms. S. Michaelis apud Ruinartium, *mox alius datur Ascensus : iram nam furor incitat*, Heinsius nullam lectionis varietatem advertit, sed Giselinum secutus, edidit *mox alius datur*. *Accensus iram nam furor incitat*, quod tenent Ald., Parrhasius, Vatt. B, P, Urb., recentiores : quanquam Teolio altera lectio magis videtur arridere. Nonnulli tradunt Symphorianum, ne in odium Romanorum incurreret, substituisse alium judicem Aspasium nomine, qui virginem Agnetem primum igni tradi, tum igne illæsam gladio percuti jussit. In comment. ad 4 hymn. Perist., vers. 93, quæstionem agitavi, cur martyres alia tormenta interdum superarent, gladio vero vix unquam cederent. Postea vidi dissertationem Baruffaldi : *Del colpo di spada, o di qualunque ferro tagliante, non mai vano, o fallace nel decapitare, o dar la morte ai martiri di Christo*, tom. III Nov. Collect. Calogeran. Venet. 1757. Baruffaldus iisdem rationibus quæstionem resolvit. Nam quod addit, ictum gladii insuperabilem fuisse, quia Deus martyrium hoc mortis genere complere, et per ictum gladii martyres coronare decreverat, hoc ipsum est, quod quæritur, cur Deus id potius quam aliud decreverit. Negat præterea Baruffaldus gladium martyribus unquam cecidisse, ac veteres historias quibus id affirmatur, aut in dubium revocat, aut sine miraculo rem evenisse contendit.
65. Vat. B, Mar., Rat., Weitz., *astringe ferrum*. Rott., Thuan., Ald., Brev. Moz., Alex., Vat. Q, *stringe*. Ita in Vat. P, sed deest prima littera. Heinsius restituit *i, stringe* cum Ambr., tribus Torr., Cauchiano. Adhæret Vat. A., et in Vat. B videtur id indicari ad oram. Parrhasius olim jam ediderat *i, stringe*, sed mendose illico *miles exsequere*. Urb. habet *jam stringe*, quod fuit a Gisellino editum. Vide comment. ad vers. 199 hymn. 11 Cath.
72. Weitz. cum Widm. scribit *ephebus*. In Egm., Hailsbr., *esybus*. Chamillardus existimabat *aromata* tantum plurale apud Latinos reperiri, quamvis apud Græcos etiam in singulari dicatur *ἀρωμα*. Verum Marcianus *aroma Indicum* dixit D. lib. xxxix tit. 4, leg. ult. Prudentius *aroma* in singulari dixit etiam Cath. 5, vers. 22, Apoth. vers. 758.
74. Parrh., *hic amor*, contra metrum.
75. Alex., Vatt. A P, *obvia*

	Nec demorabor vota calentia :	A	Quod vana sæcli mobilitas rapit :
	Ferrum in papillas omne recepero ,	100	Reges, tyrannos, imperia, et gradus ,
	Pectusque ad imum vim gladii traham.		Pompasque honorum stulta tumentium.
	Sic nupta Christo transilium poli		Argenti et auri vim, rabida siti
80	Omnes tenebras æthere celsior.		Cunctis petitam per varium nefas,
	Æterne rector, divide januas		Splendore multo structa habitacula,
	Coeli, obseratas terrigenis prius,	105	1222 Illusa pictæ vestis inania,
	Ac te sequentem, Christe, animam voca,		Iram, timorem, vota, pericula :
	Cum virginalem, tum Patris hostiam.		Nunc triste longum, nunc breve gaudium,
85	Sic fata, Christum vertice cernuo		Livoris atri fumificas faces,
	Supplex adorat, vulnus ut imminens		Nigrescit unde spes hominum et decus,
	Cervix subiret prona paratius.	110	Et, quod malorum tetrius omnium est,
	1221 Ast ille tantam spem peragit manu :		Gentilitatis sordida nubila.
	Uno sub ictu nam caput amputat.		Hæc calcat Agnes, hæc pede preterit,
90	Sensum doloris mors cita prævenit.		Stans, et draconis calce premens caput :
	Exutus inde spiritus emicat,	B	Terrena mundi qui ferus omnia
	Liberque in auras exilit; angeli	115	Spargit venenis, mergit et inferis ,
	Sepsere euntem tramite candido.		Nunc virginali perdomitus solo,
	Miratur orbem sub pedibus situm ,		Cristas cerebri deprimit ignei,
95	Spectat tenebras ardua subditas,		Nec victus audet tollere verticem
	Ridetque, solis quod rota circuit,		Cingit coronis interea Deus
	Quod mundus omnis volvit et implicat,	120	Frontem duabus martyris innubæ :
	Rerum quod atro turbine vivitur,		

GLOSSÆ VETERES.

76. Demorabor, <i>detineam</i> . — Vota, quæ habent me ad interficiendum. — Calentia, <i>iracunda, furentia</i> , I.	95. Ardua, <i>excelsa</i> , I.
77. Recepero, <i>recipiam</i> , I.	97. Implicat, <i>colligit</i> , I.
79. Sic, <i>taliter</i> . — Poli, <i>aeris</i> , I.	100. Gradus, <i>honores</i> , I.
81. Divide, <i>aperi</i> , I., Mar.	101. Stulta, <i>stulte</i> , I., Mar.
82. Prius, <i>in primo parente</i> , I.	102. Siti, <i>cupiditatis</i> , I.
84. Cum, <i>pridem, vel modo, quando</i> . — Tum, <i>deinde</i> . — Hostiam, <i>martyrium</i> , I.	105. Cunctis, <i>populis</i> . — Petitam, <i>quæsitam, ipsam rabiem cupiditatis</i> , I.
85. Vertice cernuo, <i>inclinato capite</i> , I.	C 106. Vota, <i>optiones</i> , I.
86. Vulnus imminens, <i>imminentem gladium</i> , I.	110. Tetrius, <i>pessimum</i> , I.
87. Subiret, <i>sufferret</i> , I.	115. Calce, <i>pede</i> , I.
88. Ille, <i>carnifex</i> , I.	114. Terrena, <i>scilicet corpora</i> . — Ferus, <i>sævus</i> , I.
91. Spiritus emicat, <i>anima splendet, salit</i> , I.	116. Solo, <i>planta</i> , I.
94. Situm, <i>positum</i> , I.	117. Cerebri, <i>capitis</i> , Mar. — Deprimit, <i>deponit</i> , I.
	118. Verticem, <i>caput</i> , I., Mar.

COMMENTARIUS.

78. Vat. A non bene omittit *que*. Brev. Moz., *Pectusque adimet vim, gladii traham*, quod reformandum est.
80. Vel intelligit *poli æthere celsior*, vel tenebras poli vocat, ut vers. 95, *Spectat tenebras ardua subditas* : quia tenebræ sunt omnia quæ sub pedibus cœlitum jacent, quamvis clara videantur.
81. Ald. mendose, *æternæ*.
82. Parrhasius, *terriginis*, male.
84. Brev. Moz., *Cum virginali tunc Patris hostia*, minus recte.
88. Prag., *peregil manu* : metrum poscit *peragit*.
89. Ald., *unum sub ictu*. Plèrique, *uno sub ictu*. In Bong. reperitur conjuncte *subictu*; et Gifanius ita legendum contendit ex vet. suo lib., ut alibi dixit Prudentius *subtacitus*, et Lucretius *subcavus* : in vulg., *uno sub ictu*, male et barbare scribi affirmat; sed hactenus viris doctis qui Prudentium ediderunt, id non persuasit.
91. In Eulalia vers. 161, *Emicat inde columba repens*.
94. Æmulatur Virgilium ecloga 5, vers. 56, *Candidus insuetum miratur limen Olympi; Sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis*.
96. Alex., Ald., *videtque solis*. Vatt. A, Q, *rota circumit*, non male.
98. In hymno superiori S. Cypriani vers. 90, *Quid viveret*.
99. Vat. B, Mar., *nobilitas*, non absurde, nam dicitur *vana*, et sermo est de regibus et honoribus.
101. Brev. Moz., *stulte* : lege *stulta*.
102. In Vatt. A, P, desideratur *vim*. Aldus, Vatt. A, P, Q, Hailsbr., Pal., *rabidam sitem*. Widm. in contextu, *vim rabidam sitis*. Weitz., Widm. supra, Alex., Parrh., Prag., Gis., Heins., *vim rabida siti* adherent Rat. et recentiores. Mar., Vat. B, *vim rabidam siti*. Urb. minus bene, *et aurum : vim rabidam sitim*.
105. Ex Virgilio II Georg. vers. 464, *Illusasque auro vestes*. Vide comment. ad vers. 48 hymn. 12 Peristeph.
106. In. Brev. Moz., *irati, mortem*; corrige *iram, timorem*.
107. Seneca in Thyeste act. IV, *Nulla sors longa est; dolor et voluptas invicem cedunt : brevior voluptas*.
110. Vat. A perperam omittit *quod*. *Tetrius malorum omnium pro malis omnibus*. Vide comment. ad vers. 77 et 78 hymni 12 Cath.
112. Concinnius est *hæc pede cum Mar., Prag., Rat.*; quam *ac cum aliis edd. et mss.* In Brev. Moz. mendum *proculcat pro proterit*. In nonnullis edd. ad oram excusum est *crepasset* : quod non intelligo quid sit, aut quo pertineat.
116. Sæpius dictum *solum pro imo pede accipi*. Confer Frontonem Duceum ad Paulinum pag. 766, *Sola sancta tergere* epist. 2 ad Severum et Sirmundum ad Sidonium pag. 113.
118. Vat. B, *vinctus* : melius *victus*.

Unam decemplex edita sexies
1223 Merces perenni lumine conficit :
 Cæcænus exstat fructus in altera.
 O virgo felix, o nova gloria,
 125 Cœlestis arcis nobilis incola,
 Intende nostris colluvionibus
 Vultum gemello cum diademate :

A Cui posse soli Cunctiparens dedit
 Castum vel ipsum reddere fornicem.
 130 Purgabor oris propitiabilis
1224 Fulgore, nostrum si jecur impleas.
 Nil non pudicum est, quod pia visere
 Dignaris, almo vel pede tangere.

GLOSSÆ VETERES.

121. Unam, coronam. — Edita, de martyrio, oblita de martyrio dedit. — Sexies, sexies decies sunt sexaginta; et sexagenarius numerus significat continentiam vidualem: quæ una corona illi erat propter laborem quem sustinent viduæ; nam laborem sustinent maximum, quod ipsa complexa digitorum significat, I.

123. In altera, de virginitate, I., Mar.

126. Colluvionibus maculis, pollutionibus, immun-

ditiis, I. Pollutionibus, mar.

127. Diademate, corona, I

128. Cui, id est tibi, I.

129. Vel, etiam. — Fornicem, *upanar*: locum dicit in theatro ubi devirgantur virgines, I.

130. Purgabor, ego. — Oris, vultus, I

132. Pia, pia visitatione. — Visere, videre, visitare, I.

COMMENTARIUS.

121. Vat. A male, una. Alii scribunt *decimplex*, alii *decemplex*. Æmulatur Cyprianum epist. 70: *Cujus numero nec virgines desunt, quibus ad sexagenarium fructum centenus accessit, quasque ad cœlestem coronam gloria geminata provexit.* Plerique fructum sexagesimum virginitati, fructum centesimum martyrio in parabola Matth. xiii, 8, promissum esse autumant. Et cum hoc loco Prudentius ipse virginitati fructum sexagesimum assignare videatur, in lib. II. adv. Symmach., vers. 1059, legi poterit *Hinc decies seni*: ubi etiam de præmio virginitatis disseritur. In glossis diversæ sunt opiniones; apud Isonem quid sit, *Quod ipsa complexa digitorum significat*, intelliges ex Hieronymi verbis lib. I in Jovinianum sub initium: *Centesimus, et sexagesimus, et tricesimus fructus, quamquam de una terra et de una semine nascatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias: nam et ipsa digitorum conjunctio, quasi molli se complexans osculo, et fœderans, maritum pingit et conjugem. Sexaginta vero ad viduas, eo quod in angustia et tribulatione sunt positæ. Unde et superiori digito deprimuntur, quantoque major est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto majus est præmium. Porro centesimus numerus (diligenter, quæso, lector, attende) de sinistra transfertur ad dexteram, et eisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læva nuptiæ significantur et viduæ, circulum faciens exprimit virginitatis coronam.* Veterem hanc consuetudinem numerandi per digitos explicatius tradit Beda in lib. de Computo, vel Loquela per gestum digitorum. Vide etiam Gazæum in not. ad Cassian. collat. 24, cap. ult., qui rem hanc enucleate exponit.

122. Egm., Pal., *mercis pro merces.*

124. Sic in versibus nunc exscribendis S. Damasi *O felix virgo.*

128. Prag., *solus Cunctiparens pro soli.*

129. Brev. Moz. male, *redde fornicem.* Fornices erant arcuatæ domus ubi præstabant meretrices: loca abdita et occulta quæ ab Apostolo *cubilia* vocantur: *Non in cubilibus*, etc. Vide comment. ad vers. 108 lib. I in Symm.

130. Ald., Vat. P, et nonnulli vulg. corrupte, *purgabo roris.* Brev. Moz. non leviori mendo, *Purga jam corda propitiabili.* Parrhasius recte jam olim ediderat *purgabor oris.* Giselinus observat errata pleraque quæ Prudentium miserrime fœdarunt, librorum incititia contigisse, qui modo in unam dictionem diversissima conglutinarunt, modo cohærentia separarunt; et hæc exempla profert. *Secernere scriptum erat vers. 35 Apoth., pro se cernere. Consulit et vers. 390, lib. II in Symm., pro consultet. In acie ib. vers. 1024, pro macie. Sed et ib. vers. 193, pro sedet. Suam in hymno S. Vincentii vers. 146, pro si jam. Obis ibid. vers. 337. pro o bis. Quinos in Romano vers. 1036, pro*

B *quin os. Fluctu et in passione SS. apostolorum Petri et Pauli vers. 36, pro fluctuet. Exitusque in Cypriano vers. 102, pro exit usque. Purgabo roris hoc loco, pro purgabor oris.* Quibus alia similia addi possent.

131. Christi et divini Spiritus hoc esse Cellarius opponit. Deberet ipsum pudere toties fateri Prudentium tam doctum, tam pium vatem, et in omni antiquitate tam venerandum, suæ hæresi tam aperte esse contrarium.

132. In Brev. Moz. mendum est *quam pia viscera pro quod pia visere.* In eodem breviario adduntur quidam versus quos Prudentii non esse, ut nunc quidem leguntur, certo possum confirmare.

133. Barthius, lib. xxxvi, cap. 4 Advers., ait decorum tactum efficacem habitum, ut apud Horatium de Venere: *Tange Chloen semel arrogantem.* Id quod, inquit, allusit eruditissimus poeta Prudentius, *Dignaris almo vel pede tangere.* Sed Prudentius, ut ego existimo, nihil aliud vult nisi pudicum id omne esse quod Agnes ingreditur: ut castum reddidit ipsum fornicem. Post hunc hymnum in Vat. A sequitur passio beatissimi Laurentii. In aliis sunt versus S. Damasi in laudem S. Agnetis, in quibus sanctissimi hujus pontificis pietas non minus quam in cæteris ejus carminibus elucet. Apologiam pro Damaso aliisque pontificibus Romanis IV sæculi contra apertas calumnias Ammiani Marcellini nondum dedita opera confectam fuisse puto; neque operæ nullum esset pretium. Carmina ipsa Damasi, edente Merenda, typographi negligentia corruptissime impressa sunt, ut editoris nævos præteream. Versus quos dicebam in laudem S. Agnetis correctos nunc exhibebo. Igitur post hymnum S. Agnetis in Vat. B, Mar., Prag., Rat., in Widm. codice apud Weitz., in codice Florentino, de quo in proleg. num. 86, qui cum Urb. consentit, inseruntur versus sequentes. *Versus Constantinae, Constantini filia, scripti in absida basilicæ quam condidit in honorem S. Agnæ virginis. Constantina Deum venerans, Christoque dicata, Omnibus impensis devota mente paratis, Numine divino multum, Christoque juvante, Sacravit templum victricis virginis Agnes. Templorum quod vincit opus; terrenaque cuncta, Aurea quæ rutilant summi fastigia templi. Nomen enim Christi celebratur sedibus istis, Tartaream solus potuit qui vincere mortem. Invectus cælo solus inferre triumphum. Nomen Adæ referens retro ciet omnia membra, A mortis tenebris, et cæca nocte levata. Dignum igitur munus, martyr, devotaque Christo, Ex opibus nostris per sæcula longa tenebis, O felix virgo memorandi nominis Agnes.* Plerique filiam hanc Constantini vocant Constantiam ex actis non authenticis. Sed vel utrumque nomen habuit, vel vocanda potius est Constantina, ut ex primo versu liquet: *Constantina Deum.* Idemque nomen legitur in primis litteris versuum primorum undecim: est enim carmen acrostichum. Ac for-

EPILOGUS.

1225 Immolat Deo Patri
Pius, fidelis, innocens, pudicus,

1226 Dona conscientiae,
Quibus beata mens abundat intus.

COMMENTARIUS.

tasse legendum erit *Constantina Deo venerans, Christoque dicata*. Nam primæ litteræ trium versuum extremorum faciunt *Deo*. De hac ecclesia S. Agnetis in via Nomentana agit Ciampinius de Sacr. Ædif. cap. 9. Lectiones variæ codicum sunt. In titulo Widm. *in honore S. Agnes virginis*. Vers. 1 Vat. B, *Dei, pro Deum*. Vers. 5 Widm., *opes pro opus*. Merenda, *terrenaque junctæ*. Vers. 6, Merenda in textu, *aurea nam*. Vers. 7, Merenda, *fastigia tecti*. Vers. 9, Widm., Prag.; Mar. recenti manu, Merenda, *solusque pro solus*. Urb., *solus qui*. Rat. non bene pro diversa scriptura, *vectus; supra, invecus*. Vers. 10. Corrupte Vat. B, *Nomen ferens retorquet et omnia membra*. Rat., *Numina vera ferens retro ciet omnia membra, quod videtur esse supra in Vat. B*. In eod. Rat. caractere minutiori subscribitur: *Nomen Adæ referens detorquet et omnia membra: et ita edidit Weitzius ex Widm. In Prag., Numen ad æthra ferens post se ciet omnia membra cum glossa Ciet, id est vocabit*. In Mar. a correctore erat factum supra *Numen ad æthra ferens retro ciet omnia membra*. Merenda, Urb., *Nomen adhuc referens, et corpus, et omnia membra*. Ita etiam in Florentino codice. In nonnullis editionibus hi duo versus *Nomen*, et *A mortis desiderantur*. Vers. 11, Vat. B, *depravate, amo tenebris pro a mortis tenebris*. Vers. 12, Merenda in textu, *dignum Agnes munus*. Sequuntur versus S. Damasi hoc titulo in Mar. et Rat.: *Item Damasi Patris versus de eadem: quos tamen ego exscribam ad ectypum æri incisum in dissertatione Bayeriana de S. Damaso ex archetypo in ecclesia S. Agnetis via Nomentana: Fama refert sanctos dudum retulisse parentes Agnen, cum lugubres cantus tuba concrepuisset. Nutricis gremium subito liquisse puellam, Sponte trucis calcasse minas, rabiemque tyranni, Urere cum flammis voluisset nobile corpus, Viribus immensum parvis superasse timorem, Nudaque profusum crinem per membra dedisse. Ne Domini templum facies peritura videret. O veneranda mihi, sanctum decus, alma pudoris, Ut Damasi precibus saveas, precor, inclyta martyr*. Vers. 1, Prag., Widm., *flevisse pro retulisse*. Urb. male, *sanctos dudum regulis reparantes*. Vers. 2, Urb. mendose, *Agmen, et concrepavisset*. Vers. 4, Mar., *rabiesque*. Mar. et alii, *truces*. Vers. 7, Widm., *diffusum pro profusum*. Merenda in operib. S. Damasi, *profusos crines*. Vers. 9, Prag. contra metrum, *Agnes tu decus; Rat., Agnes mihi met decus, supra tu*. Mar., *Agnes mihi decus, supra mihi tu decus, et ad oram, columenque, et palma pudoris*. Alii, *O venerandum Agnes mihi tu decus alma pudoris*. In Urb. hic versus corruptus est, *O veneranda in Deus alma pudoris*. Merenda et alii, *inclyta virgo*. Porro vix dubium est quin versus superiores non minus quam hi auctorem habeant Damasum. De voce *lugubres*, primis duabus correptis, dixi in Comment. ad vers. 79 hymni 9 Cath. Apud profanos scriptores occurrit etiam *salubris* secunda correpta, ut videri potest in Anthologia Burmanni. In Vat. B, Mar., Weitz. post hos versus sequitur hymnus S. Eulaliæ. In aliis Epilogus.

Vers. 1. In Alexandr. titulus est, *Epilogus, id est clausula vel finis libri*. In Vat. B, *Incipit de opusculis, Patri Deo immolat. per trocheum et trimetrum endecasyllabum*. Ponitur ante Dittochæum, sed tanquam conclusio libri Peristephanon, qui præcesserat, siquidem in fine legitur *Finit Peristephanon. Incipiunt Tituli historiarum*. In Mar., *Incipit de opusculis suis. Trocheum trimetrum endecasyllabum*. Ponitur ante Dittochæum, et post hymnum de Epiphania: sed hymnus de Epiphania in hoc codice, ut in aliis, ultimus est in libro Peristephanon. Fortasse hinc occasionem ali-

A qui sumpserunt ut hanc odam, quæ in nonnullis codicibus hymnum Epiphaniæ sequitur, tanquam præfationem libri Peristephanon huic libro præfigerent; sed notandum est hoc discrimen, quod hymnus de Epiphania in quibusdam codicibus claudit librum Cathemerinon, in aliis librum Peristephanon. Giselinus discrete affirmat in suo codice et in Daventriensi libro Peristephanon hos versus præfigi: quam collocationem probat, quia Prudentius ait trochæos et iambos se Christo consecrare, et liber Peristephanon ex trochæis et iambis maxime constat. Sed, ut dicam ad vers. 7, Prudentius versus quibus hæc oda constat nominat, non autem alios libri Peristephanon intelligit. Addit Giselinus nullum esse aliud opus cui præmium non dederit suum. Sed præterquam quod Dittochæo nullus est prologus, libro Cathemerinon non est alia præfatio nisi ea quæ reliquis operibus communis est. Et sicut liber ille primus prologo communi incipit, ita liber hic ultimus, qui est de Coronis, congruenter epilogus communi concludetur. Heinsius fassus est nullum suorum codicum martyribus dicato libro hanc oden præponere, neque Putcanum, neque Ambrosianum, in quibus initium libri Peristephanon erat; sed hæc ode non comparebat. In Oxonio, uti apud Aldum, clauderat agmen poematum omnium. In Rottendorphio inter libros adversus Symmachum, et Dittochæum, legebatur: ex quo editiones nonnullæ, uti etiam vetus codex Nomsianus præfationem Dittochæi faciunt hanc oden. In Addendis confirmavit Heinsius plerosque vetustos codices epilogum voluminis hanc ipsam oden facere, et ad pristinum locum, unde exulabat immerito, esse postliminii jure revocandam. Inscriptio in Egm. erat, *Incipit de opusculis suis Prudentius*. In Thuan. ac priore Boher., *De opusculis suis Prudentius*. In Rott., *Incipit de opusculis suis*. In Thuan. carmen dicitur *iambicum mixtum*. Ab Aldo inscribitur *Ode, in qua poeta de se loquitur*. In codice Florentino, ubi hi versus post librum Peristephanon collocantur, hic est titulus, *Immolat opuscula sua Deo Prudentius*, et primus versus est *Pius, fidelis*. De epilogis poetarum agit Scaliger lib. 1 Poetic., cap. 55. Ait clausiones sive epilogos separasse Horatium, *Exegi monumentum ære perennius*; et Ovidium, *Jamque opus exegi*: non separasse Virgilium in Georg., *Illo Virgilium*. At inter Ovidium et Virgilium vix ullum discrimen agnoscitur. Aliud pii epilogi exemplum præbet Juvencus noster, quem libenter describerem, nisi jam ad finem ipse properarem. Nonnulli scriptores Hispani sæculi xiv, in operibus vulgari lingua conscriptis epilogum vocabant *ultilogum*, rationemque hanc reddebant, quia præfatio vocatur prologus: quam putidam elegantiam merito posterius non sunt imitati. In plerisque deest hic primus versus *Immolat Deo Patri*, ut in aliis postremus, *Quo regente vivimus*. Giselinus versum primum e ms. descripsit, quod ad sententiam omnino desiderari crederet, et necessum esset, carmen iambicum orationem semper finiens posteriore loco poni, ad illius Horatiani formam: *Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar*. Ultimum versum exemplo Manutii, ut spurium, rejecit. Exstat versus ille primus in Rott., Weitz., et plerisque edd. Goldastus legit *Immolat Patri Deo*. Existimo in multis codicibus deesse, quia in titulum ipsum invecus est, ut in Vat. B, *Incipit de opusculis Patri Deo immolat, etc.* Fortunatus hos versus, ut puto, legerat post lib. Peristeph., et in his versum *Immolat Deo Patri*: hoc enim innuit, cum ait in præf. Vitæ S. Martini: *Martyribusque piis sacra hæc donaria mittens Prudens prudenter Prudentius immolat actus*.

5 **1227** Alter et pecuniam
 Recidit, unde vietitent egeni :
 Nos citos iambicos
 Sacramus, et rotatiles trochæos,
 Sanctitatis indigi,
 10 Nec ad levâmen pauperum potentes.
 Approbat tamen Deus
 Pedestre carmen, et benignus audit.
 Multa divitis domo
 Sita est per omnes angulos supellex.
 15 Fulget aureus scyphus,
 Nec ære defit expolita pelvis :
1228 Est et olla fictilis,
 Gravisque, et ampla argentea est parapsis.
 Sunt eburna quæpiam,
 20 Nonnulla quercu sunt cavata, et ulmo.

A Omne vas fit utile
 Quod est ad usum congruens herilem :
 Instruunt enim domum,
 Ut empta magno, sic parata ligno.
 25 Me paterno in atrio,
 Ut obsoletum vasculum, caducis
 Christus aptat usibus,
 Sinitque parte in anguli manere.
 Munus ecce fictile
 30 Inimus intra regiam salutis
 Attamen vel infimam
 Deo obsequelam præstitisse prodest.
1229 Quidquid illud accidit,
 Juvabit ore personasse Christum,
 35 Quo regente vivimus.

B

GLOSSÆ VETERES.

11. Approbat, *laudat*, I.
 24. Magno, *scilicet pretio*, I.
 25. In atrio. *intra Ecclesiam*. I.

26. Obsoletum, *vitiis*. — Caducis, *vilibus*, I.
 31. Vel, *etiam*, I.

COMMENTARIUS.

7. Ald. contra metrum, *iambos pro iambicos*. In nonnullis editionibus scribitur *iambicos* cum *j* consonante, quod carminis lex respuit. His duobus versibus explicat Prudentius, quo metri genere nunc scribat, ut hymno 5 Cath., vers. 28, *Sertaque mystica dactylico*; hymno S. Eulaliæ vers. 209, *Texta feram pede dactylico*; hymno S. Fructuosi in fine, *Dulces hendecasyllabos revolvens*. Vocat vero *iambicos citos*, ut Horatius in Arte poetica, *Syllaba longa, brevi subiecta, vocatur iambus, Pes citus*. Et ibidem, ut corrigat Barthius lib. xvii, cap. 4, *Archilochum propero rabies armavit iambo*. Alii legunt *proprio*. Ausonius epist. 21, *Iambe, Parthis, et Cydonum spiculis, Iambe, pinnis alitum velocior, Padi ruentis impetu torrentior, Magna sonoræ grandinis vi densior, Flammi corusci fulminis vibrator*.

8. Trochæi recte dicuntur *rotatiles*, quia nomen habent a trocho, sive rota. Cicero lib. iii de Oratore: *Iambum et trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester: qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem, sermonemque nostrum; sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, et minuti pedes*.

10. Ex hoc versu colligunt aliqui Prudentium divitiis non abundasse: et satis verisimile est, eum, cum ad severiorem vitam animum applicuit, ut honoribus, ita etiam divitiis, si quas habebat, renuntiasse. Cæterum in hac oda imitari videtur Horatium lib. iv, oda 8, *Donarem pateras, grataque commodus, etc.*

11. Vat. B, *approbet*, non ita bene.

15. Ex Apostoli Epist. II ad Timoth. cap. ii, vers. 20, *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia; et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam*. Eadem Apostoli similitudine multi alii usi sunt. Walafridus Strabo Prudentium certe legerat: *Ditis heri locuples capit aurea vasa supellex, Argenti species annumerans varias. Hæc eadem non ficta luto, non lignea spernit Vascula, sed propriis mancipat officiis*.

16. In Mar. prius erat, *Nec non ære fit expedita pelvis*, quod recte emendatum est supra. Goldastus pro div. script., *Nec edere fit expedita pelvis*; supra, *expolita*. Tene quod a nobis editum est. *Defit* pro *deest* usurpavit etiam Prudentius Cathem. 4, vers. 85, et Apoth. vers. 812.

17. Mar., *aula*; supra, *olla*, probe. Weitzius perperam excudit *aula*.

18. Vat. B, *parapsis*. Mar., Rat., Rott., *parapsis*. Plerique, *parapsis*, ut Ox., Thuan., Bong., Weitz., Heinsius. Giselinus, *parapsis*. Vide comment. ad vers.

532 Psych., *Dextramque parapside jungit*.

23. In Vat. B ex *inferunt* recte factum *instruunt* quod verbum aptissimum est.

24. Vat. B mendose, *parato*.

25. Bivarius suspicari voluit *me materno*, inepte, et nescio quid meditans nugarum de Ecclesia Cæsaris augustana B. Virginis de Columna nuncupatæ, quarum hoc loco a Prudentio laudari somniabat. Qua de re dixi num. 58 proleg.

26. Gis. et nonnulli vulg., *vasculis*, mendose. De humilitate Christiana Prudentii ex hoc aliisque locis satis in prolegomenis locuti sumus. Vide ibi num. 46 in not. a (*huj. ed. col. 597, n. a*), verba Barthii, qui hanc oden summis laudibus evehit.

27. Rat., *abdai* pro *aptat*; et vers. seq., *sinitque* pro *sinitque*. Utrumque probabat et præferbat Mariettus.

29. Fideles illustres caritate sunt vasa argentea et aurea; fragiles infirmique in fide et justitia sunt vasa fictilia.

32. *Obsequela*, sive scribere malis *obsequella*, ponitur pro *obsequium*. Sic Lucretius carcerem vocavit *luctam* sceleris pro luitione. Vide Gisanium in indice, qui alia exempla exhibet in CUSTODELA, CONFUGELA, etc.

33. Heinsius prætulit cum Thuan., *Quidquid illud accidet* pro *accidit*, quod exstat in plerisque. Barthius loc. cit. non intelligit quid velit sibi *Quidquid illud accidet*, et legendum putat, *Quidquid illi ut accidat*: nam *quidquid* significat quodcumque. Nemesianus ecloga 1, *Te quidquid carminis Echo Respondent silvæ*. Ita autem ordinat versus: *Inimus intra regiam salutis, Quidquid illi ut accidat, Juvabit ora personasse Christum, Quo regente vivimus: Attamen vel infimam Deo obsequelam præstitisse prodest*. Quocumque loco vilitas nostrorum carminum in Ecclesia Dei collocabitur, nos tamen ipsos, nostra ora ea composuisse et cecinisse juvabit. Dubitat an melius legendum sit *ora* quam *ore*. Verum, ut tanta Scripturæ varietas invenitur, nulla idonea causa ostenditur. Nam sententia hujus versus est, *Quidquid sit id, quod accidet*, cum regiam salutis iniero. De versu vero Nemesiani, qui obscurus est, et fortasse corruptus, vide notas Petri Burmanni in edit. Poetar. Latin. minorum, qui diversam explicationem affert.

34. Rat., *personare*; supra, *personasse*, quod probum est. Sic Horatius dixit *sonaturum*, Plinius Junior *juvaturi*. Vide comment. ad vers. 760 hymn. 10 Peristeph., ubi aliqui legunt *crepasset*, alii *cremasset*.

35. Hunc versum omittunt Ald., Gis., Heins., Teol,

et alii. Sed cum exstet in Vat. B, Mar., Rat., Sich., Alex. et aliis, juvat illum proferre. In uno Vat. vidit Teolius *Quo regnante vivimus*; sed metrum poscit *regente*. Heinsius, cum in Rott. et Ox. hunc versum invenisset, putavit nonnulla hujus carminis deesse. Certum quidem est Horatianam hujus generis odam 8 lib. II ita esse dispositam, ut a versu brevioris incipiat, et desinat in longiorem. Sed cur alio modo versus ordinari non poterunt, si malit poeta? Barthius affirmat hunc versum plane Prudentio dignissimum esse. Sic alibi ait, ut sui perpetuo similis or-

natissimus poeta, vers. 1 hymn. 8 Cathem., *Christe, servorum regimen tuorum*. Et est sensus, qui rex simul es et vita nostra. Denique animadvertendum est Prudentium carminibus suis fastigium imponere eadem fere sententia quam in præfatione expressit: *Hæc dum scribo, vel eloquor, Vinculis o utinam corporis emicem Liber, quo tulerit lingua sono mobilis ultimo*: S. Hieronymus epist. ad Demetriad. in fine simili sententia ait: *Nihil aliud noverit lingua, nisi Christum Nihil possit sonare, nisi quod sanctum est*.

ANNO DOMINI CCCXXL.

DRACONTIUS.

(Juxta editionem Arevali.)

Epistola Dedicatoria.

Eminentissimo et reverendissimo principi, et D. D. Francisco Antonio de Lorenzana et Butron, S. R. E. presbytero cardinali, archiepiscopo Toletano, Hispaniarum primati, cancellario majori Castellæ, præclari regii ordinis Hispanici Caroli III magna cruce insignito, etc., Faustinus Arevalus.

I. *Veterem Christianum poetam Dracontium, quem inter Patrum Toletanorum opera typis elegantissimis recusum a te, eminentissime princeps, superioribus annis acceperam, libens merito nunc tibi reddo ad codices manuscriptos bibliothecæ Vaticanæ, ut tibi morem gererem, diligenter recognitum. Percommodum vero, perque jucundum mihi accidit, ut hoc ipso tempore Gregorius Alfonsus Villagomez, et Lorenzana, tuus ex sorore nepos, archidiaconus Calatravensis, Romam accesserit, vir ornatissimus, atque iis animi virtutibus, iis ingenii dotibus, et doctrinarum præsiidiis instructus, quæ ut tibi maxime carus sit efficiunt: in cujus ego manum Dracontium de manu trado, ut hac etiam ex parte meus qualiscunque in poetam doctum et ingeniosum labor gratus tibi adveniat, quem aliqui jure tuo a me posses repetere. Ac tametsi Dracontium ita, ut vides, a me recensitum tibi non deberem, ut multis equidem debeo nominibus, tamen cui alteri potius luce denuo publica donatum offerrem? Utinam ea opera quam in eximio poeta illustrando collocavi, ut tibi debita est, ita etiam te tuoque singulari merito, doctrina, integritate morum, digna esset!*

II. *Cum enim prisca illi avitæ Legionensi nobilitati quæ Maurorum jugum ab Hispanorum cervicibus in primis excussit, reliquas virtutes amplissimæ tuæ dignitati consentaneas cumulatissime adjunxeris, divinarum Litterarum adeo diligens cultor, et munificus patronus existis, ut decessoribus tuis, Montanis, Helladiis, Eugeniis, Ildesonsis, Julianis, Cisneriis, te vel conferre, vel præferre etiam possimus, cæteris præsulibus qui sunt quique futuri sunt, ad imitandum, vel certe ad admirandum proponere. Longum profecto est, et in re perspicua non necessarium, immortalia tua merita in ecclesiasticæ doctrinæ studiosos commemorare, omnino vero de iis tacere, quando hic mihi locus opportunus oblatus est, nefas esse arbitror.*

III. *Et enim in præstantissimo sublimiorum disciplinarum curriculo ecquæ pars est aliquanto illustrior quam tu, eminentissime princeps, non dico ingenii acumine, judicii gravitate, industriæ constantia gloriose non decurreris, verum etiam monumentis edendis qua antiquis, qua recentibus, qua tuis, qua alienis, non nobilitaveris, provexeris, auxeris? Atque ut præteream sacrarum Bibliorum studium, ad quod pertinet non solum Analogia Veteris et Novi Testamenti auctore Martino Becano, tuis sumptibus bono publico recusa, sed et multa alia ex iis quæ indicabo prima mihi ante oculos obversatur Rerum Liturgicarum Scientia, qua fides catholica maxima ex parte continetur, consensu veterum Patrum, et ipsa non interrupta sæculorum successione stabilita, vel potius unanimi omnium Christianorum voce decantata.*

IV. *Magno exterarum etiam gentium plausu celebratur politicus ille, sed multo magis Christianus heros, cardinalis Franciscus Ximenez de Cisneros, quod Liturgiam Isidorianam, quam Gothicam alii, alii Mozarabicam vocitant, non tam typis quam æternitati commiserit. Ejus tu vestigiis insistere dum voluisti, longius etiam progressus es; sive missæ Mozarabicæ Explicationem a te elaboratam, exemplarque absolutum totius missæ et Horariarum precum hujuscemodi liturgiæ Angelopoli typis expressa perpendamus, sive nitorem, elegantiam, magnificentiam Breviarii Mozarabici, quod Matrîci recudendum curasti, tabularum præterea æri incisarum artificium consideremus, sive, quod magis tuum est, prolegomenâ ad novam huius*

Breviarii editionem inspiciamus, quibus de veteri divino officio Ecclesiae Hispanae tam docte disseris, ut nihil supra.

V. Dicerem hoc quidem loco de academicis consensibus a te, princeps eminentissime, ad illustrandam liturgiam constitutis aut promotis, nisi properantem me ad sese vocaret sumptuosa et magnificentissima editio Patrum qui sedem tuam pontificalem antiquis temporibus obtinuerunt. Quorum scriptis singularem splendorem, et lumen non solum doctis et opportunis praefationibus attulisti, verum etiam subjectis adnotationibus ex intima theologia, ex multiplici antiquitatum ecclesiasticarum notitia, atque exquisita artium reconditarum intelligentia profectis. Quo in genere studiorum silentio praetereundum mihi non est quod opera conterranei tui sancti Martini Legionensis, viri theodidacti, quorum editionem litterati homines jam diu expetebant, nonnulli incassum tentaverant, tu primus ad exemplar ex chirographo auctoris descriptum quatuor magnis voluminibus in publicam lucem emiseras.

VI. Neque vero praetermittere licet antiquissima novi orbis Concilia, quae, dum archiepiscopatus Mexicani infulis ornatus esses, maxima diligentia summoque studio collecta, catalogis antistitum singularum ecclesiarum provinciae Mexicanae, aliisque insignibus monumentis illustrata, typis mandasti: neque illos egregios duos doctrinae Christianae populo explicandae libros, quos catechismos dicimus, jussu et auctoritate concilii IV Mexicani, cui etiam ipse praefuisti, tua potissimum opera juvante, Mexici divulgatos. Nobiliora ubique sunt, multoque gravioris ponderis vetusta Ecclesiae Hispanae concilia, quae modo in summam redacta, modo perinde disposita et distributa, ut corpus juris canonici digestum est, te nimirum praeclearo auspice, in communem utilitatem prodierunt. Huc etiam referri potest quod tot tamque flagitiosis libris in vulgus contra religionis vel decora, vel fundamenta disseminatis sacrum Tridentinum concilium Hispanice conversum, tuoque patrocinio decoratum peropportune opposueris.

VII. Illis vero munificam tuam dexteram porrigere nunquam destitisti, qui tuta via ad graviora haec studia adolescentium ingenia amoenioribus politioris litteraturae praecipis, aut philosophicis institutionibus deducunt. Quanquam hoc in argumento praecipuam laudem merentur illa ipsa quae tu in volumine Epistolarum, aliorumque operum tuorum Toleti formis expresso prudentissime tradidisti, dum scilicet novam editionem Rhetorices sacrae incomparabilis viri Ludovici Granatensis commendas, aut de recta studiorum ratione verba facis, ad majorum utique normam, quoad ejus fieri possit, accommodanda.

VIII. His omnibus libenter adderem, princeps optime, singularem beneficentiam qua meas, quamvis exigui aut nullius pretii, lucubrationes largissime prosecutus es, si id nunc agerem, ut fidem grati animi memoriam et testificationem, quae sane a pectore aut ore meo nunquam aberit, ostentarem, ac non potius ut egregia tua in sacras Litteras merita aliqua tantum ex parte ostenderem. Verum hoc etiam est bonitatis tuae, quod in divinis his scientiis vel ipsos conatus proficiendi praemiis afficiendos esse censeas, nec modo scriptores re et maturitate commendatos, sed eos etiam qui spem et expectationem aliquam praeseferunt, benignissime excipias.

IX. Hlud vero neque tacere debeo, neque satis pro dignitate eloqui possum, te in ecclesiasticis studiis promovendis, in publicandis et per Europam liberaliter spargendis tot ecclesiasticae doctrinae monumentis, ut bibliothecam archiepiscopalem Toletanam insigniter a te auctam, aliamque privatam selectam et locupletem tibi comparatam omittam, sumptu et magnificentia in eum modum prodiisse, ut siquis solum oculos in haec tua benefacta conjecerit, facile sibi persuadeat tuam largitatem ultra hos terminos progredi non potuisse: cum tamen ea multo magis excelluerit in sustentanda multorum inopia, in calamitatibus populorum relevandis, in viis publicis muniendis, in pontibus aedificandis, in xenodochiis erigendis, in aliis aedibus constituendis, aut a fundamentis excitandis, quibus aegri curentur, amentibus provideatur, uno verbo in publica hominum felicitate longe provehenda. In volumine tuorum operum, de quo paulo ante mentionem feci, plures sunt epistolae, quibus vera ratio traditur prospiciendi salutis et commodis egenorum; sed illa maxime digna est quae legatur ac palam celebretur epistola, qua germanum fratrem tuum Thomam, antistitem Gerundensem, eisdem quibus tu studiis gratificandi incensum, bene de multis meritum ac merentem, ad hospitalis caritatis domum aliaque publica pietatis opera absolvenda, quamvis currentem, impellis et gravissime cohortaris, allatis in medium exemplis episcoporum praesertim Hispaniae qui non insanis et invidiosis substructionibus, multoque minus sumptibus effusis cum probro ac dedecore, sed aedificiis commodo publico construendis ac domibus piis fundandis quibus pauperibus utriusque sexus provideatur, pueri et puellae, viri et feminae seorsum artibus vitae hominum necessariis et opificiis exerceantur, sempiternam sibi nominis famam pepererunt.

X. His et similibus aliis tuis praecipis et cohortationibus, princeps eminentissime, expressam cernere licet tuae benignitatis imaginem. Tot enim exstant tuae pietatis liberalitatis perennia monumenta in amplissima dioceseos tuae provincia partim ab aliis inchoata, sed a te perfecta, partim a fundamentis ad fastigium a te ipso per nobilissimos architectos perducta et perducenda; tam effusa providentia cum annona ingravescit, populis pastoralis tuae curae commissis prospicis; sic artes liberales, earum etiam academica schola rite instituta, in melius provehis; sic alia opificia ad vitae usum necessaria auges, ut te uno in exemplar proposito facile ostendatur quantum Christiani cultus disciplina, et clericali institutio inanibus impiorum quorundam hominum commentationibus praestet ad universae reipublicae commoda procuranda.

XI. *Intelligo, princeps optime, tantam dignitatem et magnificentiam in publicis pietatis operibus quæ summam perstrinxi, consistere non posse sine privata illa continentia cæterisque virtutum præsiidiis quibus episcopum instructum esse oportet, eum potissimum qui summum honoris gradum in Ecclesia Hispana tenet, et quem potentissimus rex catholicus Carolus IV, æquissimus meritorum aestimator, inter ipsa suscepti regni initia SS. D. N. Pio VI commendavit, ut in sacrum collegium eminentissimorum S. R. E. cardinalium cooptaretur. Verum tantarum laudum præconium, de quibus nec breviter dicere propositum mihi est, dum aliquis vigeat humanitatis sensus, Hispania celebrare non desistet, et per universum orbem Christianum. dum stabunt sacræ Litteræ, tuum dulcissimum et immortale nomen personabit.*

XII. *Hoc unum a te, eminentissime princeps, dum ad sacræ purpuræ osculum venerabundus accedo, pro tua mihi cognitissima humanitate non solum exspecto, verum etiam postulo, et, si pateris, omni studio contendo, ut in Dracontii tui gratiam ejus editorem in tuam fidem et clientelam velis recipere. Ex quo profecto fiet ut hic meus quantuluscunque conatus aliquando, si tantum sperare licet, inter argumenta singularis amoris tui, et benevolentiae erga ecclesiasticarum disciplinarum cultores, possit aliquem vel extremum locum nancisci.*

PROLEGOMENA IN CARMINA DRACONTII.

CAPUT PRIMUM.

Dracontii apud veteres prima memoria. S. Isidori de eo testimonium. S. Columbanus plures versus a Dracontio mutuatus est.

1 Excellentium operum scriptores in scriptis suis potissimum vivere, atque ex eis solis interdum in publicam hominum notitiam venire, multis exemplis ac diversis temporibus repetitis, est confirmatum. Hoc ipsum de Dracontio magna ex parte licet affirmare: de quo pauca, neque satis dilucide exposita, veteres nobis reliquerunt; recentiores conjecturis rem agentes alia quædam addiderunt, sed quæ ex mss. membranis carminum Dracontii a me nuper repertis partim corrigi possint, partim illustrari. Dum enim carmina veterum poetarum Christianorum undique perquiro, diligenter perlustro, et ad veteres codices sedulo recenseo, forte fortuna incidi in Carmen de Deo sub Aurelii Augustini nomine in membranis exaratum, ac tres in libros divisum, in quorum primo Hexæmeron Dracontii jam pridem editum continebatur: initium ejusdem libri primi, et duos reliquos libros Dracontium quoque habere auctorem pro certo nunc statuo, neque dubitabunt qui argumenta mox afferenda expendent, aut integrum opus legent. Ex **2** hoc poemate nonnulla lux vitæ ac conditioni Dracontii affulget; sed multo major splendor accedit ex epistola ad Guntharium regem Vandalorum, quam valde imminutam, et tanquam ad Theodosium Juniores Augustum scriptam Sirmondus alique typis evulgarunt.

2. Non patiar igitur, quantum in me est, ut tam insignia Dracontii carmina diutius jaceant in tenebris, gratum, ut opinor, facturus iis qui, religiosi antiquitatis amatores, veterum scriptorum, præsertim ecclesiasticorum, opera renovari et illustrari malunt, quam nova aliqua cudi et in lucem emitti. Profecto sæpe mecum animo cogitavi quid causæ esse possit cur tantopere priscos scriptores recentibus præferamus, cum tamen illi ipsi et sua ætate fuerint novi, et antiquiores alios unice amaverint. Pervulgatum illud est de comædiis quod Muretus lib. xvii, cap. 11 Var.

A lect. profert, ut veterum scriptorum lectionem commendet, ex prologo ad Casinam Plauti:

Vino qui utuntur veteri sapientes puto,
Et qui veteres spectant libenter fabulas.
Nan. nunc novæ quæ fiunt comædiæ
Multo sunt nequiores quam nummi novi.

Cæterum querela hæc fuit omnium ætatum, omnium nationum, quam Horatius, Martialis alique egregie refutarunt.

3. Neque tamen propterea jure quisquam negabit maximo in honore et pretio habenda esse ea fere omnia monumenta quæ per longam sæculorum seriem ad nos transmissa pervenerunt. Cum enim antiquis temporibus scripta non sine magno exscriptorum labore divulgarentur, judicandum certe est eos codices, qui post multos ab auctorum obitu annos transcribebantur, aliquid præ se et in se ferre quod laudes posteritatis possit obtinere. Certe multa quæ nunc typis facile edita et magnificentissime quidem excusa, æternitati quodammodo commendantur, vereor ut post duodecim aut quindecim sæcula patienter quisquam legere sustineat, cum gratia et favor cessabit, cum judicare libere licebit. Huic autem præjudicio, quod antiquis omnibus scriptoribus quorum exstant opera favet, **3** ad Dracontium commendandum accedit præclara de eo existimatio ex imperfecto ejus poemate jam dudum concepta.

4. Cum vero ineunte sæculo v floruerit Dracontius, quo tempore et bonæ litteræ vigeant, et Latinitatis non contemnendæ peculiaris quidam gustus, præsertim in poetis, supererat, et doctrina ecclesiasticarum rerum summum apicem attigerat, non dubito quin tam sacræ quam profanæ litteraturæ studiosi ambabus ulnis meum excipiant Dracontium. De cujus laudibus plura non dicam, ne forte aliquis ex Lucilio apud A. Gellium lib. iii, cap. 14, opponat:

Quidni? et scruta quidem ut vendat scrutarius laudat,
Præfractam strigilem, soleam improbus dimidiatam.

Quod in Dracontium multis locis adhuc mutilum, multis corruptum possit convenire. Qua in re si defensione opus sit, advocabo antiquarios, qui prolixas dissertationes, ac justa volumina de semesis cerro-

sæ alicujus inscriptionis veteris verbis conficiunt; Auctores conjecturarum, probabilium, variarum lectionum, adversariorum, qui loca scriptorum obscura invenire cupiunt, ac plerumque obscuritatem ipsi sibi fingunt, ut ingenii acumen ostentent. Præsto mihi erit auxilio omnis hæc manus, ac, quod aiebat Horatius sat. 4, lib. 1:

Veluti te
Judæi cogemus in hanc concedere turbam.

5. Sed, ut id quod in his prolegomenis explanandum suscepti exsequar, videndum est quid veteres olim de Dracontio scriptum reliquerint, quid recentes alii excogitaverint, ut ex scriptis ejus tandem concludam et ostendam quid in his narrationibus tenendum sit, quid rejiciendum. Qui Dracontium proprio nomine appellaverit, antiquiorem Isidoro B 57, reperiri neminem. Exstat quidem Dracontii nomen in codice Theodosiano, ubi plures apparent leges ad eum directæ anno 364, 365, 367, cum vicarius Africæ esset, de quo videri potest commentarius Gothofredi ad leg. 16 de ann. et trib. Verum antiquior hic est quam ut illi carmina sub Dracontii nomine edenda tribui possent, nisi si forte in extrema senectute constitutus ea conscripserit. Quod tamen ut negem illa me impellit ratio, quod cum Dracontius 4 de ærumnis quas patiebatur multa dixerit, nihil de senio locutus est; quod minime oportuit omittere, ut ita facilius veniam a rege Vandalorum impetraret, et liber e carcere dimitteretur. Julianus archipresbyter in suppositio opere Advers. 498 Dracontium poetam, et Africæ vicarium eundem hominem facit: C sed illius auctoritas nulla est, opinio omni probabili fundamento caret, ut dixi.

6. Alius certe a nostro est Dracontius monetæ præpositus sub Juliano imperatore, cujus meminit Ammianus lib. xxii, qui narrat eum a gentilibus Alexandriae fuisse occisum, quia aram in moneta quam regebat, recens locatam evertit. Assentior etiam Fabricio, qui in Bibl. med. et inf. Lat. a poeta hoc Dracontio distinguit tum Dracontium episcopum ad quem data est epistola S. Athanasii tom. I, pag. 63, edit. Montfaucon., de quo confer infra num. 52; tum episcopum Dracontium ab Acacianis et Arianis in concilio Constantinopolitano depositum, de quo agunt Socrates lib. ii, cap. 42, et Sozomenus lib. iv, cap. 24. In epistola synodica concilii Alexandrini anno 362, quam Eusebio, Lucifero, etc., scripserunt Athanasius cæterique episcopi qui Alexandriae ex Italia, Arabia, Ægypto et Libya aderant, inter eos qui cum Athanasio scribunt nominatur Dracontius. In Vita S. Hilarionis auctore S. Hieronymo cap. 25, mentio fit Dracontii episcopi et confessoris, qui jussu Constantii ad castrum Thebatum exsulabat. Ab his omnibus, si tamen omnes inter se sunt distincti, Dracontium nostrum et tempora, et rationes vitæ ab eo institutæ, quantum quidem ex poemate de Deo et ex Elegia colligitur, satis aperte discernunt. Propius ad Dracontii nostri ætatem accessit Dracontius discipulus Pambonis abbatis, qui vir admirabilis dicitur in hi-

storia Lausiaca Palladii cap. 10, et in Heraclidis Paradiso pag. 940, in Vitis Patrum Rosweydi. Sed neque hic monachus cum nostro Dracontio confundendus est. In epistolis S. Nili interprete Leone Alatio lib. i, epistola 314, dicitur missa Dracontio; lib. ii, epistolâ 327, Dracontio Vindici; eodem lib. ii, epistola 94, Dracontio monacho; lib. iii, epistola 36, rursus Dracontio monacho. Hæc postrema epistola a Montfauconio in Catal. biblioth. Coislian. cod. 363 inscribitur 5 Dracontio Diacono. Nilus quidem, S. Joannis Chrysostomi discipulus, Theodosio Juniore imperatore vivebat; sed hos Dracontios a nostro diversos videri ex ejus carminibus ostenditur.

7. Igitur primus S. Isidorus Dracontii meminit, inter ecclesiasticos scriptores eum recensens cap. B 57, his verbis: *Dracontius composuit heroicis versibus Hexaameron creationis mundi, et luculenter quidem composuit et scripsit.* Cum hæc scribebat Isidorus, non alia carmina Dracontii videtur agnovisse præter librum primum carminis de Deo, qui a reliquo corpore separatus jam tunc erat, et *Hexaameron* inscriptus; et quidem valde corruptus, ut ex alio loco Isidori potest demonstrari. Siquidem lib. xii Etym., cap. 2, ita habet: *Ichneumon Græce vocatus eo quod odore suo et salubria ciborum, et venenosa prodantur. De quo Dracontius ait: Prædicat suillus vim cujuscunque veneni. Suillus autem a setis est nuncupatus.* Quo in loco adnotator Grialius observat aliter legi *præcidit* pro *prædicat*. Gallandius in editione Dracontii veram scripturam esse *præcidit* ex contextu colligit; sed ex contextu ipso præferam *prædicat*. In *suillus* error manifestus est, quem neque Isidorus ipse deprehendit. Non enim de *ichneumone* Dracontius, sed de *Psyllis* Africæ populis loquitur:

Inspecta tellure semel, sine flatibus ullis,
Sibila dum reticent, necdum serpente notato;
Prædicat Psyllus vim cujuscunque veneni
Signa videt medicus mortis, etc.

Et postea concludit:

Ecce genus hominum ventura scire probatur.

8. Tacito Dracontii nomine verba ex ejus elegia protulit Isidorus lib. vi Etym., cap. 9: *Ceræ litterarum materies, parvulorum nutrices, Ipsæ dant ingenium pueris primordia sensus.* Grialius in notis animadvertit versum hunc esse Dracontii lib. ii de Machina mundi: ita enim vocat ille elegiam Dracontii.

D Legit autem ex ms. cod. Dracontii:

Cera dat ingenium pueris primordia sensus,
Inde fit ut præstet littera vel noceat.

Atque ita postea editum fuit in editione Sirmondiana et Matritensi 6 Patrum Toletanorum. Nec displicet quidem *præstet*, sed præferam *prosit* cum membranis antiquissimis Vaticanis. Ex eadem elegia Dracontii plures versus reperio a S. Columbano, ante S. Isidorum nominando, acceptos, qui, ut a Prudentio, et ab Octaviano Romano (quod putat Goldastus), et ab aliis aliis, ita hos mutuatus est a Dracontio in epistola ad Hunaldum, quam nonnulli setho inscribunt:

Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa vices, et tempora mutant.

Accipiunt augmenta dies, noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi.
Ver, æstas, autumnus, hiems, redit annus in annum.
Omnia cum redeant, homini sua non redit ætas.

Horum versiculorum nonnulli jam exstant typis editi in editione Matritensi elegiæ Dracontii: alios leges in extrema ejusdem elegiæ parte, quam ex veteri codice Vat. evanescentibus jam litteris exarato ab interitu vindicabo. Sirmondus quidem in sua Dracontii editione hos omnes versus omisit: imo cum ad primum versum pervenisset, *Omnia tempus agit*, locum penitus vacuum reliquit, et ad pentametrum scribendum progressus est, *Tempora sunt vitæ*, etc.; et cum quinque alia disticha addidisset, finem epistolæ imposuit: sive quia in suo codice ita factum invenit, sive, ut ego magis credo, quia cum simul B carmen S. Columbanum cum Dracontio et Eugenio ederet, versus quos in Columbanum esse animadvertit, in Dracontio prætermittendos censuit. Quod autem Columbanus a Dracontio eos versus sumpserit, non vero Dracontius a Columbanum, præter rationem temporis quo uterque floruit, persuadet etiam ipse Columbanus, qui in editione Goldasti ante eam epistolam ita lectorem alloquitur:

Quæ facere meliora nequii, utor pro meis,
Nam dicta vetera invertere impietas mera est.

Confer notam ad vers. 219 Elegiæ, *Omnia tempus agit*, et ad lib. II, vers. 44; lib. III, vers. 526, 545, ubi alii sunt versus quos Columbanus ex carmine Dracontii de Deo sumpsit. Goldastus et 7 Patricius Flemingus, qui Columbanum carmina ediderunt, fatentur multos in eo versus et quidem integros priscorum poetarum reperiri.

9. Nihilominus Columbanum inter eos non numero qui Dracontium aperte laudaverint, uti neque episcopum Constantiensem Salomonem II, exscriptorem Papiæ et Isidori, ut ait Rivinus ad vers. 57 epistolæ Dracontii suæ editionis: qui Salomon locum Isidori ubi exstant Dracontii versus de cera, transcripsit vocab. *cera*. Salomonem istum non vidi. Papias vocabularista verbo *CERA* solum affert ex Isidoro hæc verba: *Cera materies fuit litterarum quæ parvulorum nutrices fuerunt*. Rivinus in Isidoro conjiciebat *cera litterarum matrices*. Nihil mutaverim. Alios etiam nunc prætereo qui eundem Dracontium imitati sunt aliquando, quos suis locis indicabo. Illud vero admo- D nebo, ipsum S. Isidorum videri ignorasse de Dracontio, an diaconus, an presbyter, an episcopus, an vir sæcularis fuerit: nihil enim horum expressit, ut solet in aliis. Tacuit etiam hominis patriam, locum ubi scripserit, tempus in quo vixerit: nam quod nonnulli Dracontium ad sæculum vi rejiciunt, ut dicam num. 50, quia ab Isidoro inter Avitum et Victorem Tunnensem collocatus est, næ illi vehementer errant; neque enim Isidorus ordinem chronologicum servare potuit, ubi scriptorum ætates nescivit, neque reipsa voluit, ubi quo quisque tempore vixerit non ignorabat, nisi dicamus etiam ordinem capitulum libri de Vir. illustrib. librariorum negligentia

A aut audacia inversum in mss. eod. inveniri. Sed certe veteres auctores, qui catalogos scriptorum concinnarunt, de certo ætatis ordine servando solliciti non fuerunt.

CAPUT II.

S. Eugenius Toletanus Hexaameron Dracontii emendavit.

10. Post S. Isidorum memoria Dracontii exstat apud S. Eugenium Toletanum hujus nominis, ut plerique exteri vocant, secundum, ut nostri malunt, tertium; et est ille quidem § tertius, nam duobus Eugenii qui Gothorum tempore Ecclesiam Toletanam rexerunt, primus Eugenius adjungendus est a S. Dionysio Parisiis Toletum missus, cujus martyrium Ecclesia Toletana et Parisiensis celebrat, et de quo B Ilduinus abbas, et auctor Vitæ S. Gerardi meminerunt, quamvis, Gothis in Hispania regnantibus, ejus memoria et celebritas intermissa fuisse videatur. Eugenius igitur tertius Toletanus præsul Dracontii Hexaameron, fortasse ipsum quod Isidorus habuerat, vel ex eo exemplar descriptum emendare conatus est. Quanam vero ratione permotus id egerit, melius ex ejus epistola, quam subjicio, intelligi poterit.

EUGENII EPISTOLA AD CHINDASWINTHUM REGEM.

Inclyto, glorioso rerum domino Chindaswintho, principi summo, et maximo regum, Eugenius vestrorum fidelium servulus.

Clementiæ vestræ jussis, serenissime princeps, plus volendo deserviens quam valendo, Dracontii cujusdam libellos multis videns erroribus involutos, Christo Domino tribuente valorem pro tenuitate mei sensuli subcorrexisti. Hoc videlicet moderamine custodito, quo superflua demerem, semiplena supplerem, fracta constabilirem, et crebro repetita mutarem. Versiculi sane, quos huic operi detrahendos esse præcavi, et sensu tepidi, et verbis illepidi, et nulla probantur ratione subnixi: nec in eis aliquid reperitur quo lectoris animus animetur, aut mulceatur doctus, aut doceatur indoctus. Et quoniam de die septimo præfatus auctor omnino reticuit, semum mihi opusculum videbatur, si non in te aliquid in hoc codicilo haberetur. Idcirco in fine libelli, quamvis pedestri sermone, sex dierum recapitulationem singulis versiculis quos olim condidi, denotavi; de die vero septimo quæ visa sunt dicenda subnexui; decretumque divale ac si non ut volui, velut valui, consummavi, implorans vestri solii prælargissimam pietatem, ut vile servuli fidelis oblatum vestra sibi gloria efficere dignetur acceptum, fiatque § mihi misero repensio fructuosa laboris placida respectus vestri contributio gratiæ vel favoriis.

11. Huic epistolæ ita a Sirmondo in prima editione Parisiensi promulgatæ plane consonat exemplar codicis Toletani, nisi quod in hoc non exprimitur nomen regis cujus jussu Eugenius correctionem Dracontii fuit aggressus. Duplex alia, eaque levis discrepantia notatur; nam in codice Toletano legitur *multis hactenus videns*, et paulo post *et crebrius repetita*. In editione Lugdunensi Biblioth. Patrum 1677 postrema verba ita leguntur *contribu... vel favoriis*.

In editione Parisiensi omnium operum Sirmondi *contributa gratia vel favoris*. In exemplari primæ editionis, quo utor, vitio typorum non clare verba hæc apparent. Rivinus, qui solum Sirmondi editionem vidit, edidit *contributio amoris vel favoris*. Henricus Florez, Hispaniæ sacræ egregius primusque auctor, qui excerptum eorum quæ eo codice Toletano continentur, manu Joannis Vazquez del Marmol descriptum penes se habebat, cum videret nomen regis initio epistolæ deesse, coniecit eum fuisse Reccesvinthum, qui studio sacrarum litterarum delectabatur. Hanc conjecturam eminentissimus cardinalis Lorenzana, quem honoris causa nomino, ac sæpius in hoc opere nominare debeo, in eruditis adnotationibus ad Patres Toletanos præclare et nervose refellit: tum quia studium sacrarum litterarum Chindasuintho cum filio Reccesvintho communesuit, tum quia Sirmondus in ms. codice nomen Chindasuinthi reperit, quod proinde retinendum est. Equidem puto Florezium editionem Dracontii Sirmondianam aut non vidisse unquam, aut non expendisse, non solum quia non advertit Chindasuinthi nomen expressum in ea esse, verum etiam quia affirmat Dracontii opus quod a Sirmondo editum fuit, non esse Hexaameron, ut ab Eugenio correctum est, sed aliud diversum ab illo carmine quod in codice Azagrensi existit; allegatque auctoritatem Joannis Baptistæ Perez in nota ad cap. 14 Ildefonsi de Vir. illustrib.

12. Sed primo loco quæram a Florezio qui fieri potuit ut Perezus de editione Sirmondiana loqueretur, cum ille anno 1597 obierit, Sirmondus vero Dracontium anno tandem 1619 typis vulgaverit? Deinde utramque editionem consideranti, Sirmondianam scilicet et eam quam ex cod. Azagrensi eminentissimus cardinalis Lorenzana procuravit, manifesto liquet Dracontium a Sirmondo editum vere fuisse, ut ab Eugenio fuerat correctus. Itaque cum Perezus ad caput 14 S. Ildefonsi de Vir. illustr., caput 57, Isidori de Dracontio laudasset, et addidisset: *Dracontius porro poeta, cujus hic fit mentio, jam diu fertur impressus, non tamen ut fuerat ab Eugenio emendatus; sed hanc Eugenii emendationem vidi in illo vetusto codice Ruizii Azagrii, cujus supra mentionem feci*; laudatus cardinalis Lorenzana subjecit: *Et hoc Dracontius, ut ab Eugenio emendatus, editus sæpius est, primum a doctissimo Sirmondo, deinde in PP. Biblio:h., tandem a nobis hic inter cætera S. Eugenii opera supra recusis*. Florezius quidem fortasse ex eo deceptus est quod Nic. Antonius Bibl. vet. tom. 1, lib. v, cap. 5, non satis clare explicuit, in editionibus quæ Sirmondianam præcesserant deesse epistolam, prologum metricum, et recapitulationem Eugenii ad opus Dracontii; et lib. III, cap. 3, cum ex Ildefonso narrasset Dracontii Hexaameron ab Eugenio correctum fuisse, et recapitulatione atque appendice septimi diei auctum, subjunxit: *Hoc ita curatum opus primum prodit Parisiis ex bibliotheca S. Victoris*. Ipse cardinalis Aguirrius, qui editionem Bibliothecæ veteris curavit, notam margini lib. v, cap.

5, apposuit, qua ait penes se esse ex ms. codice Toletano epistolam Eugenii ad regem (*Reccesvinthum forsitan, inquit, aut Chindasuinthum*), præfationem ad idem opus versibus scriptam, et recapitulationem ad finem libri Dracontii appensam, quo satis innuit visam a se Sirmondi editionem non fuisse, in qua hæc omnia reperiuntur, et Chindasuinthi regis nomen epistolæ præmittitur. Quod attinet quidem ad temporum rationem, utrique regi epistola data esse potuit; sed de Chindasuinthi nomine, quod ex veteri cod. Sirmondi eruitur, dubium nullum esse debet; nisi forte dubium aliquod nascatur an vere illud nomen in aliquo codice antiquis litteris exaratum legatur.

15. Dicam hoc loco de Sirmondo quod de eo ac de multis aliis viris criticis sæculi proximi ac superioris sentio; sed dicam **I** prius me Sirmondum tanti facere quanti paucos alios; cui in iudicii exacti-maturitate, et hac sacra amœniori doctrina neminem præfero. Vehementer etiam me oblectat placidum et æquabile dicendi genus etiam in contentionibus, ex quo, si aliunde nescirem, animo eum miti et tranquillo fuisse comprehenderem. Sed non propterea sine examine illico recipiendum est quidquid ab eo ita profertur, ut ex aliquo veteri ms. videri possit desumptum. Multo oscitationes quasdam tolerabiles, quas omnino cavere humana natura non potest. Illud non probo, quod sæpe Sirmondus aliique in lucem scripta vetera proferebant, quin explicatius traderent quid in membranis exstaret, quid ab ipsis additum fuisset, sive ut corrigerent, sive ut supplerent, sive ut declararent; ac nonnunquam neque indicarent quo in loco codices asservarentur. Et illi quidem securi posteritatis bona fide agebant; at nos sæpe in eas difficultates incidimus, a quibus expediri non possumus, quia illi, cum possent, viam non explanarunt. Itaque Ruinartii diligentia laudanda est, qui cum nactus fuisset codicem ms. quo Sirmondus in edenda Notitia provinciarum et civitatum Africae usus fuerat, non solum titulum veterem restituit, verum etiam scripturam codicis alicubi adhibuit, omissa interpretatione seu restitutione Sirmondi, quamvis probabilis ipsi videretur.

14. Nonnulli asserunt Sirmondum eos scriptores edidisse ex cod. ms. bibliothecæ Parisiensis S. Victoris. Hoc ipsum innuere videtur Nic. Antonius loc. cit. Bibl. vet., vel saltem ansam errandi præbere potest. Andreas Rivinus in sua Dracontii editione dubius hæsit: *Sirmondus, ait, Dracontium... haud dubie ex Azagrii istius Hispanico exemplari, nisi fortassis ipsius Vaticanæ... publicavit*. Putabat, ut opinor, Rivinus Dracontium curis Michaelis Ruizii de Azagra typis editum fuisse. Ex Sirmondo ipso nihil horum colligitur; nam in indice operum quæ simul edebat anno 1619, post nomina Eugenii, Dracontii, Martini Bamiensis et Columbani, quos unde promat distincte non exprimit, solum addit: *Severini episcopi doctrina ex bibliotheca regia et monasterii Theologiensis. Tironis Prosperi Aquitani confessio ex Vaticana*. Hoc ip-

sum ita repetitur in 12^a editione Parisiensi omnium A operum Sirmondi cura Jacobi de la Baune anno 1697, tom. II, ac solum editor ad verbum *Theologiensis* notat: *Nunc Tholeia, cœnobium ordinis S. Benedicti ad Sarram fluvium in finibus Lotharingæ, et diœcesis Trevirensis.* Nihil aliud expiscari potui aut ex Bibliotheca Patrum Lugdunensi anni 1677, ubi opera Dracontii ex editione Sirmondiana recuduntur, aut ex Veneta editione omnium operum Sirmondi anno 1728 publicata.

15. In bibliotheca Parisiensi S. Victoris Montfauconius recenset *Draconicum*, qui est noster Dracontius; sed cum ex ea bibliotheca prodierit Dracontius anno 1560 mutilus, et sine epistola, et prologo metrico, et recapitulatione Eugenii, illum codicem imperfectum in ea bibliotheca adhuc servari credendum est, non alium, ad quem Sirmondus suam editionem conformaverit. De bibliotheca monasterii Theologiensis nihil habeo quod in medium afferam. Magis exploratum mihi est Sirmondum editionem suam Eugenii et Dracontii adornasse ex codice bibliothecæ regię Parisiensis, quem num. 46 describam; hoc enim innuit, aut clare etiam affirmat auctor Catalogi codicum mss. ejus bibliothecæ. Sed adhuc quærendum superest an veteri caractere in eo codice scriptum fuerit, *Eugenii epistola ad Chindasvinthum regem*, an ex conjectura ab aliquo recentiori ita appositum, aut declarationis causa a Sirmondo adjunctum. Quippe animadvertendum est nullam in toto opere inveniri Sirmondi adnotationem qua sciri possit an aliquod verbum obscurum aut corruptum mutaverit aut correxerit. Quis autem sibi persuadeat codicem ita omnino esse scriptum, ut a Sirmondo editus est? Crediderim facile Sirmondum nihil ausum nisi ex justa causa aut probabili conjectura. Sed nostra interest scire quid certo ex fide mss. tenendum sit, quid congruenter recipiendum ex conjecturis editorum. Quam multa passim præferimus tanquam explorata veteris alienius scriptoris verba, quæ fortasse ejus non sunt, sed primi editoris, qui locum mutilum, difficilem, vitiatum suo Marte supplevit, declaravit, emendavit? Neque tamen plerique hujuscemodi editores cum Sirmondo sunt comparandi. Quæ a me ita sunt disputata, 13 non ut Chindasvinthi nomen rejiciam, sed ut illud caute, et donec aliud constet, retinendum esse concludam: tum ut ad codices Dracontii diligentius quærendos et conferendos, si qui alii adhuc sint, Hispanorum industriam excitem.

16. Ex epistola Eugenii patet quid in Dracontio emendando ab ipso præstitum fuerit. Putant enim nonnulli nihil aliud egisse Eugenium, nisi ut codicem, vetustate et librorum negligentia vitiatum, corrigeret. Sed aliud sibi voluit ea verba: *Superflua demerem, semiplena supplerem, fracta constabitivem, et crebro repetita mutarem*: tum etiam quod addit de versiculis, quos subtraxit, quia *et sensu tepidi, et verbis illepidi, et nulla probantur ratione subnixi, nec in eis aliquid reperitur, quo lectoris animus animetur, aut*

mulceatur doctus, aut doceatur inoectus. Quod iudicium Eugenii an ab omnibus fuerit probatum, paulo post videbimus. Non ignorabat ipse, in aliquorum reprehensionem posse hanc agendi rationem incurere: adeoque in secunda præfatione, ut sese excuset, satagit. Solebant enim veteres duas præfationes libris interdum præponere, præsertim carminibus. In Martiali id cernere licet, ex quo ad Prudentium pag. 252 notavi, præfationem hujusmodi simpliciter *epistolam* appellari. Id confirmatur ex Statio, lib. II Silvar. in præfat. Inter poetas Christianos Prudentius Apotheosin duobus prologis carmine conscriptis ornavit. Juvencus cum uno tantum prologo editur: sed in veterrimo codice ms. Vaticano reg. Suec., num. 333, duas præfationes hexametris confectas, ac clare distinctas inveni. Ante primam legitur *Incipit præfatio*, eaque absoluta *item præfatio*. Hunc codicem sequar in ea quam molior editione Juvenci ad veteres codices atque editiones recogniti, perpetuisque notis illustrati. Arator duas elegias Actibus apostolorum præfixit: sed cum altera data sit ad Florianum abbatem, altera ad Vigilium pontificem, et utraque sit pro epistola dedicatoria, existimo Aratorem unum exemplar Vigilio cum epistola ad eum dedisse, alterum Floriano cum epistola ad ipsum. Nunc certe nonnulli duabus epistolis dedicatoriis sua opera muniunt, vel morem veterum secuti, vel qualibet alia ratione permoti. Sedulio tres præfationes aliqui imputant, 14 primam oratione soluta ad Bonifacium, alteram versibus elegiacis, quibus de suo Opere Paschali loquitur, tertiam, quæ dicitur Dedicatio ad Theodosium Augustum. Verum hæc Dedicatio in nullo codicum Vaticanorum, qui Sedulii et de Sedulio non pauci sunt, a me reperta est, et Sedulius diversa ratione metri leges sequebatur.

17. His veterum poetarum exemplis ductus Eugenius primæ præfationi alteram subjunxit, qua sese excusat quod Dracontii poema emendaverit. Ea autem ita habet in utraque editione Sirmondiana, et Matritensi sine ulla discrepantia, ut a nobis hoc loco repræsentatur.

Principis insignem faciem visure, libelle,
Cujus ad imperium meruisti sorde carere
Et capere nitidam longo post tempore pallam,
Cœperis ut limen aulae regalis adire,
Atque auro rutilo radiantem cernere sedem,
Incipe quam primum largas persolvere grates,
Errorum quod nube carens correctus haberis.
Dein prostratus humi veniam deposce precatu,
Latorisque tui solers patronus adesto;
Ignoscat placidus, ignoscat mente benignus,
Quod te sordidulum dum conor rite lavare,
Asperius impressa manus tenuando polivit.
At si de plebe quisquam livore perustus
Dixerit: Et quis est, veterum qui carmina mutat?
Scribit qui levibus epigrammata vana libellis?
Noverit hoc ipse, quod nusquam culpa putatur,
Quam non velle videt, sed major jussio cogit
Denique jussa bona dum promulgantur agenda,
Qui complet, sapiens, qui vult contemnere, demens.
Quod si Virgilius, et vatum summus Homerus
Censuram meruere novam post fata subire,
Quam dat Aristarchus, Tucca, Variusque, Probusque,
Cur dedignetur, quod jussus principe magno
Parvula præparui Draconti carmina libri
Parvulus Eugenius nugarum mole piavi?

18. 15 In versu 17 obscurum est *quam non velle*

videt; et fortasse Eugenius scripsit *velle meum*, aut *velle suum*, aut *velle jubet*. Poetæ Christiani *velle* pro voluntate, *posse* pro potestate usurpant. Vide vers. 567 lib. I Dracontii, *Velle pares, et nolle pares*. Cætera commode procedunt, nisi quod sæpius ratione solius cæsura brevem producit. Rivinus in emendatis, nescio cur vers. 3 correxerit *Et nitidum capere longo*, pro *Et capere nitidam longo*. Idem, ibid. vers. 14, pro *et quis est* posuit *et quisnam est*; sed in Eugenio mirum videri non debet quod produxerit *quis*, et frigidum est *quisnam est* hoc loco. In Rivino *nitidum* mendum videtur pro *nitidam*. Prima in *Draconti* corripienda esset, si ratio nominis inspiciatur: sed poetæ Christiani in nominibus propriis magnam licentiam sibi arrogabant. Observanda est etiam phrasis *summus vatum*, ut apud Prudentium Psychom. vers. 530 *magnus discipulorum*, vel, ut multi legunt, *summus discipulorum*. Virgilii *Æneidem* Tuccam, et Varium jussu Augusti leviter correxisse, atque ita ut nihil addiderint, neque versus imperfectos compleverint, in Virgilii Vita, quæ auctore Donato circumfertur, traditum est. M. Valerius Probus notas in Bucolica et in Georgica Virgilii scripsit. Rivinus in emendatis pro *Tucca*, *Variusque*, *Probusque* correxit *Variusque et Tucca probusque*: videtur enim *velle*, *probus* accipi pro adjectivo, quod cum *Tucca* cohaereat. At quid sibi tunc vellent dū illæ conjunctiones *et Tucca probusque*? Aristarchus ita Homeri versus corrigebat, ut Homeri esse negaret quos non probabat. Apertius alii censuram in Homerum exercuerunt: nec desunt qui tot in eum aliorum emendationes confectas putent, ut opus multorum potius quam unius auctoris censendum sit. In percelebri controversia de veterum libris corruptis non levis difficultas ex hac parte creari potest, quod multi sibi licere putarent aliorum opera in meliorem formam redigere, hoc est, si loqui simpliciter volumus, corrumpere. Neque vero credendum est, omnes qui antiquorum scripta emendabant eo animo ingenuo fuisse quo fuit Eugenius, nec tam probabili ratione permotos, ut ausum suum fateri non erubescerent. Verum ex hac ipsa præfatione recte arguitur, **16** etiam tunc vitio datum fuisse veterum scriptorum codices sine justa causa interpolare:

Et quis est veterum qui carmina mutat?

Intolerandum certe esset, si ita veterum scripta mutarentur, ut codex sub alicujus certi auctoris nomine proferretur, quin de correctione ab alio adhibita constaret.

19. Eugenius non solum poema Dracontii emendavit, verum etiam recapitulationem et supplementum de die septimo addidit, quoniam sine aliqua diei septimi commemoratione opus *semum*, ut ipse loquitur, vel *semiplenum*, ut ait Hldefonsus in Eugenio elogio, illi videbatur. Revera in Dracontii poemate integro, ut a me editur, nulla ratio diei septimi haberi debuit: cum enim Dracontii scopus esset bonitatem Dei erga homines et justitiam, sed bonitatem maxime,

A prædicare, in libro primo hominis creationem, atque ea omnia quæ propter homines sex illis primis diebus Deus fecit, diligenter exposuit, quoniam ex opificio sex dierum argumentum suum insigniter illustrare poterat: tum duobus reliquis libris alia Dei opera ex Veteri Novoque Testamento in eandem sententiam persecutus est. In ipso libro primo, atque in ipsa hujus libri parte, quam Eugenius recensuit, ultra sextum diem Dracontius longe progressus fuit. Describit enim primos parentes in paradiso jam collocatos, eorundem peccatum, sententiam Dei misericordia et justitia temperatam, qua e paradiso sunt ejecti, sed simul in eorum usum natura jussa est opera sua exercere per miras ac varias rerum vicissitudines; qua occasione de resurrectione corporis humani exemplis e natura petitis edisserit.

20. Recapitulationem Dracontii Eugenius sua sponte conscripserat, priusquam rex negotium Dracontii emendandi illi injunxisset. Hujusmodi recapitulationes poematum veterum plurimæ exstant, scilicet argumenta rerum paucis versibus comprehensa. Græci periochas vocant quales in Homeri Iliadem scripsit Ausonius, in Terentii comœdias Sulpicius Apollinaris, in Virgilii Georgica et *Æneidem* plures, ut videri potest in Collect. Pisaur. vet. Poet., tom. IV, pag. 472 seqq., et in Anthol. Burmanni. In poetis Christianis non sunt ita frequentes periochæ. **17** In bibliotheca Vaticana codex Palatinus num. 1717 habet Aratoris opera, quæ cum aliis mss. contuli, in quo leguntur duo versiculi rhythmi initio uniuscujusque capitis, quibus argumentum exponitur. Aurora etiam Petri Rigensis suas habet recapitulationes utriusque Testamenti, quas ex mss. edidit Leyserus histor. Poet. med. ævi pag. 703. Is est Petrus ille de Riga ab opere Aurorarius dictus, qui magna ex parte adhuc ineditus est, quamvis plenam ejus editionem multi sint polliciti. Romæ ea egregie ad exitum perducere possent; sunt enim multi codices mss. ejus operis non solum in bibliotheca Vaticana, sed etiam in tabulario basilicæ Vaticanæ S. Petri. in aliisque Urbis bibliothecis. Ad meas manus, dum aliud quæro, venit codex bibliothecæ Vaticanæ, quem multo auctorem deprehendi quam sint codices a Fabricio in Bibl. Lat. med. et inf. ævi laudati. Ex eo clare colligitur carmina in Novum Testamentum ejusdem Petri opus **D** esse, quod multi in dubium revocaverant.

21. Igitur recapitulationem Eugenio cum supplemento ad Dracontium nunc adjiciam; decrevi enim omnia quæ de Dracontio Eugenius scripsit, in his prolegomenis producere, et his locus non videtur esse alienus, ac fortasse alius opportunior non occurret. Nam diversæ lectiones quæ in opere Dracontii ab Eugenio emendato, et in membranis Vaticanis observantur, melius sub ipsis versibus proferentur.

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit,
Alter splendidus cœlum firmavit in oris;
Tertius undivagum mare dat cum germine terræ,
Quartus habet Phœbum, lunamque, et sidera cœli;
Quintus plumigeras volucres, piscesque natantes;
Sextus quadrupedes, reptans, hominesque sagaces;
Septimus est Domino requies his rite peractis.

Non quia Cunctipotens humano more laboret
Actibus, aut fessus quærat requiescere tandem,
Qui semper requietus agit, faciensque quiescit.
Sed quod sacra quies typicis adoperta figuris
Multa gerat signis et pandat mystica nobis.

Dicta Dei requies, quod rebus jure creandis
18 Ipsa modus fuerat, cunctis et maxima finis :
Nam nova quæque sunt, jam tunc ordita probantur.
Dicta Dei requies, quod nostra redemptio Christus
In carne veniens, et carnis vincla resolvens,
Hoc redeunte die, felici morte quievit.
Dicta Dei requies, quod nos post mille labores
Solutus ubique fovens in se requiescere cogit :
Nec datur ulla quies miseris, nisi suscipit ipse.
Dicta quoque est requies, mundana quod actio præsens
Post sex ætates quas mundus in ordine currit,
Otia percipiens æterna pace quiescit.
Dicta quoque est requies, quæ nobis ultima sors est.
Nam vitæ cursu mundanæ molis ad instar.
Sex sunt ætates homini, sed septima mors est.
Prima tenet ortum generis infantia simplex,
Alterâ deinde loco pueritia mollis habetur,
Tertia quæ sequitur, ipsa vocitatur adulta,
Quarta gerit virtutis opem speciosa juvena,
Quinta senecta gravis, et in ultima tempora vergens ;
Sexta venit senium, quod vitæ terminat ævum.
Hæc tibi, rex summe, jussu compulsus herili
Servulus Eugenius devota mente dicavit.

22. Sirmondus hos versus post epistolam Dracontii posuit, quibus hunc titulum præfixit : *Monosticha recapitulationis septimi diei, a B. Eugenio, in fine libri Dracontii adjicienda*. Prima verba *Monosticha recapitulationis septimi diei* ex codice sumpta sunt, ut colligi videtur ex catalogo biblioth. reg. Paris. In codice Azagrænsi pro *septimi diei* rectius legitur *septem dierum*, nisi forte legendum sit *Monosticha recapitulationis sex dierum, et supplementum septimi diei*. Hujusmodi inscriptiones pleræque librariorum sunt, non auctorum. Eugenius ipse in epistola ad regem ita ait : *Sex dierum recapitulationem singulis versiculis, quos olim condidi, denotavi, de die vero septimo quæ visa sunt dicenda subnexui*. Ex quibus hic titulus erui poterat : *Recapitulatio sex dierum, et appendix septimi*. Etsi autem Sirmondus, fortasse suum codicem secutus, recapitulationem epistolæ **19** Dracontii subjecerit, tamen illius locus ab Eugenio designatus mihi videtur fuisse post finem Hexaemeri, sive libri primi carminis Dracontii de Deo : nam epistolam Dracontii cum poemate de opificio sex dierum non est dicendus confudisse, nisi forte in aliquem codicem valde corruptum et depravatum incidit. In codice bibliothecæ Parisiensis, quem num. 47 recensebo, indicatur solum Hexaemeron, sive liber primus versibus heroicis, cui accedit Eugenii supplementum sine illa epistolæ mentione. Epistola ipsa, ut edita est a Sirmondo et in Collectione Patrum Toletanorum, si attente inspicias, non obscure demonstrat nihil ipsi esse cum carmine de sex diebus. Certum illud est, recapitulationem ab Eugenio adjectam in fine libelli quo Dracontius Hexaemeron complexus est. Et hæc est ratio cur *recapitulatio* dicatur. Recapitulatio enim in sacris Litteris appellatur, cum scriptura redit ad illud cujus narratio jam transierat, ut post Ticonium et Augustinum explicat Isidorus lib. 1 Sentent., cap. 109, et hoc fere sensu verbo *recapitulandi* utitur Tertullianus lib. v advers. Marcion., cap. 17, et Commodianus carm. 41. Sed cum Eugenius dicat libellos Dracontii a se correctos, idque confirmet Ilde-

A fonsus, certum videtur non solum Hexaemeron, sed epistolam etiam Dracontii fuisse emendatam, servata tamen opportuna distinctione inter Hexaemeron et Elegiam. Imo quod ait Eugenius de versibus quibusdam detractis, magis in epistola quam in Hexaemero locum habet, ut conferenti constabit.

23. Affirmat Eugenius se olim versiculos quibus recapitulatio continetur composuisse ; sed non constat an eos ad argumentum Dracontii indicandum conscripserit, an solum ad mundi creationem ex Genesi paucis versibus comprehendendam. Hoc postremum magis arridet : nam inter cætera Eugenii carmina lib. 1, num. 19, exstat *Heptamëtrum de primordio mundi*, videlicet primi septem versus recapitulationis. In codice Vaticano Alexandrino num. 2078, sæculi ix, post alia opera exscribuntur nonnulla carmina Eugenii hoc titulo : *Incipit opusculum B. Eugenii episcopi*. Sextum carmen est hoc ipsum *Heptametron de primordio mundi*. In catalogo codd. mss. bibliothecæ Florentinæ **20** Laurentianæ, tom. II, col. 752, inter miscellanea sæculo x aut xi, perscripta indicantur a Bandinio *Versus septem dierum, sive Monosticha de vii diebus hebdomadis*. Diversi hi sunt a versibus Eugenii, ut ex illorum primo patet, *Prima dies Phæbo sacratus numine fulget*, et clarius hæc discrepantiâ animadvertitur in codice Vaticano Urbinate 584, olim 828, ubi post multos alios versus inserta sunt carmina diversorum de anno, mensibus, hebdomadibus, etc., et primum est *De vii diebus hebdomadis*, et primus versus correctior quam in codice Florentino, *Prima dies Phæbi sacrato nomine fulget*. Sermo enim est de hebdomadis diebus, qui a gentilium diis nomen retinent.

24. In versibus Eugenii hæc notanda occurrunt. Vers. 6, Sirmondus edidit *hominesque fugaces*. Sed *hominesque sagaces* ipse ediderat inter carmina Eugenii in heptametro de vii diebus et in codice Toletano, in Vaticano, et a Brideserto Ramesiensi ad Bedæ tom. II, pag. 70, ubi septem primos versus profert legitur *hominesque sagaces*, quæ vera est scriptura : nam *sagax* pro rationis particeps et perspicaci sumitur. Helpidius in carmine de Jesu Christi Benef. :

Contentus nostrumque genus ratione sagaci,
Et forti munisse manu.

D Cicero ii de Finib., cap. 14, *Homines hoc a bestiis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura datam, mentemque et acrem, et vigentem, celerrimeque multa agitantem, et, ut ita dicam, sagacem*. Vers. 8 et 9, distinguendum puto *laboret, Actibus aut fessus*. Post vers. 12, *Multa gerat*, tres qui sequuntur desunt in Sirmondo, sed ex cod. Tolet. additi sunt in editione Matritensi. Vers. 24, in cod. Tolet., *otia præcipiens*. Vers. 26, Rivinus ex conjectura legit, *Nam vitæ cursu mundanæ molis ad instar, Sex sunt ætates*, etc. Sed lectio codicum retinenda est. Vers. 27, cod. Tolet., *ætates hominum*. Vers. 29, Sirmondus edidit, *Alterâ deinde pueritia mollis habetur*. Rivinus, *Alterâ deinde hominis pueritia mollis habetur*, sed in erratis correxit *Alterâ deinde ætas pueritia mollis habetur*,

quia, ut ait, deerat talis aliqua vocula. Codex Tolet. A
habet loco. Vers. 51, pro *opem* libentius legam *opus*.
Dracontius lib. ii, vers. 114, *Ut faceret 21 virtutis*
opus, et lib. iii, vers. 211, *Exegit virtutis opus*. Vers.
52, Sirmondus, *gravis ad ultima*; melius cod. Tolet.,
gravis et in ultima: posset etiam *gravis et ad ultima*.
Vers. 53, recte Eugenius senium a senectute distin-
guit. Isidorus lib. i Different., *Senectus est gravior*
ætas post juventutem succedens. Senium autem ultima
ætas post gravitatem veniens. Nihilominus Isidorus lib.
xi Origin., cap. 2, aliter sex ætates hominis enume-
rat: nam sextam statuit senectutem, cujus ultima
pars est senium. Confer notam ad vers. 225 eleg. Cæ-
terum comparatio sex dierum cum sex ætatibus
mundi desumpta est ex S. Augustino lib. i de Genesi
contra Manich. Versu ultimo mallet *dicavi*.

CAPUT III.

S. Ildefonsi iudicium de Dracontio opera S. Eugenii
emendato. Dracontii opus in Catalogo librorum sæ-
culi x indicatum.

25. Ad S. Ildefonsum nunc progredior, qui in elo-
gio S. Eugenii emendationem Dracontii ab eo factam
laudavit. Neque injucundum erit totum elogium
audire. Ita ergo habet cap. 14 de Vir. illustr.: *Item*
Eugenius alter post Eugenium pontifex subrogatur.
Hic cum ecclesiæ regiæ clericus esset egregius, vita
monachi delectatus est. Qui sagaci fuga urbem Cæsar-
augustanam petens, illic martyrum sepulcris inhæsit,
ibique studia sapientiæ, et propositum monachi decen-
ter incoluit: unde principali violentia reductus, atque
in pontificatum ascitus, vitam plus virtutum meritis
quam viribus egit. Fuit namque corpore tenuis, parvus
robore, sed valide fervescens spiritus virtute, studiorum
bonorum vim persequens, cantus pessimis usibus vitiatos
melodiæ cognitione correxit, officiorum omissos ordines
curamque discrevit. Scripsit de S. Trinitate libellum et
eloquio nitidum, et rei veritate perspicuum, qui Libyæ
et Orientis partibus mitti quantocius poterat, nisi pro-
cellis resultantia freta incertum pavidis iter viatoribus
distulissent. Scripsit et duos libellos, unum diversi car-
minis metro, alium diversi operis prosa 22 concretos,
qui ad multorum industriam ejus ex hoc tenaciter san-
ctam valuerunt commendare memoriam. Libellos quo-
que Dracontii de Creatione mundi conscriptos, quos an-
tiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconvenientia repe-
rit subtrahendo, immutando, vel meliora conjiciendo,
ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchriores de
artificio corrigentis, quam de manu processisse videan-
tur auctoris. Et quia de die septimo idem Dracontius
omnino reticendo semiplenum opus visus est reliquisse,
iste et sex dierum recapitulationem singulis versiculis
renotavit, et de die septimo, quæ illi visa sunt elegan-
ter dicta subjunxit. Clarus habitus fuit temporibus
Chindasvinti, et Reccesvinti regum, fere duodecim,
annis tenens dignitatem, simul et gloriam sacerdotis,
sicque post lucis mundialis occasum in basilica S. Leo-
cadite tenet habitatione sepulcrum.

26. Huic elogio ad vitam Eugenii illustrandam
multa addi possunt ex ejus Vita, quam eminentissi-

mus Lorenzana opusculis illius præposuit. De sepul-
cris martyrum Cæsaraugustanorum dixi ad hymnum
Prudentii Peristeph. 4, qui est de octodecim marty-
ribus Cæsaraugustanis. Quod ait Ildefonsus *princi-*
pali violentia, intelligit principis seu regis imperium;
decretum divale dixit Eugenius, et in concilio Tole-
tano viii verba legis editæ a Reccesvintho sunt: *De-*
cretum divalis observantiæ promulgamus. Ita *principa-*
lis accipiunt Velleius, Tacitus, Plinius, Prudentius,
alii. Quædam leves discrepantiæ in editione Sirmon-
diana notari possunt, ut hæc in fine *tenet habitatio-*
nem sepulcri. Nicol. Antonius suspicatur legendum
meliora conficiendo pro meliora conjiciendo. Iudicium
vero Ildefonsi, quod libelli Dracontii *pulchriores de*
artificio corrigentis, quam de manu processisse videan-
tur auctoris, Nic. Antonio non placuit, qui tom. I Bi-
blioth. vet., lib. v, cap. 5, de Ildefonso loquens, *Cu-*
jus viri, inquit, sanctissimi iudicio de utroque poeta non
parum detrahit ἀποψία ipsa, quæ docet affatim, quan-
tum valuerit unusquisque eorum facultate pangendi car-
minis, ætatisque barbaræ sub qua natus Eugenius fuit
consideratio. Hæc eadem totidem verbis lib. iii, cap.
5, dixerat, sed quædam addidit, scilicet *ætatisque, et*
convictus barbaræ gentis sub qua natus, etc. Nam 23
Dracontius felicioribus temporibus sub Romanorum
imperio in lucem venerat. Liberiorem fortasse hanc
censuram aliquis dixerit, nemo falsam. Barthius qui-
dem, Advers. lib. lv, cap. 11, de Eugenii emenda-
tione ita habet: *Utinam vero publicasset integros etiam*
ipsos (libellos Dracontii) Eugenius, ut posteritati con-
staret modo rationum ejus; quæ enim ille te-
pida et illepida, et nulla ratione subnixæ conviciatur
forte nunc nobis putchra et amœna, et docta videren-
tur, licet non astricta, vitiosa, et exsanguia, anxia, et
omnino nihil essent, nisi quod iniquus omnium æstima-
tor planorum et faciliū irrecuperabili nostro damno
esse voluit et coegit. Facit etiam contra Ildefonsi iudi-
cium quod S. Isidorus testatur, Dracontium Hexæ-
meron *eleganter composuisse et scripsisse*. Quis enim
Isidori auctoritatem censuræ Ildefonsi non præferat?
Mihî dubium minime est quin Dracontius longe sit
Eugenio anteferendus, sive Hexæmeron inspiciamus
ab Eugenio interpolatum, sive Dracontii poema, ut in
mss. Vaticanis legitur, multoque magis epistolam,
quæ minus est librorum negligentia corrupta, se-
dulo consideremus.

27. Post S. Ildefonsum nullus veterum mihi venit
in mentem qui Dracontii meminerit, uno excepto
Honorio Augustodunensi, qui ex Isidoro, ut solet,
cap. 28, lib. ii, id descripsit: *Dracontius composuit*
heroicis versibus Hexæmeron creationis mundi. Huc
tamen pertinet, quod apud Muratorium tom. III An-
tiquit. Italic. med. ævi, pag. 818, exstat catalogus
codicum mss. qui in monasterio Bobiensi asserva-
bantur, sæculo x, ut videtur, descriptus. In hoc ca-
talogo recensentur libri quos Dungalus aliique bea-
tissimo Columbanq, hoc est monasterio ipsi Bobiensi,
a S. Columbano fundato, donaverant. Sed ante hos
alii codices memorantur, qui ad antiquiorem mona-

sterii bibliothecam, et fortasse plerique ab eo tempore quo fundatum est, videntur pertinuisse. Inter hos vetustiores libros catalogus refert, *Librum Lucretii I; Librum Dracontii I; Librum Ennodii I, in quo et alia continentur opuscula; Libros Donati tres, etc.* Liber unus Dracontii, sicut liber unus Lucretii, est unus codex, sive carmina in plures sint libros divisa, sive uno comprehendantur. Sic etiam **24** tres libri Donati sunt tres codices operis Donati. Animadverti jam num. 8, S. Columbanum a Dracontio plures versus fuisse mutuatum, ac paulo post num. seq. referam, sæculo xv exeunte, Dracontii opus in monasterio Bobiensi fuisse repertum. Mire hæc cum antiquo codice bibliothecæ ejus monasterii conveniunt. Quid de Dracontio in Dextri, Maximi et Hauberti chronicis, et in Adversariis Juliani archipresbyteri scriptum sit, hujus loci non est enarrare: nam etsi nomina sint antiqua, auctores tamen qui opera confinxerunt sunt recentes, ac proinde ad caput seq. pertinent.

CAPUT IV.

Dracontii memoria apud recentes scriptores renovata, et diversæ de eo opiniones.

28. Sæculo xv, cum litteræ restitui cœpissent, undique libri veteres conquirebantur; atque ad hujus sæculi finem spectat id quod nuper indicavi de Dracontio, et refert Raphael Volaterranus lib. iv Commentar., ubi de Bobiensi monasterio, ad Apennini juga sito, a Theodelinda regina Longobardorum extracto, ait: *Hic anno 1494 hujusmodi libri reperti sunt, Rutilius.... Dracontii varium opus. Prudentii C hymni, etc., quorum bona pars his annis proximis a meo municipe Thoma Phædro (Inghirami) bonarum artium profcsore est advecta in Urbem.* Optandum maxime esset ut hoc Dracontii varium opus, si adhuc alicubi latet sive Mediolani, sive Romæ, in publicam lucem veniret; nam hic videtur esse antiquissimus ille codex cujus fit mentio in catalogo sæculi x bibliothecæ monasterii Bobiensis, et fortasse est ille ipse quo usus est S. Columbanus. Titulus innuit non esse solum Hexaameron ab Eugenio interpolatum; et inter versus quos ex Dracontio Columbanus sumpsit nonnulli sunt qui in codice Toletano desiderantur, et a nobis e membranis Vaticanis proferentur.

29. Guilielmus Morelius, qui primus Hexaameron Dracontii edidit, in epistola dedicatoria hæc tantum D habet: *Quæ 25 Hilarii, Cypriani, et Dracontii subsequuntur, ea nobis S. Victoris Parisiensis libraria suppeditavit... Exemplar quo usi sumus unico, multis suis partibus perturbatum atque confusum erat, ut haud mirum videri queat, si qui loci labe non careant; quo carerent autem, omnem, quam potui, diligentiam adhibui; malui tamen locos integros et quales liber habebat, aliis dijudicandos, quam mea emendatione ulla contaminatos exhibere.* Inscriptis autem Morelius: *Dracontii de opere sex dierum.* Deerat, ut videtur, in hoc codice charta aliqua: nam desiderantur omnino 58 versus, quibus describitur peccatum primorum parentum. Existisse autem hos versus ante S. Euge-

nium demonstratur ex S. Isidoro, qui lib. xii Etym., cap. 2, unum ex his in editione Parisiensi Morelii omissis laudat. Quæritur autem an poema de Opere sex dierum, Parisiis a Morelio editum, sit illud ipsum quod interpolatum est ab Eugenio, an potius primigenium opus quale a Dracontio prodiit, cum solis his erroribus qui a librariorum incuria accesserunt. Goldastus in epistola ad Weitzium Hexaameron hoc Morelii, quod ipse Weitzius editurus erat, putat esse ipsum Ἀρχέτυπον Dracontii. Hac ille ratione permovetur, quod in eo Hexaemero de sex dierum anacephalæosi et septimi diei supplemento nec vola nec vestigium est. Censet hæc desiderari ante versum 449, *Vomere non tellus*, ubi incipit horti Edeni descriptio: nam cæteri poetæ Hexaemeri, Cyprianus (quem nunc B alii volunt Juvenem), Hilarius, Victor, Alcimus, Gregorius Magnus, Ambrosius Junior, Pisides, Theodulfus Aurelianensis, Nicephorus Callistus, Petrus Rigensis, alii de septimo die ad eandem faciem exsequuntur. (Confer notam ad vers. 416 lib. i). Dissentit Barthius Advers. lib. vii, cap. 20, qui ex stylo universi hujus libelli duos auctores arguit. *Certe, ait, ταυτέλογον hoc opusculum, et minime narrationibus detexendis sibi constans, extendit jam fini proximas, et abruptis aliis alias non suis locis inserit.* Verum hæc aiebat Barthius, qui Dracontii libellos olim ab Eugenio reformatos noverat. Vellem scire quid alius sentiret ab hac præjudicata opinione omnino liber, et ignorans quid factum fuisset. Barthii opinionem tenuit etiam Nic. Antonius Bibl. vet. lib. v, cap. 5, et Gallandius tom. IX Bibl. Ut **26** hæc controversia definiatur inter se conferri debent variantes lectiones editionis Morelianæ, Sirmondianæ, et nostræ ex codice Vaticano. Mihi sane codicem Vaticanum, et omnia Dracontii opera consideranti Goldasti sententia placet; sed mirum simul accidit quod tam paucae ac leves mutationes inter opus Hexaemeri archetypum Dracontii, et idem opus ab Eugenio interpolatum appareant. Itaque censeo non solum Hexaameron, sed etiam Elegiam Dracontii fuisse ab Eugenio recognitam, in qua versus aliqui additi fuerunt ab Eugenio, plures detracti, ut ex editione nostra patebit. Goldastus, qui præfationem Eugenii non viderat, supplementum diei septimi ante paradisi descriptionem desiderari aiebat. Sed cum Eugenijs ad libelli finem recapitulationem et supplementum adjicere voluerit, ratio Goldasti ita refingi debebit. In fine exemplaris Moreliani nulla est recapitulatio, nullum supplementum Eugenii; exemplar igitur hoc primigenium Dracontii opus existimandum est.

30. Editionem Morelii secutus est Fabricius in Collectione poetarum Christianorum, qui etsi alios poetas cum libris veteribus soleret conferre, tamen id in Dracontio, codicibus mss. destitutus, non præstitit. *Dracontius*, inquit in Comment. pag. 45, *poeta Christianus, qua gente aut patria fuerit, ignotum. Ejus carmen Hexaameron, id est, de Opere creationis sex dierum, eruditum atque insigne est: quod Parisiis editum & bibliotheca D. Victoris huic operi adjecimus, tribus*

quatuorve emendatis erroribus, quos typographus admi-
serat. Revera de patria et gente Dracontii altum apud
veteres silentium. Joannes Vasæus in Chronico ad
an. 651, ubi de S. Eugenio sermonem injicit, videri
ait Dracontium fuisse Hispanum, quantum ex S. Isi-
doro colligi potest, et floruisse temporibus Justiniani
imperatoris et Athanagildi regis Gothorum. Sed ex
Isidori verbis, quæ num. 7 habes, nescio qui colligi
possit, Dracontium fuisse Hispanum, aut floruisse sæ-
culo vi. Et cum ipse Vasæus confirmet, Eugenium
Hexaameron Dracontii jam vetustate vitiatum suo ni-
tori restituisset, oporteret, ut aliquantulum antiquio-
rem crederet Dracontium: nam Eugenius sæculo vii,
anno circiter 645, Dracontium emendabat. Vasæi
opinionem multi alii amplexi sunt, etiam **27** Joannes
Grialius in editione Matritensi S. Isidori 1599 ad lib.
xii Etym. cap. 2, ubi diserite ait: *Dracontius opus sex
Dierum carmine composuit, Athanagildo regnante, quod
poema Eugenius III Tolet. antistes sub Chindasvinto
et Reccesvinto, et emendavit, et septimi diei versibus
auxit.* Quod vero ad tempus attinet quo Dracontius
vixit, insignis est error Gerardi Joannis Vossii cap. 9
libri de Poet. Lat., ubi inter poetas incertæ ætatis
Dracontium recenset, et post Carolum Magnum ad
annum 800 relegat: qui non solum operibus Dracon-
tii, verum etiam Isidori Ildefonsique testimoniis evi-
denter refellitur. Funcius de Veget. Lat. ling. Senect.,
cap. 3, § 97, merito rejicit Matthiam Kœnig, qui in
Bibl. vet. et nov. Dracontium sub Justiniano floruisse
ait; sed nullo ipse fundamento certum annum 450
designat, quo Dracontius rebus humanis valedixerit.

31. Dracontii patria non tantum G. Fabricio, ve-
rum etiam Nic. Antonio incerta erat, qui tom. I Bibl.
vet., lib. v, cap. 5, ita pronuntiat: *Dracontium te-
mere aiunt gente Hispanum nonnulli auctoribus confictis
credentes.* Atque ille quidem partim silentio veterum
permotus ita judicabat, partim odio quodam suo ad-
versus auctores falsorum chronicorum incensus, ex
quo fortasse in contrariam partem nonnunquam ni-
mium se abripi passus est. Vidimus enim quid Va-
sæus, qui anno circiter 1562 decessit, et quem multi
secuti sunt, longe ante chronica conficta senserit,
quorum inventio ad annum 1594 refertur, prima edi-
tio anno 1619 peracta est. Eadem opinio etiam post
editam Bibliothecam Nic. Antonii valuit fere apud
omnes, quamvis nemo jam commentitiis chronicis
fidem præstet; sive rationem Vasæi inde roborent,
quod S. Eugenius jussu regis in Dracontii emendatio-
nem incubuerit, quod hunc auctorem Hispanum in-
dicare potest, sive, ut ego magis arbitror, ex aliqua
traditione aut ms. codice ortum hæc sententia duxe-
rit, quæ deinde ad reliquos permanaverit. Gallandius,
qui ex editione Sirmondiana Dracontium tom. IX
sue Biblioth. inseruit, hanc rationem probabilis hujus
sententiæ adjungit, quod illustriam virorum qui res
sacras carmine cecinerunt, Juvenci, Prudentii, Mero-
baudis, **28** aliorum ferax antea exstiterat natio
Hispana, ut propterea eos æmulatus suum Hexaameron
panxerit quoque Dracontius.

32. Videamus nunc quod ait Nic. Antonius, aucto-
ribus confictis nonnullos credidisse Dracontium fuisse
gente Hispanum. Famosum imprimis est Dextri
Chronicon. In notis ad recentissimam editionem Ma-
ritensem Bibliothecæ veteris Hispanæ Nic. Antonii
lib. iii, cap. 5, doctissimus editor mirandum ait nihil
de Dracontio apud pseudo-Dextrum legi non solum
in Chronici fragmento, quod post Bibl. vet. Nic. An-
tonius protulit, sed neque in pleniori exemplo Regiæ
bibliothecæ. At minime dubium est quin in Dextri
Chronico cum Commentariis Bivarii typis edito aliqua
mentio Dracontii occurrat: ex qua tamen Hispanum
fuisse Dracontium nequaquam colligitur, imo contra-
rium collegit commentator Bivarius. Cum enim ad
annum 582 narretur in Chronico, Dracontium et
B Adelphum episcopos in Hispania exulasse, Bivarius
hunc affirmat esse Dracontium poetam, nec diversum
credit a Dracontio vel Dracontio, ad quem exstat
epistola Athanasii. Nec fuerat nemo cui hæc ipsa
opinio antea in mentem venisset, ut ex his verbis
Goldasti in epistola ad Weitzium intelliges: *Ad hunc
Dracontium, quæ ex Baronio suggesta sunt nihil attinent.
Ille enim Orientalis, hic Occidentalis; ille Asiaticus,
hic Europeus; ille Græcus, hic Hispanus; ille episco-
pus, hic palatinus; ille Constantino Magno, hic Justi-
niano Magno imperatoribus; ille a Christo nato 350,
hic 540 vigere.* Errat cum Vasæo in ætate Dracontii
Goldastus; sed mirari subit unde sumpsit palatinum
fuisse Dracontium, nam plerique alii presbyterum
vocant. Goldasti veriorem esse sententiam ex mem-
branis Vaticanis, num. 122, demonstrabo. Ex Baro-
nio vero hæc, opinor, Weitzio suggesta erant, quod
ad annum 528, num. 23, meminert Dracontii mona-
chi, quem Athanasius per epistolam hortatus est ut
episcopatum non recusaret, et rursus ad annum 556,
num. 47, 48, 52, Dracontium episcopum in Ægypto
exulem ex S. Athanasio de Fuga sua et ad Solitar.,
et ex Vita S. Hilarionis a S. Hieronymo conscripta
commemoraverit, quem unum eundemque esse putat
ac Dracontium monachum, ad quem Athanasius litte-
ras **29** dedit. De diversis Dracontiiis antea num. 5 et
6 a nobis disputatum est. Non omittenda sunt Goldasti
verba quibus Dracontium, aliorum opinionibus reje-
ctis, Hispaniæ adjudicavit: *In comperto est gente
fuisse litterarum alumna, studiorum nutrice, Musarum
colona, et ipsius Parnassi atque Heliconis æmula, gen-
tilesque habuisse ex priscis illis ethnicorum poetis Sexti-
lium Heminam, Senecam, Lucanum, Victorinum Sta-
torium, Columellam, Silium Italicum, Decianum, Lici-
nianum, Caninium Rufum, Martialem, Hadrianum
imperatorem, Festum Avienum, Aquilium Severum;
et, ex Christianorum grege, Metronianum, Tiberianum,
Juvencum, Prudentium tuum, Damasum, Leandrum,
Fulgentium, Isidorum, et quem nuper nobilis et eleganti
ingenio adolescens Laurentius Ramiresius princeps vul-
gavit, Orontium.*

33. Profert Nic. Antonius verba commentitii Hau-
berti Hispanensis ex chronico ad annum 433, num.
24, Sanctus vir Dracontius Oscæ Celtiberorum obiit,

ubi erat presbyter. Sed præterquam quod Haubertus iste sæculo xvii elabente confictus fuit, neminem leges qui Dracontium presbyterum Oscensem faciât, ex iis saltem qui inter viros criticos aliquo in loco habeantur. Multo vero ante hunc Haubertum reperio qui Dracontium poetam *divum* vocaverit. In Indice libr. expurg. per Joannem M. Brasichellensem, 1607, pag. 85, jubetur titulum divi Dracontii in Bibliotheca Patrum per Margarinum de la Bigne, edit. 1589, deleri, uti etiam pag. 256 titulum divi Belisarii poetæ, divi Liberii poetæ, D. Venantii, D. Dracontii, D. Theodulphi, et alibi divi Prudentii. Vide num. 55. Itigius, cap. 3 de Biblioth., affirmat rarissima esse exemplaria hujus Indicis, quem neque ipse viderat, quia scilicet Romana editio suppressa fuerat, et nova quæ in Belgio parabatur suffocata. Quod ait de Romanæ editionis suppressione, falsum puto, nisi intelligat alterum tomum qui parabatur non fuisse editum. Animadvertendum est in eo Indice etiam iis qui pro sanctis habentur, vocem divi denegari ex eorum scilicet sententia qui hoc vocabulo divinitatem significari opinantur; neque enim omnes ita censent, aut usui contrario piorum et doctorum hominum repugnandum **30** existimant. Dracontii vero memoria in nullo martyrologio exstat: imo nullum alium sanctum qui hoc nomine appellatus fuerit, in primis sex annis mensibus apud Bollandianos inveni.

34. Cæterum Nic. Antonius, etsi loc. cit. Bibl. vet. dum de S. Eugenio disserit, Dracontium a nonnullis Hispanum temere dici affirmaverit, tamen locum inter scriptores Hispanos eidem dedit tom. I, lib. III, cap. 3, ubi cautius loquitur. Ait enim se nescire unde moti Miræus in notis ad Isidorum, Labbeus dissert. ad Bellarm. de Script. eccles., Bigneus in Biblioth. Patrum, Dracontium Hispanum aperte vocaverint. Qua illi ratione permoti fuerint videri potest supra num. 31. Bigneus vero non ipse Hispanum vocat Dracontium, sed in aliqua posteriori editione Bibl. Patrum, ut in editione Lugdunensi 1677 conformata ad eam quam fecit Sirmondus, ab editore presbyter Hispanus vocatus est Dracontius. Addit Nic. Antonius notum sibi esse ad partes quis traxerit Bivarium, nempe pseudo-Maximus ad annum 430, *Dracontius presbyter moritur Oscæ*; et ad ann. 412, *Dracontius alter poeta Hispanus mirus habetur*: qui an duo sint, hariolari non audeat Bivarius. De Bivarii opinione in comment. ad pseudo-Dextrum dixi num. 32. Nunc addo, in pseudo-Maximi chronico, quod Nic. Antonius in fine Biblioth. vet. adjecit, alium Dracontium recenseri ad annum 600, *Dracontius poeta Complutensis floret*; et ad ann. 605, *Dracontius poeta Cæsaraugustæ moritur*. Qui hoc chronicon confinxit, fortasse præ oculis sententiam illorum habuit qui Dracontium Athanagildo regnante vixisse tradiderant; nam ex Athanagildi tempore illius ætas ad annum 605 facile potuit prorogari. Illi vero qui deinde Maximi chronicon ex ingenio auxerunt, uti etiam auctor pseudo-Hauberti, cum intellexissent in Dracontii operibus prout a Sirmondo edita sunt, referri elegiam ad Theo-

A dosium Juniorem, Dracontium anno 412 et 430 floruisse, anno 455 decessisse, scripserunt. Ex Sirmondo etiam, qui anno 1617 editionem libri Bellarmini de Script. eccles. curavit, ortum duxit, ut opinor, caput ejus libri de Dracontio, quod in prima editione deest, et in quo ætas Dracontii anno 440 adjudicatur.

31 35. Ex his colligere licet, in assignanda Dracontii patria et ætate non alios chronicis falsis, sed auctores hujusmodi chronicorum opinionibus aliorum qui præcesserant, adhæsisse, ut propterea sæpe variaverint; neque has varietates defensores conciliare poterant, nisi plures Dracontios comminiscerentur. Neque mihi videre hæcenus licuit quinam Dracontium presbyterum Oscensem, aut Complutensem, aut Cæsaraugustanum, aut vicarium Africæ, quod volebat pseudo-Julianus, nominent, cum a multis presbyter Toletanus, quod in falsis chronicis non reperitur, vocetur. Ita nimirum Dracontium appellant Joann. Gottefridus Olearius in Bibl. eccles., auctor indicis mss. bibliothecæ regis Parisiensis, et alii. Nonnulli, non expresso presbyteri nomine, Toletanum appellant Dracontium, ut Weitzius in ejus editione, Rivinus pariter in ejus editione, Fabricius in Bibl. Lat. med. ævi. Multi presbyterum Hispanum eundem Dracontium nominant, quin oppidum natale, aut in quo commoratus fuerit, designent, ut Syxtus Senensis in Bibliotheca sancta edita anno 1575; Possevinus in Apparatu sacro tom. I, qui sæculi xvii initio scribebat; Miræus in not. ad S. Isidorum; Labbeus in dissert. ad Bellarm. de Script. eccles.; editor Biblioth. Patrum Lugd. 1677; Remigius Ceillierius tom. XV de Script. eccles., cap. 29; Joann. Nicolaus Funcius de Veget. Lat. ling. senect. cap. 3, num. 97; auctor catalogi bibliothecæ Casanatensis; Natalis Alexander Hist. Eccl. sæculo v. Verum quo loco natus aut vitam egerit Dracontius, aut quod munus obierit, nullo modo ex veteribus constat, ac solum probabiliter ex illis argui potest fuisse Hispanum, ut dixi num. 31.

36. Postquam Sirmondus Dracontium edidit, de ætate qua is vixit certius aliquid definitum fuit. Post carmen de opificio sex dierum addita est a Sirmondo Elegia ejusdem Dracontii ad Theodosium Juniorem Augustum: ita enim inscribitur, et in argumento rursus mentio Theodosii Junioris Augusti occurrit. Sic enim argumentum elegiæ explicatur: *Hoc sequenti libello auctoris satisfactio continetur, qua ab omnipotente Deo veniam petit ne præcedenti carmine aliquid incautus errasset. Dein Theodosio Juniori Augusto precem desert cur de triumphis illius eodem opere tacuisset.* Hæc totidem verbis in editione Martini Patrum **32** Toletanorum referuntur, et in lib. Bellarmini de Script. eccles. indicantur, sed, ut arbitror, et dixi num. 34, ex codice ms. Sirmondi. Et videtur quidem inscriptio ex codice ipso desumpta, cum verba antiquitatem redoleant; sed scire vellem an eadem veteri manu qua versus ipsi hæc inscriptio exarata sit. Nam eam falsam esse et elegiæ non convenire ex membranis antiquis Vaticanis et ipsa

elegia postmodum ostendam. Interea illud monebo, mirum esse quod hæc inscriptio, siquidem in codice Azagrensi exstat, a Grialio non fuerit observata: nam Grialius in not. ad lib. vi Etym. S. Isidori, cap. 9, duos ejus versus profert in codice Azagrensi re-
 pertos, et in not. ad lib. xii, cap. 2, ejusdem codicis meminit, ac simul affirmat Dracontium opus sex die-
 rum Athanagildo regnante composuisse. Igitur aut inscriptio Elegiæ ad Theodosium tunc in eo codice non erat, aut Grialius, cum hæc scripsit, animum ad eam non advertit. Neque vero negare est animus Dracontium Theodosio Juniore imperatore claruisse; sed id aliis rationibus probandum esse contendo, ac demum probabo, postquam de codicibus mss. Dracontii et de editionibus hactenus factis verba fecero.

CAPUT V.

Codices mss. Dracontii.

37. De codice Dracontii quem sæculo x circiter bibliotheca monasterii Bobiensis asservabat, deque alio codice, aut fortasse eodem, qui in laudato monasterio sæculo xv exeunte repertus est, dixi num. 27 et 28.

38. Exposui etiam num. 29 quo codice usus fuerit Morelius in editione prima Parisiensi Dracontii conficienda. Montfauconius in Bibl. biblioth. mss., pag. 1370, inter libros bibliothecæ S. Victoris Parisiensis, col. 2, sic refert: *Draconicius, de Opere sex dierum*. Hic est Dracontius, et hic, opinor, est codex ex quo primum prodiit Dracontius.

39. Idem Montfauconius pag. 133 profert catalogum repertum in mss. D. Claudii Etiennot, sive Stephanotii, quo 33 diversa opera recensentur tanquam in bibliotheca Vaticana existentia, et in hoc catalogo memoratur *Dracontii Hexaameron*. Sed quibusdam operibus additur numerus sub quo quærenda sunt, quibusdam non additur: et fortasse ab Stephanotio adnotata in suo catalogo erant, ut ea inquireret. Dracontio in eo catalogo nullus certus numerus assignatur: neque ejus Hexaameron in bibliotheca veteri Vaticana invenitur. In schedis mss. Laurentii Zaccagnii, bibliothecæ Vaticanæ olim præfecti, inter opera inedita, quæ ipse vulgare cogitabat, Dracontii nomen similiter exstat, non indicato codicis numero. Quod magis magisque confirmat suspicionem meam latere in bibliotheca Vaticana aliquem codicem Dracontii qui ex monasterio Bobiensi a Thoma Phædro Inghirami fuerit allatus, neque diversus sit ab illo ipso quo S. Columbanus utebatur. In indice Montfauconii hic Dracontius vocatur Stratoniceus; verum hoc cognomen proprium est Dracontis Stratonicei, cujus est codex Græcus *De metris poeticis* in biblioth. regia Parisiensi apud eundem Montfauconium, pag. 946, et cum titulo *De mensura carminum Græce in papyro* inter libros præsidis de Mesne, ibid., pag. 1526, col. 2.

40. In bibliotheca cathedralis Laudunensis a Montfauconio, pag. 1297 refertur hic codex num. 276: *Metrum S. Hilarii Pictaviensis. Alcimi Aviti de Origi-*

nali peccato, de Sententia Dei. EPISTOLA DRACONTII. *Liber Quæstionum in Genesin ex Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Hilario, Isidoro, Eucherio.* Dicitur hic codex esse antiquissimus. Epistolam Dracontii existimo esse Elegiam ad Guntharium regem, de qua postea. Nihil aliud in Montfauconio reperio quod ad Dracontium nostrum pertinere possit.

41. De celeberrimo codice Michaelis Ruizii Azagræ agendum nunc est. Primam ejus mentionem invenio apud Ambrosium Morales lib. xi, cap. 34, deinde apud eundem Azagram in editione Corippi, quæ, quoniam rara est, hoc loco describetur. *Corippi Africani grammatici De laudibus Justini Augusti minoris heroico carmine libri IV, nunc primum e tenebris in lucem asserti: scholiis etiam et observationibus illustrati per Michaelem Ruizium Azagræm Celtiberum ad Albertum cardinalem archiducem 34 Austriæ. Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini 1581, in-8.* Epistola dedicatoria data erat Matrili 1579, in qua Azagra se olim servitio Ferdinandi imperatoris et Maximiliani Cæsaris, tunc Rudolphi Cæsaris, addictum commemorat. Post carmina Corippi additur votiva gratulatio heroico carmine per eundem Azagram ad Maximilianum II designatum imperatorem Francordiæ ad Moenum cantata anno 1562. In observationibus igitur ad Corippum, paulo post initium pag. 74, hæc habet Azagra: *In nostro exemplari, quod, ut alibi ad opus Dracontii poetæ de Fabrica mundi et ad carmina simul D. Eugenii episcopi Toletani diffuse præfati sumus, non ex conjecturis, sed fide plane certissima, constat ante septingentos et eo amplius annos fuisse descriptum, semper TOTIENS et QUOTIENS . . . leguntur.* Descriptus ergo fuerat codex sæculo ix aut ante. Hoc codice, simul cum Dracontio et Eugenio, continebantur carmina Corippi mutila, multisque in locis corrupta, quæ ut suo nitore restituerentur, post Azagram multi viri critici operam contulerunt suam: nullus enim alius adhuc repertus est codex carminum Corippi, nisi quod idem Azagra pag. 89 notat, plures variantes lectiones, ad marginem lib. iii versus finem appõsitæ, ex antiquissimo volumine Ovetensis Ecclesiæ esse collectas, ubi duæ orationes legati regis Avarum et Justini imperatoris ex Corippo desumptæ cum aliis variis operibus legebantur: quibus adde 18 versus orationis Avarum, qui inter Sidonii aliorumque carmina pro Sidonianis editi sunt ab Eliâ Vineto anno 1552 ex codice Santonensi. Quo majores Azagræ habendæ sunt gratiæ, qui eum scriptorem a tenebris vindicavit: nec decuit certe Petrum Franciscum Fogginium, qui cum notis Azagræ, aliorum ac suis, bis edidit Corippum, acrem hanc, nec veram, de Azagra ferre censuram in not. ad carmen panegyri in laudem Athanasii: *Parcant mihi ejus manes: satis hinc patet quanti valeret in legendis et corrigendis mss. Magno sane ingenii acumine opus non erat, ut legeret TROPICIS [in trepiciis], suppleret VERSIBUS.* At Azagra mendum agnovit in *trepicis*, sed non tentavit corrigere verbum, quod nec Corippi est. Nec Fogginii conjecturam omnibus placituram puto;

quod si vacaret, ostenderem, **35** Fogginium sæpius A iudicio et ingenio editori primo Corippi cedere, ut cum lib. iv, vers. 266, *Imperium, Christoque vovens sua vota dicarat*, restituit volens tum metri causa, ut ait, tum quia poeta exprimere intendebat, imperatorem consulto voluisse Sophiæ nomine Christum intelligi. Sed ut secunda ratio invalida est, ita aperte falsa est prima. Confer verba Barthii num. seq.

42. Laudatus quoque est codex Azagræ a doctissimo viro Joanne Baptista Perez, cujus sunt notæ ad lib. S. Isidori et S. Ildefonsi de Vir. illustrib., qui episcopus Segobricensis obiit ann. 1597. In not. ad cap. 14 S. Ildefonsi ita ait Perezius: *Hanc Eugenii emendationem vidi in illo vetusto codice Ruizii Azagrii, cujus supra mentionem feci*. Intelligit notam ad caput 7 Isidori de Vir. illustr. de Verecundo: *Vidi B porro hujus Verecundi ipsum libellum de Pœnitentia hexametris scriptum, cujus hoc est initium: Quis mihi mœsta dabit lacrymosis imbribus ora? Is liber, Gothicis litteris descriptus, fuit olim Ecclesie Ovetensis, postea apud Michaellem Ruizium Azagrium amicume meum*. Meminit etiam in nota ad caput 47 libri S. Isidori de Vir. illustr., quo refertur prænotatio librorum S. Isidori a Braulione Cæsaraugustano episcopo scripta. Ibi Perezius ad vocem DESTINA ait: *Utitur ea voce Corippus, poeta Afer, libro de Laudibus Justinii Junioris nuper edito a doctissimo Ruizio Azagræ ad Corippum, Ut alibi ad opus Dracontii...: præfati sumus, non esse ita intelligenda, ut Dracontium typis vulgaverit, sed solum editionem paratam habuerit*. Barthius lib. lv Advers., cap. 14, hanc editionem videre summopere expetebat: *Illud monere etiam doctos volumus... etiam ante Jacobum Sirmondum, quem tam hujus quam plurium aliorum auctorum restitutionis gratia merito semper laudamus, Dracontium hunc ab Eugenio contractum et interpolatum, edidisse in Hispania Michaellem Ruisium Assagrium, cujus beneficio Corippum habemus; nos vero magnopere quæsitam eam editionem indipisci nulla diligentia valuisse; rogare autem, si qui sit qui usum ejus nobis facere possit, magno nos officio demeritarum*. Adeo Barthius Azagræ operam et studium non contemnebat: qui lib. xxi, cap. 2, disertius de ejus notis in Corippum ait: *Assagrio 36 non possumus non dare testimonium boni iudicii, quod certe e singulis paginis apparet. Utinam Dracontius quoque ejus, et Eugenius, qui Dracontii epitomen fecit, in manus nostras venissent*. Quid ad hæc reponeret Fogginius?

43. Sed quam putabat Barthius, nulla typis ab Azagra facta fuerat Dracontii et Eugenii editio. Barthius enim, verbis Azagræ quæ nuper retuli deceptus, id affirmavit quod alii postea auctoritate Barthii confirmarunt: eaque opinio late pervagata est, quam Fabricius Bibl. vet. Lat. adoptavit, sed in Bibl. medii ævi cautius locutus ait, interpolatum Dracontium ab Eugenio Toletano edere instituisse Michaellem Ruiz de Azagra, sed hanc editionem nec Barthium nec Nic. Antonium vidisse. Nic. Antonius in

A Biblioth. vet. bis nec perfunctorie de Dracontio locus est et ut in opere posthumo, neque ad limam revocato, interdum eadem verba, easdem repetitiones, nonnunquam sibi ipsi contrarius est. Sirmondus, inquit lib. iii, cap. 3, *collectis versibus Eugenii Dracontium cum iis edidit, Dracontii nempe utrumque librum, cum secundum, seu posteriorem primum Michael Azagra publicaverit, ut ipse in notulis ad Corippum ait*. Idem Nic. Antonius lib. v, cap. 5, verius scripsit: *Michael Ruiz Azagra ex codice Gothico ante septingentos annos, ut ipse credebat, scripto carmina Eugenii et Dracontii edere parabat*. Quæ carmina ita editioni parata cum epistola Azagræ ad decanum et capitulum Tolletanæ Ecclesiæ cal. Aprilis 1577 data vidit ipse Nic. Antonius in mss. bibliothecæ Vill-Umbrosanæ, tom. VII Miscellaneorum. Joseph Rodriguez de Castro, qui Hispanice scriptores Hispanos recensere cœpit, sed morte interceptus opus non absolvit, fortasse primum locum Nicolai Antonii, non secundum legit, cum scripsit, Hexameron Dracontii ab Eugenio correctum exstare tom. IX Bibliothecæ Patrum Lugduni 1677 ex codice Petri Ruiz de Azagra, qui in notis ad Corippum se primum Dracontium edidisse affirmat: quæ editio, addit, antiquior censeretur debet editionibus Weitzii et Sirmondi eodem anno 1619 factis.

44. Prætereo nunc editiones Sirmondi et Weitzii non eodem anno fuisse factas, ut mox constabit. In Bibliotheca Patrum Lugdunensi anni 1677, tom. IX, aperte expressum est Dracontii **37** carmina e Sirmondiana editione depromi. Et cum Rodriguezius solum verba Azagræ in notis ad Corippum alleget, quæ de editione parata, non ad exitum perducta intelliguntur, ejus testimonium nihil nos movere debet. Quod autem Michaellem nostrum vocat Petrum, non proprius ejus error est, sed communis cum aliis. In Indice librorum expurgandorum per Joannem M. Brassichellensem anno 1607, pag. 269, quædam de Dracontio exponuntur, ut in Bibliotheca Patrum adjungantur; ubi de emendatione a S. Eugenio facta hæc leguntur: *Quam emendationem vidisse se in pervetusto ms. codice Petri Ruizii Azagræ scholiastes S. Ildefonsi affirmat*. Sermo est de Perezio, qui libro S. Ildefonsi de Script. eccles. notas adjecit. Verum Perezius ad cap. 14 S. Ildefonsi nomen Ruizii Azagræ tacuit, ad caput 7 Isidori de Vir. illustr. clare nominat Michaellem. Auctor illius notæ ad Dracontium in Bibliotheca Patrum addendæ fuit eruditissimus Thomas Malvenda, ut ex his colligi potest quæ de eo Indice dixi in prolegom. ad Prudentium, pag. 459. Verba illa Indicis in Bibliotheca Patrum Colonie Agrippinæ 1618, tom. VI, et Lugduni 1677, ascripta sunt; ex quo Petri nomen Michaeli nostro affictum apud alios scriptores legitur, ut apud Rivinum in editione Dracontii, apud Leyserum in Histor. poet. med. ævi. Nomen etiam Joannis a Nic. Antonio in Bibl. nov. eidem Michaeli datum fuerat; sed in emendatis agnovit Michaellem esse appellandum, cum bis eundem hominem recensisset, primum Joannis no-

mine ab Hieronymo Romano de la Higuera deceptus, A deinde Michaelis vero vocabulo. In recentissima editione Matritensi Bibliothecæ Azagra sub solo Michaelis nomine laudatur; sed in Indice utrumque nomen quasi duorum scriptorum mansit. In Censura Historiarum fabulos., quam hoc sæculo publicavit Mayansius, errorem quo Joannes Ruizius Azagra vocatus est, Nic. Antonius non deleverat, sed illum in Vita Nic. Antonii Censuræ præmissa animadvertit Mayansius. Aliud nomen cognomenque Azagræ reperio in notis Grialis ad cap. 2 lib. XII Etym. S. Isidori, ubi de codice Azagreus ait: *Hunc librum Gothicis characteribus scriptum bibliotheca Martini Roderici Azagræ nunc servat.* Quibus in verbis Rivinus ad Dracontium 38 eundem agnoscit Azagram, quem alii Petrum Ruizium, alii Michaellem Ruizium appellarunt. B Sed fortasse Grialius hominem alium innuit, ad quem bibliotheca Michaelis Ruizii Azagræ, hæreditatis jure aut alia ratione, pervenisset.

45. At vero sive Grialius Michaellem intelligat, sive alium a Michaelle diversum, in re ipsa videtur falli. Ipse enim opera S. Isidori edebat anno 1599, et ante id tempus codicem Azagreus in bibliotheca ecclesiæ Toletanæ asservatum fuisse testatur cl. Bayerius, qui in notis ad cap. 3 lib. III Biblioth. vet. Nic. Antonii codicem Azagreus exstare ait in bibliotheca Toletana Pluteo 15, num. 15, *beneficio cl. viri Joannis Baptistæ Perezii... episcopi Segobricensis.* Cum ergo Perezius obierit anno 1597, aut bibliotheca Toletana non beneficio ejus librum possidet, aut anno 1599 bibliotheca Azagræ eum non servabat. C Nunc certe exstat hic codex in bibliotheca Toletana, atque ita describitur in editione Matritensi Patrum Toletanorum post præfationem primi tomii: *Codex Gothicus dictus de Azagra, continens præter alia aliorum opuscula, non solum epigrammata antea edita S. Eugenii III, una cum emendatione Dracontii et epistola ad regem Ervigium, sed etiam alia quamplurima carmina ejusdem, quæ a nobis nunc primum emittuntur in lucem. Antiquissimus est codex, quantum ex scripturæ characteribus colligitur, sæculo X haud posteriori. Asservatur in bibliotheca Toletana Pluteo 31, num. 18.* Facile mihi persuaserim, hunc codicem ante Maurorum in Hispaniam irruptionem fuisse descriptum, qui e communi illa Hispaniæ calamitate cum paucis aliis ereptus fuerit, et in Ecclesia Ovetensi conservatus. Sed cum codicem non viderim, nihil certi audeo definire, præsertim dissentiente Bayerio, qui ad sæculum XI ætatem illius differt, nisi error est in numeris. Sane pretiosissimus est non solum ob antiquitatem, sed etiam quia in eo solo quædam adhuc latent quæ lucem publicam merentur, ut libellus Verecundi de Pœnitentia, de quo num. 42. Carmina etiam Corippi diligentius cum hoc unico codice essent conferenda: nam Azagra nonnunquam hanc licentiam sibi arrogavit, ut versus corruptos ex ingenio suo restitueret, quin verba codicis aliis videnda ostenderet. Illud 39 tamen notandum est, ait Barthius cap. 1 lib. VIII Advers., *Michaellem illum Assagrium impudentiuscule*

fecisse, quod suam nobis septem integrorum versuum correctionem obtrusit, veteri lectione codicis, quem unum solumque exstare hactenus non ignorabat, dissimulata, cum se eos corruptissimos invenisse fateatur. Adisis num. 43.

46. Jam vero quo codice in sua editione usus fuerit Sirmondus, dubitari posset, ac revera in eo assignando nonnulli inter sese dissentiunt, ut dixi num. 14. Sed omnem dubitationem plane tollit editor catalogi librorum mss. bibliothecæ regiæ Parisiensis, qui codicem 2832 membranaceum, olim Bigotianum, sæculo IX circiter exaratum, ita recenset: 1° *Eugenii Toletani poemata 31, eadem quæ a Sirmondo edita fuerunt*; 2° *Dracontii presbyteri carmen de Fabrica mundi, sive Hexameron: præmittitur Eugenii ad Chindasuinthum regem epistola, qua nonnulla in eo Dracontii opere suppressa, nonnulla aucta a se et perpolitata testatur*; 3° *ejusdem ad Theodosium Junioem Augustum carmen elegiacum, cujus hic est titulus: Satisfactio, qua a Deo omnipotenti veniam petit, ne præcedenti carmine aliquid incautus errasset; dein Theodosio Juniori Augusto precem desert, cur de triumphis illius in eodem opere tacuisset*; 4° *Eugenii Toletani monosticha recapitulationis septimi diei*; 5° *S. Cypriani versus ad quemdam senatorem, etc.* In codice Dracontium vocari presbyterum non credo, sed id explicationis gratia ex præjudicata opinione ab editore additum existimo. Ex codice ipso videtur deprompta inscriptio elegiæ Dracontii, *Satisfactio, etc.*, de qua vide num. 36, et dicenda num. 92 seq. Non omittendum in hoc codice inter alia opera loco 22 reponi *Eugenii episcopi hymnum de S. Dionysio.* Sirmondus hunc hymnum aut non vidit, aut ad S. Eugenium Toletanum non pertinere judicavit. Alii scriptores Galli acerrime pro hoc hymno pugnant, quem Eugenio Toletano adjudicandum contendunt. De qua controversia videri possunt Menardus in dissert. de unico Dionysio, Natalis Alexander dissert. 16 sæculi I, et, qui his resistit, Franciscus Pagius dissert. de S. Dionysio Paris. episcopo. Mihi exploratum est, versus, qui certo sunt Eugenii Toletani, 40 plane dissimiles esse iambicis dimetris hujus hymni, qui omnino abnormes sunt et exleges. Præcipue autem in iambicis et trochaicis peritia et elegantia Eugenii commendatur.

D 47. In eodem catalogo bibliothecæ regiæ Parisiensis codex 8093 membranaceus, partim sæculo IX, partim X, partim XIV, scriptus, qui olim Colbertinus fuit, inter alia continet 3° loco *Eugenii Toletani carmina*; 6° loco *Dracontii Toletani Hexameron liber primus versibus heroicis*; accedit *Eugenii III Toletani antistitis supplementum ad Hexameron Dracontii*; 7° loco *Martini Dumiensis carmina.* Deest in hoc codice Elegia Dracontii, quæ ad Hexameron quidem minime pertinet. Supplementum Eugenii, etsi non est necessarium, tamen minus alieno loco ponitur. Nam post Elegiam, in qua nihil de fabrica mundi disseritur, quis locus esse potest supplemento septimi diei? Vide num. 22. Sirmondus, qui simul cum Eugenio et

Dracontio carmina Martini Dumiensis edidit, hoc eodem codice usus videtur.

48. Codex alius in eodem catalogo refertur num. 8521, partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus, sæculo xv exaratus, in quo 6^o loco ponitur *Dracontii Toletani carmen de Opere sex dierum*. Fortasse apographum est ex codice S. Victoris Parisiensis, aut illi simile: nam inscriptio *de Opere sex dierum* eadem est utrobique, et cum mentio Eugenii non occurrat, credendum est emendatum hoc exemplar ab Eugenio non fuisse. Vide num. 29.

49. Ex Philippo Labbeo Nov. Bibliot. mss., sive Specim. antiq. lect. in Coronide poetica, ubi plura veterum carmina suo tempore nondum edita commemorat, pag. 58 hæc profero: *Dracontii nonnulla carmina, nisi forte mentitur inscriptio, iis superaddemus quæ pridem emisit in publicum cum nonnullis aliis Eugenii Toletani Jacobus Sirmondus*. Codex, ut arbitror, apud ipsum Labbeum exstabat: nam alibi bibliothecam solet indicare, ubi codices asservantur. Cum autem in codice carmina Dracontio tribuantur, nisi idonea aliqua adsit dubitandi ratio, auctor Dracontius censeri debet. Ex stylo id conjici posset; sed ubinam gentium eum codicem nunc latere existinem? si tamen latet, et non potius infortunio aliquo assumptus periit.

50. Eidem eruditissimo Labbeo loc. cit., pag. 59, hanc Dracontii memoriam debeo: *Gisleberti Aureæ Vallis abbatis ordinis Cisterciensis versus in sanctissimam eucharistiam addi poterant ex Petaviano indice cum centonibus de poenitentia ex Dracontio, oratione ad Christum versibus Adonicis, de missæ significationibus elegiaco carmine, præceptis moralibus heroico, et pluribus aliis*. Scriptum erat *Diacontio*, sed legendum *Dracontio* constat ex indice, qui verbo DRACONTIUS eum locum demonstrat. Multa sunt in Dracontii poemate de Deo, potissimum vero in elegia ad regem Guntharium, ex quibus centones de poenitentia confici possint: ut carmen S. Columbani, de quo confer num. 8, ex Dracontii aliorumque versibus magna ex parte coalescit. Centones in rebus sacris ex poetis profanis a Falconia Proba Sedulioque collecti exstant. In argumento profano poemata Hippodamia et Alcesta tom. IV Collect. Pisaur. sine auctorum nomine, centones sunt ex Virgilio, ut mihi quidem legenti videbatur. Poetarum sacrorum præter Dracontium nemo alius nunc occurrit ex cujus versibus centones fuerint confecti. Index Petavianus, a Labbeo laudatus, est catalogus bibliothecæ Alexandri Petavii, quæ ad reginam Sueciæ Christinam devenit, inde ad bibliothecam Vaticanam. Montfauconius, pag. 64 Biblioth. biblioth. mss.; ex ea bibliotheca Alexandri Petavii refert inter mss. bibliothecæ Vaticanæ *Gisleberti Aureæ Vallis abbatis carmen de Eucharistia*. Sed id nunc non reperitur in bibliotheca Vaticana, uti plures alii Petaviani codices desiderantur.

51. Codices alios Dracontii, quamvis in multis catalogis codicum mss. diligenter quæritos, invenire non potui. De notis mss. in Dracontium pauca super-

sunt dicenda. Nam de Azagræ brevibus notis plura dixi num. 41 seq. Nic. Antonius, lib. v Bibl. vet., cap. 5, putat editionem Sirmondianam Dracontii correctiorem esse quam fuisset illa ab Azagra promissa et parata, neque magni interesse quod Eugenii et Dracontii carmina post editionem Sirmondi ex mss. Azagræ publicentur. Dissentit Florezius tom. V Hisp. sacr., tract. 5, cap. 3, quia, ut putat, Hexameron Dracontii, prout ab Eugenio fuit emendatum, in mss. Azagræ exstat, non in editione Sirmondiana. Hæc ratio falsa est, 42 ut probavi num. 42. Alioquin etiam post Sirmondi editionem e re litteraria publica esset, ut adnotationes et conjecturæ Azagræ in publicam lucem prodirent, quas Barthius maxime videre cupiebat. Nam Sirmondus nuda carmina typis vulgavit, quin ullam notationem subjiceret; neque enim audiendus est Rodriguezius de Castro, qui in Bibl. Hisp. Sirmondo novas et eruditas notas in Dracontium ab aliquo deceptus affingit. Omitto codicem Azagresem aliquantum auctiorem esse codice Sirmondiano: certe auctior ex illo codice prodit Elegia Dracontii in editione Matritensi Toletanorum Patrum, additusque est liber carminum Eugenii non antea editorum. Ipsum Nicol. Antonium in opera Eugenii et Dracontii brevissimas notas seu lectiones variantes scripsisse auctor mihi est Mayansius, qui eas mss. penes se habebat, atque edere aliquando cogitabat, ut affirmat in Vita Nic. Antonii præmissa ad Censuram Histor. labulos.; sed fortasse hæc sunt breves illæ notæ et lectiones variantes quas Azagra mss. reliquit, et se vidisse testatur Nic. Antonius, qui in hujusmodi veterum monumentis conquirendis, sibi que comparandis curiosissimus erat et diligentissimus. Mihi ignotum omnino est an Mayansius eas breves notas typis commiserit.

52. Andream Marcum Burriel editionem Sirmondi cum Azagresem codice contulisse, lectionisque discrepantiam adnotasse ex Bayerio didici. Et quamvis Burrielus communi omnium plausu celebretur, non ingratum erit tamen ejus laudes ab eruditissimo Bayerio audire in not. ad Biblioth. vet. Nic. Antonii lib. iii, cap. 3: *Dracontium Sirmondi cum Toletano Michaelis Ruizii Azagræ sæculi xi codice contulit, et variantes lectiones adnotavit Andreas Marcus Burriel Soc. Jesu presbyter, magno rei litterariæ damno ante annos aliquot præmatura morte abreptus: quas cum plurimis ejusdem stupendi plane laboris atque industriæ felibus, in regiam bibliothecam Matritensem postea delatas autographasque ad manum habeo*. De codicis ætate confer dicta num. 45. De Burrieli quidem diligentia omnia mihi polliceri debeo; sed si solum varietatem scripturæ inter codicem Azagresem et editionem Sirmondianam animadvertit, et peculiare suas conjecturas non adjecit, ejus lectiones variantes minus nunc sunt necessariae, 43 cum in editione Matritensi Dracontius prodierit cum Azagresem codice, et Sirmondiana editione diligentissime collatus. Animadverto præterea diversum a Dracontio esse Ceponium, cujus Hexameron ms. asservabat

Barthius, illud publicaturus lib. cix Advers., si vixisset. Hunc Ceponium monachum vocat Barthius, sed Nic. Antonius lib. iii Bibl. vet., tom. I, cap. 4, putat fuisse episcopum Hispanum sæculi v, ad quem et ad Idacium exstat episcopi Turibii epistola. Barthius ad lib. ii, Silv. 4 Statii, vers. 24: Vide, inquit, Ceponium in Hexaemero, quem nos auctorem Vitæ asserimus suo loco, hactenus nemini nec fando perceptum. Bayerius in notis ad Biblioth. vet. Nic. Antonii ad hæc Barthii verba reponit: At quis sit Vitæ auctor, aut quid sibi velit adjunctum VITÆ, plene non capio. Scilicet quod prima littera in vitæ apud Barthium majuscula sit, doctissimus vir in has ambages conjectus est. Barthius hoc tantum vult, quod Ceponium asserturus, sive restitutus vitæ erat, cum in tenebris jaceret. De Ceponio consule Fabricium Bibl. B med. et inf. Lat.

CAPUT VI.

Editiones Dracontii.

53. Prima editio Dracontii anno 1560, sic inscripta est: Cl. Marii Victoris ΑΑΗΘΕΙΑΣ, seu Commentationum in Genesin lib. iii; Epigrammata varia vetustius auctoris, inter quæ sunt et aliquot psalmi versibus redditi. Hilarii Pictaviensis episc. Genesis. Cypriani Genesis, et Sodoma. Dracontii de opere sex dierum. Omnia versibus nunc primum e vetustis codicibus expressa. Parisiis M. D. LX. Apud Guil. Morelium. In-8. De codice ex quo extractum est opus Dracontii, vide num. 29 et 38. In fine sunt quædam breves notæ ad Victorem, qui in initio et fine lib. C in Victorius appellatur. Genesis quæ Cypriani dicitur, est fragmentum poematis in Genesin quod ab aliis Tertulliano adjudicatur, ab aliis Juvenco; ego post sæculum v natum puto, invitis musis et Apollone: de quo pura dixi 44 in prolegom. ad Prudentium pag. 196, et quædam addam cum Juvencum recognoscam, et publicæ luci committam.

54. Secunda editio anno 1564. Hæc est collectio poetarum Christianorum a Georg. Fabricio procurata Basileæ hoc anno in-4 majoris formæ: ex quæ alii decepti in-fol. dicunt. Verum de hac editione disserui in proleg. ad Prudentium pag. 88 et seq. Quod attinet ad Dracontium, Fabricius in eo edendo exemplar a Morelio publicatum secutus est, tribus quatuorve emendatis erroribus, ut jam exposui num. 30. D Joannes Albertus Fabricius in Biblioth. vet. Lat. cap. 4, lib. ii, ait in hac collectione G. Fabricii solum librum primum Dracontii exstare, eumque in fine mutilum. Sed advertendum mutilum quidem esse librum hunc Dracontii in editione Moreliana et Fabriciana, sed non in fine: nam 58 versus qui desiderantur pertinent ad narrationem peccati primi parentis, post versum, Nec circumscriptor. In suis commentariis, qui posterior est tomus priori rarior, rationem carminum Dracontii habet Fabricius. Titulus hujus secundæ partis est: In poetarum veterum ecclesiasticorum Christiana opera, et operum reliquias, atque fragmenta Georgii Fabricii Chemnicensis com-

mentarius: in quo non solum res et verba obscuriora explicantur, sed et historica quædam non vulgaria, ipsorumque auctorum vitæ, et ad carminum genera quædam spectantia singulari studio elaborata inseruntur. Basileæ per Joannem Oporinum. Hoc Fabricii opus ordine alphabetico concinnatum est, utile certe futurum, si post novam uberiores poetarum Christianorum collectionem auctius correctiusque edatur, notatis præsertim iis quæ censura perstricta sunt in indice expurgatorio Philippi II, jussu et auctoritate juxta sacri concilii Tridentini decretum Antuerpiæ 1571 promulgato.

55. Tertia editio anno 1589, tomo VIII secundæ editionis Bibliothecæ Patrum Parisiis per Margarinum de la Bigne; quæ cum aliis operibus ejusdem Bibliothecæ in indice expurgatorio anni 1607, per Joann. M. Brasichellensem recognita est; nihil vero a censoribus in Dracontii poemate de opere sex dierum notatur quod aut censura dignum, aut caute legendum dicatur, 45 ut in plurimis aliorum operibus factum fuit. Solum deleri jussum D, aut divi in his verbis D. Dracontii Hexaemeron. Quod in editione anni 1644 Parisiis præstitum non fuit, in qua tom. VIII, hæc ipsa verba adhuc leguntur initio in catalogo scriptorum. Thomas Itigius in lib. de Biblioth. in Bibliotheca Patrum et doctorum, Lipsiæ 1602, cura M. Joachimi Zehneri, inter alios scriptores veteres ecclesiasticos editos refert Dracontium; sed in ea Bibliotheca non integra Patrum opera, sed fragmenta quædam videntur inserta.

56. Quarta editio anno 1610, scilicet: Dracontii Toletani Hispani Hexaemeron, seu de Opere sex dierum et creatione mundi liber singularis cum M. Joannis Weitzii indice glossario, et notis quæ justis commentarii vicem esse possunt, collatis inter se veterum scriptorum maxime SS. Patrum de conditione rerum universalium sententiis. Francofurti typis Wolffgangi, sumptibus vero Petri Kopffii anno M. DC. X. In-8. Fabricius in Bibl. vet. Lat., lib. iv, cap. 2, annum editionis Weitzianæ assignat 1619, a quo fortasse deceptus est Rodriguezus de Castro, qui in Bibl. Hisp. eodem anno 1619, editionem Sirmondianam et Weitzianam factas affirmat. Cæterum Fabricius in Bibl. medii ævi annum 1610, editioni Weitzianæ recte ascribit. Præmittit Weitzius epistolam Goldasti de Dracontio, quam nonnullis in locis laudavi. Rara est hæc editio Romæ, unumque solum exemplar in Bibliotheca Angelica servari scio. Index glossarius et notæ utiles sunt; post notas nonnullæ sunt correctiones versuum ex Weitzii aliorumque ingenio excogitatae, quarum nonnullus mihi erit usus.

57. Quinta editio anno 1616 in Choro poetarum part. 2, in-4, Lugduni, studio Alexandri Fichetti, quod manu in quodam exemplari scriptum vidi: nam editoris nomen typis expressum non est.

58. Sexta editio anno 1618 in Bibliotheca Patrum Coloniae Agrippinæ tom. IV, pag. 500.

59. Septima editio anno 1619, Sirmondi opera, hoc titulo: Beati Eugenii episcopi Toletani opuscula.

Quibus inserti sunt Dracontii libelli duo ab Eugenio eodem olim recogniti. Adjecta 46 itidem aliorum aliquot veterum scriptorum varia. Parisiis ex officina Nivelliana apud Sebastianum Cramoisy M. DC. XIX. In-8. Jacobus Sirmondus opuscula hæc Henrico Borbonio, regis filio, episcopo Metensi, dedicat. Præter Eugenium et Dracontium sunt Martini episcopi Dumensis quædam, Columbani abbatis epistola parænetica ad Hunaldum, Severini episcopi Doctrina, Tironis Prosperi Aquitani Confessio. Michaël a S. Josepho in Bibliograph. editionem Sirmondianam ad annum 1617 refert: qui fortasse error est typographicus, nisi hunc annum ille ex Dictionario Moreri, ubi pariter indicatur, exscripserit. De hac editione vide num. 46 et seq. Ante Sirmondum editionem Morelianam omnes secuti sunt, paucis emendatis. Sirmondus ex mss. Hexaameron auctius et correctius edidit, et Elegiam Dracontii primus publicavit; quem mirifice ob hujusmodi veterum scriptorum editiones celebrat Barthius, cujus hæc sunt lib. XXIX Advers., cap. 2: *Plurimos inferioris ævi scriptores luci vitæque dedit hoc sæculo Jacobus Sirmondus, judicii eximii, lectionis certæ homo, nec nisi bene de antiquitate meritis accensendus. Et prolixè lib. LI, cap. 4: Quanta in patientia hæc, et liberalissima studia merita exstant Jacobi Sirmondi, prædicavi hactenus non semel, non potero autem satis extollere, aut æquare verbis, si sæpissime post etiam prædicavero. Tot ille bonis proximos scriptores e tenebris eruit, tot sagaci ingenio, judicio exquisito, certa lectione, industria fideli, monumenta tenebris erepta meritis laudi posteriorum restituit, ut cum nomen ejus hominis præferentes ego, quos quotannis bis accipimus, catalogos videam librarios, non possim non exsultare gaudio, et novam animo meo lætitiâ de adhuc incogniti alicujus scriptoris lectione polliceri. Non turbent nos in laude et commendatione hujus viri ingenia malivola, quæ pueritiâ aliquando nostram, cum ad præconia debuissem, detorquere voluerunt ad insectationes hominum, doctorum licet, non tamen id in religionis nostræ circumstantiis sentientium, quod ipsis videbatur defendendum; non deerimus nos mori candoris nostro, et virtutem clarissimam summis plausibus prosequamur, sic fiet, ut ad nos etiam de bonitate nostra fructus non contemnendus redeat, incitatis 47 nimirum illis præclaris viris ad persistendum in instituto suo, quod non frustrari meritis videant præconiis. Hæc, quamvis longiora, vel in Sirmondi gratiam, vel in nonnullam nostri laboris commendationem libens attuli.*

60. Octava editio anno 1624, in appendice Bibliothecæ Patrum per Margarinum de la Bigne, Parisiis, pag. 837, quæ quamvis post Sirmondum facta, adhuc tamen Dracontium mutilum ex editione Moreliana repræsentat. Eodem modo recusus est Dracontius in Bibliotheca Patrum Parisiis 1644, tom. VIII, et rursus ibid. 1654, tom. VIII, si tamen diversæ hæc sunt editiones, et non sola prima frons discrimen præfert. Primum exemplar vidi ego, alterum Itigius lib. de Bibliothecis.

A 61. Nona editio anno 1651 per Andream Rivinum, qui longissimam hanc inscriptionem apposuit: *Dracontii Hispani libellorum biga: quorum prior de opere sex dierum, et creatione mundi Hexaemeri titulo pridem, sed CXI versibus mutilus editus fuit, scriptus heroico metro; alter vero posterior elegiaco postfatio quasi quædam est, et præcedanei illius pariter, atque suiipsius ad Deum, et ad regem Theodosium Juniorem Augustum excusatio primum vigesimo [corrigere trigesimo] abhinc anno Parisiis prodit, nusquam aibi excusus: nunc vero utrumque, et in primis Hexaameron illud, sive de machina mundi post Eugenium Toletanum episcopum [cujus simul hic apposita est Septidui recapitulatio, ut et epigrammata reliqua, aliaque poemata subjuncta reperies], item post Georg. Fabricium, Joann. Weitzium, Jac. Sirmondum, Casp. Barthium, Sim. Toelmannum, Wolf. Seberum, etc., restitutum integre emendavit, in eoque confusa distinxit, et commodiorem, atque faciliorem ad sensum obscura rededit, notisque prioribus aliorum selectis, novis quoque auxit et illustravit Andr. Rivinus D. et PP. Lipsiæ. Æra Dionysiana MDCLI. In-8. Videtur esse error in numero versuum qui in primis editionibus deesse dicuntur: solum enim desiderantur 58 versus, cum Adami peccatum describitur, et unus versus cum formatio Evæ narratur. Scilicet in editione Moreliana sunt versus 575, in Sirmondiana 654 præter Eugenii præfationem. Leyserus in Histor. poet. mediæ ævi 48 hunc errorem castigavit, qui simul notat admitti non posse quod in eadem fronte libri dicitur, anno vicesimo ab anno 1651 primum prodidisse Dracontium, opera Sirmondi posteriori libro auctum. Verum id ipse Rivinus animadvertit, et trigesimo pro vigesimo correxit in fine libri: melius correxisset trigesimo secundo. In libello exiguo multi nec leves hujusmodi typographici errores irrepserunt, quod libris in Germania editis satis frequens est. Editores quidem causam in nundinas proximas et bibliopolas urgentes solent rejicere; sed non sine magno emptorum damno morem venditoribus gerunt: ut enim recte ait Dracontius lib. I, vers. 613,*

Damua aliena solent aliorum lucra parare.

Rivinus tamen magna ex parte eos errores in fine libri emendavit. Sed in hac ipsa serie errorum quos corrigit, plures alii novi occurrunt, ut serio inspexerim an alius esset index qui de his erroribus moneret. Conjecturas Rivini in Dracontium suis locis indicabo; quas interdum probabiles esse, sed plerumque non necessarias, facile quivis animadvertet. Leyserus, qui collectionem poetarum mediæ ævi parabat, ut refert in hist. eorum, Dracontium quarto loco ex editione Rivini recudere constituerat. Sed effectu caruit ille apparatus.

62. Decima editio anno 1677, in Bibliotheca Patrum Lugduni tom. IX, ex ea quam Sirmondus adnoverat.

63. Undecima editio 1696, inter alia Sirmondi opera in-fol. tom. II, cura Jacobi de la Baune, qui in præfatione et ad marginem Dracontii quædam adno-

tavit. Repetita est hæc editio Venetiis 1728 cum nonnullis notis ad Dracontium ex Adversariis Barthii typis Bartholomæi Gavarina; et rursus ibid. 1778, quod alicubi notatum legi.

64. Duodecima editio anno 1773, in Bibliotheca Patrum Gallandii cura et studio, Venetiis ab anno 1765 et seqq. publicata, tomo IX hoc anno 1773 excuso. Gallandius breves notationes addidit Dracontio ex Barthio, Baunio editore operum Sirmondi, et Heumanno.

65. Decima tertia editio anno 1782, inter opera Patrum Toletanorum ad codices mss. recognita, et nonnullis notis illustrata 49 opera, auctoritate, et expensis eminentissimi cardinalis Francisci de Lorenzana archiepiscopi Toletani, Hispaniarum primatis, Matriti, apud Joachimum Ibarra, in-fol. Tomo I, pag. 54, exstant Dracontii libelli ad codicem Azagresem recogniti, variantibus lectionibus margini ascriptis. Tomus II prodit ibidem anno 1785. Elegantissima est hæc editio Patrum Toletanorum, ex qua singularem editoris eminentissimi doctrinam, meritaque plane eximia in ecclesiasticas litteras facile possis agnoscere: qui nos etiam exemplo, ope, libris, quos plures ipse suos, aliorumque in publica commoda typis vulgavit, ac litteratis hominibus dono dedit, ad hæc veterum Patrum monumenta illustranda excitavit. Dracontii carmina edita simul sunt cum carminibus aliisque operibus B. Eugenii: utraque auctiora hic sunt, quam apud Sirmondum, præcipue Eugenii opera.

66. Bayerius in not. ad Bibl. vet. Nic. Antonii quædam indicat, quibus editio operum Eugenii adhuc augeri posset, inter quæ refert, recenseri in Historia bibliothecæ Cottonianæ, pag. 55, col. 2, codicem Psalterii Davidici ante mille et amplius annos exaratum, cui assutus quinternio satis antiquus cum epigraphe, *Oratio Eugenii Toletani versibus*: quæ incipit, *Rex Deus immense, quo constat machina mundi, Quod miser imploro, tu Christe perfice clemens*. Addit Bayerius hæc non abluere ab Eugenii Toletani genio. Vere judicat, nisi quod Eugenius potius dixisset, *Christe tu perfice clemens*, vel alio modo, ne ultimam in *Christe* nulla ratione produceret. Sed Bayerius observare potuit hanc ipsam orationem legi inter carmina Eugenii tam in editione hac Matritensi, quam in Sirmondiana; imo esse primum Eugenii carmen post præfationem. Hæc tamen est discrepantia, quod primus versus in his editionibus ita habet: *Rex Deus, immensi quo constat machina mundi*: secundus versus: *Quod miser Eugenius posco, tu perfice clemens*. Quod reformatum opinor ad usum ecclesiarum, in quibus ea oratio canebatur, neque oportebat Eugenium nominari, cum alius pro se oraret. Aliter reformatum est apud Browerum in fine notarum ad Venantium Fortunatum, *Quod miser imploro, per Christum perfice mitis*. Quasdam alias varietates in reliqua oratione 50 observare licet apud Browerum. In primo versu verius puto *Rex Deus immense, quo*. Epistola Dracontii, ut in mss. Vaticanis legitur, incipit, *Rex*

immense Deus: in editis nunc legitur, *Rex æterne Deus*. Illa ipsa oratio Eugenii episcopi Toletani in catalogo mss. bibliothecæ regię Parisiensis indicatur codice 528, cod. 2085, cod. 5371. In codice Vaticano Alexandrino 1360 aut 2078 exstant quædam Eugenii carmina, et inter alia *Oratio ejusdem Eugenii*, quæ in nonnullis verbis discrepat ab editione Matritensi, sed in duobus primis versibus cum ea consentit. Ven. cardinalis Thomasius in suo Hymnario eandem orationem edidit sub Eugenii Toletani nomine, cui ab Alcuino in officiis per ferias ascribi animadvertit: legit autem, *Rex Deus, immensi quo constat machina mundi, Quod miser imploro, tu Christe perfice clemens*.

CAPUT VII.

B *Dracontii duo codices mss. bibliothecæ Vaticanæ, cæteris auctiores, quorum nulla mentio apud alios.*

67. Hactenus de Dracontio quæ alii docuerunt exposui: sequitur ut codices duos Vaticanos, a nemine antea collatos, nunc describam. Primus est bibliothecæ Urbinae num. 552, membranaceus in-fol. maximo, elegantissime et multis versicoloribus litteris exaratus. Opera in eo varia continentur, quæ in pulcherrimo circulo initio libri præfixo circum undique indicata sunt. In fine ætas codicis et nomen exscriptoris adnotatur his verbis: *Federicus Veteranus Urbinas transcripsit anno salutis mccccclxxxi id. Aug.* Pulcherrime litteras formabat Veteranus: neque tamen ejus nomen video inter exscriptores codicum bibliothecæ Laurentianæ a Bandinio diligenter recensitos. Operum quæ codex complectitur non tantum ordinem referam, verum etiam notitiam aliquam exhibebo.

68. Primo loco occurrit *Anticlaudianus de beato Puero*, nullo auctoris indicato nomine in codice; sed constat esse Alanum Magnum, de quo agunt Bailletus in libro de Scriptis 51 *Anti*, et Fabricius in Bibl. med. et inf. Lat. Novem sunt libri, quos sub hoc titulo *de beato Puero* a nemine laudatos vidi. Etsi autem alii aliter putant, tamen assentior his qui affirmant carmen ab auctore *Anticlaudianus* fuisse inscriptum, quia Claudianum imitari, ejus scilicet stylum exprimere conatus est, ut vel ex primis versibus colligipotest:

D Auctoris mendico stylum, phalerasque poetæ,
Ne mea segnitie Clio dejecta senescat.

Neque enim *anti* semper *contra* in compositiones significat: sic ἀντιβασιλεύς non est contra regem, sed prorex, vel qui regis locum obtinet.

69. Anticlaudio succedit Arator. Sed cum hujus carmina cum hoc et aliis codicibus contulerim, de eo disserendi locus opportunior non deerit, ut spero. Tantum monebo quæ duorum librorum distinctionem, quæ in aliis codicibus expressa est, in hoc codice non apparere.

70. Post Aratorem exstant Æsopi apologi hoc titulo: *Æsopi Phrygiæ Fabulæ, dictæ apologi, tractatæ in linguam Latinam incipiunt*. Laurentius Zaccagnius manû sua hanc notam margini adjecit: *Versio aucto-*

ris antiqui a Phædro diversi, quæ exstat etiam in codice Vaticano num. 2868, fol. 33. Neque id sane in dubium cadere poterat: nam versus hujus operis sunt elegiaci, versus Phædri iambici liberiores. Illud potius quærendum fuisset, an auctor harum fabularum esset Avienus. Verum mihi utrasque conferenti discrimen illico patuit. Auctorem esse Christianum ex his prologi versibus colligo:

Ut messis pretium de vili surgat agello,
Verbula sicca, Deus, complue rore novo.

Neque enim poetæ ethnici ita loqui solebant. Obiter verbum unum in vers. seq. emendabo:

Verborum lenitas morum fert pondus honestum.

Pro lenitas legam levitas, ut metro consulam. Philippus Labbeus in Nov. Bibl. mss., sive Specim. antiq. lect., dum recenset poetas quorum carmina nondum edita vulgare conabatur, pag. 66 memorat Æsopi Fabulas versibus elegiacis ex codice regio 893, quarum initium erat:

52 Ut juvet, ut prosit, conatur pagina præsens,
Dulcius arrident seria picta jocis.

Ex sunt certe fabulæ quæ reperiuntur in hoc codice Vaticano: nam initium idem est utrobique. Labbeus nondum inquisierat, an fabulæ codicis regii eadem essent ac fabulæ codicis cujusdam Vigneriani inscripti *Liber Hisopi*, in quo erat fabula sat longa de lupo et opilione. In codice Vaticano postrema est fabula de lupo et pastore, sed satis longa non est. Inter Marbodi carmina col. 1169 legitur fabula de fraude a lupo opilioni facta, quæ ita quidem longa est, ut hæc ex parte eadem ipsa esse possit quam Labbeus laudat. Leyserus in Hist. poet. med. æv. ad ann. 1314, pag. 2007, profert fabulas cujusdam Adolphi contra mulieres, quæ distinctæ longeque diversæ sunt a fabulis codicis Vaticani.

71. Post fabulas in codice sunt *Epigrammata Prosperi ex S. Augustino*: quæ sæpius edita sunt, sed hæc cum editis conferri debent, et a me, si vacabit, conferentur. Præmittitur epigramma quod ab editis abest, sed a Mansio in Additionibus ad Bibl. med. et inf. ævi Fabricii productum fuit ex codice Francisci Mariæ Florentinii. Versus ultimus in Mansio mendosus est, *Si demum cæli cupiunt qui scandere regnum*. Noster codex habet, *Sidereum cæli*, etc.

72. Sequitur carmen inscriptum *Evax rex Arabum, De virtutibus lapidum*, quod incipit:

Evax rex Arabum fertur scripsisse Neroni,
Qui post Augustum regnavit in orbe secundus.

Auctor in codice non nominatur, sed est Marbodus; qui ait, se Evacis libros in compendium redegisse. Adis Fabricium in Bibl. med. et inf. Latin. et opera Hildeberti et Marbodi Parisiis 1708 edita.

73. Succedit poema de judicio extremo, cujus apud alios mentio nulla mihi occurrit. Inscriptio est *Crisias*. Libri sunt tres. Primo præmittitur titulus hic: *Incipit liber primus Crisidos de signis præcedentibus judicium*. Initium:

Huc age, Calliope, coetu comitata sororum,
Huc propera, plectrumque tene, citharamque sonantem.

A 53 Liber secundus est de *Adventu Antichristi*, quem *Antitheon* vocat poeta. Liber tertius de *Morte Antichristi, resurrectione mortuorum, et forma judicii*. In catalogis codicum mss. quædam indicantur carmina de *Judicio*; sed quæ ab hoc poemate diversa esse facile sit arguere. Montfauconius inter codices reginæ Sueciæ enumerat anonymi carmina de *signis judicii* num. 1360, simul cum Theodulfo, Avito et aliis. Vidi hunc codicem, qui nunc est Alexandrinus num. 2078. Versus illi de judicio solum sunt 25 hexametri, quorum mentio fit apud Saresberiensem de Nug. curial. lib. II, cap. 5, sed in hoc codice mutili et imperfecti sunt; primus ita habet:

Judicii signum, tellus sudore madescit.

Idem Montfauconius pag. 1156 ex bibliotheca

B Germanensi indicat Sibyllæ versus de *Die judicii* cod. 675, qui videntur esse versus de judicio codicis Vaticani nuper laudati. Nam Antonius Beaugendre congregationis S. Mauri in editione operum Hildeberti et Marbodi ante memorata col. 1650 inter carmina varia Marbodi edidit eos versus velut ineditos cum titulo, *Versus sibyllæ de Die judicii*. In primo versu recte habet *madescet*, in ultimo *Decidet e cælo ignisque et sulphureus annis*, mallem *e cælis ignis, et sulphuris annis*. Occurrunt hi versus inter opera Bedæ, tom. II, Basileæ, 1563, pag. 353, et diversis verbis in libris Sibyllinis. Veteres Christiani hujusmodi sibyllinos versus ad judicium extremum probandum proferebant: ex quo in prosam, sive sequentiam Defunctorum permanavit:

C
Dies iræ, dies illa
Solvat sæclum in favilla,
Teste David cum sibylla.

Multo magis ab hoc poemate differunt quidam versus ametri, inscripti de *Extremo Judicio*, quos affert Leyserus in Hist. poet. med. æv., pag. 2091, sive ex correctione 1191. Initium est:

Quatuor de partes mundi sunt angeli missi.

Inter carmina Tertulliani legitur etiam liber unus de judicio Domini, diversus tamen a poemate hujus codicis Vaticani. Auctor antiquus mihi videtur multis de causis, quas exponere in aliud tempus differo. Conjicere autem licet auctorem esse Verecundum 54 Africanum episcopum, quem duos módicos brevesque libellos carmine dactylico edidisse, primum de resurrectione et judicio, alterum de pœnitentia, Isidorus cap. 7 de Vir. illustrib. testatur. Liber Verecundi de pœnitentia exstat Toleti in celebri illo codice Azagræ de quo dixi num. 41, cujus si nactus fuero apographum; tutius de re tota judicium proferre potero. Non desunt qui Verecundi carmen de Judicio illud ipsum dicant esse quod Tertulliano affingitur.

74. Ignotus alius poeta sequitur in eodem codice; sed peculiariora quædam de eo commemorantur, a nobis non omittenda, ex quibus alii fortasse verum auctorem deprehendent. *Quidam Calaber de raptu Proserpinæ. Cujusdam nobilis viri militis et poetæ clarissimi liber incipit ad Vespasianum Surrentinum ejus*

socium et amicum. Post hanc inscriptionem incipit **A** Contingere etiam potuit ut carmen Dracontii, ex Hispania in Africam delatum, inter Augustini **56** schedas repertum alicui causam inscribendi nominis Augustini præbuerit. Ob similes casus plura opera Patribus, quorum vere non erant, attributa sæpe sunt.

O custos animi Pylades nunc alter Oresti
Cognate sæpe mihi Vespasiane vale.

Scribitur *Pylades et Horesti*. Post elegiam, quæ vices prologi gerit, incipit carmen :

Ille ego, qui tenui modulatus carmina culmo,
Eurydices cecini quondam grave vulnus, et iram,
Infernosque lacus relinquens in jure cothurno
Punica bella simul, et nutua vulnera gentis
Ausoniae, Pœnique ducis cum dira paravit
Pessima Tesiphone bellorum semina : sed nunc
Immensos a stus Cereris, longosque labores...

Ita porro pergit argumentum proponens. In fine epitaphium hoc legitur :

Sicula me genuit tellus, nutritiv amica
Terra suis Calabris, Roma cadaver habet.
Exsulat a patria corpus, non exsulet, ora,
Lector, ab auctore spiritus ipse suo.
Spiritus in varias auræ dum prosilit umbras,
Tristitias liquit, hospita terra, tuas.
Sed repetit, lector, quod terris abdedit arcto
Tempore, quo tutum me fore, quæso, roga.

55 Ita hos versiculos scripsi, quædam verba corrigens : nam scriptum erat vers. 3 *non exsulat ora*, vers. 4 *ab actore*, quod tamen retineri posset, vers. 5, *Spiritus in auras varias dum presuit umbras*, et vers. 7, *arcto pro arcto*.

75. Anonymo isti poetæ sive Siculo, sive Calabro succedit in codice *Bonini Mombritii ad sanctissimum dominum Syxtum quartum summum pontificem de Dominica passionis liber primus*. Elegia ad pontificem prologi loco est : sequitur carmen heroicum, constans sex libris, de quo, uti de auctore ipso videri potest Sassius *Histor. typogr. Mediolan. pag. 146*. Carmen de passione dominica ad Xyxtum IV editum **C** fuit Mediolani anno 1481. Præcipuum Mombritii opus sunt Vitæ sanctorum, cujus editio, ab ipso deobus voluminibus in-fol. vulgata, splendida est, rara, magnoque nunc opere quæsita.

76. Postremum locum in hoc codice occupat Dracontius, sed sub alio nomine. Sic enim carmen ejus inscribitur fol. 260 : *Augustini de Deo. Aurelii Augustini de Deo liber incipit feliciter*. Et in fine : *Finis. A. Augustini de Deo*. Et illico adnotatur exscriptoris nomen, et dixi num. 67, neque aliud in hoc codice occurrit. Cum totum hoc carmen de Deo Dracontium auctorem certo habeat, ut mox ostendam, supervacaneum sit quærere cur nomen Augustini, non Dracontii præferat. Passim enim in mss. codicibus id evenit, ut unius opus alteri assignatur; cujus rei **D** illa sæpissime causa est, quod librarii antiqui multa opera in unum volumen compingebant et commiscebant. Hinc factum fuit ut plerumque auctor, qui primus apparebat, cætera sequentia omnia opera ab aliis crederetur confecisse, præsertim quia interdum auctoris nomen aut omissum fuerat, aut temporis injuria aliove casu deletum. Fortasse etiam Dracontio nomen fuit Aurelius, quod ab aliquo librario solum operi præfixum occasionem aliis dederit, ut Aurelium Augustinum esse existimarent. Quod enim Dracontius alia etiam nomina habuerit, ex more ejus temporis arguitur, quo viros nobiles quatuor aut quinque nominibus appellatos fuisse compertum est.

77. Multo vero magis est mirandum, Dracontii poema, sub Aurelii Augustini nomine descriptum, diligentiam editorum S. Augustini, præsertim Maurinorum ita fugisse, ut nullum de eo verbum fecerint. Oportebat enim moneri lectores, exstare quidem hujuscemodi carmen sic inscriptum, sed Augustinum auctorem non esse. Neque in ipsa Bibliotheca bibliothecarum mss. Montfauconii, aut in aliis similibus catalogis vestigium hujus poematis invenio aut Dracontio, aut Aurelio Augustino ascripti. Montfauconius in bibliotheca Vaticana reginæ Sueciæ cod. 1536 commemorat *Versus Augustini et Hieronymi*, et rursus cod. 1587, *Carmina nonnulla Augustini, Platonis, Aviti, Juvenci et Fortunati*. Verum hi pauci quidam versiculi videntur esse qui sub Augustini nomine in aliis etiam catalogis indicantur. Liber ejusdem S. Augustini de orando Deo ad Probam, Hexæmeron ejus, et excerpta ex hoc opere ad Dracontii poema nullo modo attinent. In bibliotheca San-Germanensi Montfauconius pag. 1125 codicem 125 enuntiat, ubi sunt S. Ambrosii opus *de Sacramentis*, S. Augustini quædam, *Hildeberti Cenomanensis episcopi versus de Deo*. Neque in his versibus carmen Dracontii intelligi debet : nam inter Hildeberti carmina edita multi sunt versus, qui eo titulo insigniri possent. Istiusmodi inscriptiones *de Deo* apud poetas Christianos plures invenies, ut versus Victorini Pictaviensis, sive Fabii Marii Victorini Afri, cui rectius tribuuntur, *de Jesu Christo Deo et homine*. Carmen *de Deo homine* inscriptum edidit etiam Joannes Baptista Mantuanus. Simili titulo Didaci Josephi Abadii Mexicani Cæsenæ 1780 poema prodiit *de Deo, Deoque homine Heroica* : quæ tertia est editio operis multorum laudibus celebrati.

78. Jam vero Dracontii carmen de Deo in tres partes divisum est : etsi enim trium librorum aut partium mentio non sit in codice expressa, quemadmodum in eodem Aratoris duo libri nullo modo distinguuntur, ut dixi num. 69, ea tamen distinctio et separatio partium Dracontii adhibetur, litteris etiam **57** initio cujusque libri maximis descriptis, et peculiari artificio elaboratis, ut tres libros distincte enumerare opportunum visum fuerit : cui divisioni series ipsius argumenti, et cujuslibet partis exordium favet. In primo libro post versus 116 eodem orationis filo connectitur narratio de opere sex dierum, *Prima dies nam lucis erat*, etc., quæ edita pridem est sub titulo *Hexæmeron Dracontii*, sive *de Opere sex dierum*, hoc initio : *Prima dies lux est terris*, etc. Sic deinde liber progreditur usque ad versum 755, *Quo te promittis*, etc., cui etiam adjungitur hemistichium, *Omnipotens æterne Deus*, - tanquam versus extremus primi libri. Post hoc hemistichium, intercapedine et distinctione quam dixi adhibita, in-

incipit liber secundus, *Inventor, genitor, etc.* Verum satis per se liquet hemistichium *Omnipotens æterne Deus* initium esse libri secundi, non finem libri primi: quod fortasse ab ignaro librario cum fine libri primi conjunctum est, ne versu, quem mutilum et imperfectum invenerat, librum secundum inchoaret, eoque modo initium hujus libri minus venustum atque elegans redderet. Liber secundus, comprehenso hoc hemistichio, procedit usque ad versum 808, *Agmina condemnant, etc.* Tum alia divisione interposita, liber tertius incipit, *Luminis æterni, etc.*, usque ad versum ultimum, *Additus insonti populo, etc.*, qui est 682. Ubi animadvertendum est utrumque librum secundum et tertium a Dei invocatione exordium habere.

79. Etsi autem codicis ætas recens sit, tamen ex antiquissimo volumine eum transcriptum esse, non levia sunt indicia. Hoc enim innuunt lacunæ, quæ præsertim paulo post initium occurrunt, et versus inchoati, nonnunquam a prima sola littera, quod ideo factum apparet, quia temporis vetustate aliæ litteræ jam evanuerant. Fortasse hinc etiam frequentes errores qui in codice notantur profecti sunt, quod librarius characterum formam et vim non satis assequeretur. Locum autem vacuum relinquebat, ubi versus aliquis aut verba deerant, ut ex alio codice, si alicubi compareret, possent suppleri. Quod si ea omnia vitia, quæ nunc in codice cernuntur, in antiquiore volumine exstabant, censendum est Augustini nomen, quod titulus præferebat, eruditum aliquem virum impulisse ne hoc 58 poema penitus perire permitteret. Ac fortasse nunc hoc qualicumque Dracontii opere careremus, nisi falso titulo aliquando fuisset ornatum. Ratio scribendi in hoc codice hæc fere est, *herebus, hyatus, cohercens, cathena, catheriva, temptator, totiens*. Cætera nihil aut non multum differunt a communi orthographia. Interpunctio nulla est, ac solum duo puncta aliquando apponuntur, sed temere, et ubi nihil illis opus erat, aut etiam ubi sensus ea omnino respuit.

80. Secundus Dracontii codex, quo usi sumus, multo majoris est pretii, si antiquitatem ejus diligentiamque qua exaratus est, sine mendis aut sane cum paucis consideremus; alioqui Dracontii in eo nihil est aliud, nisi Elegia, sive Satisfactio ad regem Wandalorum. Codex hic Vaticanus est bibliothecæ reginæ Sveciæ num. 508 aut 1267 membranaceus, quo varia opera continentur, ut Euclidis Elementorum libri sex, Boethii de Arithmetica 57 capita, Algebra incerto auctore, tractatus de Sphæra incerto auctore, Practica Quadrantis incerto auctore, Calendarii Elucidatio, versus Marci poetæ de S. Benedicto, qui conferendi sunt cum editis a Mabillonio Act. SS. ord. S. Benedicti tom. I.

81. Post hos versus Marci legitur Elegia Dracontii, quod ultimum est in hoc codice opus. Titulus nullus præponitur, sed locus relictus est vacuum, quo posset ascribi. Elegia in hoc codice integra est, exceptis paucis verbis quæ desiderantur: constat disti-

chis 158. Apud Sirmondum solum sunt 99, post quæ Rivinus adnotavit: *Cætera desiderantur*. In editione Matritensi ex codice Azagræ addita sunt 11 disticha. In nostro codice finita elegia, eadem antiqua manu additur: *Explicit satisfactio Dracontii ad Guthamndum regem Guandalorum, dum esset in vinculis*, quod litteris majoribus scriptum est. Alia opera hujus codicis diversam manum atque ætatem præferunt. Versus Marci de S. Benedicto, et Satisfactio Dracontii eodem characterem sunt scripta, qui peculiaris est, multumque aliis qui vulgo noti sunt dissimilis. Trombellius, in opusculo de Arte cognoscendi ætatem codicum, cap. 14, hujus characteris nonnullas litteras exhibet: cujus generis paucos codices in Italia 59 viderat, sed in bibliotheca Vallicellana Romæ plures asservari audierat, quos ex Hispania allatos Joseph Blanchinius ipsi asseruerat. Postea etiam rescivit hunc eundem esse characterem qui Italice dicitur *gothico cordellato*, et cujus adhuc usus est in quibusdam bullis pontificiis. Statuit Trombellius hunc characterem in codicibus proprium fuisse sæculi xi circiter. Eundem in bibliotheca Vallicellana nonnulla lectionaria ad usum ecclesiarum vidi hoc characterem exarata, quæ ad sæculum x aut xi videntur pertinere, et fortasse sunt illi ipsi codices quos ex Hispania huc advectos Blanchinius affirmabat. Membranæ Vaticanæ quibus Satisfactio Dracontii descripta est, mihi certe sæculo xi posteriores non videntur. Exemplar simile hujus characteris habemus in præfatione commendatissimi cardinali Francisci Lorenzana ad Breviarium Isidorianum pag. 26, ex codicibus gothicis ejus Breviarii qui in bibliotheca Toletana asservantur. Interponendi ratio valde singularis est in hoc Dracontii codice: unum punctum apponitur in fine cujuslibet hexametri, unum punctum et aliud cum virgula in fine pentametri. Illud vero magis observandum interrogationis notam quandam verbo ubi incipit interrogatio semper affigi. Hispani nunc hunc morem invetere conantur, ut interrogationis consuetam notam relinquunt quidem post ultimum interrogationis verbum, sed eandem notam inversam verbo unde incipit interrogatio, præfigant, quo legentium commodo consulant. Ex laudato codice Vaticano specimen characteris æri incisum exhibemus.

CAPUT VIII.

Dracontius carminis de Deo, et Satisfactionis auctor.

82. Cum in codice Vaticano poema de Deo Aurelio Augustino tribuatur, Dracontii vero nomen non compareat, quæret fortasse aliquis primum, cur illud S. Augustino abjudicemus, deinde cur Dracontium auctorem 60 esse certo statuamus. De Satisfactione minor est dubitandi ratio; nam codex Vaticanus differt quidem a cæteris codicibus in exponendo argumento, sed de auctore Dracontio cum eis plane consentit. Nonnullus tamen scrupulus eximendus est, quod Barthius ad Claudianum pag. 507 dubitet, ut ait Rivinus, an eam epistolam correctori potius Dracontii quam ipsi Dracontio adjudicet; quanquam

Barthius non dubitat an Dracontius hanc elegiam A scripserit, sed an versus quos ipse laudat ad vers. 87 in III consul. Honorii ex elegia, *Quod pereunt hostes*, etc., Dracontii sint, an potius Eugenii, qui Dracontii epistolam correxit. Eadem igitur opera conficiemus Dracontium, ac neminem alium, auctorem esse poematis de Deo et Satisfactionis, scilicet ex connexione partium poematis inter se, convenientia argumenti, sententiarum, phrasium, verborum carminis de Deo cum Elegia, et versuum qui nunc primum prodeunt, cum aliis jam editis, et quos Dracontii esse constat.

83. Versus *Hexaameron*, sive *de opere sex dierum* inscripti, qui saepius jam typis impressi, sub Dracontii nomine prodierunt, quin ejus sint nemo dubitat. Quod si quis nunc dubitaret, quia in codice Vaticano B poemati quod Aurelio Augustino ascribitur inserti sunt, levi negotio revinci posset auctoritate Isidori, qui non solum *Hexaameron* Dracontio attribuit, verum etiam versum ex hoc opere, auctoris Dracontii nomine laudato, profert; Eugenii etiam et Ildefonsi, quorum ille Dracontii hoc quod exstat *Hexaameron* reformavit, hic emendationem Dracontii ab Eugenio factam in hujus elogio retulit, ut supra capitibus 1, 2 et 3, fuse explicuimus. Omitto Augustinum multis in locis docuisse mundum eodem temporis momento conditum fuisse, distinctionem sex dierum allegoricam esse, cum Dracontius contrariam magisque communem sententiam de opificio mundi revera sex dierum spatio peracto teneat et exponat. Quod autem C epistolae auctor Dracontius sit, non Eugenius, colligitur ex Isidoro, qui multo ante Eugenium versum unum ex ea epistola, sine auctoris tamen nomine, excitavit, ut dixi num. 8. Etsi, ut verum fatear, non tam efficax est haec ratio quam multis videri possit: nam si 61 poeta aliquis Isidoro antiquior, sive Dracontius is fuerit, sive alius, ejusmodi versum inter alios suos fecisset, potuit is versus ab Isidoro commemorari, et deinde ab Eugenio in epistolam inseri, ut solebant veteres Christiani poetae ab aliis antiquioribus hemistichia nonnulla versusque integros mutuari, quod in Dracontio etiam observabimus. At tamen dum aliud non constat, probabilis est per se haec ratio, ne Eugenium auctorem epistolae dicamus, multoque probabilior redditur, si cum codicibus mss. conferatur, qui mirifice consentiunt in auctore epistolae designando Dracontio. Quo pertinet supplementum Eugenii de die septimo non statim post *Hexaameron*, sed post epistolam collocari, ne lib. II Dracontii (ita enim vocatur in his codicibus epistola) a libro I separaretur, interposito Eugenii supplemento.

84. Sed quid opus est conjecturis? In codice nostro Vaticano epistola scripta dicitur ad regem Vandalorum, quod ita esse verum, ex versibus ipsis postea confirmabo. Non ergo eam composuit Eugenius, qui post excisum Vandalorum imperium floruit. Alia multa sunt in epistola quae Eugenio minime convenire possunt, ut postea patebit. Itaque Dracontius certus ejus auctor habendus est. Quo posito, inspi-

cienda nunc est connexio utriusque operis. Carmen de Deo in codice Vaticano cum versibus jam editis *Hexaemeri* adeo connexum est, ut hos partem ejusdem operis esse evidentissimum sit. Enimvero si hos versus de opere sex dierum attente consideres, facile percipies eos ab uno quodam longiori poemate esse avulsos. Primus versus in editis hic est:

Prima dies lux est terris, mors una tenebris.

Quis non videat hoc non esse exordium ejus qui de opificio sex dierum scribere instituisset? Ineptum enim est, cum argumentum non sit propositum, exordiri, *Prima dies lux est terris*. Rivinus, etsi id non animadverterit, tamen mendum in hoc primo versu deprehendit. Non enim recte mentio terrae prima die fit, cum haec tertia die apparuerit aut creata fuerit, ut etiam ipse Dracontius exponit paulo post in tertia die vers. 150 lib. I:

Ipsa dies terram meruit de fluctibus actam:

62 Eruitur tellus vasto demersa profundo.

Rivinus hoc mendum ita emendare voluit:

Prima dies lux est tetrus mors una tenebris.

Sed vera lectio petitur ex conjunctione hujus versus cum his qui praecedunt in carmine de Deo vers. 115 lib. I:

Per tot facta Deus quod sexta luce creavit,
Prima dies nam lucis erat, mors una tenebris.

85. Ex fine etiam versuum de opere sex dierum simili modo colligitur poema nondum esse finitum. Ita ait Dracontius lib. I, vers. 747:

Aspice despectum, dejectum atfolle parumper;
Confusumque juva, quia poenitet esse nocentem,
Ut valeam memorare tuas hoc carmine laudes,
Quas potero.

Adhuc igitur Dracontius in laudibus Domini carmine hoc praedicandis vult immorari, quod libris duobus sequentibus egregie praestitit. Confer nunc versus 665 seq. libri III, prope finem:

Servatum reparare jube pietate sueta,
Ut merear cantare tuas per carmina laudes.

Agnoscitur idem auctor utriusque libri, sed qui in primo libro laudes Dei celebrare eodem carmine ulterius procedente constituerat, in extremo libro gratiam sibi a Deo ad alia carmina et ad aliud tempus postulabat. Ac propterea addit vers. 670 lib. III:

Sed quis opus narrare tuum sermone valebit?
Suspexisse Deum s. tis est de corde trementer,
Et lacrymis precibusque piis veneranter adire.

86. Inscriptio ipsa *Hexaameron*, sive *de Opere sex dierum*, quamvis vetus sit, et S. Isidoro antiquior, tamen minus apte tribuitur collectioni versuum qui hoc titulo vulgati sunt. Maxima enim pars eorum ultra sex dies progreditur. Ut enim concedamus Evam die sexto fuisse conditam, solum 299 versus a versu 116, *Prima dies* usque ad versum 416, *Dixerat ista Deus*, in opificio sex dierum enarrando versantur; reliqui 538 usque ad finem lib. I, peccatum primorum parentum sententiamque Dei exponunt; et quoniam argumentum auctori propositum est Dei laudes ex rebus creatis prosequi, praecipue 63 vero ejus adversus homines benignitatem extollere, multa

in rem suam congerit de miti sententia qua pietas Dei non minus quam justitia eluxit, de bonis quibus homines e paradiso ejectos frui permisit, et de resurrectione mortuorum, quam multis argumentis probat, ut magis magisque de misericordia Dei certos nos reddat: ita enim Deus hominem morte mulcavit, ut immortalitati ejus per resurrectionem corporum provideret. Imo vero etiam illis versibus quibus opus sex dierum Dracontius enarrat, id unum agit (quod Sirmondus quoque agnovit), ut Dei sapientiam et bonitatem erga homines commendet, in suo argumento semper insistens. Ita enim ad hanc narrationem aggreditur:

Quis genus humanum nescit servare volentem
Auctorem dominumque Deum, cui contulit orbem,
Per tot facta Deus quod sexta luce creavit.
Prima dies nam lucis erat.

Post narrationem vero vers. 427 ita concludit:

Tot bona facta Deus non obliviscitur unquam,
Quæ propter homines fecit, sanxitque manere.

Et prius vers. 339 de animantibus dixerat:

Terrigenis factura cibos post cuncta creandis.

S. Eugenio opus Dracontii *semum*, ut ipse loquitur, vel *semiplenum*, ut exponit Ildefonsus, videbatur, quia de die septimo tacuerat. Sed vera ejus rei ratio est quod Dracontius carmen de opere sex dierum non texebat, sed aliud amplioris argumenti de Deo, sive de Dei laudibus ex ejus operibus; adeoque opportunum non erat ut de otio diei septimi verba faceret, quod uberius num. 49 confirmavi.

87. Præterea multa alia sunt in versibus qui a me nunc primum eduntur et in aliis olim vulgatis inter sese partim simillima, partim connexa: quorum nonnulla nunc indicabo, alia in notis ad carmina animadvertam. Lib. 1, vers. 2:

Agnoscent quod templa poli, quod mœnia cœli
Auctorem confessa suum veneranter adorent.

hæc et alia quæ sequuntur, similibus verbis in Elegia pridem edita vers. 3 repetuntur:

64 Sidera, flamma, dies, quem, sol, nox, luna fatentur
Auctorem, dominum sæcula cuncta probant.

Lib. II, vers. 256:

Vipera quid præstet, cauda et cervice recisa,
Quid serpens maculosa juvet, medicina fatetur,
Aspidis, etc.

Lib. I respondent versus editi 288:

Et maculosa repit squamis per viscera serpens,
Atra venena nocens missura e flatibus oris,
Et subito sparsura graves per sibila mortes,
Atque eadem membris impertitura medelâs.

Consonat etiam Elegia vers. 65:

Aspis habet mortes, habet et medicamina serpens,
Vipera sæpe juvat, vipera sæpe nocet.

Lib. III, vers. 610 et seqq., describuntur ossa arida quæ vitæ restituta sunt, de quibus Ezechiel cap. xxxvii, ubi eadem phrases occurrunt ac in narratione primi hominis conditi lib. I, vers. 336. Pietas Dei eisdem fere verbis ac sententiis commendatur lib. I, vers. 81, 100, 429, 544, 556, 690, 726, 754; lib. II, vers. 96, 670, 684, 693 seqq., 800; lib. III, vers.

A 185, 210, 533, 658, 665; Eleg. vers. 288 seqq. Ex libro II versus 216 scilicet,

Ver, æstas, autumnus, hiems, redeuntibus annis,
fere integer repetitur in Elegia vers. 253,

Ver, æstas, autumnus, hiems, redit annus in annum;
qui versus deest quidem in hactenus editis, sed existat in codice antiquissimo Vaticano, ex quo integram elegiam proferemus in lucem, a S. Columbano etiam usurpatus.

88. Et, ut omittam plures alias sententias in libris suis a Dracontio repetitas, uti etiam locutiones quasdam ejus peculiare, ut *ignis anhelus*, *virtute*, *pietate modestus*, *placidus* pro clementi, illud imprimis observandum est, eum, ut Deum placet, ita orare lib. III, vers. 597:

B
Aspice, quæso satis, precibus ne cluseris aures
Nostris, sancte, tuas, qui das præcepta benignus;
Ira hominis cum sole cadat de corde furentis,
Et veniam nox ipsa ferat: qui præcipis ut sit,
65 Fac fieri quod et ipse jubes; miserere rogantis.

Ac paulo post vers. 646 hoc exemplum producit:

Persarum dominus timuit post regna bubulcum
Inter prata pecus, qui post regnavit in arce:
Me, rogo, jam repara sub libertate solutum.

In Elegia primum se regi Nabuchodonosor comparat vers. 31:

Persarum regem Babylonæ regna tenentem
Post decus imperii quis neget esse bovem?
Et diadematem turparunt cornua frontem:
Mugitus pecudis verba fuere duci.
Agricolam timuit post Parthica regna bubulcum,
Submittisque pavens regia colla jugo.
Erravit per prata vagus mala gramina pastus,
Et qui homo bos fuerat, de bove factus homo est.

Deinde, ut veniam a rege sibi offenso impetret, præceptum Christi proponit vers. 155:

Nonne Dei præcepta jubent ne sol cadat intrans,
Irascente alio, sed pius exstet homo?

Ex quo alia ratio oritur ad demonstrandum Dracontium totum carmen de Deo, non minus quam Elegiam composuisse, ut explicatius nunc ostendam.

CAPUT IX.

Dracontius carmen de Deo, et Satisfactionem ad regem Vandalorum composuit dum esset in vinculis.

89. Quod nemo hactenus suspicatus fuerat, Dracontium in vincula fuisse conjectum, et, dum carcere detineretur, elegiam scripsisse ut sibi regem suum propitiū redderet, id in ipsa elegia, ut ab aliis antea vulgata est, non obscure innuitur, et nunc ex utroque codice Vaticano apertissime convincitur. Hic elegiæ titulus a Sirmondi tempore ubique fertur impressus: *Hoc sequenti libello auctoris Satisfactio continetur, qua ab omnipotente Deo veniam petit ne præcedenti carmine aliquid incautus errasset. Dein Theodosio Juniori Augusto 66 precem defert cur de triumphis illius eodem opere tacuisset.* Permirum autem mihi est de hujus tituli falsitate neminem dubitationem aliquam excitasse. Atqui in ipsa epistola Sirmondiana multa sunt quæ demonstrant Dracontium de præcedenti carmine, hoc est de versibus Hexæmeri titulo editis minime sermonem habere. Alio

enim diverso modo veniam a Deo petisset Dracontius, ac fere ut petit Marius Victor in prolog. carminis in Genesin :

Ne damnes tantum, quod nunc reus audeo, munus;
Criminibusque meis connive, et parce benignus.
Quod si lege metri quidquam peccaverit ordo,
Peccarit sermo improprius, sensusque vacillans,
Hinc nullum fidei subeat mensura periculum.

At Dracontius fatetur grave aliquod crimen a se reipsa commissum fuisse; neque id crimen in eo collocat quod in aliquo carmine de triumphis sui principis tacuerit, sed quod, cum laudes hujus potuisset celebrare, ex quo præmia fuisset consecutus, alium ignotum sibi et, ut ego opinor, principis sui hostem, celebrasset.

90. Ita apud Sirmondum loquitur Dracontius :

Sic me lingua, Deus, lingua patrans reatum
Noxia culpa ligans traxit ad illicita.

Ubi in editione Matritensi ex codice Azagræ legitur, *Sic mea corda Deus*. Pergit Dracontius :

Ut qui facta ducum possem narrare tuorum,
Unde mihi possent dona venire simul.

Melius in codice Azagr., *narrare meorum*. Addit illico Dracontius :

Præmia despicerem, tacitis tot regibus almis,
Et peterem subito certa pericla miser.

Minus bene codex Azagr., *tactis pro tacitis*. Iterum Dracontius culpam suam in linguam rejicit :

Heu me! quippe mihi vulnera lingua dedit.

Paulo post adjungit, *Ipse meis parcat erratis*, scilicet Deus, et *Culpa quidem gravis est*. Et clarius infra :

Culpa mihi fuerat dominos reticere modestos,

67 Ignotumque mihi scribere, nec dominum.

In codice Azagr. *perperam molestos pro modestos*. Culpam suam subinde Dracontius pulchro exemplo exponit :

Qualis et ingratos sequitur, qui mente profana,
Cum Dominum noriunt, idola vana colunt.
Israelitarum populum sic culpa tenebat,
Quando oblita Deum plebs vitulum coluit.

Hic rogo, quo pacto ad poema sacrum de opificio sex dierum hæc trahi possunt? Cur culpa fuit in eo de principe non loqui? aut cur is irasci ob hoc silentium debuit? aut cur ille, qui Dei laudes canit, et de suo principe silet, comparatur ei qui, *cum Dominum norit, idola vana colit*? Non ergo de Dracontii poemate quod habemus, sed de alio, quo ejus rex offensus fuit, quia in laudem alicujus sui hostis erat compositum, intelligendi sunt versus seqq. :

Coram te primum me, carminis illius orsa
Quod male disposui, poenitet, en fateor.
Post te, summe Deus, regi dominoque reus sum,
Cujus ab imperio posco gemens veniam.

Quæ omnia, et plura alia quæ sequuntur, id efficiunt quod dixi, in hac epistola non illud agere Dracontium, ut a Deo veniam petat siquid carmine de opere sex dierum incautus errasset, et a Theodosio Juniore, quod eodem opere de illius triumphis tacuisset.

91. Revera cum codicem Vaticanum, ubi carmen de Deo exstat, perlustrassem, et in III hujus poematis libro legissem quibus ærumnis oppressus Dracontius hoc opus composuit, sine ulla dubitatione collegi eum veniam a rege suo petere, quem ita graviter offenderat, ut in vincula fuisset conjectus, et

A metuebat etiam ne vita privaretur. Sic enim ait Dracontius eo lib., vers. 576 seqq. :

Hei mihi! quod facinus non uno tempore gestum,
Ut mea facta luam, tempus convenit in unum.

..... Gravor undique pressus,
Vincla ligant, tormenta domant, consumit egestas.
Ludibrium generis, dolor omnibus, atque inimicis

68 Factus, et exutus magna de parte bonorum,
Crinibus intonsus, pannis squalentibus usus.
Notus et ignotus desunt, abiire parentes,
Me quibus impendi, mox dedidicere propinqui,
Vel quicumque fuit, subito discessit amicus.
Agmina servorum fugiunt, tempore clientes,
Nec dolere meam tanta sub clade ruinam.
Irascente Deo, solatia cuncta negantur.
Hoc superest ut vita cadat, nisi parcere mitis
Jusseris afflicto, quem sic fregere dolores.

Hæc et alia ibi Dracontius, et catenas præsertim memorat vers. 648 :

B Me, rogo, jam repara sub libertate solutum,
Clade catenarum ferrato pondere pressum.

Quo fortasse respicit vers. 602 seq.,

Et lacrymas intende meas, quas fundo diurne
Tristis, et extenso prostratus corpore plango;

nisi hoc loco inuenit lignum aut nervum quo reorum pedes includi solebant et crura extendi, aut, ut loquitur Prudentius in Vincentio, *divaricari*.

92. Clara hæc sunt, sed clariora quæ in alio codice Vaticano inveni, ubi elegia Dracontii legitur nondum ab Eugenio aut ab aliis interpolata. Quippe in elegia genuina ea ipsa quæ ex Sirmondo protuli, distinctius explicantur, et alia adduntur quæ rem totam aperte declarant. Sic vers. 17 ait Dracontius :

Hoc tua verba probant Moseo dicta prophetæ,
Quod duraturus cor Pharaonis eras.

Sic mea corda Deus, nostro peccante reatu
Temporis immodici, pellit ad illicita.

Ut qui facta ducum possem narrare meorum,
Nominis Asdingui bella triumphigera,
Unde mihi merces posset cum laude salutis
Munere regnantis magna venire simul,
Præmia despicerem, etc.

Deinde vers. 49 sic habet :

69 Ipse meo domino Deus imperat, atque jubebit
Ut me restituat respiciatque pius.

Donicum vocat suum regem, de quo pergunt dicere :

Servet, avi ut laudes dicam, patriasque, suasque,
Perque suas proles regia vota canam.

Postea vero vers. 285 :

Si ipse ego peccavi, quænam est rogo, culpa meorum,
Quos simul exagitat frigus inopsque fames?

Et rursus vers. 311 :

Da veniam, miserere, precor, succurre roganti;
Pristina sufficiant verbera, vincla, fames.

D Quibus omnibus accedit nota in fine elegiæ eadem veteri manu addita : *Explicit Satisfactio Dracontii ad Guthamndum regem Guandalorum, dum esset in vinculis*.

95. Hinc etiam constat, non ad Theodosium Juniorem Augustum, ut codex Sirmondi habet, sed ad regem Vandalorum, sive, ut alii scribunt, Wandalarum, directam fuisse Dracontii Satisfactionem. Quod autem rex *Guandalorum* in codice Vaticano dicatur, nihil refert: nam etsi hoc mendum esset, leve tamen esset. Sed reperio Wandalos olim vocatos etiam fuisse *Guandalos*: ita certe vocantur in glossis ad Aratorem cod. Vat. Reginae num. 500, sæculi .1, ad vers. 2 præf. 2, ubi glossator ait: *Tunc, id est quando*

Roma obsessa fuit, et tempore quo Guandali obsederant Romam et devastabant totam regionem, orta est contentio de eligendo apostolico, sed postea electo papa Vigilio recesserunt hostes, et de hoc loquitur modo. Falsum quidem est Romam tunc fuisse obsessam a Vandalis, quorum opes in Africa paulo ante a Belisario fuerant penitus excisæ. Sed minime dubito quin glossator Wandalos in Guandalis intellexerit, aut saltem librarius pro Wandalis Guandalos scripserit. Neque deest ratio cur Wandali dici possint Guandali: nam *w* eandem vim habet ac *gu* in multis nominibus, ut *Wlphilas*, et *Gulphilas*, *Wilielmus*, et *Guilielmus*; notatque Hugo Grotius in indice nominum Gothicorum, Vandalicorum, etc., post Jornandem et alios historicos a se editos, *w* in *gu* frequenter ab Italis et Gallis mutari. Potuisset addere Hispanos: qui si ad hanc 70 aliasque hujusmodi observationes animum adverterent, facilius plurium vocum sui idiomatis originem invenirent. In Dictionario Academiae Hisp. nihil definitur unde dictum sit *guante*, quæ est chirotheca, nisi quod refertur opinio Brocensis, qui censebat a civitate Gandavo, unde afferri solebant chirothecæ, appellatum *guante*. Stephanus Terreros, qui paucis ante annis Forolivii decessit, laboriosum et eruditum Dictionarium Hispanicum nominum artium et scientiarum ms. in Hispania reliquerat, quod post ejus obitum publicam lucem vidit Matrini: sed nulla inde lux vocabulo *guante* illustrando affulget. Vera nominis origo est a *Wanto*, et *w* in *gu* mutato, *guanto*. Beda in Vita S. Columbani cap. 14, *Tegumenta manuum, quæ Galli wantos, id est chirothecas vocant.* Papias in vocabul., *Chirotheca, vanti, id est manus theca. Manicæ, quas vulgo wantos appellamus.* In Vita S. Philiberti abbatis lib. 1, cap. 12, *Latro quantos illius illicita præsumptione furatus est.* Videsis Ducangium verbo WANTUS.

94. Aliud est in versibus elegiæ a nobis relatis nomen, ex quo omnino convincitur Dracontio rem fuisse cum rege Vandalorum. Cum enim duces suos nominasset, cujus gentis illi sint duces aperte declarat:

Ut qui facta ducum possem narrare meorum,
Nominis Asdingui bella triumphigera.

Ex gente igitur Asdinguorum illi duces erant. Quinam autem alii sunt Asdingui, nisi Vandali? Apud alios scriptores in hoc nomine exprimendo codices et edita exemplaria nonnihil variant: sed gens eadem est, sive *Asingi*, sive *Astringi*, sive *Asdingi*, sive *Asdingui* vocentur. Primam hujus nationis mentionem apud Dionem Cassium invenio lib. LXXI, ubi agit de bello Marcomannico sub Antonino Philosopho: *Astinguui vero, qui Rhaum, Rhaumque duces habebant, venerunt quidem et illi, ut Daciam incolerent.* Postea narrat eos pacem ab Antonino impetrasse hæc conditione, si nationibus tunc bellum cum eo gerentibus cladem intulissent. Ac præstiterunt sane nonnihil eorum quæ pollicebantur. Tomo I Hist. Byzant., pag. 24 edit. Paris., in Excerptis de legation. Petri Patricii et Magistri, hoc 71 ipsum breviter narratur: *Venerunt et Astingi, et Lacoragi in auxilium Marci.* Pro hoc

A eodem nomine *Asdingorum* Grotius excitat Priscum Patricium, sed fortasse voluit dicere Petrum Patricium. Jornandes, de Reb. Getic. cap. 16, de Ostrogotha rege Gothorum sub Philippo imperatore loquens ait: *Triginta millia virorum armata produxit ad prælium, adhibitis sibi Thaphilis et Astringis.* Bonaventura Vulcanius in notis pro diversa lectione scribit *Thaisalis* et *Asdingis*. Idem Jornandes, de Reb. Getic. cap. 22, de rege Gothorum Gebericho sub Constantino: *Gloriam generis sui factis illustribus exæquavit, primitias regni sui mox in Wandalica gente extendere cupiens contra Visumar eorum regem Asdingorum e stirpe, quæ inter eos cminet, genusque indicat bellicosissimum, Dexippo historico referente.* Itaque Grotius in præfatione ad Jornandem aliosque historicos, primos Vandalorum reges recenset Rhaum, Rhatum, Wisimarem, Crocum, Frididalum. Idem Grotius in indice verborum Gothicorum, Vandalicorum, etc., verbum *Asdingi* dicit esse ab *Haist-dingen*, quod est *celer in judicio publico*. Jornandes alio modo explicat.

CAPUT X.

Sub Gunthario Vandalorum rege in Hispania scribebat Dracontius.

95. Nomen regis ad quem Satisfactio Dracontii scripta est, in codice Vaticano dicitur *Guthamndus*. Quærendum ergo superest cur hunc regem Guntharium fuisse pro certo habeamus, cum nomen illud corruptum ad alium Vandalorum regem possit detorqueri. Hæc quæstio viam nobis aperit ad historiam regni Vandalici in Hispania explicandam, quæ contrariis scriptorum inter se dissidentium narrationibus mirum quantum implicata est et involuta. Et ex Dracontio quidem nonnullum lumen hæc historia accipiet, vicissim vero ea ex Dracontio aliisque monumentis illustrata magnopere juvabit, ut certa Dracontii ætas suis terminis definiatur. Alani, Suevi, Vandali alique populi a Stilicone, qui Vandalus ipse erat, excitati 72 sunt ut Rhenum transirent imperiumque Romanum turbarent: qui per Gallias debacchati Pyrenæum usque pervenerunt, cujus obice per Didymum et Verinianum ad tempus repulsi, mox anno 409 Hispanias ingressi sunt, ut narrant Orosius lib. VII, cap. 40, Idacius in Chronico olymp. 297, et Isidorus in Hist. Vandalorum, qui Didymum et Verinianum, ut ipse vocat, nobilissimos Romanos fratresque potentissimos ait fuisse. Quo duce tunc uterentur Vandali non satis certum est. Grotius in præfat. ad Historias Vandal. Godigisclum Vandalorum regem fuisse, dum hi Hispanias invaserunt, narrat, cui successit in Gallæcia Guntharius. Ruinartius, in Histor. Persecut. Vandal. cap. 1, refert Francos primos omnium conatibus Vandalorum obstitisse, Godigisclum eorum rege occiso, postea Vandalos simul cum Alanis conjunctos, substituto in Godigiscli locum Gunthario, Rhenum transiisse.

96. Verior videtur Grotii narratio, quæ Procopii verbis lib. 1, cap. 3, innitur: *Inde Godigisclum duce in Hispania consederunt (Vandali), quæ prima est ab*

Oceano Romanorum provincia. Cum hoc Godigisclo A paciscitur Honorius, ut sine populorum damno eam sedem tenerent. Hæc verba cum Ruinartius cap. 2 indicasset, censuit scribendum esse sub Gunderico duce pro sub Godigisclo duce : nam Guntharius a multis Gundericus dicitur, ut ab aliis alio modo nominatur. Sed Ruinartio aperte repugnat Procopius : nam paulo post repetit Vandalos sedem in Hispania prope Africam posuisse, ubi, inquit, jam mortuo Godigisclo, dominatum susceperant ejus duo filii, Gontharis [hic est Guntharius sive Gundericus], ex justa ipsi uxore natus, et Gizericus nothus [hic a plerisque Gensericus vocatur]. Verum ille adhuc puer, etc. Isidorus in Chronico de Gunthario hæc habet : Primus autem in Hispania Gundericus rex Vandalorum successit regnans Gallæciæ partibus annis XIX. Quæ verba obscura sunt, sed ob B vocem successit magis Procopii sententiam quam contrariam innuere videntur. Idacius in Chronico non explicat ejus ductu Vandali Hispaniam invaserunt : sed cum narrasset quatuor plagas quibus Hispaniæ vastatæ fuerunt, ferri, famis, pestilentiæ, bestiarum, ita pergit : Subversis 73 memorata plagarum grassatione Hispaniæ provinciis, barbari ad pacem ineundam, Domino miserante conversi, sorte ad habitandum sibi provinciarum dividunt regiones : Gallæciam Vandali occupant et Suevi, sitam in extremitate Oceani maris occidua ; Alani Lusitaniam et Carthaginensem provinciam, et Vandali cognomine Silingi Bæticam sortiuntur. Isidorus in Histor. Goth. hos vocat Vandalos Selinguos, ubi de Wallia rege Gothorum ait : Vandalos Selinguos in Bætica omnes bello exstinxit ; non enim C interpungendum est, ut aliqui faciunt, Vandalos, Selinguos. In Historia vero Vandalorum idem Isidorus Vandalos, Silingos appellat : quamvis autem ex Idacio pleraque sumat, tamen rem hanc longe diverso modo exponit : Gallæciam enim Vandali et Suevi occupant, Alani Lusitaniam et Carthaginensem provinciam ; Vandali autem cognomine Silingi, relicta Gallæcia, et postquam Tarraconensis provinciæ insulas devastarunt, Bæticam sortiuntur. At major fides habenda est Idacio, qui præsens adfuit ; sic vero ait olymp. 299 : Vandali Silingi in Bætica per Walliam regem omnes exstincti. Alani, qui Vandalis et Suevis potentabantur, adeo cæsi sunt a Gothis, ut . . . Gunderici regis Vandalorum, qui in Gallæcia resederat, se patrocínio subjugarent. Postea refert Suevo, a Vandalis obsessos fuisse ; hos, relicta D obsidione, instante Asterio Hispaniarum comite, dimissa Gallæcia ad Bæticam transiisse ; Castinum magistrum militum, qui bellum in Bætica, adjuvantibus Gothis, intulerat, auxiliorum fraude deceptum, ad Tarraconam victum effugisse. Deinde olympiade 501 narrat Vandalos Balearicas insulas deprædatos fuisse, et Carthaginem Spartariam evertisse.

97. Natio igitur Vandalorum in duas tribus videtur fuisse divisa cum Hispaniam ingressi sunt, sed ita ut tam Vandali simpliciter dicti, quam Vandali Silingui eodem Vandalorum nomine appellarentur : non enim Silinguorum nominis distinctio apparet ante provinciarum divisionem. Siquidem vocabulum *Asdingorum*

diversum est a *Silinguis* : Dracontius enim, post extinctos Silinguos, Guntharium, qui rex Vandalorum non Silinguorum erat, ex *Asdingui* nominis gloria commendat. Nec video quo jure Ambrosius Morales, lib. xi, cap. 22, post transitum 74 Vandalorum in Africam Silinguos in Bætica permansisse affirmet. Quod autem Wolfgangus Lazius de Gent. aliq. Migration. lib. xi narrat, Godogesitum Vandalos in Hispaniam duxisse, eos ibi Modogisclum gubernasse ; hujus liberos fuisse Guntharium et Gensericum ; fortasse in duobus illis nominibus corruptis duo diversi duces latent, quorum alter Silinguis præfuerit, alter reliquis Vandalis. Sed a quo auctore narrationem suam hauserit Wolfgangus, neque ipse explicat, neque ego invenio. Gestorum ergo series ex Idacio præsertim et Procopio ita ordinari potest. Vandali Godigisclo duce Hispanias invaserunt ; hi qui Vandali Silingui nominabantur Bæticam incoluerunt ; cæteri Vandali non Silingui in Gallæcia sedes fixerunt, ubi Guntharius, sive Gundericus, ut alii vocant, patri Godigisclo succedens pluribus annis regnavit, sociumque sibi ascivit fratrem Gensericum, qui præcipue rei bellicæ curam gereret. Post plura barbarorum inter se bella, post Vandalos Silinguos a Wallia extinctos Guntharius cum suis ad Bæticam transit, unde Vandali cum Romanis, cum aliis barbaris, terra marique bella gesserunt. Hic erat rerum status anno circiter 425, cum Dracontius in Bætica sub Vandalorum ditione vivebat, et carmina quæ nunc habemus, dum vinculis detineretur conscribebat. In hoc tempus et in hunc regem Guntharium mire conveniunt omnia quæ Dracontius in epistola profert, neque alteri Vandalorum regi facile possunt accommodari.

98. Nomen regis quod in fine epistolæ expressum est, *Guthamndus*, vel unum est e multis nominibus quibus diverso modo appellari solet Guntharius, vel corrupte a librario positum est pro Gunthario : quamquam *Gontharis*, *Guntharis*, *Guntharius*, *Gundericus* non sunt vere distincta nomina ejusdem hominis, sed unum et idem diverso modo, ut in barbarorum nominibus fieri solet, ab scriptoribus usurpatum, ut Gensericus ejus frater ab aliis Gizericus, ab aliis Gizericus, ab aliis Gaizericus, ab aliis Gantzrichus nominatur. Sane e Vandalorum regibus qui post Guntharium regnarunt, qui fuerunt Gensericus, Hunericus, D Guntabundus, sive, ut alii scribunt, Guntamundus, Trasamundus, Hildericus, Gelimer, solum ad 75 Guntabundum nomen *Guthamndus* ob aliquam similitudinem posset referri. Sed aliæ rationes præsto sunt, cur ad Guntharium, non ad Guntabundum epistola scripta esse dicatur. Dracontius enim, ut sui regis clementiam prædicet, canit vers. 211 :

Te Deus aspiciens effundere nolle cruorem,
Ut sine peccato, non sine laude daret,
Contulit absentem terræ pelagique triumphos :
Ansila testatur, Maurus ubique jacet.

Ex quo liquet regem quem laudat Dracontius, per alios bella gessisse et triumphos obtinuisse, quin ipse præsens adfuerit.

99. Id autem in Guntharium optime cadere, ex A Procopio lib. I Hi tor. Vandal. clare colligitur: *Bovisfacius, cum nec resistere se posse imperatori videret, nec, si Romam peteret, salutis ulla spes oboriretur, statuit omni ope cuius ut societatem coiret cum Vandalis, quos supra dixi in Hispania prope Africam sedes fixisse, ubi jam mortuo Godigiselo dominatum susceperant ejus duo filii Guntharis ex justa ipsi uxore natus, et Gizericus nothus: verum ille adhuc puer, et natura parum industrius; hic in armis optime exercitatus, ac mortalium omnium solertissimus.* Igitur cum Guntharius ætate minor esset Genserico, ac natura parum industrius, contra Genserico solertissimus, et in armis exercitatus, non alteri aptius Dracontii versus convenire possunt quam Gunthario. Ac revera Dracontius dominos et duces suos bis dicit, quos scilicet ipse laudare potuisset, ut vers. 21:

Ut qui facta ducum possem narrare meorum,
Et rursus vers. 93:

Culpa mihi fuerat dominos reticere modestos.
Quo innuit ipsum regem Guntharium, a quo in vincula erat coactus, et Genserico, qui, quod bellum administraret, alter veluti rex habebatur.

100. Ex triumphis terra marique reportatis certius argumentum peti posset, si clare constaret quinam et quales hujusmodi triumphus fuerint. Sed Dracontius solum ait:

Ansila testatur, Maurus ubique jacet.

In editione Parisiensi omnium operum Sirmondi ad oram hujus 76 versus hæc nota legitur: *Vir doctus suspicatur legendum ATTILA, quem Thraciæ imminentem pecunia Theodosius avertit. Theophanes in Chronogr. ad annum Theodosii Junioris postremum.* Verum cum nobis jam pateat ad Theodosium Juniorem hanc elegiam scriptam non fuisse, sed ad unum e Vandalorum regibus, nihil est causæ cur de Attila Thraciæ imminente cogitemus. Quod si mendum in Ansila esset, conjici posset *Amsagha*, quod flumen est ad litus Numidiæ, ut Mela et Plinius docent; alii scribunt *Ampsaga*, alii *Ausaga*, nunc *Suffegmar* ab aliis *Rumel* vocatur: quod, interjecta aliqua ex parte Numidia, Africam propriam a Mauritania dividit. Hujus fluvii exstat etiam mentio apud Victorem Vite- sem lib. II Hist. persecut. Vandal., cap. 5, ubi Hunerici regis Vandalorum crudelitatem in suos narrans ait: *Imitator existens Geiserici patris, qui sui fratris (Guntharii) uxorem ligato pondere lapidum, in Ampsagam fluvium Cirtensim famosum jactando demersit, et post necem matris etiam filios interfecit.* Posset etiam conjici *Antala*, quem alii *An'allam* vocant. De hoc Procopius lib. II Histor. Vandal.: *Antalas Maurorum solus Byzacium incoluit, solus per hæc tempora Romanis fidus, scilicet sub Gelimere; et lib. I. cap. 9, narrat a Mauris Byzacenis, qui parebant Antale, prælio fusos Vandalos, regnante Ilderico.* Sed etiam si velimus legere *Ampsaga testatur*, aut *Antala testatur*, certum tamen tempus prælii a Dracontio indicati erui inde non posset. Genserico enim, antequam in Africam omnes suos Vandalos post obitum fratris

Guntharii transtulisset, bellum in Mauritania gessit, ut mox dicam; adeoque potuit victoriam aliquam ad Ampsagam obtinere, et contra Maurum aliquem Antalam dimicare, eumque vincere.

101. Verum cum codex Azagræ ac Vaticanus in hoc nomine *Ansila* exprimendo cum codice Sirmondi omnino consentiant, retinendum id est; eoque etiam magis, quia Grotius in indice nominum priorum Gothicorum, Vandalicorum, etc., recenset etiam *ANSILA* ab *ans ile*, id est ad gratiam festinans: *festinatione ilunge in dictione, et manet in usu festinare*, ut ibidem observat. Quare probabilissimum est Ansilam fuisse ducem aliquem e Gothis aut Suevis quibuscum bella gerere 77 Vandali in Hispania consueverant. Orosius, enim lib. VII, cap. 43, cum retulisset Gothos pro Romanis adversus cæteras gentes quæ per Hispanias conederant pugnasse, subjecit: *Quamvis et cæteri Alanorum, Vandalorum, Suevorumque reges eodem nobiscum placito depacti forent, mandantes imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obsides accipe; nos nobiscum configimus, nobis perimus.* Neque vero absurdum erit affirmare Ansilam quem Dracontius memorat illum fuisse quem Gothi inter suos *anses* recensent: illi enim proceres quosdam suos vocabant *anses*, quasi semideos, ex qua voce *Anseaticarum* civitatum originem peti posse suspicatur Grotius. Inter alios autem *anses*, sive proceres Gothorum hos enumerat Jornandes de Reb. Getic. cap. 14: *Ostrogotha genuit Unilt. Unilt genuit Athal. Athal genuit Achiulf. Achiulf genuit ANSILAM, et Edulf. Vuldulf, et Hermeric.* Cum Ostrogotha flourerit sub Philippo imperatore, ratio temporum patitur ut Ansilam ætate Guntharii vixisse credamus. Idacius olymp. 506 meminit Aiulfi, qui Hispali Censorium jugulavit. Nomen Aiulfi videtur esse idem ac Achiulf, qui Ansilam genuit. Prælium autem quo Ansila victus est navale fuisse inde colligi potest, quod Dracontius versu superiori triumphos pelagi et terræ conjungit, exemplumque in hoc versu profert in Ansila et in Mauris, qui ubique jacebant. Victoria contra Maurum terrestris videtur, prima igitur contra Ansilam navalis. Etiam id temporibus de quibus loquor et Gunthario apprime convenit: nam Gothos plures naves hoc tempore sibi comprasse ex Orosio aliisque constat, nec minus certum est Vandalos navibus usos fuisse. Idacius enim postquam retulit in Chronico Vandalos jam in Bætica sub Gunthario rege eommo- rantes a Castino magistro militum victoriam reportasse, addit olympiade 501, eos Balearicas insulas prædatos fuisse; qua occasione contra Gothos mari pugnasse, vel ex his solis Dracontii versibus argui potest.

102. De viribus maritimis Vandalorum dum in Bætica constiterunt loquitur Wolfgangus Lazius de G. nt. Migr. lib. VI, qui plures versus ex Sidonii panegyrico ad Anthemium Augustum, et alio ad socerum ejusdem Sidonii in suam sententiam 78 allegat. At Sidonius clare Genserici in Africa potentiam maritimam describit:

Hinc Vandalus hostis
Urget, et in nostrum numerosa classe quotannis
Militat excidium, conversoque ordine fati
Torrida Caucasos infert mihi Byrsa furores.

Ubi *Byrsam* pro Carthagine ponit. Verius adduci poterit Prosper in Chronico, qui merito queritur ad ann. 427: *Exinde gentibus quæ uti navibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est, bellique contra Bonifacium cepti in Sigisvultum comitem cura translata est. Gens Vandalorum ab Hispania ad Africam transit.* Quod autem Vandali sub Gunthario triumphum de Mauris egerint, nonnullis fortasse probatu difficile videbitur. Hæc enim est communis scriptorum opinio, Vandalos non transisse in Africam nisi post obitum Guntharii; quod verum quidem est si id de omnium simul Vandalorum transitu, relicta penitus Hispania, intelligatur, non ita vero ut nullas fuisse antea Vandalorum ex Hispania in Africam incursiones credamus. Duobus autem modis explicari potest Mauros a Vandalis victos antequam tota Vandalorum natio Africam invaderet, scilicet vel ante initam societatem cum Bonifacio comite, vel post initam.

103. Bonifacius hic, amicitia S. Augustini satis notus, Aetii fraude et prodicione in offensionem imperatoris incurrens, et hostis publicus dictus, cum imparem se imperatoris potentiae sentiret, Vandalos socios sibi adjunxit, ut fuse narrat Procopius lib. 1 Histor. Vandal. *Missis igitur, ait, in Hispaniam Bonifacius de amicorum numero potissimis, cum ambobus Godigiscli filiis æquum iniiit fœdus, ut cuique ipsorum tertia pars Africæ cederet; quod si quis bello impetere tur, commune periculum esset. Hæc Pacti Vandali, fretum ad Gades transvecti in Africam venerunt.* Alii ipsum Bonifacium Hispaniam adisse narrant, ut cum Gunthario et Genserico amicitiam contraheret. Vivebat igitur Guntharius cum Bonifacius Vandalos in auxilium sibi advocavit, neque simile vero est Vandalos auxilium distulisse. Atque hæc est ratio cur alii ab aliis in anno 79 transitus Vandalorum in Africam dissentiant, quia nonnulli incursionem aliquam eorum a transitu totius nationis non distinverunt. Ruinartio cap. 3 Hist. Persecut. Vandal. certior videtur consulum nota in Prasperi Chronico, quod Gensericus ex Hispania in Africam transierit Hierio et Ardabure consulibus, scilicet anno 427. Cassiodorius etiam in Chronico scribit Vandalos a Gothis ex Hispania pul-
D
sos in Africam transmisisse Hierio et Ardabure consulibus. At vero cum Idacius hoc ipso tempore in Hispania vixerit, et totius gentis Vandalorum migrationem in Africam distinctius referat, et ad annum 429 differat, hujus potius sententia tenenda est. Ita enim ait olympiade 502 anno 1, scilicet 429, ut Pagiussupputat: *Gaisericus rex de Bæticæ provincæ littore cum Vandalis omnibus eorumque familiis mense Maio ad Mauritaniam et Africam relictis transit Hispaniis. Qui, priusquam pertransiret, admonitus Hermigarium Suevum vicinas in transitu suo provincias deprædari, recursu cum aliquantibus suis facto, prædantem in Lusitania consequitur. Qui haud procul de Emerita,*

A *quam cum S. martyr's Eulaliæ injuria spreverat, multis per Gaisericum cæsis ex his quos habebat arrepto, ut putavit, Euro velocius [fortasse arrepto equo, ut putavit, Euro velociori] fugæ subsidio, in flumine Ana divino brachio præcipitatus interiit. Quo ita extincto, mox quo coeperat Gaisericus enavigavit.* Non ergo pulsati a Gothis, quod Cassiodorius fidenter scribit, sed sponte, et, uti diximus, a Bonifacio invitati in Africam Vandali trajecerunt. Neque de anno 429 dubitare nos sin't Idacius, qui mensem etiam Maium designat, et peculiariter adjuncta narrat de recursu facto contra Suevos.

104. Itaque si Dracontium velimus exponere de triumphis quos Vandali e Mauris retulerint postquam a Bonifacio in societatem vocati fuerant, tenendum est Dracontium elegiam composuisse cum nondum Guntharius e vivis excessisset, neque Vandalorum natio Hispaniam reliquisset, quamvis jam bellum contra Mauros, et pro Bonifacio fuisset susceptum. Etenim defectionis Bonifacii initium Idacius ad annum 423 revocat, ubi ait: *Bonifacius palatium deserens Africam 80 invadit,* quamvis defectio annis sequentibus clarius eruperit, et societas inter Bonifacium et Vandalos stabilita fortasse ad annum 426 circiter referenda sit. Verum nihil est necesse pugnam inter Vandalos et Mauros differre ad tempus apertæ defectionis Bonifacii, et iuitæ inter hunc et Vandalos societatis. Idacius, quo in his rebus et temporibus locupletior alius testis nobis non est, anno 425 narrat: *Vandali Balearicas insulas deprædantur; C deinde Carthagine Spartaria et Hispali eversa, et Hispaniis deprædatis, Mauritaniam invadunt.* Hæc omnia eodem anno 425, cui ab Idacio ascribuntur, contigisse cur negemus? Quam apte convenit Idacio cum Dracontio?

Contulit absentem terræ pelagique triumphos,
Ansila testatur, Maurus ubique jacet.

Vandalos jam tum cum Hispanias ingressi fuissent, Africæ inhiasse, piraticamque in mari Atlantico Mediterraneoque exercuisse, ex Sidonio probare contendit Wolfgangus Laßius lib. xi de Gent. Migrat. Sed Sidonius aperte loquitur de tempore quo Gensericus in Africa regnum Vandalicum obtinebat, ut paulo ante num. 102 observavi. Nobis perspicue favet satisque est Idacius.

CAPUT XI.

Nonnullæ rationes quibus Dracontius in Africa scripsisse dicatur, proponuntur et expenduntur.

105. Dracontius in sua elegia quoddam aliud factum indicat ex quo argumentum peti possit ad ejus ætatem inveniendam. Sic enim regem Vandalorum alloquitur vers. 299:

Inclutus arripotens, vestræ pietatis origo,
Et doctus, genio pronior ad veniam,
Non homini ignosco, dixit, sed lingua meretur.
Hic reus et doctus Vincomalus fuerat.

Quisnam fuerit hic reus et doctus Vincomalus, si scire possemus, etiam regem ad quem Dracontius scribit, facile esset designare. Sed primum in codice ms. ipsum nomen *Vincomalus* 81 corrupte ita seri-

ptum est *vinco malos*. Posset igitur aliquis suspicari legendum *Victovalus* aut *Victovales*, quasi sermo esset de antiquioribus temporibus quibus Vandali cum Victovalis foedus iecerunt sub M. Aurelio et L. Vero. Alii fortasse conjiciant *Winodamus*, qui saeculo v procedente gratia et amicitia apud Childericum Francorum regem plurimum valebat, de quo Petavius in *Rationar. tempor. part. 1, lib. vi, cap. 15*. Sed vera lectio est quam expressi, *Vincomalus*, aut, si vis, Graeco more *Vincomalos*: cum enim constet hujus nominis homines circa haec tempora vixisse, ex *vinco malos* recte *Vincomalus* eruitur. Anno enim 453 consules fuerunt *Vincomalus* et *Opilio*; et Marcellinus in *Chronico* refert caput S. Joannis Baptistae inventum *Vincomalo et Opilione consulibus, mense Februario*. In *Notitia provinciarum et civitatum Africae* tempore persecutionis Vandali- cae, inter episcopos Mauritaniae Caesariensis num. 93 ponitur *Vincemalus Baparensis*, ubi notat Ruinartius in codice Laudunensi legi *Vincemalos Baparensis*. Concilio Toletano XIII, anno 683, subscripsit *Vnicomalus* diaconus, agens vicem Atilani episcopi Pampilonensis, in quo nomine levi duarum litterarum traiectione *Vincomalus* fortasse erit legendum. Sed hic, sive *Vnicomalus*, sive *Vincomalus*, ad consequentia tempora pertinet.

106. Quamvis autem alii *Vineomali* aut *Vincemali* mihi nunc non occurrant, plures tamen potuerunt esse ita appellati, et probabiliter fuerunt. Ex his vero duobus si de *Vincomalo* consule intelligere *Dracontium* velimus, potuit res accidisse sub *Godigiselo* patre *Guntharii*, dum viam sibi ad Hispaniam per Pyrenaeos montes contra Romanos repugnantes aperiret, aut postquam in Gallacia cum Vandalis suis consedit: scilicet si *Vincomalo* adhuc juveni ignovit *Godigisclus*, et idem *Vincomalus* jam senex consulatum fuerit adeptus, siquidem ab ingressu *Vandalorum* in Hispaniam ad consulatum *Vincomali* solum anni 44 effluerunt. De *Vincomalo* aut *Vincemalo* episcopo in Africa si quis *Dracontium* explicare conetur, id certe vix intelligi poterit, nisi *Dracontium* in Africa vixisse et scripsisse ieneamus. Atque hinc conjecturam petet aliquis, ut *Dracontii* Satisfactionem ad *Guntabundum* *Vandalorum* in Africa regem directam esse contendat. Nam nomen regis in codice Vaticano expressum *Guthamndus* aequae facile ad *Guntabundum* vel *Guntamundum* detorqueri potest, ac ad *Guntharium*. Praeterea ubi *Dracontius* ait:

Inelytus armij otens, vestrae pietatis origo,
Et doctus, genio pronior ad veniam,

innuit *Gensericum* conditorem imperii *Vandalici* in Africa, et avum *Guntabundi*: nam hujus pater *Genzo* non regnavit. Et recte quidem *Gensericus* *armipotens* vocatur et *doctus*, qui magnum sibi nomen armis comparavit, et ingenio pollebat, doctrinaeque laudem affectabat.

107. Aliud *Dracontii* distichon, quod illico subjicit, videlicet,

Non ignosco homini, dixit, sed lingua meretur:
Hic reus et doctus *Vincomalus* fuerat,

egregie eadit in *Vincemalum* episcopum *Baparensis* in Mauritania Caesariensi, qui unus ex episcopis catholicis fuit qui *Carthaginem* pro reddenda ratione fidei anno 8 regis *Hunerici* venerunt. *Hunericus* successerat *Genserico*, *Hunerico* successit *Guntabundus*. Optime igitur cohæret quod *Vincemalus* reus fuerit habitus a *Genserico*, et doctrinae causa, qua illum ut episcopum carere non oportuit, venia dimissus: quod avi exemplum *Guntabundo* *Dracontius* veniam rogans in memoriam revocaverit. Nonnulli qui diversarum nationum et temporum etiam non valde inter se distantium stylos distinguere se posse arbitrantur, addent in *Dracontio* quamdam *Africanitatem* apparere, et phrases ac verba inveniri quae magis propria saeculi v exeuntis quam ineuntis esse videantur. De hac styli diversitate breviter dicam, difficillimum esse inter duos scriptores qui eodem saeculo v vixerint, quorum alter Hispanus, alter Afer fuerit, discrimen invenire in ipsa sola dicendi ratione. Accedit *Dracontium* in carcerem conjectum ærumnisque oppressum haec carmina composuisse, ut mirum non sit si ejus sermo aliquando fluat lulentus, etsi multa ejusmodi quae displicere possint, librariis et interpolatoribus, a quibus male habitus est *Dracontius*, omnino tribuenda sunt.

108. Quod attinet ad alteram conjecturam de *Vincemalo* episcopo, haud equidem negaverim ordinem narrationis apposite procedere. Sed cum de *Vincomalo* consule aut de alio ejusdem nominis sub *Gunthario* *Dracontius* possit exponi, argumentum quod inde petitur parum efficax est, ac plane refellitur ex triumphis terra marique reportatis quos memorat *Dracontius*. Etenim de *Guntabundo* haec pauca narrat *Procopius* lib. 1 *Histor. Vandal.*: *Hic Gundemundus multis in Mauros praeliis factis, tractatisque pessime Christianis, aegro corpore interiit*. Quod praelia cum Mauris absens gesserit, nihil est unde colligi possit; multo vero minus quod ejus tempore navales pugnae confectae fuerint; aut quod contra *Gothos*, quorum dux fuerit *Ansila*, *Vandali* pugnaverint. His adde, *Guntabundum* *Vandalorum* in Africa regnum adeptum fuisse exeunte anno 484, interiisse vero anno 496 aut sequenti, ut alii volunt. *Eugenius* vero qui libellos *Dracontii* ante annum 650 corrigebat, majorem vetustatem illis tribuere videtur, dum eos ait capere nitidam longo post tempore pallam; ac rursus sibi objicit: *Et quis est veterum qui carmina mutat?* quod *Ildefonsus* in *Eugenii* elogio confirmat, ubi refert eum libellos *Dracontii* emendasse, quos antiquitas protulerat vitiatos. Haec certe magis favent aetati *Dracontii* initio saeculi v consignandae quam ejusdem saeculi fini. *Columbanus* etiam, qui saeculo v exeunte et vi ineunte claruit, *Dracontii* carmina inter vetera dicta referbat, ut dixi num. 8.

109. Ex laudibus quibus *Dracontius* regem prosequitur, conjectura etiam duci potest ne hunc *Guntabundum* fuisse existimemus. *Guntabundus* enim, etsi in catholicos *Genserico* et *Hunerico* indulgentior fuerit, nihilominus *Arianus* erat et catholicorum perse-

cutor, ut Procopius aliique affirmant, vel certe Arianos in catholicos furentes non cohibebat. Dracontius autem catholicam de SS. Trinitate doctrinam tenebat, passimque in suo poemate de Deo profitetur: quod supervacaneum non est hoc loco ostendere. Lib. 1, vers. 562:

84 Solus in æternum Deus est regnator et auctor,
Virtus tria Deus, triplex Deus omnis et unus,
De quo speratum conceditur omne benignum.

Sirmondus legit *Virtus una Deus, trinus Deus*. Sed unitas naturæ satis exprimitur his vocibus *solus Deus, Deus omnis et unus*; aliæ *virtus tria Deus, trinus Deus* ad trinitatem personarum explicandam a poetis Christianis antiquis adhiberi solent. Claudius Marius Victor, seu Victorinus initio lib. 1 in Genes. eisdem verbis usus est: *Virtus tria Deus*; neque in indice libror. expurg. Brasichellensis quidquam adversus eum notatur dum ejus opus recensetur. Sic apud alios reperitur *trina majestas, trina pietas, trina potestas, trinum specimen, trinum numen, trinum nomen*; quodque gravius videtur, *trina deitas* canitur in Ecclesia: de quibus phrasibus plura dixi comment. ad Prudent. pag. 259, 396, 587 (*Pat. ol. t. LIX, col. 797, comment. ad. vers. 20*; *ejusd. tom. col. 915, comment. ad vers. 1*; *hujus tom. col. 19, comment. ad vers. 3 Psychom.*). In carmine 4 S. Eugenii de Bono pacis Sirmondus edidit:

Pax pia summa Deus peccatis præmia præstat,
Jurgantis perimit pax pia summa Deus.

In editione Matritensi nulla discrepantia adnotatur ex codice Azagræ. In codice Vaticano Alexandrino, quem alibi laudavi, in utroque versu legitur, *Pax trina summa Deus*, quod verum videtur, et eodem modo dicitur ac *virtus tria Deus*, nisi malis metro consilere hoc pacto, *Pax tria summa Deus*, ut Prudentius vers. 1 Apoth., *Est tria summa Deus*.

110. Alia habet Dracontius de Trinitate catholico dogmati apprime consentientia. Sic lib. II de Christo, quem *Deum* vocaverat, perguit dicere vers. 68:

Et consors cum Patre manens, et Spiritus unus,
Trina mente Deus, Deus auctor, temporis expers.

Eodem sensu quo lib. I dixit, *Virtus tria Deus*, nunc ait, *unus tria mente Deus*, et paulo ante vers. 65 dixerat de mente divina Patris:

Vivida, cunctiparens mens, innumerabilis, una.

Deinde vero vers. 80 de Filio:

Fitque Deus post templa poli sub carne figura
Passibilis, mortalis homo sine fine perennis.

85 Et rursus vers. 89:

Qualiter aure Deus, verbo foetante marito,
Virgineos intrasse sinus dignatur et alvum.

Pergit vers. 50:

Nam quicumque sapit, novit quia se tulit artus,
Et fuit in terris, ut ne-coeleste tribunal
Linqueret Omnipotens; nunquam sine Patre probatus
Filius et Genitor nunquam sine pignore dictus,
Spiritus immensus, sanctus, bonus, arbiter, index,
Tertius unus idem, primus, medius que perennis.

Eodem lib. de Filio Dei:

Solus ubique Deus, rerum fons, conditor et spes,
Idem semper eris quod et es, quod et ante fuisti...
Cum te non caperent cæli, terræque, fretumque,
Aeris et spatium, modico te corde reponis

Pectoris humani, conceptus mente fideli...
Christus enim datus est nobis spes una salutis.

Similia plura habet de Christo Deo, æterno, et uno cum Patre, quæ aperte repugnant hæresi Arianorum, ac nominatim Gothorum, a quibus eam hæresim Vandali hausisse dicuntur. Tenebant enim Gothi, ut refert Isidorus in eorum Historia, *Filium Patri majestate esse minorem, et æternitate posteritorem. Spiritum autem sanctum nec Deum esse, neque substantiam Patris existere, sed per Filium creatum esse, utriusque ministerio deditum, et amborum obsequio subditum*.

111. Itaque credibile non est Dracontium, qui Antiarianum se profitetur, et magna animi demissione peccatorum suorum veniam a Deo et in poemate de Deo, et in Elegia petit, Guntabundi regis Arani, ac Genserici catholicorum crudelissimi persecutoris, laudes tantopere celebrasse, imo petiisse ut vita sibi superesset ad Gensericum aliosque hæreticos criminibus suis prædicandos. Ita enim orat in Elegia vers. 49:

Ipse meo dom'no Deus imperat, atque jubebit
Ut me res ituat respiciatque pius.
Servet avi ut laudes dicam, patriasque, suasque,
Perque suas proles regia vota canam.

86 Fortasse reponet aliquis Dracontium minime posse excusari, sive in Africa, sive in Hispania scripserit; nam Guntharius Arianus erat, adeoque non debuit a catholico viro tot ac talibus elogiis cumulari. Examine res hæc digna est, an, et quando Vandali in Hispania Arianam hæresim amplexi fuerint. Mihi sane tempora et auctorum æqualium scripta expendenti Vandali in Hispania catholici fuisse videntur; qui fortasse solum sub extremo tempore Arianorum Gothorum fraude decepti fuerunt; si tamen in Hispania decepti fuerunt, et non potius in Africa, ubi Gothi Ariani quos Bonifacius secum duxerat, vivente adhuc S. Augustino, hæresim suam late spargere cœperant. Orosius in Africa quidem degens, sed Hispanus ipse, et anno 416 circiter describens quæ in Hispania gererentur, de barbarorum clementia et religione, exceptis Gothis, quos non nominat, hoc reddit testimonium: *Quanquam et post hoc quoque continuo barbari exsecrati gladios suos ad aratra conversi sunt, residuosque Romanos ut socios modo et amicos sovent, ut inveniantur jam inter eos quidam Romani qui malint inter barbaros pauperem libertatem, quam inter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere. Quanquam si ob hoc solum barbari Romanis finibus immissi forent, quod vulgo per Orientem et Occidentem Ecclesiæ Christi Hunnis, Suevis, Vandalis et Burgundionibus, diversisque et innumeris credentium populis replentur; laudanda et attollenda Dei misericordia videretur: quandoquidem etsi cum labefactione nostri tantæ gentes agnitionem veritatis acciperent, quam invenire utique nisi hac occasione non possent. Id ita ab Orosio expositum catholicam fidem Vandalorum saltem maxima ex parte indicat.*

112. Eodem tempore in Hispania vivebat Idacius, et in Gallæcia quidem, ubi diu commorati fuerunt Vandali sub Gunthario rege. Is cum Guntharii infe-

licem obitum narrasset, subinde Genserium successisse retulit his verbis, olymp. 501 : *Cui Gaisericus frater succedit in regno : qui, ut aliquorum relatio habet, effectus apostata de fide catholica in Arianam ductus est transisse perfidiam.* Quod ergo ait, Genserium apostatam de fide catholica in Arianam transisse perfidiam, idque narrat **87** post obitum Guntharii, cui sectam Arianam non exprobrat, et ex aliquorum relatione tantum Genserico apostasiam a fide catholica imputat, evidenter arguit Vandalos in Hispania aut nunquam Arianis adhæsisse, aut solum paulo antequam in Africam trajicerent. Clarius hoc ipsum asseruit Isidorus in Historia Vandal. : *Gisericus frater Gunderici succedit in regnum annis 40, qui ex catholico effectus apostata in Arianam primus fertur transisse perfidiam.* Albertus Krantzius in sua Vandalia lib. 1, cap. 27, tradit Genserium, infelici exitu fratris Guntharii territum, in primis modestiorem apparuisse, post alium inventum. Fides sit penes ipsum, non enim ullo auctore se tuetur.

115. Opponet aliquis contra quod Bonifacius uxorem Vandalicam duxerat, quæ prius Ariana fuerat, sed illi nupsit post ejuratam Arianam hæresim, ut discimus ex S. Augustino epist. ad Bonifac. 220, al. 70. Ita vulgo scriptores referunt, et diserte Ruinartius cap. 5 Histor. Persecut. Vandal. At apud S. Augustinum solum invenio : *Navigasti, uxorem duxisti... Audivi te illam ducere noluisse, nisi prius catholica fuisset facta; et tamen hæresis eorum, qui verum Filium Dei negant, tantum prævaluit in domo tua, ut ab ipsis filia tua baptizaretur.* Non explicat Augustinus quo Bonifacius navigaverit, multo vero minus ex qua gente uxorem duxerit; quæ si Ariana hæresi infecta fuerat, ut verba Augustini innuunt, et ex Hispania ducta, potuit esse e Gothorum genere. Nam Bonifacius cum Castino et Gothis adversus Vandalos pugnaturus Hispaniam adierat, et Castini superbiam ferre non valens, in Africam reversus est. Deinde Gothi in Africa sub Bonifacio militantes Arianum episcopum Maximinum secum duxerunt, qui S. Augustinum ad certamen provocare ausus est : adeo enim jam tum Ariani in Africa invalescebant, ut etiam Pascensius comes, Auxentii Mediolanensis olim episcopi Ariani discipulus, cum eodem S. Augustino de fide disputationem inire voluerit, ut ex hujus operibus et Vita a Possidio scripta demonstratur. Quid si nuptiæ Bonifacii, ab Augustino reprehensæ ea epistola, quæ anno 427 exeunte missa creditur, eo tempore acciderint quo inter Vandalos errores Arianorum disseminari cœpisse non diffitemur? **88** Neque colligi potest regem Guntharium, aut maximam gentis Vandalorum partem jam tum hæresi Arianae adhæsisse, etiamsi femina aliqua Vandala a Bonifacio in matrimonium ducta Arianorum erroribus imbuta fuisse dicatur.

114. Gravissimam persecutionem eo tempore adversus catholicos in Hispania a Vandalis motam commemorat Ruinartius cap. 2 Hist. Vandal., auctoritate Gregorii Turonensis lib. II Histor. Francor., cap. 2.

Quamvis enim Gregorius Turonensis Trasimundum regem lujus persecutionis auctorem dicat, tamen Ruinartius colligit, hoc nomine a Gregorio designari Genserium. Nonnulli scriptores Hispani hujus persecutionis tempus assignant circa annum 424. Sed eos, præterquam quod supposititis chronicis inniuntur, recte refellit Ruinartius ex ipsa ratione temporum : Genserius enim regnavit post Guntharium, qui anno 427 aut 428 exstinctus est. Quare si Genserius religionis causa catholicos in Hispania unquam vexavit, id accidit paulo antequam cum Vandalis in Africam migraret. Similius tamen vero mihi videtur Genserium non nisi post ingressum in Africam in orthodoxos sævire cœpisse. Prosper in Chronico ad ann. 457 eum in Africa catholicam fidem Ariana impietate subvertere voluisse narrat, additque : *Per idem tempus quatuor Hispani viri Arcadius, Probus, Paschasius, et Eutychanus dudum apud Genserium merito sapientiæ ac fidelis obsequii clari carique habebantur : quos rex ut copulatiores sibi faceret, in Arianam perfidiam transire præcepit... illustri martyrio mirabiliter occubuerunt.* Genserius Carthagine regnare cœpit ann. 439, et hac in urbe potissimum persecutio Vandolica vires suas exeruit. Quod si in Hispania nonnulli jussu Genserici regis martyrium subierunt, id potuit accidere dum Vandali jam in Africa commorantes, in Hispaniam navibus advecti, aliquam irruptionem fecerunt, ut Idacius refert ad ann. 449 : *Vandali navibus Turonio in littore Gallæciæ repente advecti familias capiunt plurimorum.*

CAPUT XII.

Carmina Dracontii ab antiquis de industria interpolata. Conjectura de statua Dracontio Romæ erecta.

89 **115.** Guntharius quo tempore a Dracontio laudatus fuit, fortasse eas laudes meritus erat, aut his non indignus habebatur; certe nullum exstat monumentum quo eum in odio apud catholicos fuisse credamus. Post id tempus accidit quod narrat Idacius ad annum 428 : *Gundericus rex Vandalorum capta Hispali, cum impie elatus manus in ecclesiam civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio dæmone correptus interiit.* Cui adhæret Isidorus in Histor. Vandal., ubi de Gunderico sive Gunthario loquens, ait : *Hispalim diruit, actaque cæde in direptionem mittit. Qui cum auctoritate regiæ potestatis irreverenter manus in basilicam Vincentii martyris civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio in foribus templi dæmonio correptus interiit.* Hic locus maxime idoneus fuisset ut uterque, Idacius et Isidorus, de hæresi Ariana Guntharii loquerentur, quam illico fratri Genserico exprobrant. Itaque Guntharii nomen odiosum fuit non ob Arianismum, sed ob impietatem qua manus in basilicam S. Vincentii extendit, funestamque mortem inde consequentam. Procopius quidem, lib. I Hist. Vandal., famam fuisse ait Genserici mortis fratris Guntharii auctorem fuisse; se autem a Vandalis accepisse Guntharium in Hispania a Germanis captum in prælio fuisse crucique affixum. Verum auctoritas Idacii hac in re

longe major est, præsertim accedente Isidoro, qui Idacio aliquid addit, ex aliis scilicet monumentis, aut ex traditione Hispali, ubi episcopus ipse erat vigente.

116. Infamiae Guntharii a da mone correpti, et infeliciter extincti accessit crudelitas Genserici in Africa catholicos vexantis, et plures alias provincias, Hispaniam etiam ac Romam ipsam deprædantis. His de causis Hispani Vandalos abominari odioque præsequi debuerunt. Quamobrem mirari subit qui fieri potuit ut nobilissima Hispaniæ provincia Bætica cum aliquo nempe finium veterum et recentium discrimine a Vandalis nomen *Vandalusiæ* conservari: si tamen hoc nomen unquam habuit. Pervulgata est hæc opinio hominum etiam doctissimorum, Bæticam nunc dici *Andaluzia*, quia olim a Vandalis *Vandalusiæ* nomen accepit: quanquam alii *Vandaliam* eam appellant, alii *Vandalitiam*, alii *Vandalosiam*. Videri hac de re possunt Rodericus archiepiscopus Toletanus Hist. Vandal. cap. 12, et qui eum secuti videntur, Rodericus Sanctius de Arevalo Hist. Hisp. part. 1, cap. 7; Nebrissensis in prolegom. ad Decad. rer. gest. Ferdin. et Elisab.; Vasæus in Chron. cap. 8; Mariana lib. 1 Hist. Hisp., cap. 4; Ambrosius Morales lib. xi Hist., cap. 15, ut Volfgangum Lazium, Grotium aliosque omittam. Equidem veteres scriptores dum perlustro qui a Vandalorum tempore ad plura deinceps consequentia sæcula vixerunt, semper invenio hanc provinciam Bæticam ab eis vocari, nunquam *Vandalusiam*, aut alio nomine a Vandalis repetito. Scribebant illi quidem Latine, sed cum alia multa e vulgari sermone vocabula sumerent, difficile est ut nunquam *Vandalusiam* nominarent, siquidem ea appellatio usu recepta erat. Et Rodericus quidem archiepiscopus Toletanus loc. cit. a Vandalis Silinguis originem nominis re, et ita: *Quæ regio, inquit, a Silinguis Vandalis adhuc hodie Vandalia nuncupatur, quam Andaluziam corrupto vocabulo vulgariter appellamus*. Vocabulum ergo *Andaluzia* vulgare jam erat sæculo xiii, quo scribebat Rodericus, sumptum, ut non male conjicit Florezius tom. IX Hisp. sacr., tract. 28, cap. 4, a voce Arabica *Andalos*, quæ rem occidentalem significat. Et, ut videtur, primum *Andaluzia* dicebatur tota Hispania, vel omnes illæ provinciæ quæ a Mauris tenebantur; deinde hoc nomen hæsit in provinciæ quæ olim sere Bætica erat, et in qua Mauri diutius constitierunt. Abunazarii exstat *de Studiis populi Andaluziæ*, hoc est Hispaniæ Arabiæ, rarum et inventu difficile opus. Consule Nic. Antonium in præf. ad Bibl., et in Biblioth. Arabico-Hisp. verbo *ABU-CHATIM ANDALUSIUS*, ubi plura de hoc nomine disputat, et opinionem vulgarem rejicit, quod *Andaluzia* a Vandalis dicta fuerit.

117. Ut ut id est, Hispanis Gothisque, qui Vandalorum hostes fuerant, præsertim postquam hi impietatem Arianam ejuraverant, minime placere poterant laudes quibus Guntharius a Dracontio fuerat cumulatus. Et, nisi nimium fallor, hæc causa fuit nonnullis cur Draco sui poemata, potissimum vero

Satisfactionem, licentius corrigerent et interpolarent. Id an ab aliis aliqua ex parte factum fuerit ante Eugenium Toletanum, desuere non ausim. Certe jam S. Isidori tempore pars primi libri, quæ de Opere sex d'orum inscripta fuit, a reliquo corpore separata erat, et ab eodem Isidoro corruptissime legebatur versus quidam primi hujus libri, ut notavi num. 7. Eugenius Chindasuinthi regis jussu libellos Dracontii de Creatione mundi conscriptos, ut loquitur S. Ildensius, suscepit emendandos. In versibus qui ad primum librum de Deo pertinent, nonnullæ mutationes factæ sunt, sed non admodum frequentes, neque ita magni momenti, ut nostrum codicem cum Sirmondiano conferenti patebit. In epistola præsertim Eugenius ea videtur fecisse quæ in sua præfatione ad regem Chindasuinthum narrat, *superflua se dempsisse* (ut ipse putabat), *semiplena supplevisse, fracta constabilivisse, crebro repetita mutasse, versiculos detraxisse, qui et sensu tepidi, et verbis illepidi, et nulla erant ratione subnixi, in quibus nihil reperiebatur quo lectoris animus aut mulceretur doctus, aut doceretur indoctus*. Nihil autem prius habuit Eugenius, sive alius (nam si rasset ante vel post Eugenium alius fuit interpolator), quam ut memoriam omnem regis Vandalorum penitus aboleret, versusque illos omitteret ex quibus occasio qua scripta fuit Satisfactio percipi posset. Hinc prætermissi omnino sunt hi versus:

Nominis Asdingui bella triumphigera.
Served, avi ut laudes dicam, patriasque, tuasque;
Perque suas proles regia vota canam.

118. Dedita etiam opera postremi Satisfactionis versus omissi videntur, quibus ærumnæ Dracontii clarius describuntur, factumque illud narratur ex quo veteres regem, qui laudabatur possent agnoscere:

Inclutus armipotens, vestræ pietatis origo,
92 Et doctus, genio pronior ad veniam,
Non homini ignosco, dixit, sed lingua meretur:
Hic reus et doctus Vincomalus fuerat.

Non tamen Eugenio imputaverim quod titulum Satisfactionis, quasi ad Theodosium Juniorem scriptæ, ipse supposuerit, priori inscriptione deleta qua regis Vandalorum nomen expressum erat; neque enim credam virum probum veritatisque studiosum tantum sibi arrogasse. Aut igitur ipse ignoravit cuinam laudes epistolæ dicerentur, et ex temporum ratione conjecit Satisfactionem ad imperatorem Theodosium Juniorem referri, aut, quod verius puto, elegiam sine inscriptione ipse dimisit, cui alii postea eum quem nunc apud Sirmondum legimus, ex conjectura addiderunt titulum. Aliarum mutatum quæ in sententiis aliter ac ipse auctor voluit explicandis factæ sunt, unum vel alterum proferam exemplum.

119. Dracontius providentiam Dei de bonis, quæ donat, ac de malis, quæ permittit, hoc uno disticho complexus est vers. 15:

Quidquid agunt homines, bona, tristia, prospera,
Hoc fieri admittunt ira favorque Dei. [prava,

Ut simili modo dixerat lib. 1, vers. 18, carm. de A
Deo :

Omnia quæ veniunt, bona, gaudia, tristia, acerba
Descendunt ex arce Dei, de sede Tonantis.

Interpolatori sententia elegiæ dara visa est: hæc ergo
ille duo disticha supposuit :

Quidquid agunt homines, bona, prospera, sancta, mo-
[desta,

Te faciente, fiunt, quo bona cuncta fiunt,
Econtra adversa, probrosa, maligna, inhonesta
Tu fieri pateris, qui mala nulla facis.

Et, ut apertius videas quid interpolatori in disticho
Dracontij displicuerit, animadvertas, quæ-o, muta-
tionem distichi sequentis, quod Dracontius i'a edi-
derat :

Hoc tua verba probant Moseo dicta prophetæ,
Quod duraturus cor Pharaonis eras.

Corrector noluit dictum quod Dominus cor Pharaonis B
obduraverit ; ita igitur ille :

93 Hæc tuâ lex do.uit Moyse præscripta notante,
Cum perduratum cor Pharaonis ait.

Atqui Dracontius Exodi verba cap. vii, v. 3, expres-
sit. Sed hic locus non est ut Dracontium tueamur ;
tantum nunc discrepantiâ inter Dracontium ejusque
correctorem ostendimus, quæ in eadem fere sententia
paulo post rursus occurrit vers. 27 :

Quis nisi cœlesti demens com.ulsus ab ira,
Aspera cuncta petat, prospera cuncta neget?

In codice Sirmondi hoc distichon ita effertur :

Quo nisi cœlestis Domini conspectus ad æthram
Aspera cuncta præmunt, prospera nulla juvant

Codex Azagræ in editione Matritensi sic habet :

Quo nisi cœlestis Domini conceptus ab æthra
Aspera cuncta premat, prospera nulla juvant.

Rivinus scripturam Sirmondi antea sollicitaverat, et
legerat :

Quem nisi salvasset Domini conspectus ab æthra,
Aspera cuncta præmunt, prospera nulla juvant.

Mendum viderat, sed veram lectionem non vidit, quæ
exstat in elegia non interpo'ata. Absurdum putabat
corrector quod aliquis *cœl. sti compulsus ab ira* aspera
cuncta peteret, prospera cuncta negaret. At Dracon-
tius hoc voluit, hoc de seipso affirmavit, ut ex tota
orationis serie liquet. In levi unius verbi mutatione
studiosam correctoris diligentiam licet observare.
Dracontius ex persona Commodi Augusti hoc præcep-
tum posuit vers. 189 :

Nobile præceptum, rectores, discite post me :
Sit bonus in vita qui volet esse deus.

Hoc postremum verbum interpolator aut mendum D
putavit esse, aut tolerari non posse. Igitur emen-
davit :

Sit bonus in vita qui volet esse Dei.

At Commodus, qui hæc verba profert, intelligit apo-
theosin gentilium, qua imperatores post obitum in
deorum numerum referebantur.

120. Plura alia nunc omitto, quæ melius patebunt
cum Elegia ex codice Vaticano e'd ta cum variantibus
lectionibus 94 codicum Sirmondiani et Azagrensium
conferetur. Sed cum tantum studium adhibitum fue-
rit ut Dracontii carmina ad posterum interpolata per-
venirent, quærat aliquis qua via extra Hispaniam et
in Italia hæc ipsa integra asservari potuerint ; nam

ea quæ in Gallia sunt, ex emendatione Eugenii vi-
dentur processisse, excepto codice Parisiensi S. Vi-
ctoris, quem ego puto exaratum ex aliquo antiquiori,
solos versus de Opere sex dierum continente, qualem
etiam ante Eugenium vidit Isidorus. Verum difficile
non fuit ut ante S. Isidori tempora codex aliquis ex
Hispania in Italiam adveheretur, qui integrum poema
de Deo, et Satisfactionem ad regem Guntharium com-
prehenderet : nisi velimus etiam suspicari ipsum
Dracontium, carcere tandem liberatum, in Italiam
venisse. Hanc enim habeo conjecturam, quam nunc
proponam.

121. Sidonius in Excusator. ad Felicem, carm. 9,
tres poetas laudat qui patribus suo et Felicis fuerant
sodales, quorum tertium non nominat, sed in Bætica
natum dicit, et alia de eo narrat his versibus :

Ne qui jam patribus fuere nostris
Primo tempore maximi sodales...
Sed nec tertius ille nunc legetur,
Bætim qui patrium semel relinquens
Un. Josæ petit sitim Ravennæ,
Blansores cui fulgidam Quirites,
Et carus popularitate princeps
Trajano, statuam foro locarunt.

Suspiciatur Sirmondus in notis ad Sidonium hunc
poetam Hispanum esse Merobaudem, de quo Idacius
ad annum 443 : *Asturio magistro utriusque militiæ
gener ipsius successor ipsi mittitur (ad Hispanias)
Merobaudis, natu nobilis, et eloquentiæ merito vel
maxime in poematis studio veteribus comparandus,
testimonio etiam provehitur statuarum. Brevi tempore
potestatis suæ Aracellitanorum frangit insolentiam Ba-
caudarum. Mox nonnullorum invidia perurgente, ad
urbem Romam sacra præceptione revocatur.* Addit Sir-
mondus hunc esse Merobaudem cujus exstat carmen
de Deo. Acute hæc excogitata sunt. 95 Verum idem
Sirmondus observat eo tempore statuas in foro Tra-
jano multis fuisse collocatas, quod etiam antiquis
inscriptionibus probat. Locus igitur adhuc relinqui-
tur dubitandi an de alio Hispano poeta aptius intelli-
gi possit Sidonius. Notandum ergo est Sidonium natum
fuisse circa annum 428, et affirmare poetam illum
Bæticum sodalem fuisse sui patris *primo tempore*,
quod ego interpretor in ipsa sui patris juventute.
Ait præterea Sidonius eum poetam Bætim patrium
semel reliquisse, et Ravennam venisse : quo innuit
Ravennæ cum patre suo amicitiam contraxisse. In-
telligo etiam poetam Hispanum Sidonii Bætim in
perpetuum reliquisse ; id enim significat hoc loco
adverbium *semel*. His ita positis consequitur Sido-
nium minus congruenter exponi de Merobaude, qui
anno 443 dux sive magister utriusque militiæ missus
est in Hispanias, mox sacra præceptione Romam re-
vocatus. Contra Dracontio omnia Sidonii verba apte
conveniunt : nam et Bæticus erat, et circa annum 427
Ravennæ jam potuit commorari, postquam patrium
Bætim semel reliquisset. Huic conjecturæ favet quod
S. Columbanus Elegiam Dracontii integram legerat,
ut ex versibus illius num. 8 allatis arguitur, et quod
codex Dracontii in catalogo antiquissimo monasterii
Bobiensis ab eodem S. Columbano fundati reperitur

descriptus. Id enim simul cum Sidonii versibus nonnullam causam præbet suspicandi Dracontium in Italia vixisse.

122. Dracontius enim, si libertatem adeptus fuit, ut sibi consuleret ac se calamitatibus quibus vexabatur Hispania subtraheret, otium honestumque secessum amare debuit: imo hoc Deum precatus est lib. III de Deo, vers. 647:

Me, rogo, jam repira sub libertate solutum,
Clade catenarum ferrato pondere pressum.
Sit vitæ requies, animæ sint otia fessæ,
Sit secreta quies, sit nox cum munere noctis.

Quod enim pergit, *Sit fortuna redux*, etc., ea tantum fortunæ bona videtur postulare quæ otio animæ fessæ, ac securæ quieti minime adveniant. Fuerat enim palatinus, ut conjici potest ex suis versibus, et plane affirmavit supra num. 52 Goldastus **96** nescio quo auctore: ad minimum erat dives et nobilis, ut ex vers. 589 lib. III colligere licet:

Agmina servorum fugiunt, tempore clientes.

Id enim recenset inter alias molestias quibus affligebatur.

CAPUT XIII.

Confessio et pœnitentia Dracontii.

123. Hoc discrimen interest inter carmen de Deo et Elegiam, quod in Elegia Dracontius regem alloquens, ejusque gratiam demereri cupiens, petit vitam sibi prorogari ut laudes Vandalorum canat; in carmine post humillimam criminum suorum confessionem sic Deum precatur vers. 663 lib. III:

Servatum reparare jube pietate sueta,
Ut merear cantare tuas per carmina laudes.

124. Præterea animadvertendum est Dracontium in Elegia innuere crimen suum non aliud fuisse nisi quod hostem aliquem regis Vandalorum carmine celebrasset. Et, ut conjecturis indulgeamus, fortasse Castinus fuit ille quem laudaverat Dracontius. Sic enim habet Idacius ad ann. 422: *Castinus magister militum cum magna manu et auxiliis Gothorum bellum in Bætica Vandalis infert; quos cum ad inopiam vi obsidionis arctaret, adeo ut se tradere jam pararent, inconsulte publico certamine confligens, auxiliorum fraude deceptus, ad Tarraconam victus effugit.* Dum Vandali vi obsidionis ad inopiam redacti erant, tempus potuit videri opportunum ut aliquis qui nondum corde societatem Romanorum expulerat, Castinum ducem versibus extolleret. Quamvis autem nullum vestigium carminis quod tunc Dracontius composuit ad nos pervenerit, ejus tamen testimonio certum est editum ab illo fuisse carmen quo rex offensus fuit. Nec mirandum est hoc non superesse carmen, quod Vandali, qui in Bætica tunc rerum potiebantur, suppressere debuerunt.

125. Dracontius in carmine de Deo, ubi ex animi sententia peccata sua fatetur coram Deo, de hoc carmine omnino **97** silet, fortasse quia putabat alia sibi esse crimina graviora quæ ut puniret Deus, eum in has quas patiebatur calamitates incidere permiserat. In Elegia vers. 105 ait:

Te coram primum me carminis illius ausu,
Quod male disposui, pœnitet et fateor.

A In carmine vero lib. III, vers. 576, post multa alia:

Hei mihi! quod facinus non uno tempore gestum,
Ut mea facta luam, tempus venit in unum.

Quot autem et qualia fuerint hæc scelera quorum se reum accusat Dracontius, non explicat distincte; sed innumera et horribilia fuisse, ex versibus qui præcedunt nonnulli colligent. Sic enim ait:

Quorum primus ego plusquam peccator habendus.
Quando fatebor enim scelerum numerum, atque reatus
Pectoris et carnis? non si mihi ferrea vox sit,
Ora tot exsurgant quot dentes ossibus albet,
Aut mihi sint linguæ quantos caput omne capillos
Pectinat, explebo numerum sine fraude fidelem.
Sed satis est dixisse reum sub crimine cuncto.
Quod tua jussa vetant, solus peccasse fatebor,
Omne quod horrescis non me fecisse negabo...
Ergo ego confiteor miseranda mente reatum
Plenum, grande malum non uno crimine partum.
Nam scelus omne meum numeros superabit arenæ
Littoris, et pelagi vincent mala nostra liquores.
Non puto diluvium tantos punisse reatus
Quantos ipse gero culparum pondere pressus.
Flumina me scelerum rapiunt, quatiuntque procellæ,
Et peccatorum torrens simul obruit unda.
Me delictorum merserunt fluctibus amnes,
Usque animam venit unda meam, gravis horror aquarum.

Hæc omnia nisi exaggerata a Dracontio esse censeamus, sceleratiorem eo neminem fuisse credemus.

126. In prolegomenis ad Prudentium cap. 2, num. 44 et seqq. probare conatus sum verba quibus sua crimina Prudentius in præfatione accusat, a modestia et humilitate **98** Christianis justis usitata posse intelligi profecta, neque innuere hominem insigniter sceleratum et perditum, ut alii vulgo interpretabantur. Neque nunc quidem aliter sentio: imo hæc ipsa Dracontii verba, quæ graviora plerisque videbuntur, eodem sensu accipio. Sed quod de Prudentio tunc satis aperte indicavi, nunc clare profiteor, non ita me hanc causam agere, quasi aut de Prudentii aut de Dracontii innocentia liqueat, sed id unum asserere, ex humili eorum confessione argumentum peti non debere ad gravissima de eis scelera affirmanda. Luculentum exemplum nunc afferam ex S. Eugenii Toletani versibus in Lamento de adventu propriæ senectutis, lib. I, carm. 12:

Oppressi, rapui, nudavi, crimina finxi,
Pauperis ad vocem mens mea surda fuit.
Corrupti proprium lascivo vulnere corpus,
Hinc miser, hinc pavidus, hinc temulentus eo.
Nulla meas unquam venia compescuit iras,
Nec sine felle furens, nec sine cæde fui.

Ac ne quis de auctore dubitet, nomen in postremo pentametro exprimit:

Eugenio misero sit, rogo, pœna levis.

Nemo negaverit difficilius esse hæc verba Eugenii benigne interpretari, quam quæ a Dracontio in genere tantum proferuntur: nam Eugenius ad species ipsas horrendæ cujusdam iniquitatis descendere videtur.

127. Profecto Barthius, qui lib. LV Advers., cap. 11, hoc carmen Eugenii interpretatur, conceptis verbis ait: *Corrupisse se proprium corpus scortationibus dicit... Fuisse autem ad hæc delicta proniorem Eugenium ex epigrammate etiam tertio doceri possumus, ubi ait:*

Nunc rectum sequimur, nunc pravum corde tenemus;
Nunc sancti castique sumus, nunc scorta fovemus.

Etsi enim eo loco generatim loquatur de mentis apud omnes homines inconstantia et futilitate, sua tamen ex propria conscientia et vitæ anteactæ experientia ista omnia recenset atque detestatur; fatetur autem eodem 12 carmine etiam cæde 99 se purum non fuisse. Non enim aliter quam uti sonant, simpliciter ea verba sunt intelligenda... Juventutem se per libidinum omnia genera decurrisse fassus est. Hæc Barthius, qui si vidisset alia carmina Eugenii ex codice Azagrensi Matrili edita, uberius opinionem suam confirmasset carmine 1 lib. II, quod incipit :

Mole culparum graviter onustus,
Crimine summus, vitiis abundans.

128. Barthio ex sola Eugenii confessione assentiri non auderem, etiamsi alia deessent monumenta quæ ejusmodi scelera ab Eugenio repellerent : nunc cum hæc adsint, plane dissentio. Audi locupletissimum testem Ildefonsum in Eugenii Vita : *Hic cum ecclesiæ regie clericus esset egregius, vita monachi delectatus est. Qui sagaci fuga urbem Cæsaraugustanam petens, illic martyrum sepulcris inhæsit, ibique studia sapientiæ et propositum monachi decenter incoluit : unde principali violentia reductus atque in pontificatum ascitus, vitam plus virtutum meritis quam viribus egit. Fuit enim corpore tenuis, parvus robore, sed valide fervescens spiritus virtute. Caditne id elogium in eam hominem qualem nobis describit Barthius? Neque opponas Eugenium juventutis suæ crimina accusare; nam Ildefonsi testimonium vitam in adolescentia integre et pie actam confirmat, et ipse Eugenius in epitaphio totum suæ vitæ tempus comprehendit, perinde quasi ad obitum usque sceleribus fuerit involutus. Quid igitur restat, nisi ut dicamus Eugenium quodam sensu minus proprio, sed vero et humili loqui, ut veritas in ejus dictis cum humilitate cohæreat, neque verba ut sonant aut sonare videntur, simpliciter intelligantur?*

129. Eugenius autem non se solum verbis ex humilitate Christiana profectis, verum etiam, quod mireris, Chindasuinthum regem simili modo, tanquam improbum et nefarium hominem descripsit. In libro II carminum Eugenii ex codice Azagræ, in editione Matritensi, carmen 75 est *Epitaphium Chindasuintho regi conscriptum*, ubi inter alia Eugenius hæc ait :

100 Chindasuinthus ego noxarum semper amicus,
Patrator scelerum Chindasuinthus ego.
Impius, obscenus, probrosus, turpis, iniquus,
Optima nulla volens, pessima cuncta valens.
Quidquid agit, qui prava cupit, qui noxia quærit,
Omnia commisi, pejor et inde fui.
Nulla fuit culpa quam non committere vellem,
Maximus in vitiis, et prior ipse fui.

Retitui pejor pro pejus, quod legitur in editione Matritensi. In his versibus primum agnoceo humilem exaggerationem vitiorum Chindasuinthi; deinde arguo, non ab Eugenio, sed ab ipso Chindasuintho epitaphium fuisse compositum. Qui enim fieri potuit ut Eugenius aut vivente Chindasuintho, aut post ejus obitum tot tamque gravia crimina illi imputaret?

130. *Prælargissimam pietatem Chindasuinthi Eugenius ipse in epistola qua Dracontium a se emenda-*

atum mittit, celebrat; eundem Chindasuinthum religionis pietatisque laude floruisse constat, qui etiam Taionem Romam legatum misit, ut varia S. Gregorii opera, quæ in Hispania desiderabantur, asportaret, et Eugenio mandatum dedit ut Dracontii libellos corrigeret. Unum in eo vitium, cujus distincta mentio in epitaphio non est, Mariana lib. VI Hist. Hisp., cap. 8, notat, reliquam vitam laudat : *Regnum per tyrannidem occupatum bene gessit, inaugurationis vitium totius vitæ probitate atque constantia compensare satagens.* Non ergo Eugenio, sed ipsi Chindasuintho tribuendum est hoc epitaphium. Neque immerito solertissimus editor cardinalis Lorenzana ante librum secundum monuit non omnes versus qui in eo proferuntur, repræsentari tanquam germanos fetus Eugenii, quamvis in codice Azagrensi omnes sub uno Eugenii nomine ordine continuo reperiantur scripti, et permixti illis quos jam ante Sirmondus ediderat. Inter illos ipsos quos Sirmondus vulgaverat, plures esse qui Eugenium non habent auctorem, facile esset ostendere, ut carmen 21 de Inventoribus litterarum, quod in Anthologia Latina reperitur. Et quoniam epitaphium Chindasuinthi huic ascripsimus, carmen 31 libri I de Morte 101 conjugis Chindasuinthi regis, quo rex alloquitur reginam, nihil prohibet quominus eidem regi adjudicemus. Quod si Chindasuinthus auctor sui epitaphii creditur, pro uno exemplo Eugenii quod proposueram, jam duo erunt distinguenda : ex quo magis confirmabitur humilem peccatorum confessionem Dracontii sine improbæ vitæ infamia stare posse, et cum exempta hæc humilitatis Christianæ ex Hispanis sint petita, nova conjectura accedet, si tamen res non obscura conjecturis comprobanda est, ut ex simili modestia Hispanis potissimum usitata Hispaniam Dracontii patriam esse confirmemus.

CAPUT XIV.

Stylus, latinitas, et prosodia Dracontii.

131. Ut de aliis omnibus scriptoribus, ita de Dracontio diversa sunt inter se doctorum hominum judicia. Dupinius, Biblioth. Nov. tom. IV, pag. 210, barbarum et inconditum dicendi genus in Dracontio taxat. Ceillierius, tom. XV de Script. eccles., cap. 29, nihil in Dracontii poemate, consideratione dignum esse arbitratur. Goldastus in epistola ad Weitzium ait : *Dracontius probus auctor est, concinnus, et ipsa brevitate commendabilis, sed ab ævo sequiori : in quo tamen consimiliter ut in Prudentio elegantiarum flosculi ceu purpuræ quædam insitæ interlucent ac scintillant.* Fabricius, comm. in Poet. Christ., verbo DRACONTIUS : *Ejus carmen eruditum atque insigne est.* Conradus Rittershusius in oda ad Weitzium :

Huic jam it comes Dracontius,
Sublimique canit versu primordia rerum.
Multis diu ignobilis,
Non bene qui lauit, tuâ donec cura sub oras
Ipsam reduxit luminis
Ex tenebris, monstrans clare quot via reperta
Pugno ille concludat brevi.

Mendum videtur quot via : forte Rittershusius scripsit quot dia reperta Barthius sæpe elegantiarum Dracon-

tii flosculos indicat, **102** ingenium vero prædicat A lib. vii Advers., cap. 20: *Plurimum ingenii fuit in Christianis veteribus vatibus, et quidem sæpe adeo excellentis, ut dum illustrare volunt quædam, omnia confundant. Sane Dracontius Hispanus adeo acute et nerveose de plerisque incidentibus loquitur, ut vix seipsum satis intellexisse videatur, tantum abest ut ab iis potuerit sententia ejus percipi qui nostra ætate in ea re studuerunt.* Nonnullis hoc laudandi genus obscurum et ambiguum videri possit, sed quid voluerit Barthius dicere satis intelligitur: esse scilicet quoddam ingenii acumen, quod dum subtilius in rebus versatur, nonnullam obscuritatem parit apud eos præsertim qui parum ingenio valent. Paulo post ait Barthius Dracontium acute conciseque loquendi artificem fuisse, et natura ævoque eo inclinasse.

132. Jure animadvertit idem Barthius loc. cit., omnino Dracontium mendis adhuc plurimis scatere, quæ nisi tollantur, frustra notha pro legitimis, supposita pro genuinis interpretari labores. *Et in acutis (addit) his concisisque scriptoribus multa infercire præsumperunt transcriptores sequentium temporum, cum nemo non paulo litteris imbutior hoc genere scribendi delectaretur, usque adeo quidem improbe, ut universa tandem eloquentia his argutiis intercisâ sit.* Quod autem idem Barthius, lib. liv, cap. 9, Dracontium vocat *poetam sensu et eruditione, quam eloquentia longe meliorem et instructiorem*, atque alibi phrasin ejus intricatiorém dicit, id eodem pertinet, ut Dracontius partim natura, partim sui sæculi more, partim transcriptorum culpa nimium sit acutus et ingeniosus, atque hac parte a vera eloquentia declinaverit. Minime autem dubito quin diverso modo judicasset Barthius, si Dracontium qualis a nobis exhibetur vidisset. Nam primum Barthius putabat Hexaemeron quod tunc exstabat, epitomen esse carminis Dracontii de Opere sex dierum, duosque auctores ex stylo colligebat, ut dixi num. 29. Cum vero nunc constet Dracontium non sibi proposuisse argumentum operis sex dierum, sed majestatis divinæ e rebus creatis laudandæ, ad **103** hujus scopi rationem de poemate judicandum est: et recte quidem in eo omnia procedunt.

133. Deinde etsi Dracontius nondum tam correctus prodeat quam esset optandum, tamen multa in eo jam apparent lumina eloquentiæ non vulgaris, in Elegia præsertim, ubi emendatiorem codicem nacti sumus. In carmine vero de Deo sæpe orationis tractus ita æquabilis fluit, ut evidentissimum sit in aliis locis ubi intricatior est sermo, non auctoris, sed exscriptorum aut interpolatorum culpam esse. Non tamen iverim inficias e barbarorum commercio aliquam labeculam stylo Dracontii adhæsisse; sententias et sæpe verba eadem frequenter esse repetita, et fortasse rerum ordinem parum accurate dispositum. Sed recte aiebat Ovidius, etiam leviori calamitate oppressus, lib. i Trist. eleg. 1:

Hæc quoque quæ facio judex mirabitur æquus,
Scripta tunc cum venia qualiacunque leget.

Da mihi Mæonidem, et tot circumspice casus,
Ingenium tantis excidet omne malis.

Dracontius in catenis et vinculis scribebat. Quid ergo mirum si Dei benignitatem et clementiam passim imploret, etiam ubi res id non postulare videatur? aut si varietatem phrasium verborumque negligat? aut si perturbato nonnunquam argumenti ordine procedat? Interea negari nequit gravissimas et ad pietatem Christianam maxime conformatas sententias in ejus carminibus emicare, e sacris Litteris sanctisque Patribus petitas, ut vere Sirmondus, qui minimam partem eorum viderat, dixerit in epistola dedicatoria ad Henricum Borbonium regis filium, episc. Metens.: *Ad Dei laudes admirabilium ejus operum contemplatione subvehet Dracontius.* Omitto nunc singularem Dracontii doctrinam, et eruditionem non solum sacram, verum etiam profanam, quæ versus illius legentibus ipsa sine indice se prodit.

134. Quod attinet ad nitorem sermonis Latini, multa occurrunt in Dracontio pure et venuste dicta, multa etiam ex optimorum poetarum imitatione, quos ipse, ut patet, sedulo legerat, et Christiane loqui quodammodo cogit. Quædam tamen **104** sunt alia quæ non barbara quidem censenda sunt, sed minime proponenda ut ea imitentur ii qui ad aureæ ætatis gustum velint sermonem suum conformare. Sed habenda est etiam ratio argumenti, quod a veteribus profanis poetis intactum voces quasdam admittit ab eis non usurpatis, præsertim quæ ecclesiasticum quemdam saporem habent, quod e sacris Litteris et usu Ecclesiæ profectæ sint. Sane qui sermonis Latini terminos qua late patent nosse velint, poetas æquales Dracontii minime ignorare debent, cum ii e pura Latinitate plurima vocabula nobis conservaverint, alia adjecerint quæ suo tempore erant in usu, neque indigna sunt ut etiam nostro usurpentur. Quamvis autem in notis animadvertemus quæ sint voces phrasesque propriæ Dracontii, aut paucis cum ipso communes, juvabit tamen nunc quædam observare.

135. Lib. i de Deo, vers. 4, usus est adverbio *veneranter*, atque iterum lib. iii, vers. 672, quò etiam Tertullianus, sive quicumque alius auctor carminum sub hujus nomine, et Sedulius, usi sunt. Alia similia adverbia formavit Dracontius, ut lib. i, vers. 94, *moderanter*; ibid. vers. 351, *dominanter*; ibid. vers. 609, *incessanter*. Lib. iii, vers. 225, *tonanter*; ibid. vers. 671, *trementer*.

136. Nomine *modestus* mirum quantum delectatus sit Dracontius. Lib. i, vers. 29, de pietate Dei *virtute modesta est*. Ibid. vers. 435, de Deo, *virtute modestus*. Lib. ii, vers. 70, de Deo, *pietate modestus*; ibid. vers. 308, *non jure modesto*; ibid. vers. 758, de Tabitha *modesta*. Lib. iii, vers. 579, *vultus modestos*. Eleg. vers. 93, *dominos reticere modestos*. De voce *placidus* vide num. 148.

137. Sæpe etiam Dracontius adjectivum *anhelus* igni aut soli tribuit, ut lib. i, vers. 26, *solis anhelus*; ibid. vers. 187, iterum *solis anhelus*; ibid. vers. 659,

ignis anhelii; lib. II, vers. 91, *ignis anhelii*; lib. III, vers. 70, *anhelantes flammis*; vers. 169, *non fervor anhelat*; vers. 308, *anhelantis vaporis*.

138. Weitzius in initio indicis sui in Dracontium monet bina epitheta sive adjectiva ab eo uniri uni substantivo, ut vers. 180 lib. I, *odoriferis nunquam marcentibus herbis*, atque **105** alibi. Exemplum complosionis profert ex vers. 396 lib. I: *Omnia pulchra gerens, oculos, os*. Ad *hyphên* refert vers. cit. 180, *nunquam-marcentibus*, et similia, ut *male viventi, semper-vestita*. Ad *ὄξυμωρα*, *oxymora* revocat *funera viva, vivax cadaver* lib. I, vers. 643, quibus verbis oxymoris, hoc est quasi *acutistultis*, quia stulta videntur primo aspectu, sed sunt acuta, plenus est Dracontius.

139. Denique ut de prosodia Dracontii nonnihil dicamus, raro a metri legibus quibus severiores poetæ optimi se obstrinxerunt, recedit. Quod *idolum* secunda brevi effert, commune hoc vitium illi est, si tamen est vitium, cum Prudentio aliisque multis poetis Christianis: cujus syllabæ corripientiæ rationem reddidi in prolegom. ad Prudentium cap. 24 et seqq. Peculiare Dracontio est, quod primam in *thronus* producat; sed etiam id defendi potest ex his quæ loc. cit. disserui: nisi fortasse codex corruptus est duobus in locis quibus hoc verbum adhibetur. In verbo *fiant* varius est Dracontius: aliquando producit cum antiquis poetis, aliquando corripit cum Prudentio et aliis: quanquam mendum aliquod suspicari licet ubi a Dracontio corripitur. Vide notam ad vers. 82 lib. I, et 191 lib. II. Paucas alias vocis, quas Dracontius diverso intervallo, atque alii, profert, suis locis adnotabo. Solemne quoque est Dracontio, ut aliis poetis sequioris ævi, vocalem brevem ratione solius cæsurae producere, ut lib. I, vers. 430, *Projicere nec plasma suum*. Alicubi etiam ob solam aspirationem brevis a Dracontio produci-tur, quod et ratione, et veterum exemplo suscipi potest.

140. In nominibus propriis magnam licentiam poetæ Christiani atque illi etiam profani qui eodem tempore scribebant, sibi sumebant. Dracontius, simili libertate usus, nomina propria ut collibitum illi est metro alligat, et idem nomen modo brevi intervallo, modo longo pronuntiat. Sic lib. II, vers. 572, primam rite corripit in *Stephanus*,

Martyrium Stephano qui fecerat, inde recepit,
in Elegia vero eandem producit vers. 171,

Stephanus ante alios lapidum sub grandine martyr,
106 nisi contra auctoritatem codicum malis trajicere,
Ante alios Stephanus lapidum, etc. Verum idem Dracontius in *Isac* primam corripuit lib. III, vers. 139,

Quid pater Abraham, quid Isac meruisse leguntur?
et produxit paulo post vers. 155,

Omnia perpetuo generi manifestius Isac.
Barthius, lib. IX Advers., cap. 7, ut quemdam versum Dracontii restituat, ita præfatur: *Poetarum Christianorum mos velut est, consuetudo certe, nominibus quæ propria appellant grammatici, uti in versu*

ut libet, modo correptis videlicet syllabis, modo productis. Inde illustre mendum video in eodem Dracontio, etc. An de hoc mendo vere judicaverit Barthius, suo loco dicam.

141. Non est tamen silentio prætereundum ipsos etiam poetas Christianos agnovisse nomina propria quantitate certa syllabarum gaudere, quam servare oportet. Multa sunt exempla poetarum Christianorum veterum qui nominibus his propriis contra metrum uti non audebant, aut veniam præfabantur, siquando aliter fieri non poterat. Sed adducam exemplum e sæculis barbaris. Galfridus de Vino Salvo, qui anno 1216 vivebat, in Poetria sic Innocentium summum pontificem alloquitur:

Papa, stupor mundi, si dixero, Papa Nocenti,
Acephalum nomen tribuam tibi; si caput addam,
Hostis eris metri Nomen tibi vult similari.
Nec nomen metro, nec vult tua maxima virtus
Claudi mensura. Nihil est, quo metiar illam.
Transit mensuras hominum. Sed divide nomen.
..... .. In præfer, et adde Nocenti,
Efficiturque comes metri: sic et tua virtus
Pluribus æquatur divisa, sed integra nulli.

Ita Galfridus delicias facit in nomine *Innocentii*, quod versu hexametro concludi nequit. Nihilominus paulo post in *Gregorii* nomine leges metri contempsit:

Desine; Gregori, subsiste; quid eloquar omnes!

Et potuit tamen alio modo versum ordinare, ut secundam non **107** produceret. Concludam igitur Christianos poetas nominibus propriis, præsertim quæ ex alio idiomate originem trahunt, libere usos in versu, partim quod vulgarem consuetudinem ea efferendi sequerentur, partim quod facilius in his quam in aliis licentiam poeticam locum habere existimarent. Verum de his omnibus quæ ad peculiarem Christianæ veteris poeseos prosodiam pertinent, fuse et dedita opera egi in prolegomenis ad Prudentium, quæ nunc repetere necesse non est; plura autem alia illis addere, etiamsi id fieri nullo labore possit, opportunum non videtur.

CAPUT XV.

Methodus in editione Dracontii observata.

142. Weitzius in prologo editionis Dracontii iudicium hoc viri cujusdam clarissimi exponit: *Polito scriptori, qua'is hic noster est, omnia jure meritoque integra esse debere, levissimumque etiam mendum ei molestiam exhibere*. Nihil igitur mihi magis elaborandum fuit, quam ut Dracontium integrum, et quoad ejus fieri posset, ab omni mendo purum repræsentarem. Vere enim Muretus dixit lib. VIII Var. lect., cap. 4: *Quodidie magis intelligo nullam esse mendam ita pusillam, quam non permagni intersit e veterum monumentis tolli ac corrigi; neque ullum hominum genus magis prodesse studiis, quam eos qui accurate et fideliter operam in illis purgandis et emendandis ponunt. Unius enim litterulæ erratum interdum eas etiam hominibus eruditissimus offundit tenebras, ut tanquam in illuni nocte errantes quovis potius perveniant, quam quo volunt*. Idem eruditus et elegans scriptor lib. I, cap. 16, affirmat vix ullum esse codicem tam imperite scriptum, ex quo eruditus proficere non possit.

143. His rationibus testimoniisque innixus e mss. A codicibus præcipue versus Dracontii exhibeo. Sed quoniam alter e duobus codicibus Vaticanis mendis pluribus scatet, errata quæ talia mihi certo aut valde probabiliter visa sunt correxī, 108 et lectionem quam veram aut ad veram proxime accedentem putabam restitui. Nihilominus liberam facultatem aliter judicandi et corrigendi aliis reliqui, subjectis verbis mendosis quæ in codice leguntur; qua in re nimia quadam, et quæ obscura videri possit, diligentia usus sum, cum errata librarii minime dubia passim ascripserim. Inutilis tamen non est hic labor censendus: primum quia sæpe accidit ut unum idemque verbum aliis clare mendosum, aliis contra verum videatur; tum quia aliquando e voce aliqua depravate scripti vera lectio eruitur, et fortasse quod a me restitutum est, aliis non placebit, et ex menda codicis ipsi aliud invenient; præterea quia prodest librarii manum quodammodo nosse, et ex erratis quæ solet admittere, veram scripturam in aliis locis obscuris conjectare.

144. In libro i carminis de Deo usque ad vers. 116, *Prima dies*, solus codex Vaticanus adhibetur. Ab hoc versu 116 usque ad ultimū libri versum 754, *Quo te promittis*, lectiones variantes e quatuor codicibus proferuntur, scilicet primo e codice S. Victor's Parisiensis, sive ex editione prima Dracontii Parisiis ad hunc codicem conformata; secundo e codice Parisiensis bibliothecæ Regiæ, sive ex editione Dracontii quam Sirmondus, eo codice usus, procuravit; tertio e codice Azagræ, sive ex editione C Matritensi PP. Toletanorum, in qua ad marginem carminum Dracontii, aut in fine paginæ varietas scripturæ codicis Azagræ adnotatur; quarto denique e nostro Vaticano codice. Notæ quibus hos codices designamus faciles sunt intellectu; nam *Vict.* significat primum codicem S. Victoris, *Sirm.* secundum codicem, quem Sirmondus adhibuit; *Azagr.* tertium codicem, qui fuit Azagræ; *Vat.* codicem quartum, qui est Vaticanus. In libro secundo et tertio carminis de Deo nullus alius nobis est allegandus codex, nisi Vaticanus. In Elegia sive Satisfactione tres codices laudantur, Sirmondianus, Azagrensensis et Vaticanus. Cum autem primigenia Dracontii carmina propositum sit nobis promulgare, cæteris omnibus codices Vaticanos præferimus, quippe qui ab Eugenio emendatione vel interpolatione omnino 109 immunes sunt conservati. Maculas vero quæ exscriptorum negligentia et temporum injuria in codicibus Vaticanis irreperunt, aliorum codicum ope, quotiescunque commodo id fieri potuit, deterimus.

145. Possent etiam inter variantes lectiones aliæ tres editiones annumerari, videlicet quas Georg. Fabricius, Weitzius et Rivinus adornarunt. Verum satius duxi ad notas quæ variantibus lectionibus subjiciuntur, horum editorum conjecturas rejicere: conjecturas, inquam: cum enim illi nullum codicem manu exaratum præ oculis habuerint, ubi a veteribus editionibus discrepant, id tantum conjiciendo

A faciunt. Adnotationibus igitur in Dracontium non solum ea comprehendimus quæ ad historiam sacram et profanam, ad philosophiam, ad sacram Scripturam et theologiam spectant, verum etiam criticas observationes de proprietate et significatione verborum, atque adeo conjecturas aliorum, et nostras de varia versuum lectione admittenda vel rejicienda. Nam interdum accidit ut scriptura quæ auctoritate codicis retinetur non valde placeat, quæ proinde conjectura aliqua sollicitatur; interdum, ut vox aliqua restituta sit ob mendam codicis perspicuum, sed fortasse alia vox melius, aut æque bene posset substitui, quod sine aliqua explicatione intelligi non posset. Ratio præterea reddenda est cur aliorum conjecturæ aliquando non placeant, quod in notis B opportune fiet.

146. Lacunas quæ in carmine de Deo occurrunt, satiusne fuerit ita ut sunt, relinquere, an aliquo pacto supplere, poterat in controversiam vocari. Equidem rationem aliorumque exemplum secutus, hujusmodi supplementa adjicere malui. Plurimum enim juvari potest lector, si eodem orationis filo sententiam non interruptam legat, atque ita præcedentia cum sequentibus jungat. Etenim si deficiente versu aliquo aut hemistichio sensus omnino imperfectus relinquatur, immorari, et secum conferre debet quid auctor dixerit, et cur alia quæ sequuntur addiderit. Provisum tamen est ut hæc supplementa a verbis Dracontii clare distinguantur: sic nemo queretur sibi fieri. Non me præterit male audire C dire 110 nonnullos grammaticos, qui versus quos Virgilius inchoatos reliquerat, supplere conati sunt. Sed præterquam quod discrimen est magnum inter versus Dracontii, qui vitio codicum imperfecti sunt, et Virgilio versus, quos ipse nondum compleverat, neque a Vario et Tucca compleri voluerat, grammatici illi hæc potissimum de causa reprehensi sunt, quod non solum audacter, sed etiam temere et inepte Virgilianæ purpuræ vilissimum suum pannum admiscuerunt, ut qui versum a Virgilio ita inchoatum, *Quem tibi jam Troja*, ita absolvit, *Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa*. Nescio vero an n agis risu dignum sit, quod nonnulli his verbis imperfecti Virgilio mysterium quoddam artis poeticæ D inesse crediderint, quod etiam sibi imitandum proposuerint. Aonius Palearius, ejus opera minus fortasse quærerentur, si tam infami morte non obiisset, in suo poemate de Inimortalitate animæ hoc etiam vitio delectatus est, ut quosdam versus tanquam inchoatos ediderit, periade quasi nihil in mentem venire potuisset quod præcedentium consequentiumque majestatem exæquaret. Prætermissum hoc caput est a Jo. Burch. Menckenio in suo libello de Charlataneria eruditorum.

147. Aliorum plurium qui veterum scripta emacularunt industria a plerisque laudata est. Cicero, si fides habenda sit Chronico Eusebiano, Lucretii poema emendavit. Aristarchi, Leogoræ Syracusani, et Zenodoti-Ephesii, qui operam suam in versibus

Homeri corrigendis collocarunt, meminit Isidorus lib. 1 Orig., cap. 21. Et recentioribus Franciscus Namsius commendatur a Lipsio cent. 2, epist. 60, quod Nonnum Panopolitanum a mendis purgaverit. Propius ad rem nostram pertinet quod in Corippo Azagra quaedam loca plane corrupta ex ingenio restituit, Demsterus lacunas supplevit, suamque hanc agendi rationem tuetur, ac postremo Fogginius novas conjecturas castigationesque apposuit. Joannis Freinshemii nota sunt supplementa ad Tacitum, Curtium, et Livium. In Miscellaneis Lipsiens. tom. I, ann. 1716, insertum est supplementum fabularum Phædri, auctore M. Christophoro Hauptio. Hujusmodi **111** conjecturæ et emendationes in his scriptoribus solent esse magis necessariæ, quorum opera in uno tantum codice ms. reperta sunt, aut in pluribus quidem codicibus, sed qui omnes ex uno exemplari descripti sint: ut in Velleio Patereulo, quem beatus Rhenanus ex uno exemplari mutilo, prodigiose corrupto et fœdissime depravato, primus vulgavit, et in Catullo, cujus multi sunt codices mss., sed omnes a quodam exemplari in Galliis reperto propagati. Verum de iis suum cuique judicium. Mihi satis fuerit iterum monuisse supplementa ita dispositum iri, ut nemo fucum sibi facium jure queri possit.

CAPUT XVI.

Argumentum et synopsis trium librorum de Deo.

148. Ad Dei laudes admirabilium ejus operum contemplatione subvehere Dracontium, recte pronuntiavit Sirmondus. Et id sane posset statui argumentum carminis de Deo, non dissimile titulo egregii libelli cardinalis Bellarmini qui inscribitur Ascensio mentis ad Deum. Hoc ipsum innuit inscriptio carminis in codice Vaticano *de Deo*. Explicatius vero argumentum poematis Dracontii comprehendit cognitionem et laudes Dei ex ejus operibus misericordiæ et justitiæ, sed præcipue misericordiæ, clementiæ, aut pietatis erga homines, quæ in toto carmine maxime emicat. A primo versu sic orditur Dracontius:

Qui cupiunt animis placidum rescire Tonantem,
Hoc carmen præ mente legant, etc.

Perquam familiare illi est vocabulum *placidus* pro miti, clementi, pio; quin etiam definitionem hujus nominis quodammodo ipse nos docuit in Elegia vers. 287 et seqq.:

Si non humani generis peccata fuissent,
Unde pium nomen posset habere Deus?
Sed quia dat veniam populis peccata relaxans,
Per pietatis opus nomen habet placidum.

112 Quod autem opera etiam justitiæ divinæ velit Dracontius commemorare, ex proœmio lib. 1, vers. 10 et seqq., colligitur:

Hoc agit, et sequitur variis sub casibus iras,
Et pia vota Dei miseris hinc, inde beatis,
Pro meritis morum, pro certo tramite vitæ.

Justitiam vero iramque Dei ita Dracontius exponit, ut semper præ oculis habuerit quod de Deo ipse dixit lib. 1, vers. 691:

Et nulla virtute minor, nisi verberis ira.
Et clarius lib. II, vers. 693, *Plus pius es quam ju-*

stus, ubi multa alia in eandem sententiam disputat. Ex ipsa adeo ira occasionem laudandæ pietatis sumit, ut lib. I, vers. 556:

Magna Dei pietas, semper qui temperat iras.

Et in fine lib. III, vers. 658:

Quod vivus sum, mortis inops pietate reservor,
Non ira; nam si Domini gravis ira fuisset,
Non me differres, subita sed morte necares,
Ne peterem veniam, quam nunquam, sancte, negasti,
Aut ut non essem prorsus, cui parcere posses.
Servatum reparare jube pietate sueta,
Ut merear cantare tuas per carmina laudes.

Venio nunc ad singulos libros summam explicandos.

SYNOPSIS LIBRI I.

149. Res omnes creatæ Deum agnoscunt, laudant et prædicant. A Deo sunt omnia quæ accidunt, prospera et adversa; peccatores tamen non subito puniunt, sed portentis præmonet, ut veniam petant. Prognostica plura describuntur quibus homo læta et tristia prænoscit. Deus dum terret, amat, veniamque roganti non denegat, nec nisi perseverantes in criminibus supplicio afficit. Deus quippe vult omnes homines salutem æternam consequi; idque ostenditur ex tot rebus propter homines creatis. Prima enim die lux creata est, ex qua plurima homini beneficia proveniunt. Altera die cœlum, ignis, et aqua creantur; tertia die mare, terra, herba, arbores, flores, pigmenta. Paradisi terrestris descriptio. Quarta **113** die cœlum sole, luna et sideribus ornatur; quæ omnia lumina Deo obediunt et hominibus serviunt. Quinta die pisces in aquis producuntur, cibi hominibus futuri, et ex eisdem aquis aves prodeunt. Sexta die animantia terrestria creantur, et diversa diversis terris addicuntur, ut munera alia per orbem dispersa sunt. His omnibus ut dominaretur, creatus est homo ad Dei imaginem; qui ne esset solus, particeps generis data illi est uxor, ex ejus costa formata, ut amor mutuus eorum perfectus esset. Arbitrio igitur eorum Deus omnia creata commisit, negotiumque illis dedit ut propagationi generis studerent. Cum paradisi deliciis fruerentur, serpens feminam decepit, ut fructum ex arbore quæ una tantum prohibita fuerat, comederet. Femina decepta virum decepit; qui tum demum pudore suffusi fugere cœperunt, quasi Deum increpantem latere possent. Sed cum homines tot habeant signa quibus res occultas scire valeant, quo pacto primi parentes crimen suum, ac seipsos Deo occultare potuissent? Post confessionem igitur Deus sententiam pietate temperatam tulit, qua mors ipsa pro pœna inflictæ illis est, simulque pro pœnæ quodam levamine, ne homines in ærumnis hujus vitæ perpetuo viverent. Memor autem Deus operis sui ita primos parentes e paradiso eiecit, ut dominium orbis rerumque quæ in orbe sunt, illis concesserit, decrevitque ut omnia ordine suo et constanti lege procederent, atque alia aliis succederent, ut homini primo, et qui ex primo homine continua successione propagandi erant subiecta essent et servitium præstarent. Neque id solum Deus clemens providit, ut hominibus defunctis alii

denuo nati succederent, verum etiam, ut ii qui A mortui sunt, vitæ post multa sæcula restituerentur. Hanc resurrectionem corporum natura ipsa probabilem reddit multis exemplis rerum; quæ quodammodo moriuntur et reviviscunt. Multo enim magis corpora hominum resurgent virtute Dei, qua cuncta creata sunt et vigent, cum ejus clementia erga homines tanta sit, quanta decet Omnipotentem. Laudes Dei ab ejus infinita majestate, potentia, scientia ac præsertim benignitate. **114** Dracontius ad Dei laudes carmine celebrandas ejus opem implorat.

SYNOPSIS LIBRI II.

150. Deus auctor et rector omnium rerum: cui stellæ, luna, sol, omnia elementa obediunt. Dei immensitas. Ab ejus nutu omnia pendent, cujus verbo creata sunt. Trinitatis divinæ confessio. Verbum B caro factum ut homines salvaret. Filius Patri consubstantialis, Spiritus sanctus idem quod Pater et Filius. Verum corpus Deus assumpsit. Christi miracula ut homines in eum credant. Discipuli ejus gratia miraculorum donati. Imperium Dei in res creatas. Transitus Israelitarum per mare Rubrum. Israelitis cibus et potus in desertis divina ope suppeditantur. Rursus Dei laudes e rebus creatis et concordia elementorum. Deum omnia fatentur et laudant, etiam animalia, quæ pernicio aliquando sunt. Cur Deus hæc creavit. Primum Adami peccatum. Posteriorum ejus crimina quam gravia sint. Etiam pernicio a animalia nonnunquam prosunt. Homo feris pejor. Ejus audacia et perversitas. Cætera omnia divinis parent legibus. Homines neque C ira, neque pietate Dei coercentur. Diluvium universale ad homines plectendos; qui post diluvium scelera resumunt. Sodomitarum pœna incendio pereuntium. Clementia Dei in utroque supplicio. Loth ab igne liberatur; ut Noc a diluvio. Pœnas homines incurrunt, quia a Deo moniti non corripiuntur. Felicitas hominum, si non peccassent. Peccatum angelorum hominibus excusationi esse non potest, pœna terrori esse debet. Dei clementia erga homines, quos Christus redemit. Perfidia Judæorum. Christi passio, mors, resurrectio, ascensio in coelos, judicium futurum. Fructus passionis Christi, quæ etiam Judæ profuisset, nisi desperasset. Conversio Pauli. Fides in Deum multa obtinet. Gratia Dei omnibus oblata. Exempla fidei in Abrahamo, Tobia, Davide, Ezechiele, Anna Samuelis matre. Precum apud Deum vis et efficacia. Zacharias pater S. Joannis Baptistæ punitus quod credere distulisset. Dei misericordia major **115** quam justitia. Cur Deus sceleratos homines ad senectutem non perducit, ut convertantur ad eum. Sacrificium Deo cor contritum. Eteosyna commendata. Pauperum orationes plurimum apud D um valent. Exemplum Tabithæ a morte revocate. Avari objurgantur. Dei justitia et misericordia in transitu Israelitarum per mare Rubrum Ægyptiis submersis.

SYNOPSIS LIBRI III.

Dei laudes, infinita scientia, justitia, clementia,

bonitas, largitas, liberalitas in annona subministranda. Captatores annonæ et avari objurgantur. Exemplum divitis damnati, qui ex inferis refrigerium a Lazaro paupere postulabat. Multo magis damnandi qui aliena rapiunt. Nec divitiæ, nec quævis alia bona præferenda sunt Deo, omnium datori. Peritura contemnenda sunt, ut æterna acquirantur. Id exemplo suo nos docuit Abraham, qui filium suum jussus ad sacrificium duxit. Deus arietem pro Isaac subrogari voluit. At non ita Saturnus, falsum numen, cui pueri quotannis immo'abantur. Deus Abrahamum voluit cæteris exemplo esse, ut nihil quantumvis earum Domino præponatur. Præmium obedientiæ Abrahami posteritas ejus ad omnia tempora et regiones propagata. Aliud exemplum trium puerorum qui in fornace accensa illæsi permanserunt. Daniel inter leones. Descriptio venationis amphitheatralis ferarum. Herculis fabulosa virtus cedit Danieli. Crudelitas Dianæ Tauricæ. Petri apostolorum principis primatus. Ejus precibus Romæ Simon Magus præcipitatus est. Hæc aliaque hujusmodi ex fide, spe et orationibus ad Deum processerunt. Ethnici vero plura audacæ facinora aggressi sunt non spe vitæ æternæ permoti, sed solo amore laudis aut patriæ. Menceceus, filius Creontis, ne pater regnum amitteret, seipsum occidit. Thebanorum regnum tragicum. Codrus pro patria ab hostibus volens interemptus est. Leonidæ cum paucis Lacedæmoniis audax prælium ad Therm pylas. Phileni fratres Carthaginenses se vivos comburi passi sunt, ut patriæ fines latius extenderentur. Brutus læsæ pudicitæ ultor, libertatis **116** assertor, liberos suos securi percuti jussit. Virginius, ne Virginie filie libertatem et pudorem rapi cerneret, eam cultro confodit. Torquatus filium victorem, quod contra edictum pugnaverit, morti adjudicavit, ingemiscens omnibus. Curtius in lacum se præcipitem dedit. Regulus, ne fidem datam frangeret, ultro Carthaginem rediit ad sæva tormenta et crudelissimam mortem. Sagunti fides et constantia. Femine etiam, ut ad scelera audaces sunt, ita egregia facinora sæpe aggrediuntur. Judith, Holoferne occiso, patriam liberavit. Thomyris Cyrum subegit. Evadne rogam quo mariti corpus ardebat conscendit. Dido sibi ipsi pyram construxit. Lucretia sibi manus intulit. Plures aliæ scelera aut ardua facinora perfecerunt amore laudis, aut pro numine vano deorum, ex quibus nihil boni oriri potest, cum solus sit unus verus Deus, immensus, æternus, qui parens noster est, cujus nos filii sumus. Cui cum omnes res creatæ famulentur, audax et sceleratus homo est, si ejus jussis parere negligat. Confessio et pœnitentia Dracontii. Enumerat ærumnas in quas ob crimina inciderat. Petit veniam a Deo. Exemplum Jobi proponit, et resurrectionem aridorum ossuum apud Ezechielem, quam graphice depingit. Nabuchodonosoris pœnitentia. Preces Dracontii ad Deum pro liberatione a vinculis, et pro bonis hujus atque æternæ vitæ consequendis.

DRACONTII CARMEN DE DEO.

LIBER PRIMUS.

117 Qui cupiunt animis placidum rescire To- A
nantem,
Hoc carmen præ mente legant, dum voce re- 5
[censent.

118 Agnoscent quod templa poli, quod mœ-
[nia cœli

Auctorem confessa suum veneranter ado-
[rent,
5 Quinque plagæ, septemque poli, sol, lunaque,
[et astra.

119 Sidera, signa, noti, nix, imber, grando,
[pruinæ,

VARIÆ LECTIONES.

Versu 1. Vat., *Placidum nescire Tonantem.*

2. Vat., *Carmen premente legant dum voce recenset.*

3. Vat., *forte quem templa poli, quem mœnia.*

4. Vat., *conversa suum venerantur adorent.*

5. Vat., *quemque plagæ septemque poli, sol, lumen et omnis.*

6. Vat., *Signa, nothi, nix.*

NOTÆ.

Versu 1. Pro *nescire*, quod mendum est clarum, restitui *rescire*. Posset etiam legi *præscire*, et fortasse melius *sentire*: nam hoc verbum apte et frequenter ad majestatem divinam indicandam usurpatur. Sic B Martialis ad Domitianum, qui se deum vocabat, lib. Spectacul., epigr. 16, al. 17, *Crede mihi, numen sentit et ille tuum*. Marius Victor in præfat. vers. 100: *In quo te, Deus alme, precor, qui numine prono Das sentire animis*. Dracontius infra lib. 1, vers. 225: *Concep'a virtute Dei, quem sphaera polorum Sustinet, et sentit Dominum per cuncta tonantem*. Arator lib. II, vers. 232, *Quæ meruit sentire Deum*, ubi glossa ejusdem codicis Vaticani habet: *Sentire, per fidem*. De voce *placidus* pro miti, clementi, dixi prolegom. num. 148. Prosper eadem significatione epigr. 12, *Nec scelerum vindex ira movet placidum*; et 105, *Iratus sineret, quod prohibet placidus*: quod utrumque de Deo dictum. Dracontius aliique poetæ Christiani veterum imitatione Deum simpliciter *Tonantem* vocant. Arator, lib. 1, vers. 105, *Nec cessant elementa suo servire Tonanti*. Sed hoc loco fortasse aliquid amplius vult Dracontius, scilicet Dei etiam irati, et dum tonat, clementiam agnosci, ut lib. II, vers. 690, *Et quoties commotus eris, placidissimus exstas*.

2. In *præ mente legant* agnosco tmesin prælegant mente. Hæc figura familiaris fuit multis poetis Christianis, et nonnullis quidem usque ad nauseam vel risum; sic in Abbone notat Barthius lib. XXXVI Advers., cap. 7: *Inque sulas penetrant, Unque gulis facies secuerunt, Ocuque cidens, Burgun adiere diones*; in Agobardo *Febru migravit quinto ari ex orbe calendas*. Sunt et apud antiquos similia quædam; ut illud Ennii *Cere comminuit brum*; Sempronii Gracchi, *Medi spernere cinam*. Eugenius Toletanus epigramma composuit, quod est carmen 25 lib. 1, ad Joannem, verbis a divisis refertum: *O Jo versiculos nexos quia despicias annes*, etc. Sed hoc ille fecit ut immoderatum hujus figuræ usum irrideret, quod Rivinus in notis animadvertit. Revera Eugenius epigramma sic concludit: *Instar Lucili cogor disrumpere versus*, quod ex Ausonio sumpsit epist. 5 ad Theonem: *Villa Lucani mox poteris aco. Resciso disce componere nomine versum, Lucili vatis sic imitator eris*. Cæterum parcus usus ejus figuræ; et præsertim ubi duæ partes componentes unum verbum dividuntur, venustatem habet. Elegans etiam est mutatio verborum prælegendi, et recensendi

di: nam *recensere* magis proprie menti conveniret. Sensus porro est, attento animo legendum esse carmen, atque ita ut mens quodammodo verba præveniat.

3. Utrolibet modo legi potest in nexu vocis *quem* vel *quod*; nec dissimilis erit sententia, sive *quod*, sive *quem* legas. Tertullianus de Judiciis: *Omnia nosse bonum quæ sint miracula rerum, Ut Dominum liceat per cuncta agnoscere verum, Qui lucem, maria; et cælum, terramque paravit*. Dracontius utrumque hoc carmine exsequitur, ut agnoscamus quem res creatæ adorant, et quod hæc Deum adorant, eique famulantur. *Templa, mœnia, atria, palatia, tecta cœli*, et hujusmodi alia passim occurrunt in Dracontio cæterisque poetis Christianis, quæ alii in ethnicis solent similibus exemplis illustrare: nobis satis sit eas elegantias indicare. Quod autem Dracontius rem eandem multis nominibus quæ videri possint synonyma amplificat, sacram Scripturam imitatur, in qua simili modo res creatæ solent singillatim enumerari, dum Dei laudes ex eis repetuntur.

4. Non dubium quin legendum sit *confessa* pro *conversa*. Et-i enim *conversa* aliquem sensum habet, tamen *confessa* et sententiæ et poetæ stylo maxime congruit. Sic lib. II idem Dracontius vers. 205, 206, *Te signa et sidera laudant Auctorem confessa suum, te fulmen adorat*. E'eg. vers 3, *Sidera, flamma, dies, quem sol, nox, luna fatentur Auctorem, dominum sæcula cuncti probant*. Prosper epigr. 4, *Rectoremque suum condita quæque canunt*. Posset legi *venerantur, adorant, vel venerentur, adorent*; sed melius videtur *veneranter adorent*. Placet adverbium *veneranter*, quo etiam utitur Dracontius lib. III, vers. 672, *Et lacrymis precibusque piis veneranter adire*. Vide prolegom. num. 155. Tertullianus lib. de Judiciis: *Summissique omnes genibus veneranter adorant*. Sedulius in fin. lib. V, *Veneranter adorant*. Quod res rationis expertes Deum adorant, phrasis est Ecclesiæ usu consecrata. In officio B. Mariæ Virginis in sabbato ad matutinum: *Quem terra, pontus, sidera Colunt, adorant, prædicant*. Fortunatus auctor ejus hymni scripserat, *Quem terra, pontus, æthera, scilicet æthera ætheræ*, ex quo *æthra* magis in usu est. In neutro etiam genere *æther* non nemo usurpavit.

5. Si versu 3 legas *quem*, poteris etiam hic retinere *quemque plagæ*, videlicet quemque adorant pla-

Fulmina, nimbus, hiems, tonitrus, lux, flamma, A 10
[procellæ,
Cœlum, terra, jubar, chaos, axis, flumina, pon-
[tus,
Vel quidquid natura dedit præcepta creare.

Hoc agit, et sequitur variis sub casibus iras,
120 Et pia vota Dei miseris hinc, inde beatis
Pro meritis morum, pro certo tramite vitæ.
Paupertas, mors, vita, salus, opulentia, lan-
[guor,

VARIÆ LECTIONES.

11. Vat., hinc atque beatis.

15. Vat., vita, scelus, opulentia.

NOTÆ.

gæ. Sed multo magis arridet *quinque plagæ*, quam simpliciter *plagæ*: nam postea sequitur *septemque poli*, et *quinque plagarum* mentio expressa apud poetas obvia est, quas zonas etiam vocant. Virgilius lib. vii, vers. 226, *Et siquem extenta plagurum Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui*, et Georg. lib. i, vers. 253 seqq., eas pulchre describit: *Quinque tenent cœlum zonæ*, etc., ut Ovidius lib. i Met. vers. 45 seqq. Dracontius Eleg. vers. 89 seq., *Temperies cœli medium nec possidet orbem, Nam de quinque plagis vix habet ipsa duas*. Veteres septem polos seu cœlos distinguebant, nonnulli plures, alii pauciores. Paulinus poem. ult., *Hoc etiam cœlum, quod nos sublime videmus, Sex aliis infra est spatio surgentibus æquo, Postque thronos septem*, etc. Alia protuli in comment. ad Prudentium hymn. 7 Cath., vers. 36, *Non ante cœli principem septemplexis*. In mendo codicis ms. *lunaque et omnis*, vel *omnes* conjici potest *lunaque, et æther, vel et ignis*, nam sæpe de igne cœlesti mentio occurrit apud Dracontium; vel *et orbis*, vel *et omnia Sidera, signa*, per synæresin *omnia*, ut initio lib. vi Virgilia. *Quin protinus omnia Perlegerent oculis*; vel *lunaque, cœli Sidera*, vel aliquid hujusmodi. Præfero autem *lunaque, et astra*: nam etiam lib. ii, vers. 205, simili enumeratione usus est: *Agmina te astrorum, te signa et sidera laudant*. Isidorus, Orig. lib. iii, cap. 60, *Stellæ, et sidera, et astra inter se differunt. Nam stella est quælibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut hyades, pleiades. Astra autem sunt stellæ grandes, ut Orion, Bootes*. Et in lib. i Differ. addit, *signum esse quo animantis imago formatur, ut taurus, scorpius*. Stellæ vero hic dicit esse *multijuges, ut hyades*; sidera autem *illa quibus navigantes considerant, quod ad cursum dirigant consilium*, ubi forte legendum *quæ navigantes*.

8. Supra vers. 5 dicit *mœnia cœli*, dum singulas partes enumerat; nunc *cœlum* totum intelligit. Repetitiones ejusdem vocabuli frequentes sunt Dracontio, ut aliis poetis Christianis. In Paulino Petrocorio id advertit Thomas Wopkensius in Advers. crit. ad Paulin. vers. 27 lib. iii. Inter res creatas quæ Deum laudant, recensetur *chaos*, ut vers. 5 Elegiæ, *Nox, luna fatentur*, et in Cantico trium puerorum *noctes et tenebræ*. Pro *axis* fortasse legere præstabit *aer* aut *aura*, quamvis jam supra notum occurrat.

9. Suspicio mendosum esse hunc versum. Si ita eum legas ut est in ms., intelliges, *præcepta creare* idem esse ac *jussa creare*; lib. i, vers. 402, *His datur omnis humus, et quidquid jussa creavit*: lib. ii, vers. 76, *Quidquid natura creavit*, et lib. vers. 260, *Et quodcumque malum vindex natura creavit*. Avitus, lib. i, vers. 26, *Accepere genus sine germinè jussa creari*. Mar. Victor lib. i Gen. vers. 118, *Formavit natura modis, educere jussa E toto partes, formasque e corpore inani*; et post vers. 359, *Omne animal, quod adhuc tellus dare jussa creavit*. Verbo *creandi* utuntur hi auctores in sensu minus proprio pro *educere, producere* è materia jam existente: nam *producere* ex nihilo, quod proprie est *creare*, soli Deo convenit; quod tamen intellige ad usum scholasticum, ut dicam ad vers. 2 Elegiæ. Posset hic versus ita restitui, *dedit per cuncta creatrix*; paulo post, vers. 27, occurrit *natura creatrix*, et *per cuncta* dixit Tertullianus laudatus ad vers. 3, et Dracontius lib. i, vers. 226, *Domini per cuncta tonantem*; et vers. 292, *per cuncta*

fuissent. Poterit etiam hic versus connecti cum seq., *Vel quidquid natura dedit. Præcepta creandi Hæc agit, et sequitur*, etc.

10. Intelligo carmen agere hoc, ut homines in rebus creatis Deum agnoscant, et præterea sequi, seu narrare opera iræ et clementiæ Dei: ut cum Juvenalis, sat. i, vers. 86, argumentum proponit: *Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus nostri est farrago libelli*. Non malè sequor pro narro usurpatur: sic Seneca in Troad. vers. 256, *Inclytas laudes juvat, Et clara magni facta genitoris sequi*. Non vero mihi displiceat sic restituere, *Hæc etenim exsequitur*, vel *Hæc namque*, aut quid simile, ut intelligatur natura, quæ exsequitur iras et pia vota Dei. In hanc sententiam Prosper epigr. 5, *Principium mundi Deus est, quo cuncta moventur, Et quæ permittit, vel jubet auctor, agunt. Hinc mutabilium rerum immutabilis ordo Æterni servit legibus artificis. Inque suos fines procedit quæque voluntas, Nec variis meritis arbiter æquus abest, Corda regens, vires tribuens, peccata remittens, Mitis subjectis, implacidus tumidis. Ut nec pœna malum quemquam, nec gloria justum Suscipiat, nisi cum laude et honore Dei*. Dracontius, Eleg. vers. 15, *Quidquid agunt homines, bona, tristia, prospera, prava, Hoc fieri admittunt ira favorque Dei*.

11. *Pia vota Dei* innuunt clementiam et favorem Dei. Lib. ii, vers. 609, iterum de Deo: *Oderunt pia vota moras*. Pietas Latinis antiquioribus plerumque dicebatur virtus justitiæ propria, qua majores colimus; aut etiam religio, qua Deum veneramus. Christiani scriptores pro clementia, lenitate, benignitate et misericordia, passim *pietatem* ponunt: quæ vox eodem sensu in precibus ecclesiasticis frequentissima est. Eandem significationem vocabulis *pius* et *pietas* tribuunt nonnulli ethnici, ut Suetonius, Claudianus, Statius, Justinus; neque aliter accipio Virgilium lib. v, vers. 687, *Juppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum Trojanos, siquid pietas antiqua labores Respicit humanos, da flammam evadere classi*. Notanda etiam est significatio vocis *miseris*, quæ certe opponitur *beatis*, de quo nomine vide notam ad vers. 150 lib. ii. Cicero in Partit. cap. 17, *Nihil est enim tam miserabile quam ex beato miser*. Sed Christiani scriptores solent, ut homines sanctos *beatos*, sic improbos *miseros* vocare. Animadvertit id Wopkensius ad Paulinum Petrocorium lib. ii, vers. 195, *Dignentur juges, miserorum incendia, flammæ*. Ejusdem Paulini est lib. iii, vers. 259, *Non hæc de miseris Domini sententia Christi*. Sic viri pii præ animi modestia se *miseros* et peccatores præscribebant. Vide epitaphium Eugenii Toletani lib. i, carm. 14, in quo primæ litteræ versuum efficiunt *Eugenius*, postremæ *misellus*.

12. Postea, lib. ii, vers. 418, *Segregat Omnipotens merita pro moribus orbis*. Et lib. iii, vers. 241, *Vivere quos libuit sub tali tramite vitæ*.

15. Pro *scelus* restitui *salus*: etsi enim *scelus* ab homine fiat permittente Deo, et hic enumerentur etiam *virtus* et *prudencia*, tamen nimis durum videretur dicere *scelus* descendere ex arce Dei, et post *vita* congruenter *salus* ponitur. Sic in epigrammate S. Damasi de Cognomentis Salvatoris carm. 6 edit. postremæ Rom., *Spes, via, vita, salus, ratio, sapientia, lumen*: quo in versu male in hac editione omissum est *via*, quod in præcedentibus clare legitur. Hi Damasi versus sub diverso nomine in nonnullis mss. reperiuntur,

- 121** Tædia, tristitiæ, splendor, compendia, A
[damnum,
15 Gaudia, nobilitas, virtus, prudentia, laudes,
Affectus, mœror, gemitus, successus, egestas,
Ira potestatum, trux indignatio regum,
Omnia quæ veniunt, bona, gaudia, tristia,
[acerba,
Descendunt ex arce Dei, de sede Tonantis,
20 **122** Cui pietas æterna manet, lux, spiritus,
[ardor,

- Et cui dicuntur laudes sine fine perennes;
Et merito, quia sine carens primordia nes-
[cit.
Rerum causa Deus tetrum chaos igne resol-
[vens,
Igne creata fovet, nam totum flamma vapo-
[rat,
25 Et flammæ pascuntur aquis, quibus omnia con-
[stant,

VARIÆ LECTIONES.

17. Vat., *cruæ, indignatio.*
18. Vat., *gaudia, tristitia sed.*
20. Vat., *ut pietas.*

21. Vat., *arcem ubi dicuntur.*
24. Vat., *flamma vapore.*

NOTÆ.

14. Conjici posset *tædia, tristitia, splendor*, vel distinguere *tædia tristitiæ*, ut *tristitiæ* sit in gignendi casu singularis numeri. Sed melius videtur *tristitiæ* in plurali numero. Eodem modo interpunxit Rivinus in posteriori carmine Ratberti Corbeiensis: *Tædia, tristitiæ, curæ, tormenta, ruinae*, ubi Ratbertus Dracontium videtur imitari. *Compendium* proprie est lucrum ex parcimonia, et opponitur *dispendio*; sed hic et alibi a Dracontio aliisque optimis scriptoribus pro quolibet lucro et quæstu ponitur.

15. Laudes proprie sunt præconiam, commendatio virtutis; sed quandoque metonymice ponitur hoc vocabulum pro recte factis, quorum præmium est laus. Frequentissimus est hujus significationis usus in sacris litteris, ut observat Martinus Roa lib. 1. Singul., cap. 15, qui exempla etiam ex Virgilio producit. Plura addunt lexicographi ex Cicerone ac probatis aliis scriptoribus. Dracontius hac voce *laudes* metonymice uti videtur.

16. *Affectus* significat quemlibet motum animi sive malum, sive bonum. Sed hoc loco fortasse sumitur pro aliquo corporis morbo, sive male affecta valetudine, ut apud Celsum lib. III, cap. 18, *Super sunt vero alii corporis affectus, qui huic (febrî, al. his, febribus) superveniunt*; et lib. II, cap. 15, *In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt.* *Successus* simpliciter usurpatur pro eventu felici: exemplorum plena sunt lexica. Ratbertus loc. cit. adhibuit *casus* in malam partem: *Angor, paupertas, mœror, mors, casus, egestas*. Cum Dracontius hunc versum versui præcedenti *Gaudia* videatur opponere, rectius *affectus* intelligatur de animi ægritudine; sed remanet dubium de *successus*, quod pro adverso casu nunquam vidi positum. Suspicio *succussus*.

17. Conjiciat aliquis *Vira potestatum cruæ, indignatio regum*. Sed in hoc codice alibi etiam mutatum est *trux* in *cruæ*, ut lib. II, vers. 422, *Eripitur de morte crucis sine crimine visus*; et lib. III, vers. 106, *Exsiliium sine morte crucis*. Utrobique legam *morte truci*. Vide etiam an sic distinguere possit *Ira, potestatum cruæ, indignatio regum*.

18. In mendo aperto codicis sententia clara est, sive legas *tristia, amara*, sive *tristia, acerba*, sive *tristia, prava*, sive *tristia, sæva*. In Elegia vers. 15, *Bona, tristia, prospera, prava*, et vers. 55, *Nam Deus omnipotens potuit, dum conderet orbem, Tristibus amotis gaudia sola dare*. Et lib. II, vers. 455, *Dulcia subducunt mores, et amara ministrant*.

19. Non male interpungeres *Descendunt ex arce, Dei de sede tonantis*. Sic lib. II, vers. 894, *Misit ab arce pium cœli per sidera Christum*, ubi *arx* absolute pro cœlo ponitur, nam *cœli* refertur ad *sidera*, et *arx* proprie est locus excelsus. In distinctione vero quam sequor, *ex arce Dei, de sede Tonantis* intelligi potest opera clementiæ diviniæ ex arce Dei, opera justitiæ de sede Tonantis descendere. Prosper hanc sententiam complectitur epigr. 10: *Omnibus in rebus gemit-*

num est opus Omnipotentis, Totum aut justitia est, quod gerit, aut pietas. Quæ simul in terras descendunt lucis ab arce. Ne cuiquam parti desit utrumque bonum. In editione Pisarense Collect. poet. in primo versu deest verbum *opus*, et in primo epigrammate Prosperi omnino desideratur quartus versus. Erroribus scatet ea editio, quod monendum est, ut alii cautè ea utantur, ac ne mirentur tot in codicibus mss. maculas occurrere.

20. Alius corrigit *Qua pietas*, et vers. seq., *Atque ubi dicuntur*. Præfero *Cui pietas*. Deo tribuitur *ardor*, ut passim in sacris Litteris *ignis*. Vide comment. ad Prudentium hymn. 10 Cath., vers. 1, *Deus, ignee fons animarum*.

21. Non male esset. *Et cui debentur laudes*; sed probum est *dicuntur*. Avitus, lib. IV, vers. 191, *Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni Conclamat, celebratque Deum*. Dracontius lib. II, vers. 75, *Angelico de more preces sine fine canentes*. Phrasis hæc sine fine valde familiaris est Christianis scriptoribus, et sæpius occurrit apud Dracontium, ut lib. II, vers. 81, *sine fine perennis*; quod alii dicunt *nullo fine, dempto fine*. Martialis lib. III, ep. 46, *Operam sine fine togatam*. Ovidius ep. 3 Heroid. Briseid., vers. 15, *At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos*.

22. Sic etiam vers. 501, *Et merito, quia cuncta facit*. Paucis verbis æternitatem complectitur, *Sine carens primordia nescit*.

23. Fortasse melius erit *terræ chaos* quam *tetrum chaos*. Videtur aliquis versus hic deesse, vel hic et quinque alii sequentes alio pertinent. Eorum sedes non inopportuna esset post vers. 146 lib. I, *Nec discreta quidem, sed nec permixta morantur*. Dicit etiam potest in laudis diviniæ argumentum conjungi hoc loco creationem mundi cum Dei æternitate. Tribuit Dracontius igni, quod Deus ejus virtute tetrum chaos resolverit, quod, ut opinor, intelligit, cum Deus secundo die creationis mundi fecit firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Ignis quidem virtus est propria solvere et resolvere. Exponi etiam id potest de tenebris noctis, quæ igne solis resurgentis resolvuntur, quod ex versibus seqq. confirmatur.

24. Lib. I, vers. 224, *Qui fovet igne pio cælum, mare, sidera, terras*. Eleg. vers. 2, *Qui regis igne potum, et vers. 82, de sole, Cuncta creanda parans, cuncta creata fovens*. Horatius lib. I, epist. 16, vers. 6, *Veniens dextrum latus aspiciat sol, Lævum decedens curru fugiente vaporet*. De igne Isidorus lib. XX Orig., cap. 10, *Focus, quia φῶς Græce, Latine ignis est, unde juxta philosophos quosdam cuncta procreantur. Et revera sine calore nihil nascitur, adeo ut de Septentrione poeta (Lucanus, lib. IV) dicat, Sterili non quidquam frigore gigni*.

25. Forte *At flammæ*. Ad hanc sententiam pertinet quod lib. I, vers. 675, ait Dracontius: *Cujus ab immensis languescunt sidera flammis, Nigellidis animen-*

123 Nubibus, et radiis solis pascentia anhelis. A 33
 Inde potens generare manet natura creatrix,
 Inter se retinens, quidquid per sæcla refundit.
 At pietas quia sancta Dei virtute modesta est,
 50 **124** Clade repente nunquam punire no-
 [centes
 Assumit, cohibet pœnam, pœnamque minatur,
 Conscia quo Dominum possit mens nostra pre-
 [cari,
 Et peccatorum veniam non læsa mereri.
 Sic impune reis licuit peccasse fatendo.

Ante prophetarum dictis patuere futura,
 Sed postquam Christus descendit ab æthere, cul-
 [pam

125 Dissolvens nostram, ne esset ignara, juvatur
 Gens hominum, natura docet, quæcunque propin-
 [quant,

Ne lateat mortale genus, quod cuncta pericula
 40 Præmonet ante Deus pius, atque elementa fatigat,
 Prodigiiis, signisque creent ut monstra timorem.
 Nam sibi dissimiles sæpe expavere vel ipsæ
 Quadrupedes partus, steriles secundior artus

VARIÆ LECTIONES.

27. Vat., potens generata manet.
 31. Vat., assumat, cohibet.
 32. Vat., contrita quo.
 35. Vat., dictis senuere futura.
 36. Vat., Sed postquam Christus.... Deest reli-
 quum.
 37. Vat., Dei solvens nostra futuri, et neignara natura.

B 38. Vat., jubetur gens hominum dare cumque pro-
 pinquet.

40. Vat., Præmovet ante dies pius quam e. s.

41. Vat., Prodigiiis, signisque creantur...

42. Vat., Namque recohitus similiter...

43. Vat., Partus quadrupedes, et steriles facun-
 dior aut.

NOTÆ.

tur aquis per cœrula ponti. S. Ambrosius in hymn. ad diem secundum, Firmans locum cœlestibus, Simulque terræ rivulis, Ut unda flammam temperet, Terræ solum ne dissipet. Forte dissipet; sed dissipet habent editi, etiam Hymnarium V. Thomasi. Et lib. II, cap. 3, Hexaem., Unde frequenter et solem videmus madidum atque rorantem: in quo evidens dat indicium quod alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumpserit. Quod ex Phænomenis Arati petatum est: Sol interea dum igneus sit, præ nimio motu conversionis suæ amplius incalescit: cujus ignem dicunt philosophi aqua nutriri, et econtrario elemento virtutem luminis et caloris accipere: unde videmus eum sæpius madidum atque rorantem. Eodem spectat quod Glycas Siculus aquas in cœlo positas censet ob ardentissimum solis motum et calorem (Annal. part. 1, die 2). Mar. Victor hanc rationem in medio relinquit lib. I Gen., vers. 71, Forsitan hic aliquis sic secum errore perito Disserat: ætheriis ne desint pabula flammis, Et nimius calor ima petens, alimenta sequendo, Exurat mortale genus, cælumque coruscum Non possunt terrena pati, subjecta deorsum est Machina firma poli: quæ dum nos protegit umbra, Interea super impositis frigescit ab undis. Numinis at verò divini quærere causas Mens fuge nostra procul. Ita edidit Fabricius, sed in editione Paris. 1560 legitur: Quæ dum nos protegit umbra, Sed velatur aquis: tales sed quærere causas, etc. Quod autem ait Dracontius; Quibus omnia constant, aquam et ignem intelligit. De aqua Isidorus lib. XIII Orig., cap. 12, Aquarum elementum cæteris omnibus imperat. Aquæ enim cælum temperant, terram secundant... Omnium in terra nascentium causa sunt. Fruges gignunt, arbores, frutices, herbasque produciunt. De utroque ibid., Duo autem sunt validissima vitæ humanæ elementa, ignis et aqua: unde graviter damnantur quibus ignis (forte ign.) et aqua interdicitur.

26. Venustius esset et radiis pascentia solis anhelis. De hoc epitheto ignis, quo anhelus dicitur, vide Proleg. num. 157. Virgilius lib. VIII, vers. 420, Stridentque cavernis Stricturæ chalybum, et fornacibus ignis anhelus. In pascentia subintelligitur accusativus se: sic enim verbum pasco sæpe usurpatur præsertim in participio præsentis.

27. Ovidius, lib. XV Metam., vers. 252, Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix Ex aliis alias reparat natura figuras.

28. Fortasse per sæcla refundit. Ut fundo accipitur pro gigno, et copiam significat, ita refundo pro iterum gignere, vel quasi reddere per generationem, quod acceptum est. Cæcero, lib. II de Nat. deor., cap. 46, Quibus (vaporibus) aliæ, renovatæque stellæ, at-

que omnis æther refundunt eadem, et rursum trahunt indidem. Alii habent refundunt eodem.

29. De voce modestus adis prolegom. num. 156. Apud Plautum Trin. IV, 1, 12, modestus esse alicui est modeste se gerere parcendo aut adjuvando: Hoc dignum est, semper mendicis modesti sunt, vel, ut alii legunt, sint, subintellecto ut, scilicet ut semper propitii sint indigentibus.

30. Hæc eadem sententia multis in locis occurrit, ut lib. II, vers. 689, Nescius irarum monitis, non clade coerces, etc.; lib. III, vers. 121, Non cupit insontum mortes, vitasque nocentum Non cito consumit, venice dum cuncta reservat; et lib. eod., vers. 655 seqq.

31. Forte Assumens, vel Assurgens pro assumat. Lib. II, vers. 486, Sed quia cœlestis pietas veniale minatur, etc. Salvianus lib. V de Govern. Dei: Tanta est misericordia Dei, ut etsi nos pati vult aliqua de piaculis nostris, nolit tamen cuncta tolerare: quia castigat malos, non reddit mala, et agnoscere nos peccata mavult quam sustinere, scilicet ut piis ac salubribus flagellis ostendat nobis quæ ferre mereamur, sed tamen non inserat quæ meremur. Prudentius, Cath. 7, vers. 103, Sed nosset ille cum minucem judicem Servare malle quam ferire ac plectere.

32. Emendari potest versus hic vel ita, Conscia quo Dominum, vel ita, Quo contrita Deum: et hoc secundum magis probatur. Nam eo spectant minæ Domini, ut corda conterantur. S. Gregorius, initio hom. 1 in Evang., Ut si Deum metuere in tranquillitate nolimus, saltem vicinum ejus iudicium vel percussioneibus attriti timeamus. Sed prior lectio retinenda est, quia propius accedit ad scripturam codicis, et rectum sensum habet.

34. Sic de rege David lib. II, vers. 655, Sed scelus agnoscens culpas impune fatetur; ac rursus de eodem Eleg. vers. 159, Confessus facinus veniam pro clade meretur Noxius impune vel sine morte reus. Paulinus poem. ultim., Amplius hoc tribuit, majus dedit hoc quoque munus, Quod peccatorem quem pœnitet, ante ea lapsus Non facit in numero turbæ peccantis haberi. Quippe satis pœna est, cum sit sua culpa dolori, Supplicium proprium timor est, tormenta reatus, Tum veluti patitur, qui se meruisse fatetur.

36. Explevi hanc lacunam ex mente, ut arbitror. Dracontii, qui innuit iram Dei in lege veteri prophetarum dictis fuisse prænuntiata, post adventum Christi prodigiis portentique declarari. In exponendis vero monstris Dracontius fortasse imitatus est Juvenalem, cujus versus alibi exprimit, et cuius sunt hi sat. 13, vers. 63, Egregium, sanctumque virum si cerno, bimembri Hoc monstrum puero, et miranti jam

Accendit vapor, et parituræ viscera mulæ. A
 45 Nec modo quadrupedes : mulier quæ protulit,
 [horret,
 Et pavet infelix enixa puerpera partus.
 Sic peccata parant casus inferre sinistros.
 Quid jam peccantes vita mereantur iniqua,
 Significat damnans hominis natura reatum.
 50 Quid fera, quid pecudes, quid peccavere
 [volucres?
 Quid cœlum, quid terra, polus, quid pontus
 [et astra,

Quid solis radii, quid lunæ frigidus orbis ?
 126 Nonne fatigantur dantes per tempora si-
 [gna ?
 Nam ventura monet per tot præsentia corvus
 55 Proditor, et sit quid post tempora certa futu-
 [rum
 Cornix effatur; pecudes volucresque loquun-
 [tur,
 Quod hominis mala lingua tacet, fera bellua;
 [pisces
 Prospiciunt proprii generis servare figuras,

VARIÆ LECTIONES.

44. In Vat. desunt omnino verba.

45. Vat., Quomodo quæ protulit...

46. Vat., Et pavet infelix enixa pueri germania partus. B

47. Vat., Sic peccata parant...

48. Vat., Quid jam peccata...

49. Vat., Sian reatum...

54. Vat., ventura movet per tot præsentia somnus.

56. Vat., cornipes et fatur; pecudes.

57. Vat., quodque hominis.

58. Vat., despiciunt proprii generis.

NOTÆ.

sub aratro Piscibus inventis, et fetæ comparo mulæ Sollicitus, tanquam lapides effuderit imber, etc. Ita etiam Claudianus lib. 1 in Eutropium : Semiferos partus, metuendaque pignora matri, etc.

50. Feræ etiam sunt pecudes : sed sæpe inter se distinguuntur, ut a Lucretio lib. iv, vers. 1190, Nec ratione alia volucres, armenta feræque, Et pecudes, et equæ. Dracontius lib. 1, vers. 284, Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum. Vide Gifanum Ind. Lucr.

52. Libr. 1, vers. 666, Lux frigida, solis imago. Lib. 11, vers. 10, Quod calor est solis, quo splendet frigida luna. Ut sol ardens dicitur, quia igneus aut calidus est; et proprio lumine splendens, ita luna frigida, quia lumine a sole accepto fulget, et lux inde ad nos reflexa nihil aut parum calefacit. Simili ratione Saturni stella frigida a Virgilio dicitur lib. 1 Georg., vers. 336, cui consonat Claudianus de Laud. Stil. lib. 1, vers. 178.

53. Genes. cap. 1, vers. 14, Sint in signa et tempora. Vide lib. 11, vers. 11.

54. Pro somnus, quod non patitur hic locus, ubi sermo est de signis quæ ex animantibus petuntur, posui corvus. Postea vers. 527, Bucula, rana, grues, formicæ, corvus, hirundo, Prædicunt pluvias, nec jam præsentia fallunt. Et Virgilius lib. 1 Georg., vers. 381, Et e pastu decedens agmine magno Corvorum increpuit densis exercitus alis, quod imbris signum esse dicit.

55. Proditor est index apud Horatium, Ovidium et alios. Non male pro sit quid legetur quid sit, aut siquid.

56. Fortasse Cornices fantur. De cornice Isidorus, lib. xii Orig., cap. 7 : Huic inter multa auspicia tribuunt etiam pluvias portendere vocibus, unde est illud : Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce. Versus hic est Virgilio lib. cit. Georg. Similia passim habent alii poetæ. Cicero, ad Att. lib. xv, ep. 16, Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt : ranæ enim πρότερόντι, rhetorum more declamant, seu vociferantur.

57. Lego Quod hominis, nam conjunctio que videtur intrusa ab aliquo, qui ita metro consulere voluit. Sed quod ob aspirationem sequentis vocis recte producit. Lingua mala hominis fera bellua dicitur : non enim puto distinguendum esse tacet. Fera bellua pisces. Mox hoc lib. v, vers. 487, Omnibus ex membris pars mundior ipsa putatur, Noxia sola magis fuerat quæ in corpore toto, etc. Vide alia contra hominis linguam malam lib. 111, vers. 629 et seqq., et Eleg. vers. 44, et Prudentium hymn. 10 Perist., vers. 892, Quæ corpore omni sola vivit nequior. Linguam bonam partem optimam esse corporis idem Prudentius dixerat loc. cit. vers. 768.

58. Mar. Victor lib. 1 Gen., 141, Pignora quæque

sui generis sortita figuras. Quid autem sibi hoc loco velit Dracontius, non facile est hariolari. Potest intelligi quod pisces despiciunt genus suum aut vitam conservare, dum turpia vel propria membra contra naturam rebellant, ut cum micat cometes, qui inortes et monstra creat, undam incit cruore, etc. Nam tota hæc narratio concludi potest vers. 79, Piscibus Oceani proprias sitientibus undas. Sed apud scriptores veteres nihil invenio quo hæc portenta confirmantur. Oppianus quidem lib. 1 Halieut. ait : Quoniam præ aliis Pisculenta genera carum (alias) pertimescunt mare Furens. Nescio an id ad Dracontium trahi possit. Propius ad hujus verba accedit quod refert Isidorus de Natura rer. cap. 38, In austrum venti mutatio est cum lulligines (loliginæ) hirundinesve volant, aut cum delphini totos se saltibus ostendunt, et caudis aquam feriunt. Nam semper inde ventus oritur quo illi feruntur. Nec mirum est muta animalia divinare sub gurgite. Semper enim incipientis auræ motu aquæ inclinantur, quam permutationem maris primi undarum incolæ sentiunt. Itaque propter impetum pugnant, sive metu ne deferantur in littora, sive natura, ne aversorum cervices unda præcipitet. Quid ergo ? Delphini tantum hanc injuriam timent ? Imo et cæteri pisces. Sed hi tantum apparent, quia exsiliunt. Quod si velis sententiam et sensum concludi vers. 59, Contra naturam, etc., suspicio oriri poterit, an de piscium castitate sermo sit, de qua Ambrosius lib. v Hexaem., cap. 3 : Tum denique quam pura et inviolata successio ! Nullus alteri, sed generi suo miscetur, thymallus thymallo, lupus lupo. Scorpæna quoque castitatem immaculati connubii generi suo servat ; itaque habet pudicitiam generis sui, sed venenum generis sui non habet : non enim percutit scorpæna, sed reficit. Nesciunt igitur alienigenarum genera piscium adulterina contagia, sicut sunt ea quæ coeunt asinorum, etc., quæ sunt vera adulteria naturæ... Et homo ista procuras interpret adulterii jumentalis... spadonem efficit, ut quod negavit natura in hominibus, implet audacia. Ex his aliqua commoda interpretatio versuum Dracontii erui potest, si tamen legatur prospiciunt pro despiciunt. Advertendum est autem non esse perpetuam, et communem castitatem illam piscium quam ait Ambrosius, ut observat Basilus hom. 7 Hexaem., qui murænæ viperæque complexum vocat adulterium quoddam naturæ. Ex eodem Basilio certior alia explicatio Dracontii exprimitur : sic enim ait loc. cit. : Si rationis expertia excogitare conservareque salutem suam soleant, atque piscis id sciat quid expetendum sit sibi, quid fugiendum, quid nos ipsi dixerimus, qui... res eas quæ ad nos pertinent, longe rudius et a ratione alienius quam ipsi pisces disponimus ? si illi quidem de futuro prospiciant atque provideant, nos autem de spe

- 127** Contra naturam dum turpia membra A
[rebellant.
60 Jam micat unde polo veniens quicumque co-
[metes,
Hinc mortes et monstra creat, hinc unda cruorem
128 Inficit, et spumis rubicundior alveus exit,
Hinc calidas pluit imber aquas, et roscida tellus
Sanguine puniceas spicis producit aristas,
65 Et viola est mentita rosam pallore fugato,
crubor infelix et candida lilia tinxit.

- Tertia sors erebi terræ prærupit hiatum,
Et discit perferre diem, violare serenum
Audet, et exsanguis cœlo producere manes,
70 **129** Vivida funereis admiscens ora sepultis
Pestibus, Herculeos mundo mentita furores;
Cum niger umbrarum veniens exercitus orbem
Appetit, invadens non humida tempora lunæ.
Auditum mugire solum, solisque tenebras
75 Quis neget, et stellas alieno tempore visas,
Cæruleum pallore diem, roseumve colore,

VARIÆ LECTIONES.

60. Vat., *nam micat.*
61. Vat., *hinc mortes et monstra creant.*
66. Vat., *ac ruber infelix.*
67. In Vat. prius videtur fuisse hiatus.

72. Vat., *exercitus orbe.*
74. Vat., *auditur mugire.*
75. Vat., *tempore visas.*
B 76. Vat., *roseumve colorem.*

NOTÆ.

futurarum rerum vacui vitam nostram voluptati pecudum accommodatæ deditam conficiamus ac consumamus? Basilium sequitur Glycas lib. i. Annal. die 5. Adde Plinium lib. ix, cap. 19, sect. 35: *In stagna et annes transeundi plerisque (piscibus) evidens ratio est, ut tutos fetus edant, quia non sint ibi qui (al. quæ) devorent partus, fluctusque minus sæviant.* Legam igitur prospiciunt, et post vers. 60; *Jam micat*, vel *Tum micat* pro *Nam micat*. Est autem *prospicio* hoc loco *provideo*, ut apud Livium lib. iv, cap. 49, *Qui vos urbe agrisque donatos in colonias mittunt, qui sedem senectuti vestræ prospiciunt.* Pro accusativo ponitur infinitivus *servare*.

59. Vide an pro *turpia* legi debeat *propria*. Sensus esse potest quod homines contra naturam rebellant, dum pisces suum genus conservare satagunt: vel quod pisces sibi prospiciunt dum mare urbatur; vel quod pisces negligunt (si legatur *despiciunt*) conservare genus suum, dum natura commovetur his prodigiis quæ versibus seqq. referuntur.

60. Dixi modo præstare legere *Jam micat* pro *Nam micat*. Sæpe in mss. confunduntur *tum* et *jam*, et *tam* et *tum*; neque abhorret ab hoc loco *tum*.

61. Pro *creant* vel *creat*, ut correxi, fortasse melius erit *ruunt*. Hæc fuit veterum opinio de cometis. Seneca, *Natur. quæst.* lib. vii, cap. 17, *Cruenti quidam (cometæ) minaces, qui omen post se futuri sanguinis ferunt.* Putabant cometam bella, pestilentias, aliaque mala portendere, quæ Manilius recenset in fine lib. i: *Sæu Deus instantis fati miseratus in orbem signa per effectus, cœlique incendia mittit. Nunquam futilibus excanduit ignibus æther, etc.* Dracontius peculiariter quædam monstra explicat. Virgilius in fine lib. i *Georg.*: *Nec tempore eodem... Aut puteis manare cruor cessavit... nec diri toties arsere cometæ.*

65. Virgilius lib. v, vers. 695, *Ruit æthere toto Turbidus imber aquam*; alii habent *aqua*. Sed *pluo* cum accusativo probum est. De prodigiis imbribus Cicero i de *Divin.*, cap. 43: *Quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? Quid quod fluvius atratus sanguine fluxit? Quid cum sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber effluxit?* Livius hæc prodigia passim memorat. Plinius lib. ii, cap. 56, carnis etiam, ferri, lanæ, laterum coctorum pluviam refert. Dracontius calidas aquas videtur intelligere pluviam sanguinis: nam addit, *Roscida tellus sanguine*, scilicet humore sanguineo perfusa. Virgilius lib. vii, vers. 683, *Gelidumque Anienem, et roscida rivis Hernica saxa colunt.*

65. Non omnes violæ sunt pallidæ, aut, ut ait Virgilius, pallentes; sunt quædam purpureæ, quædam albæ. Dracontius ergo ait violam quæ natura erat lutea, pallore fugato, rosæ colorem induisse. Et videntur quidem frequentiores fuisse apud Romanos

violæ luteæ; nam Horatius etiam, lib. iii, od. 10, pallorem violæ tribuit: *Nec tinctus viola pallor amantium.*

66. Ex imbris sanguinis quo tellus irrigata est, omnes flores diversi coloris rubore illo infelici sunt tincti.

67. Lib. iii, vers. 404, *Tertia sors, quæ lucis inops.* Erebus tertia sors dicitur, quia, ut fabulæ narrant, imperium cœli Jovi obtigit, maris Neptuno, inferorum Plutoni fratri natu minori. Seneca, *Hercul. Iur.* act. iii, sc. 1; *Et si placerent tertiæ sortis loca, Regnare potui*; et postea vers. 831, *Deerat hoc solum numero laborum, Tertiæ regem spoliare sortis.* Tibullus lib. iii, eleg. 5, *Tertia regna dei.* Claudianus de Raptu Pros. lib. ii, vers. 167. *Sic tertius heres Saturni.* Manilius lib. i, vers. 155 de mari, *Tertia sors undas stravit fluctusque natantes.*

68. *Serenum* substantive: vide notam ad vers. 586.

69. Avitus de tenebris Ægypti lib. v, vers. 205, *Squalentes pariter viventia milia credas Infernas intraisse domos, aut forte revulso Objice terrarum patriam sordentis abyssi Migrasse in superos, ac mundum luce fugata Sub leges misisse suas.*

70. Apud Claudianum lib. ii, de Raptu Pros., vers. 220, Pallas sic Plutonem, dum Proserpinam raperet, alloquitur: *Fratris lingue domos, alienam desere sortem, Nocte tua contentus abi: quid viva sepultis Admises?*

71. Hercules Alcestem ab inferis revocavit (Hyginus fab. 51). Apollodorus lib. ii narrat Thesum ab Hercule ex inferis excitatum, ipsumque Cerberum captum, et ad Eurystheum adductum. Ovidius, 7 Met., vers. 410, *Tirynthius heros Restantem, contraque diem radiosque micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis, Cerberon attraxit.*

73. Lib. ii, vers. 11, *Partita cum fratre vices, sua tempora lustrans.* In plurali numero *tempora* accipitur aliquando pro vultu et facie: et hoc sensu vultum lunæ Dracontium intelligere, exponi posset, nisi locus ex lib. ii indicatus tempus innueret quo luna suum cursum peragit. Sed cur luna dicitur *non humida*? Quia cum luna præcipue nocte sit, aut dicatur *humida*, et hic describantur tenebræ diurnæ, et quasi ex inferis erumpentes, consequens est lunam his in tenebris non esse humidam. Poterit etiam legi *non lucida*, quia postea globus lunæ fuscata lampade tectus dicitur.

74. Virgilius, lib. vi, vers. 256, *Sub pedibus mugire solum, et juga coepta moveri Silvarum.* Lucanus lib. iii, vers. 418, *Sæpe cavas terræ motu mugire cavernas.*

76. Fort. *roseove colore*, ut dies sit cæruleus pallore, seu roseo colore: nam color roseus non opponitur noctis tenebris, cum nocte soleat in cœlo apparere, et color cæruleus potest ex roseo et luteo formari.

Lunaremque globum fuscata lampade tec-

[tum,

Et mare purpureum nudato littore siccum,

130 Piscibus Oceani proprias sitientibus

[undas?

80 Nescia mentiri rerum cognata fidelis

Conservat natura fidem pietate parentis,

Participans, quaecunque sient, mundoque mi-

[nentur,

Ostentis ventura monens, ut pectore læto,

A Si bona sunt ventura, bonis nos ante fruamur,

85 Si mala portendant, liceat pacare precando

131 Naturæ cœlique Deum post sæcla ma-

[nentem.

Nemo ferire volens se præmonet inde caven-

[dum :

Sed qui terret, amat. Sic indulgentia pœnam

Prævenit, et nullos cupiunt tormenta reatus.

90 Non negat Omnipotens veniam cuicumque ro-

[ganti,

VARIÆ LECTIONES.

77. Vat.. lampade texunt.

82. Vat., quaecunque forem mundoque.

88. Vat., se qui terret.

NOTÆ.

77. Lib. II, vers. 49, *Lunaresque amplexa globos*. Claudianus lib. II, de rapt. Proserp., vers. 298, *Lunari subjecta globo*. Plures alii *lunarem globum, lunæ globum, solis globum* dicunt.

78. Describit mare non omnino siccum, quod nunquam accidit, sed tantum aliqua ex parte, quod sæpe evenit. Si quæras cur mare vocet *purpureum*, responderi potest, ex roseo colore de quo paulo ante, mare purpureum etiam factum. Cæterum jam multi notarunt *purpureum* a poetis sumi pro quovis pulchro colore; sic colores dicti purpurei, nix purpurea. Roa, lib. IV, Singul., cap. 8, tenet, *mare purpureum dici, quasi igneo nigrore collucens, quanquam et turbatum, et fluctuans, ventisque vehementius agitata significare possit, si ad Græcæ vocis vim et potestatem spectemus*. Huic postremæ interpretationi favet Dracontius, qui a Græcis hoc epitheton mutuatus est. A. Gellius, lib. XVIII, cap. 41, approbat in Furio, veteri poeta, quod dixerit, *spiritus purpurat undas*; sed explicat quod *ventus mare cæruleum crispicans nitescit*. Cicero in fragmentis apud Nonium cap. 2, num. 717, *Quid mare, nonne cæruleum? aut ejus unda cum est pulsa remis, purpurascit? Et quidem aqua sinctum quodammodo et infectum*. Propertius, lib. II, eleg. 20, vers. 5, *Qualem purpuræis agitata fluctibus Hellen*. Ambrosius *purpurascens colorem maris dixit, cujus verba leges ad vers. 149*.

80. Eleg. vers. 61, *Littera doctiloquax apibus cognata*, scilicet conveniens; et fortasse legendum est *rebus cognata*.

81. Claudianus, lib. I, vers. 42, de Raptu Pros., *Pene reluctatis iterum pugnancia rebus Rupissent elementa fidem*. Dracontius præterea innuit naturam non fallere in quibusdam suis prognosticis. Notanda est phrasis *pietate parentis*: sic mox vers. 726, *Qui nascit, quodcunque creat, pietate parentis*. Mar. Victor lib. I Genes., vers. 462, *Sed sancta parentis Desperare vetat pietas*. Hilarius, lib. I Genes., vers. 52, *Condere quæ genitor patria pietate parabas*; et iterum vers. 142, *Impendens patria pignus pietate colendo*. Dracontius lib. III, vers. 529, *Qui cum sit dominus, se vult tamen esse parentem*. Hinc est quod ethnici nonnunquam eos qui liberalitate præstabant ac bene de aliis merebantur, parentes et deos vocabant, ut Cicero post reditum ad Quirites cap. 5, *P. Lentulus consul, parens, deus, salus (al. salutis) nostræ vitæ, etc.* Christiani vero, a Jesu Christo edocti orare, Deum præcipue patrem nostrum appellamus.

82. In forem legi potest *forent pro erunt* per enallagiam. In nonnullis codicibus mss. in venio scriptum *forent pro erunt*. Nec perperam legetur *quaecunque sient pro erunt*; nam olim dicebant *sies pro sis*. Lucretius, lib. II, vers. 1078, *Quin cujusque sient sæcli*. Tempus autem proprium rei esset futurum, ut *quaecunque sient*, quod sustineri potest ex dictis proleg. num. 139. Participare hoc loco est certos homines reddere, ut apud Plautum Stich. I, 4, 21: *Cum ipsi interea vivant, Valeant, ubi sint, quid agant, neque*

B participant nos, neque redeunt. Alioquin participo est particeps fio, interdum partem tribuo, aut participem facio.

85. Nescio an tolerari possit *portendant*, quasi *immineant*; melius certe est *portendant ipsa ostentia*. *Placare* etiam huic loco multo magis congruit quam *pacare*. Solent longe gravius afficere, quæ præter expectationem accidunt, ut ait Josephus lib. V Antiq., cap. ultim. Contra ex Seneca epist. 76, *Præcogitati mali mollis ictus venit*. De hac sententia vide S. Gregorium Magnum homilia 1 et 35 in Evang., et Alcuinum carm. 179. Hispano etiam proverbio dicitur, *Ni dano quando es previsto, Que no ayude a moderarse*. Alfonso Barros Proverb. moral. 26.

86. Lib. II, vers. 24, *Imperii per sæcla tui sine fine manentis*. Melius fortasse legetur hic *per sæcla manentem*. Sic etiam lib. II, vers. 97, de mundo, *Quem fecit sanxitque, regens per sæcla manere*. In hoc codice non semel inter se mutata sunt *post et per*. Sed retinendum est *post sæcla*, quod innuit imperium Dei post mundi sæcula manere; lib. II, vers. 51, *Deus dicitur rerum princeps, mundique superstes*.

87. Confer lib. II, vers. 490, *Ut terrore domet potius quam clade profanos*, et vers. 689 seqq., et vers. 775 seqq.

88. Apocal. cap. III, vers. 19, *Ego quos amo, arguo et castigo*. Proverb. cap. III, vers. 11, 12. Epist. ad Hebr. cap. XII, vers. 6, Tertullianus de Jona: *At bonus, et nostri patiens, et plectere serus Omnipotens Dominus nullam jaculabitur iram, Ni prius admoneat, durataque pectora pulset*. Prosper epigr. 66, *Utile prudenti est mundana adversa cavere, Et quod vitandum prospiciat fugere*; et post alia in eandem sententiam: *Qui terret, parcit; qui percutit, ipse medetur. Vivere vis? illi subdere quem metuis*. Mar. Victor lib. I Genes., vers. 465, *Nec tam te voce severa Corripiens, ubi sis, ... Terret, quam recreat*. In editis est *me voce*, sed sensus postulat *te*, cum sermo referatur ad Adamum.

D 89. Lib. II, vers. 598, *Indulgentia prompta reatum Prævenit, et facinus venia præcedit iniquum*. In scriptura codicis aliquis subest sensus, quod scilicet Deus, qui tormenta immittit, nullos reatus invenire cupit. Non nemo conjiciet *et nulli capiunt tormenta reatus*, nempe nulli reatus puniuntur, aut nulli incurrunt in tormenta reatus. Probabile est *reatus* esse in gignendi casu, ut apud Paulinum poem. ult., *Tormenta reatus Tum veluti patitur qui se meruisse fatetur*. Sensus ergo hic erit, quod tormenta reatus neminem capiunt, hoc est assequuntur, quia pœnitentia prævenit pœnam. Sed primæ explicatio in scriptura veteri magis placet, ut per metonymiam intelligatur Deum, qui tormenta minatur, cupere nullos esse reatus quos puniat.

90. Paulinus poem. 6 de S. Joanne Baptista: *Quot gradibus parcit pietas tua? quis pater unquam Sustinet errantem toties ignoscere nato? ... Quanquam jam nimis longe processerit error, Desinat et redeat, cum se dam-*

Supplicium cum sæpe neget, licet inde minetur A 105

132 Omnibus, et nullum seriat censura To-
[nantis,

Ni vitium peccantis agat perstando maligne.

Et quemcunque ferit, moderanter temperat
[ictus,

95 Corrigit errantem, nec punit morte repente,
Si peccare diu pareat quicumque profanus.

Sed cum perstat homo semper delicta sequendo
Sentiet iratum pœna plectente furorem.

Nemo Deum sentit, quoties irascitur ulli,

100 Indulget, cohibetque minas pietatis amore,
Donec ab excelsis veniat vindicta coercens:

Impete terribili gravis irruit ira repente,

Sensim rursus adest nullo terrore juvante,

Et non agnoscit Dominum quicumque furentem, B

Donec in extremos gemitus recidente ruina

133 Ingrayat incautum graviori pondere fran-
[gens.

Sed non est omnis manus extirpanda reorum;
Solos quippe necat, quos cernit nolle reverti,
Addere sed gravibus peccatis crimina dura.

110 Nam mox tempus adest veniens, quo vota re-
[currant

Ad meliora semel, sed non reditura secundo,
Ac scelus abjiciant lacrymis, et corde reatum.

Quis genus humanum nescit servare volen-
[tem

Auctorem, dominumque Deum? cui contulit
[orbem,

115 134 Per tot facta Deus quod sexta luce crea-
[vit.

VARIÆ LECTIONES.

91. Vat., sæpe nitet licet.

95. Vat., corrigat errantem.

96. Vat., diu pareat quicumque profanus.

100. Vat., Ni fulget preclare minas.

102. Vat., impetu terribili.

105. Vat., sensum rursus adest nullo terrore ju-
vantes.

104. Vat., nec non agnoscit.

107. Vat., si non est.

110. Vat., vota recur't.

112. Vat., Ad scelus adjectum lacrymis p-corde rea-
tum.

114. Vat., cui contulit index.

115. Vat., facta dies quem sexta.

NOTÆ.

naverit ipse, Absolvi meruit; si pœnitet, irrita culpa est. Vide etiam lib. II Dracontii, vers. 95 et seq.

91. Ex nitet licet posset fieri videlicet: posset etiam legi vitet pro nitet, sed prima in vitet producitur. Conjicio neget, licet ipse minetur.

95. Lib. II, vers. 417, Nos nobis facimus peccando sponte maligne. Perstare est perseverare.

94. Prosper epigr. 8, Verbere nonnunquam castigans corde paterno, Ne cito consumant sæva flagella reos. Sic lego. Fabricius edidit (epigr. 4 apud ipsum), Verbere nonnunquam castigans corda paterno. Editio Pisarens. Poetar., Verbere nonnunquam castigans corde paterno.

95. Lib. II, vers. 694, Errantes punis, sed mitis corrigis omnes.

96. S. Petrus Epist. II, cap. III, vers. 9, Patienter agit (Dominus) propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Vide Eleg. vers. 102.

97. Genes. XVIII, 21, Dominus de criminibus Sodomorum; Descendam, et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint.

100. Satis commode restituitur Indulget pro Ni fulget; sed pro preclare forte legendum præfertque minas, aut aliquid aliud similis sententiæ.

101. Lib. II, vers. 473, Superum vindicta coercet. D Excelsa pro cœlo, ut dicam ad vers. 204 lib. II.

102. Impete occurrit etiam infra vers. 557, Subducitur impete mortis. Tertullianus de Jud. Domini habet: Impetu tartareo frendent incendia mundo; sed in hoc auctore ferri id potest, cum sæpe spiritu dactylum faciat.

105. Pro juvantes vel juvante aliud malle. Fortasse nullo terrore minante vel monente.

105. Lib. II, vers. 156, Recidentibus euris, et ib., vers. 624, Spes generis recidens. Livius, lib. XXIV, cap. 29, Quo mox in graviores morbum recideret.

107. Lib. II, vers. 405, Rursus ne perderet orbem, Aut impune reos passim dimitteret omnes, Eligis e cunctis, quos plus peccare videbat.

109. Forte crimina dira.

110. Id pertinere videtur ad sententiam Apoccal. III, 3, Pœnitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, quæ repetitur cap. XVI, vers. 15, et in II epist. Petri III, 10, et Pauli I ad Thess. V, 2.

Et clarus ad rem nostram Ecclesiastic. XIV, 12: Memor esto quoniam mors non tardat; et paulo post: Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum. Apostolus ad Galat. VI, 10, Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Joann. IX, 4, Venit nox, quando nemo potest operari. In nexu litterarum dubio lego recurrant, scilicet rei.

111. Redire secundo est pleonasmus a Dracontio aliisque usitatus, ut rursus redire apud eundem Dracontium, et lib. II, vers. 165, Rursus aquæ reduces repetunt loca prisca; rursus reddere, apud Terentium; rursus referre, apud Ovidium; rursus redire, apud Marcellinum; rursus repetere, apud Suetonium. De votis Dracontius, lib. I, vers. 694, mala vota reorum; et lib. II, vers. 405, hominum pessima vota.

112. Versus hic sanandus est; sed non alia occurrit medicina, nisi quam adhibui; aut si mavis lacrymis purgando reatum, vel lacrymis delendo reatum. Vide lib. I, vers. 694, Ut se pœniteant sceleris, etc.

114. Abest sensus a codicis lectione cui contulit index. Non dedecet cui contulit orbem, vel cui condidit orbem. Sed a Dracontii manu videtur esse index, quo verbo usus est lib. I, vers. 454, Spes, opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index. Sic lux ab eodem dicitur temporis index, sol luminis index, Petrus veri dogmatis index. Ut Deus vocatur dux, quia ad rectam viam nos ducit, sic idem appellatur index, quia nobis indicat quid agendum fugiendumve sit. Cornelius Valerius Vonk Lection. Latin. lib. II, cap. 2, in Sedulio lib. II, vers. 252 (al. 256), pro iudexque benignus legit indexque benignus. Revera melius ita procedit sententia: Orandi præcepta dedit, indexque benignus Indulgenda peti breviter jubet, etc. Ab ethnicis colebatur Hercules Index, quod furtum quoddam Sophocli in somniis indicasset: quo facto fanum illud Indicis Herculis nominatum est, ut refert Cicero lib. I de Divin. Apud Statium in fin. lib. I Achill., Partus index Lucina resolvit, innuitur Lucinam uterum diu occultatum indicare, vel pueros indicare et in lucem mittere. Ita ergo emendari potest Dracontii versus, cui consulit index, Post tot facta Deus quod sexta luce creavit; vel cui consulit index Per tot facta Deus, quod sexta luce creavit.

115. Pro dies certum videtur legendum Deus. Pro

Prima dies nam lucis erat, mors una tenebris: A 120

135 Lux datur ante polos, lux clari causa

[diei,

Lux jubar æthereum, lux noctis limes, et um-

[bræ,

Lux facies rebus cunctis, et lux elementis,

Lux genitis factisque calor, lux gratia solis,

136 Lux decus astrorum, lux aurea cornua

[lunæ,

Lux fulgor cœli, lux et primordia mundi,

Lux splendor flammæ, lux magni temporis in-

[dex,

VARIÆ LECTIONES.

116. Vat., *dies nam lucis erat mox una*; alii editi, *dies lux est terris mors una*.

117. Vat., *polos*; alii, *polum*. Parisiensis S. Victoris codex, *claræ*; alii, *clari*.

118. Vat., Vict., *et umbris*.

119. Vat., *Lux facies rerum, lux lux cunctisque trementes*.

120. Vat., *Lux genus percuncta so ... lux gratia solis*.

NOTÆ.

per tot fortasse melius post tot, ut vers. 259, *Terri-
genis factura cibos post cuncta creandis*, ubi tamen
Vict. legit etiam *per cuncta*, forte ut significetur
propter hominem cuncta creata, ut postea vers. 428.
Confer proleg. num. 86. Etsi autem sermo sit de
genere humano, retineri tamen posset *quem* scilicet
per mutationem generis: nam intelligitur *quem ho-
minem*. Vide Comment. ad Prudent. lib. II contra
Symm., vers. 504, et Gifanium Indic. Lucr. verbo
GENERIS MUTATIO. De connexionione vero hujus partis
poematis cum reliquo corpore dixi loc. cit. Prolegom.

116. Ab hoc versu incipiunt editiones hactenus
factæ cum titulo *Hexaameron*, sive *de Opere sex die-
rum*, et progrediuntur usque ad versum ultimum
hujus libri; quarum varias lectiones nunc appono.
Rivinus, cum primum versum mendosum agnovisset,
emendavit: *Prima dies lux est, terris mors una tene-
bris, vel mors ima*, id est prima; vel *mors viva*, vel *mors
sana*. Barthius apud eundem Rivinum *Prima dies
lux est terris, mors unde tenebris*. Sic auctor Moreti:
Et jam concepto tenebræ splendore recedunt. Perspi-
cuum est nullum hic esse locum voci *terris*. Etsi
enim verba prima Genesis, *In principio creavit Deus
cælum et terram*, ita intelligi possint, ut prima die
cælum cum terra elementari productum fuerit, Dra-
contius tamen aliam videtur sequi sententiam, quod
scilicet his verbis Moyses creationem mundi in tem-
pore factam complexus fuerit, quam postea per par-
tes et dies explicat: de qua sententia videri potest
Petavius De opific. sex dierum lib. I, cap. 2 qui huic
opinionem adhæret, ac SS. Patrum testimonio eam,
rejectis aliis explicationibus, confirmat. Itaque ut
Dracontius vers. seq. ait, *Lux datur ante polos*, ita
dicere potuit, *Lux datur ante solum*, vel *terras*. Adhuc
autem conjecturæ locus est, an pro *mors una tenebris*
legi debeat *nox unde tenebræ*: nam in codice Vati-
cano est *mox*, quod pro *nox* alibi etiam positum in-
venio; et poetæ alii qui opus sex dierum narrant,
noctis meminerunt, ut diem unum compleant et
Moysis sententiam expriment. Cæterum lucem tene-
brarum esse mortem metaphora est ab aliis etiam
usurpata. Plautus Men. I, 2, 45: *Dies quidem jam
ad umbilicum est dimidiatus mortuus*. Statius, lib. IV,
silv. 6, vers. 5, *Jam moriente die rapuit me cœna*.
Dracontius hoc lib., vers. 663, *Mortua nox sub luce
cadit*: sic enim legunt editi; sed in Vatic. cod., *mor-
tua lux*, ut mox dicam. Clarius vers. 672, *Ducit ubi-
que diem, periturum noctis ab umbris*. Hæc autem
omnia quæ Dracontius in opificio sex dierum expo-
nendo commemorat, fuse disputant theologi et inter-
pretes, illi præsertim qui dedita opera de opere sex
dierum scripserunt. Poetas nonnullos ex Goldasto
recensitos vide num. 29 prolegom., ubi Gregorius
Magnus et Ambrosius junior commemorantur; sed
fortasse Goldastus solos hymnos Hexaemeri ab Am-
brosio Mediolanensi conscriptos innuit, qui a non-
nullis ascripti fuerint Gregorio, ab aliis Ambrosio
juniori. Hippolyti Africani et Prudentii nostri Hexae-
meron intercidit. Leyserus Histor. poet. med. æv.,
pag. 391, ad ann. 1136, edidit Hexaameron Hilde-
berti Turonensis, sive Cenomanensis, quod in edi-

B tione Parisina hujus operum reperitur. Hexaameron
Ceponii Hispani episcopi sæculi V, versibus hexame-
tris ms., asservabat Barthius, ut dixi num. 52 prolegom.
Alios scriptores sive interpretes in Hexaameron
refert Calmetus in Bibliotheca sacra ante Dictiona-
rium Biblic.

117. Mar. Victor initio lib. I: *Ante polos, cœlique
diem*: quo lectio codicis Vat. *ante polos* roboratur.
Elogio hoc lucis nullum aliud legas locupletius: col-
ligit enim Dracontius quidquid ab aliis in lucis com-
mendationem dictum est. Augustinus, lib. I de Genesi
ad litter., cap. 17, lucem spiritualem, non corpo-
ream, a Deo primâ die conditam censuit: quam opi-
nionem Rupertus abbas lib. I, in Genes., cap. 10,
confirmat, quia *unus hic dies omnium dierum pauper-
rimus esset*, si solum lux corporea in eo condita fuis-
set. Non ergo attendit Rupertus ad veras lucis laudes
eminentemque naturam. S. Ambrosius, lib. I Hexaem.,
cap. 9: *Erat quidem Deus ipse in lumine*, etc., *sed eam
lucem fieri voluit quæ oculis corporalibus comprehen-
deretur. Qui ædificium aliquod dignum habitaculo pa-
trifamilias struere desiderat, antequam fundamenta
ponat, unde lucem ei infundat explorat; et ea prima
est gratia, quæ si desit, tota domus deformi horret in-
cultu. Lux est quæ reliquos domus commendat ornatus*.

118. Non male esset *nocti limes et umbris*; sed Dra-
contius, lib. II, vers. 707, dixit etiam cum casu
gignendi, *Criminis, et pœnæ limes*. Ambrosius, lib. I,
cap. 9, Hexaem.: *Advertimus itaque quod lucis ortus,
antequam sol, diem videatur aperire: principia enim
diei noctis exitum claudunt finisque temporis, et status
limes nocti et diei videatur esse præscriptus*. Sed adver-
tendum quoque est ex Basilio homil. 2 Hexaem., quod
Prior ille mundi status, nimirum ante primigeniam
lucem exortam non *nox dicebatur, sed tenebræ*: *nox
enim ea temporis portio dicta est quæ distincte se habet
et opposita ad diem, quæ quidem diei succedanea no-
vam hanc appellationem indepta est*. Dracontius igitur
ait lucem esse litem tenebrarum, quæ non erant
D nox, et harum quæ deinde nox vocatæ sunt.

119. Mendosus est codex Vaticanus: sed etiam in
vulgata lectione suspicor inesse mendum.

120. Rivinus ex conjectura legit *factisque calor*, et
laudat Drepanium Florum, *Atque dies varios distin-
guens luce colores*. Nihil muto: nam lux etiam e t
factis calor, ut est *gratia solis*, et *splendor flammæ*,
et versu superiori jam dictum est *lux facies rebus
cunctis*, quod amplius est quam *lux factis calor*.

122. Kursus vers. 127, *mundi primordia*. Ambro-
sius hymno ad diem primum, *Primordiis lucis novæ
Mundi parans originem*. Eodem vocabulo in eadem
re utuntur Tertullianus, Mar. Victor et alii. Paulinus
poem. 19, *Nosse moves causas rerum et primordia
mundi?* Rivino hic versus nothus videtur, aut saltem
superfluous, si cum versu 118, *Lux jubar æthereum*,
et vers. 127, *mundi primordia lucent*, conferatur.
Verum Dracontius alique poetæ Christiani istiusmodi
repetitionibus delectantur: quanquam discrimen ali-
quod inter *jubar æthereum* et *fulgorem cœli* reperitur,
et diversa res est lucem esse primordia mundi, et
reliqua omnia mundi primordia a luce splendorem

Lux opus auctoris primum, lux cardo pudoris, A
 125 Lux honor agricolis, requies lux omnibus agris,
 Lux ævi meta, lux quæ dat tempora metis,
 Qua bene constructa mundi primordia lucent.
 Clarus ubique Deus, nunquam maculabilis au-
 [ctor,
 Quem non obscurant quacunque ex parte tene-
 [bræ,
 130 **137** Nec celantur ei quæcunque obscura ge-
 runtur.
 Initium factis lucem dat lucis origo.
 Quanta spes mundi præmissa est principe luce?

Quæ totum præcessit opus quod continet orbis,
 Quæ solis prævenit iter, lumenque coruscum,
 135 Cujus jussit ope clarescere cuncta creata.
 Altera quippe dies cæli convexa meretur,
 Et supra cælos ingentia flumina dantur,
 Ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma,
138 Ignibus æthereis cœlesti sede locatis.
 140 Unda beata nimis, meruit quæ tecta polorum,
 Celsa favore Dei, jussu suspensa Tonantis.
 Limitibus contenta suis elementa morantur,
 Nec flammæ restinguit aqua, glaciemve tepo-
 [rat

VARIÆ LECTIONES.

124. Vat., *primum lux cardo pudoris*. Sirmondianus codex et Vict., *candorque pudoris*. In Vict. primum, *Lux honor*; postea, *Lux opus*.

126. Vat., *Lux cui mediæ est, lux quæ dat tempora mæstis*. Vict., *Lux ævi, mediis dat lux quoque tempora metis*. B

127. Vat., *Et bene constituat mundi primordia lucem*.

128. Editi, *mutabilis*. Vat., *maculabilis*.

129, 130. Vat., *Quem non obscurant, quæcunque obscura geruntur*. E duobus versibus fit unus.

131. Sirm., *principium*. Vat., Vict., *initium*.

132. Sic Vat. in editis, *Qua mundo vita præmissa est principe luce*.

133. Vat., *totum prætexit opus*.

134. Vict., *iter lunamque coruscam*.

136. Vat., *de cælo conversa meretur*.

137. Vict., *ac supra*.

138. Vat., *dominatum*. Vict., *dominantur aquæ glomeratis fontibus almæ*.

139. Vict., *ætheriis*. Vat., *cœlesti a sede*.

140. Vat., *quæ tecta polorum, supra polorum*. Vict., *Unde beata*.

141. Vict., *Celsa Dei, favor, etc.*

142. Vat., *suis elementa ferantur*.

143. Vat., *Nec flammæ restringit aqua glaciemque reponit*.

NOTÆ.

accipere. Weitzius legit *lux est primordia mundi*: quod fortasse mendum est, nam cæteri habent *lux et*.

124. Rivinus conjicit; *candorque prioris Lux ævi: mediis dat lux quoque tempora metis. Lux honor agricolis*.

127. Hoc fere est quod ait Paulinus poëm. ult., *Cosmon ab ornatu, mundum de lumine dixit*, ex Plinio lib. II, cap. 4, *Quem κόσμον Græci nomine ornamentum appellavere, eum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum*.

128. Præferenda omnino est scriptura codicis Vat. *maculabilis*, quam sensus exigit, licet ea vox desideretur in Lexicis Forcellini et aliorum.

129. Fortasse etiam a manu Dracontii est lectio codicis Vat., ubi ex duobus versibus fit unus; posset etiam legi *Quem non obscurant, quæcunque obscura geruntur, Nec celantur ei quæcunque ex parte tenebræ*. Verum lectio vulgata recto stat pede. Sententiam hanc ipsam multi exponunt, Basiliius hom. 2 Hexæm., Macarius hom. 16, Cyprianus, Clemens Alexandrinus, Isidorus Pelusiota, Minucius Felix, Justinus Martyr, alii. Vide comment. ad Prudentium hymno 2 Cath., vers. 105, *speculator astat desuper*.

130. Rivinus suspicatur *Nec celantur cum*. Nihil mutes; nam *celo* cum dativo personæ apud bonos auctores invenitur, Nepotem, Ovidium, Hirtium, Paulinum: quanquam apud Ovidium et Hirtium nonnulli accusativum reponunt.

131. Retineo *initium*, prima producta, quia tres breves concurrunt, quod a poetis probis in similibus verbis fieri solet. Dracontius iterum lib. II, vers. 516, *Nec fuit initium nasci. Deus lucis origo dicitur ab eodem Dracontio lib. III, vers. 1*. Vide ibi notanda.

132. Rivinus melius putat *Qua mundo vita promissa est*. Weitzius cum Parisiensi S. Victoris codice legit *Quæ mundo vita præmissa est*. Teneo scripturam codicis Vaticanæ. In *quanta* producitur ultima ob sp dictionis sequentis, cujus rei ignoratio fortasse mutationem invexit.

135. Prudentius hymn. Cathem. 5, vers. 151, *Lucem, qua tribuis nil pretiosius, Lucem qua reliqua præmia cernimus*.

136. Rivinus conjicit *convexa tuetur*, quod com-

probari posset scriptura Vat. vers. 232, *Vidit quinta dies. Cæli convexa* hoc loco sunt totum cælum; *meretur* idem est ac *consequitur*, *obtinet*, ut *meruit* vers. 140 et 150. Mar. Victor, lib. I Gen., vers. 50, *Excelsi convexa poli, terræque jacentes Pars prima est operis*. Quid autem proprie sint convexa cæli, explicat Isidorus lib. III Orig., cap. 39, quocum lexicographi sunt conferendi; nam diversæ sunt scriptorum inter se opiniones de ea voce.

137. Rivinus legit *hac* pro *ac*, hoc est *hac die*. Notanda est vis verbi *dantur*, quod potest significare *existunt*; sed proprie hic accipi debet pro *locantur a Deo*. Aquas supra cælos esse, Moyses diserte affirmat, ac multis aliis in locis sacræ Litteræ confirmant. Negant autem nonnulli veras esse aquas, idque aut de angelis, aut de cælo crystallino interpretantur, aut aquas pluvias intelligunt. Aperte hujusmodi opiniones sacræ Scripturæ repugnant, et a SS. Patribus et interpretibus catholicis unanimi consensu reselluntur. Vide not. ad vers. 25.

138. Rivinus confidenter legit *Hac donantur aquæ glomeratis fontibus almæ*, scilicet *hac die*. Sed non persuadet, ac vix admittam *Hac dominantur aquæ*, vel *Hac dominatur aqua*: nam *dominatur* videtur innuere rationem jam allatam vers. 25, quod aqua flammæ cæli temperat.

139. Sermo est de igne elementari. Rivinus recte Weitzium castigat, quod in indice hos ignes æthereos de stellis explicuerit: nam stellæ tertia die creatæ sunt, ut postea narratur.

140. Fabricius cum prima Dracontii editione, *unde*; Weitzius restituit *unda*.

141. Weitzius cum M. Wolff. Sebero correxit *Celsa Dei fabri jussu suspensa tonantis*, ut *suspensa* referatur ad *unda*, et post *tonantis* punctum sit, non comma: quæ correctio Rivino non displicet. Barthius lib. XXIII Advers., cap. 19, non dubitat quin legendum sit *Dei fabre jussu*, id est artificiose. Sed unice verum est quod ex mss. codicibus constat, *Celsa favore Dei, jussu*, etc. Sæpe *favor* mutatur in *favor*, et universim *v* in *b* in veteribus monumentis.

143. Rivinus vult parenthesis concludi hæc verba (*Nec flammæ restinguit aqua, glaciemve teporat Flammeus ignis aquæ*); *servant*. Observat Rivinus inusitate

Flammeus ignis aquæ. Servant sub lege teno-

[rem

145 Incorrupta suum, non impugnata vicissim :
Nec discreta quidem, sed nec permixta moran-

[tur.

139 Tertia cæruleum ponti lux edidit æquor,
Fluctibus immensis pelagi fræta glauca lique-

[scunt,

Et mare navigerum quatitur spumantibus undis.

VARIÆ LECTIONES.

144. Vict., ignis : aquæ servant. Vat., aquæ servat.

146. Vat., nec discreta, Editi, non discreta.

148. Vat., glauca reponunt ; ad marg., liquescunt.

149. In Vat. hic versus. Et mare deest hoc loco, et inseritur post vers. 162, Cingitur, et colles.

150. Editi, auctam. Vat., actam.

151. Vat., tellus. Sirm., Vict., terra. Vict., terra B

injusto demersa.

152. Vat., Et solidante globo gravior per mane pependit.

153. Ita Vat. In aliis editis, Sustentant solidam fluidis radicibus undæ.

154. Vat., portant seu fundamenta.

156. Editi, arenam, Vat., arenas.

NOTÆ.

poni teporat pro calefacit ; quo tamen verbo usus sit Plinius lib. xxxvi, cap. 26, qui dixit teporatus. In teporatus verba Plinii protulit Forcellinus, sed verbum ipsum teporo penitus omisit. Reponit in Vat. non est contemnendum pro aufert, deponit, aut efficit, ut aqua deponat glaciem. Rursus in eodem cod. Vat. vers. 148, reponunt.

144. Male Weitzius cum veteribus editionibus interpungit ignis : aquæ, vel ignis. Aquæ ; nam aquæ refertur ad glaciem. Virgilius eodem sensu vocabulo tenor usus est Georg. lib. ii, vers. 356 : Non alios primæ crescentis origine mundi Illuxis e dies, aliumve habuisse tenorem Crediderim. Arnobius dixit tenor rerum, Petronius tenor sensuum, Guntherus tenor veli, belli, legum. Commodianus carm. 80, Vertitur interea cælum tenore mutato. Alia dabunt lexicographi.

145. Rivinus legit licet pro non. Utraque lectio rectum sensum habet : nam partim sese vicissim impugnant elementa, partim non impugnant.

146. Paulinus poem. ultim., Nexuit hæc diversa licet, discretaque junxit, Juncta que discrevit, quæ nunc divisa coherent. Mar. Victor in præfat. ad Genes., Contraria nempe, Quæ pu'at humanæ solers ignavia mentis, Dum certant, plus pacis habent. Sic Fabricius. Alii solum hæc : Contraria quædam Si certent, plus pacis habent. Adeo variant poetarum Christianorum editiones. De hac discordia et concordia elementorum iterum Dracontius Eleg. vers. 59, Sic elementa potens contraria miscuit auctor, Humida cum siccis, ignea cum gelidis. Vide Isidorum de Natura rerum, cap. 11, ut innumeros alios profanos et ecclesiasticos scriptores omittam.

147. Æquor ponti non est tautologia : nam proprie æquor non est pontus, sed æqualitas. Cæruleum vero a colore dicitur, unde cærulea pro mari. Vide Wopkensium ad vers. 122 lib. i Sedulii, ubi observat ex fertilitate sæpe poetas jungere mare, pelagus, æquor, marmor, etc.

148. Posset ex codice Vat. conjici fræta glauca reponit, nempe tertia dies Valerius Flaccus, lib. i, vers. 652, Hæc ait, et pontum pater, et turbata reponit Littora, depellitque notos. Sic ponere fræta apud Horatium lib. i, od. 3. Sed probum est liquescunt : sic mare dicitur campi liquentes.

149. Mare navigerum Lucretii est lib. i, vers. 3. Ambrosius, 3 Hexaem., cap. 5 : Etsi pulchra sit species hujus elementi, vel cum surgentibus albescit cumulis ac verticibus undarum, et cautes nivea rorant aspergine ; vel cum æquore crispanti clementioribus auris, et blando serenæ tranquillitatis purpurascens præfert colorem, etc.

150. Rivinus legit Ipse dies terram cernit de fluctibus actam, ut vers. 136, convexa tuetur. Retine meruit, ut ibi meretur. Actam melius est quam auctam : nam mox tellus demersa dicitur et eruta. Aquæ enim

Ipsa dies terram meruit de fluctibus actam.

Eruitur tellus vasto demersa profundo,

Et solidante globo gravior per inane pependit,

140 Axe ferente solum, sunt pro radicibus

[undæ :

Quam molles portant, ceu fundamenta, liquores,

155 Arida materies rapitur de corde fluenti

Nondum mater humus, cujus pars solvit are-

[nas,

operiebant terram, quibus in locum suum congregatis, illa apparuit. Ambrosius ad diem 3 : Telluris ingens Conditor, Mundi solum qui detegens, Pulsis aquæ molestiis, Terram dedisti immobilem.

151. Rivinus refingit Eluitur terra infuso demersa profundo. Scriptura nostra vera est.

152. Tertullianus de Judic., Et solidam verbo potuit suspendere terram. Rivinus solidante globo exponit solidato globo, ut luna minvente, anno vertente, et similia dicuntur. Nihil prohibet quin intelligas globo solidante ipsam terram, aut legas, si mavis, Et solidata globo. Inane pro spatio inani elegantia est veterum a Christianis adoptata. Mar. Victor, lib. i Genes., vers. 86 : Cum Deus, impulsis reliqui jam gurgitis undis, Aeris magnum spatium patefecit inane. Vide Barthium lib. xxxv Advers., cap. 16, qui etiam Dracontium cum pluribus aliis laudat.

153. Amplector lectionem codicis Vat., quæ venusta est : quasi terra axe suo teneatur. Vel lege Sustentata salo ; stant pro radicibus undæ. Hilarius Genes. vers. 42, Ac semet defixa, salo fundata, resedit. Pisides in Hexaemero, quod notat Weitzius, Fundamen undas tu rotundasti soli, Variabili at fulcro gravatum sustines, Alii mare terra altius dicunt, quod cum philosophis et astrologis rejiciendum docet Pererius ad Genes. cap. i, vers. 9.

154. Psalm. cxxxv, vers. 6, Qui firmavit terram super aquas.

155. Barthius, lib. xxi Advers., cap. 8, materiem exponit elementum terræ. Mar. Victor, lib. i Genes. vers. 88, Arida tunc primum mundi pars ima relectam Ostendit faciem. Isidorus, lib. xiv Orig., cap. i : Proprie autem terra ad distinctionem aquæ arida nuncupatur ; sicut Scriptura ait, Quod vocaverit Deus terram ARIDAM. Naturalis enim proprietas siccitas est terræ. Mare dicitur cor fluens, vel etiam intelligitur cor fluenti, sive aquarum, ut viscera terræ, et sol ex physicorum sententia cor cœli apud Macrobius lib. i in Somn. Scip., cap. 20. Rivinus suspicatur Arida mater iis, scilicet liquoribus, quod vix sensum aliquem commodum habere potest.

156. Terra mater est communis, sed nondum mater erat cum rapta sive extracta est de corde fluenti. Plinius, lib. ii, cap. 63 : Sequitur terra, cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis..... Quæ coacta generat ? quæ sponte fundit ? quos odores, saporisque ? quos succos ? qua bona fide creditum reddit ? quæ nostri causa alit ? Vide quæ notat Balthasar Corderius ad cap. i Job. vers. 21, Nudus egressus sum de utero matris meæ. In codice Vaticano legitur arenas, ut alibi etiam dixit Dracontius. Negarunt aliqui in plurali num. arenas inveniri ; sed exstant exempla in Virgilio, Ovidio, Horatio, Valerio Flacco, Suetonio et aliis.

In glebas pars membra ligat, pars saxea tur- A
[get,
Et cautes stat montis apex, pars flumina mer-
[git,
141 Planitiæ pars tensa jacet, pars littora cur-
[vat,
160 Pars datur in tumulos, pars aspera rupibus
[horret,
In scopulos pars certa riget, pars valle pro-
[funda
Cingitur, et colles tumidi jûga celsa supinant,

Atque humiles campos spatii æqualibus aptant,
Pars data dulcifluis undantis fontibus agri.
165 Promitur herba virens, it surculus omnis in
[auras,
Et semper vestita comis frondescit oliva.
Omnia poma virens profert, nec parturit ar-
[hor,
142 Linguæ laurus honos solvit donanda
[poetis.
Torta per obliquos it vitis in orbe corymbos,
170 Verberat et palmes ramos fluitante flagello;

VARIAE LECTIONES.

157. Vat., *In glebam pars membra ligat, pars saxa tumescunt.* Vict., *pars saxea tangit.*

158. Ita Vat. in Sirm., *Cautibus exstat montis*, etc. In Vict., *Cautibus exstat montis apex, pars flumina B jungit.*

159. Vat., *pars litorat curvat.*

160. Vat., *rupibus hæret.*

161, 162. Vat. ita. Sirm., Vict., *Pars riget inculta, residet pars valle profunda, Et colles tumidi cumulis jûga celsa supinant.* Vict. distinguit *riget, inculta residet.* Post vers. 162, *Cingitur*, in Vat. ponitur vers.

149, *Et mare navigerum.*

163. Vat., *æqualibus aptat.*

164. Vat., *undantes fontibus.*

165. Sic Sirm. In Vict. *et pro it.* Vat., *Herba virens prodest serculus omnis in auras.*

167. Vat., *nec parturit.* Editi, *non parturit.*

168. Vat., *linque laurus,*

169. Vict., *tetra per.* Vat., *obliquos sit vitis.*

170. Vat. ita. Sirm., *Verberat et palmæ calamos fluitante flagello.* Sic Vict., *sed non ante pro fluitante.*

NOTÆ.

157. Confer Ovidium lib. i Met., vers. 43 seq. Rivinus advertit male antea legi *saxea tangit*, vel *tinget pro turget*, et suspicatur *saxea jungit*, et vers. seq. *pars flumina tangit.*

158. Ex Vat. recte scribes *Et cautes stat montis apex*. Rivinus malebat *Cautibus exstat apex montis*, quam *Cautibus exstat montis apex*. Prudentius quoque dixit *apicem montis* Cath. 7, vers. 136.

161. Rivinus restituebat *Pars riget incultu, residet*. Ita in Erratis. Lectio codicis S. Victoris cum interpunctione *Pars riget, inculta residet*, ut vallis inculta dicatur, minus est probabilis quam Sirmondi scriptura. Sed utraque melior est lectio codicis Vaticani. *Rigere in scopulos*, ut Tibullus dixit lib. iv, carm. 1, vers. 156, *Sed durata riget densam in glaciemque, nivemque*, scilicet aqua.

162. Post hunc versum in Vat. legitur versus 148, *Et mare navigerum*. Neque omnino alienus est hic locus, dummodo legatur postea *aptat*, non *aptant*; ac sensus erit quod mare montibus illiditur, et spatiis æqualibus camporum aptatur.

163. Postea v. 218, *Cursibus aptavit*, scilicet stellas.

164. *Undantis* significat copiam et multitudinem, quod multis exemplis probat Weitzius in Indice. *Dulcifluus* ad barbara rejectum est a Forcellino; sed immerito, cum agnoscat a Dracontio usurpari, et verbum *auroresco* solius Adelhelmi auctoritate inter Latina collocaverit.

165. Ex lectione codicis Vatic. conjici posset *et flosculus*. In *prodest lego prodit*; sed non displicet scriptura Sirmondi. Rursus vers. 169, *it vitis*, ut hic apud Sirmondum, *it surculus*:

166. Lib. ii, vers. 221. *Et nunquam caritura comis frondescit oliva*. Plinius, lib. xvi, cap. 19, *Arborum aliis decidunt folia, aliæ sempiterna coma virent*; et cap. 20, *Harum generi non decidunt, olea, lauro, palmæ, myrto, cupresso*; etc. Glycas lib. i Annal., die 3: *Ex his quæ semper florent, quædam (arbores) abjiciunt folia, quædam ea perpetuo retinent. Abjiciunt verbi gratia olea et pinus: nam facile quasi ac latenter folia pro aliis alia sic consequuntur, ut nunquam comis suis denudari videantur.*

167. Barthius explicabat *profert*: Hoc est, sine labore; *non parturit* ob eandem rationem quia sine labore profert, et *parturit* laborem et nisum arguit. Rivinus castigandum censet *virens, pro semine parturit arbor*, ex Genes. i, vers. 11 et 12,

et quia idem Dracontius vers. 574 ait, *Quod spicat messis, quod ramis parturit arbor*. Verum ille versus jam loquitur de fructu arborum, postquam Adam ejectus est de paradiso, et Dracontius tenere videtur facilius fructus in paradiso prodixisse quam extra post peccatum Adami. Mar. Victor, lib. ii de Adamo et Eva e paradiso ejectis, vers. 8: *Mirabile quali Ore rudes stupeant tam barbara rura coloni, Quæ non frugifera, distinctaque arbore vernant*. Sic Fabricius. In editione Parisiens. 1560, *Miserabile, quali . . . Quæ non frugifero distincta stipite vernant*, quod ex fide mss. est. Vel etiam Dracontius loquitur de primo die quo illico prodierunt fructus ex Gen. i, 4 seq.: *In die quo fecit Dominus cælum et terram, et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret*. Quod si retinere velis *parturit*, Jeviori mutatione possis *profert, vel parturit arbor*. Moyses ait: *Lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram*. S. Augustinus lib. v, cap. 4, de Genes. ad litt., ita id explicat: *Causaliter ergo tunc dictum est produxisse terram herbam et lignum, id est producendi accepisse virtutem*. Dracontius cum plerisque Patribus et interpretibus asserit reipsa herbas, et arbores, maturosque fructus, tertia die fuisse producta. Pomum de omni genere fructuum qui ex arboribus proveniunt dicitur. Prestaret hos versus transjicere, et prius legere *Omnia poma*, et deinde *Et semper vestita*, aut etiam rejicere hunc versum post *Linguæ laurus honos*.

168. Conjectura probabilis est legendum *Linguæ laurus honos surgit donanda poetis*, quia clarior est sententia et similibus verbis in productione aliarum rerum enarranda utitur Dracontius. In scriptura libri veteris *solvit donanda*, intelligitur *donanda* esse in accusativo. Poetæ lauro coronabantur. Horatius lib. iv, od. 2, de Pindaro: *Laurea donandus Apollinari*. Quod autem Cicero dixit et approbavit lib. i Offic., cap. 22, *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ*, intelligebat de laurea quam triumphantes gestabant: quo respexit Plinius lib. vii, cap. 50, de eodem Cicerone loquens: *Salve primus in toga triumphum, linguæque lauream merite*; quod alii explicant *principatum eloquentiæ merite*.

169. Rivinus pro *tetra* correxit *lata*, sed agnovit melius esse *torta*.

170. Christianus Daumius pro *non ante* in veteri-

143 Vinea pampineos-subarundinat ebria A

[campos,

Munera lætitiæ spondens pendentibus uvis,

Fructibus et variis redolent florentia rura.

Una parens tellus non unum fundit odorem,

175 Sed quot sunt herbæ, tot permiscetur odores.

India tunc primum generans pigmenta per her-

[bas

VARIÆ LECTIONES.

171. Vat., pampineos sub arundine tenebra campos.

172. Vat., munera levis spondens. Ad marg., munera pro munera.

173. Codex Azagrensis, fructibus ex variis.

174. Vat., unum fudit odorem.

175. Vat., Si quod sunt herbæ tot permiscetur honores.

144 Eduxit sub sole novo, rudibusque race-

[mis.

Est locus in terra diffundens quatuor amnes,

Floribus ambrosiis gemmato cespite pictus,

180 Plenūs odoriferis nunquam marcentibus her-

[bis,

Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis.

176. Vat., India mundus erat gemmans pigmenta per herbas.

177. Vat., producant sub.

178. Editi, interea. Vat., in terra.

179. Vat., ambrosus gemmato-cespiti. Vict., ambrosiis gemmato cespiti.

181. Vat., cunctis feliciter oris.

NOTÆ.

bus editionibus scripserat motante, Rivinus nutante, B codices mss. habent fluitante. Sed nemo hactenus advertit errorem et palmæ calamos; nam sine ulla dubitatione legendum est et palmes, ut exstat in Vat. lib. II, vers. 220, iterum Palmite gemmato, etc. Isidorus lib. XVII Orig., cap. 5: Summitates vitium, et fruticum flagella nuncupantur, eo quod flatu agitentur. Palmes vitis materia mollis, qui per novella brachia emissus fructum affert.... Corymbi sunt annuli qui proxima quæque ligant et comprehendunt, ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur. Melius etiam est ramos quam calamos: nam palmes ipse est ramus vitis, et intelligi potest de ramis arborum quibus vitis innectitur. Neque absurdum esset rescribere auras pro ramos aut calamos.

171. Inter barbara reposuit Forcellinus subarundinare, et explicat arundine fulcire: allegatque Dracontium. In codice Vat. depravatus est hic locus, neque aliorum scriptura plane mihi probatur. Augurabar Vinea pampineas sub arundine porrigit umbras. C Virgilius, eclog. 7, vers. 58, Liber pampineas invidit collibus umbras. Et II Georg., vers. 410, Bis vitibus ingruit umbra, ex pampiniis scilicet. Ebria vinea elegans metaphora dicitur a Weitzio pro plena: sed poterit dici ebria ab effectu.

172. Vinum vocat lætitiæ munera, ut Bacchus a Virgilio dicitur lætitiæ dator. Juvencus, lib. I, vers. 133, Cernis lætitiæ jam defecisse liquorem? Obvia sunt quæ multa congerit Weitzius de lætitiæ ex vini haustu.

174. Fundere pro producere copiose et abundanter sæpe occurrit. Odor hic sumitur pro specie, seu re ipsa ex qua bonus odor emanat. Horatius, lib. II, epist. 1, in fine: Deserat in vicum vendentem thus et odores. Tertullianus de Jud., Dulcores, potus varios, pingues et odores. Mitto alios. Hic jam tellus parens dicitur, quæ vers. 156 nondum mater dicta est.

175. Mar. Victor., lib. I Gen., vers. 246, Unum ex diverso nectar permiscet odore.

176. Pigmenta quæ sint, ex versibus qui Isidoro D tribuuntur tanquam ejus bibliothecæ inscripti, colligitur: nam in titulo Pigmentarii recenset auctor Cinnamomum, myrrham, folium, casiamque nitentem, Balsama, thus, calamum, Coryciumque crocum. Hi versus sub S. Isidori nomine editi jam pridem fuerunt a Muratorio, et maxima ex parte multo ante Muratorium a Joanne Tamayo de Salazar. in Martyr. Hisp., postea a Florezio auctores in Hispania sacr. recusi sunt, et post Florezium in editione Matritensi operum S. Isidori anno 1778, tom. II, pag. 67, append. In prolegom. ad Prudentium num. 242, aliquantulum dubitavi an vere Isidorus auctor esset horum versuum. Nuper Eugenius de Levis, tom. I Anecd., pag. 48, primos sex versus pro ineditis vulgavit tanquam a S. Damaso in epistolas Pauli conscriptos. Sed non pro solis episto-

lis Pauli, sed pro aliqua bibliotheca exarati illi sunt, ut legenti liquido patet, et ab ætate Damasi longissime distant, ut duo alia carmina, quæ eidem Damaso Levisius affingit. Leyserus in Hist. Poet. med. æv. ad sæculum V observat Dracontium paradisum in India quævisisse, quod, inquit, iis opponi potest qui hanc sententiam nimis habent paradoxam. Verum hanc ipsam sententiam amplexus est Malvenda, qui de paradiso diligentissime scripsit; eique favent Hieronymus, Alcimus Avitus, Anastasius Nicænus, et Moses Bar-Cepha. Auctor Quæstionum ad Antiochum, quæ sub S. Athanasii nomine editæ sunt, quæst. 47 hanc rationem addit: Quod hujus rei gratia omnia aromata suavissimi odoris circa orientaliora loca, seu Indiæ fines proveniunt, utpote quæ sint vicina paradiso.

177. Rivinus suspicatur sub sole novo mendum esse, ac legendum Eduxit fulgore novo; nondum enim sol erat conditus. Sed ego opinor Dracontium sub sole novo dixisse per prolepsin, ut orientem explicaret. Sic Avitus, lib. I de Initio mundi, vers. 196: Est locus Eoo mundi servatus in axe Secretis, natura, tuis, ubi solis ab ortu Vicinos nascens aurora repercutit Indos. Si correctio aliqua sit adhibenda, præferam sub vere novo. Vide vers. 197 et 230, Ostentat sub vere novo. Conjeciebam melius sub flore novo. Rudes racemi sunt fructus novi cujuslibet arboris, similes racemis uvarum; ac fortasse Dracontius racemos accipit pro granis et fructu cujuslibet herbæ ex qua unguenta et pigmenta proveniunt. Nonnullæ arbores aromaticæ fructum seu semen botruosum habent, ut amomum, de quo Plinius lib. XII, cap. 15; Dioscorides lib. I, cap. 14; et Isidorus lib. XVII Orig., cap. 8, ubi scribitur botruosum semen. Etsi autem Harduinus in Plinio legat frutice myrtuoso, non botruoso, sententia tamen eadem ex Plinio colligitur, qui ait: Amomi uva in usu est, Indica vite labrusca.

178. Conjectura est Rivini, legendum in terra pro interea, quæ nostro codice confirmatur.

179. Rivinus ait quosdam legisse gemmato vertice pictus. Mar. Victor, lib. I, Genes., vers. 235: Hic fragiles solvunt calamos animata vigore Muneris ambrosii spirantia cinnama odores. Ita Fabricius; alii, Quæque arida tegmine sicco, Jam fragiles solvunt calamos, animata vigore, Muneris ambrosii spirantia cinnama fundunt. Pingere, terram floribus pro ornare, variare, distinguere invenies apud Lucretium, Virgilium et optimos quosque auctores. Vide Gifanium Ind. Lucr. Cespes dicitur gemmatus, quia flores ipsi sunt tanquam gemmæ. Lucretius, lib. II, vers. 519, Invitant herbæ gemmantem rore recenti; Manilius lib. V, vers. 256, Ille colit nitidis gemmantem floribus hortum.

180. Putat Rivinus respexisse Dracontium ad Gen. XXVII, 27, Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

181. Rivinus legit Hortus ab ore Dei. Conjeciat

145 Fructus inest anni, cum tempora nesciat A
[anni.
Illic floret humus semper sub vere perenni,
Arboreis hinc inde comis vestitur amœnè,
185 Frondibus intextis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore fru-
[ctus,
Et passim per prata jacent: non solis anhelis
Flammatur radiis; quatitur nec flatibus ullis,
Nec conjuratis furit illic turbò procellis.
190 Non glaciès districta domat, non grandinis ictus
Verberat, aut gelidis canescunt prata pruinis.

Sunt ibi sed placidi flatus, quos mollior aura
146 Edidit exurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus movet illa comas, de flamine molli
195 Frondibus impulsis, immobilis umbra vagatur;
Fluctuat omne nemus, et nutant pendula poma.
Vér ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne lædat flores, et ut omnia poma coquantur.
Non apibus labor est ceris formare cicutas:
200 **147** Nectaris ætherei sudant ex arbore mella,
Et pendent foliis jam pocula blanda futura,
Pendet et optatæ vivax medicina salutis:
Cætera depingit variis natura figuris.

VARIÆ LECTIONES.

182. Vict., f. in annos est, cum.
184. Vat., Arboreus hinc inde chorus vestitur amœne.
Editi, Arboreis hinc inde comis vestitur amœnis.
185. Vict., f. intortis r. In Vat. desideratur hic ver-
sus Frondibus.
186. Vict., arbore poma.
187. Vict., non fructus anhelis. Sirm., non solis an-
helis. Vat., non solis anhelis.
188. Vat., flatibus illic.
190. Editi, domat, non. Vat., nec.
192. Azagr., Vict., sed placidi fructus. Sirm., sed

placiti fructus. Vat., sed placidi flatus.
193. Vict., addidit exurgens.
194. Sirm. distinguit comas de flamine molli, Fron-
dibus impulsis immobilis u. v.
196. Sirm. ita. In Vat., F. omnis honos, et mutat
p. p. In Vict., F. hic onus omne, et nutant p. p.
198. Vat., n. l. frondes et.
202. Vat., pendet exoptatæ v.
203. Vict., v. pictura f. Vat., Litora dependent so-
lers picturâ figuras.

NOTÆ.

aliquis in orbè datus, quia non consitus, vel Hortus in
ora Eden, vel Hortus Eden, orbis cunctis. Lectio co-
dicum comprobatur ex Isaiæ LI, 3, Ponet desertum ejus
quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini,
id est paradisi.

184. Rivinus pro amœnis conjiciebat amœne, quod
noster codex exhibet. Vestiri comis de arboribus me-
taphora usitata: sic vers. 166: Et semper vestita co-
mis frondescit oliva: sic terra gramine vestiri dici-
tur, aves pennis.

186. Rivinus melius putat fructus quam poma, quia
illud latius patet. Dracontius v. 167, 196 et 198, po-
mum de quolibet fructu arboris dicere videtur; ac
sane vix certa, et clara distinctio poterit inveniri.

189. Claudianus de III Consul. Honorii v. 98, Et
conjurati veniunt, ad classica venti, et de Bello Getic.
v. 49, Aut conjuratum querimur splendere serenum.

190. Fabricius mendose edidit grandinis ictu, quod
expressit etiam Weitzius. In prima editione jam lege-
batur ictus, quod restituit Sirmondus. Districta pro-
prie est valde stricta: sed aliud lateat; dicitur enim
glaciès districta, ut ensis districtus, vel potius destri-
ctus, quia scilicet glaciès etiam secat. Virgilius, eclog.
10, v. 49. Ah! tibi nē teneras glaciès secet aspera plantas.

191. Grandinem verberare pervulgata metaphora
est. Vide notam Broukusii ad Tibull. l. I, el. 2, v. 7,
Te verberet imber. Weitzius elegantissimam transla-
tionem vocat canescunt prata pruinis. Avitus l. I, v. D
223, Vel densante gelu canescunt arva pruinis. Contra
canities ab Horatio et Prudentio ita exprimitur, ut
nix capitis dicatur. Rivinus animadvertit male alios
legere calescunt, vel calvescunt pro canescunt. Quinam
hi sint; non novi: nam in Weitzio calescunt men-
dum est, cum in Indice canescunt clare legat.

192. Vera est scriptura placidi flatus. Nam de fru-
ctibus dictum jam supra est, et hoc loco de aura sua-
vi et placidis flatibus sermo instituitur contra pro-
cellas, glaciem, grandinem, gelu. Ritsi autem vers.
188 dixerit, hortum non quati flatibus ullis, tamen
hoc intelligendum est de vehementibus flatibus, ut
innuit verbum quatitur, et ex vers. seq. Nec conju-
ratis colligitur.

194. De sæpe superfluum est, ut multi jam monue-
runt. In Pervigilio Veneris De favoni spiritu. Non
placet interpunctio Sirmondi, neque antiquiorum edi-

tionum. Nam de flamine molli Frondibus impulsis est
veluti ratio, cur immobilis umbra vagetur, ut nunc
ad vers. seq. explicabo.

195. Umbra est immobilis, quia in nemore semper
est umbra: vagatur vero, quia frondes arborum mo-
ventur. Fortasse scripsit Dracontius impulsis, et mo-
bilis umbra vagatur.

196. Scriptura codicis S. Victoris Fluctuat hic onus
omne, et facit, ut suspicer, primigeniam esse lectio-
nem codicis Vat. Fluctuat omnis honos, et. Siquidem
fructus honor est arboris.

197. Boetius carm. 2 lib. I, Quis veris placidas tem-
peret horas Ut terras roseis floribus ornet. Fortasse in-
nuit Dracontius, mundum vere primo conditum fuissè,
quod clarius v. 250 asserit. Alii autumno mundum
creatum docent, et multis rationibus confirmant.

198. Non displicet frondes in Vat. Sed flores scilicet
arborum melius videtur. Rivinus corrigit Ne læ-
dant, hoc est auræ, quod in Indice videtur agnovisse
Weitzius. Scriptura codicum sustineri potest, nempe
Vcr temperat, ne lædat, quod perinde est, ac Ut illæ-
sos seivet flores. Poma seu fructus coqui dicuntur,
dum maturescunt. Vide Plin. l. xv, c. 24, Senec.
Trag., Varronem, Virgilium, Martialem.

199. Weitzius cicutas exponit cellas apium, seu
cannas, ac quasi fistulas, quibus mel continetur.
Haud equidem repugno. Sed videndum an ex Isidoro
l. xvii Orig., cap. 7, num. 61, alia interpretatio erui
possit: Cicuta, ait, est, quod est inter cannarum nodos,
dicta, quod lateat. In Indicis stagnis nasci arundines,
calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum
suavissimum succum bibunt, unde et Varro ait: Indica
non magnum in arbore crescit arundo, Illius et lentis
premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeant succo
concedere mella. Primus horum trium versuum cor-
ruptus est in editionibus Isidori, quas vidi. Lege In-
dica non magna nimis arbore crescit arundo. In se-
cundo etiam melius leges Illius e lentis.

202. Loquitur, ut puto, de ligno vitæ in medio pa-
radisi ex Gen. II, 9, quanquam et de aliis foliis, ex
quibus medicina paratur, explicari valet.

203. Rivinus in veteribus editionibus conjungebat
et legebat ita hos versus: Cætera depingit variis natura
figuris, Auroræ cum quarta dies emergerat undis, ut in
vers. 202 absolvatur tertia diès, et a vers. 203 inci-

Auroram jam quarta dies præmisérat undis, A
 205 Et rutilante polo compresserat astra rubore.
 Mox solis radiare globum jubet igne salutis :
 Flamma salutaris perfundit lumine mundum ,
148 Cuncta salutifero rident elementa vapore,
 Cujus ab igne suo lunam jubet ire secun-
 [dam ;
 210 Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
 Et trepidum præferre diem comitante quiete :
 Candida somnigeris collustrat cornibus axes ,

Quæ numero est crescente brevis, sed plena
 [minore.
 Flammeus ornatus cœli per sidera fulsit :
 215 **149** Officia et stellis, numeros, et nomina jus-
 [sit,
 Tempora distribuit, loca contulit, ignibus agit,
 Limitibus fixit, jubar induit, axe rotavit,
 Cursibus aptavit, cœli regionibus addit.
 Agminis innumeri nec flammea sidera cœlum
 220 Destituunt quæcunque die, sed luce premuntur

VARIÆ LECTIONES.

204. Vict., *Auroræ i. q. d. permanserat u.* In Vat. deest hic versus, sed locus vacuus relictus est.

205. Vat., *Et r. die c. ora r.*

207. Vict., *salutari perfundi.*

208. Vat., *c. salutifera.*

211. Vict., *trepidam.* Sirm., *trepidam.* Vat., *trepidum.* Vict., *minante q.*

212. Vict., *c. somniferis.* Vat., *c. somnigerunt collustrans c.*

215. Ita Vat. In aliis, *Quæ numero est majore brevis, et plena minore.*

215. Sirm., *officia stellis.* Vict., Vat., *officia et stellis.*

B 218. Vat., *curribus aptavit.* Vict. distinguit addit *Agminis innumeri, nec.*

220. Sic Vat. in Sirm., *destituunt quocunque die, sed.* Vict., *destituunt, quocunque dies et l.*

NOTÆ.

piat quarta. *Depingere* pro ornare, variare, ut supra v. 179 dictum.

204. Ex vers. sequent. colligitur, diversam fuisse lectionem in codicibus antiquis ab ea quæ nunc exstat: nam codex Vat. v. seq. habet *compresserat ora*, quod verius videtur, quam *compresserat astra*. Ex Vict. conjicere licet, legendum *Auroræ jam quarta dies processerat undis, Et rutilante die (vel polo) compresserat ora rubore*. Etenim de astris postea occurrit mentio. Dicitur autem *Auroræ quarta dies*, ut prima dies lucis. Poterit etiam legi *Auroræ jam quarta dies præmiserat ortum, Et rutilante polo compresserat ora rubore*. Sed dum clarius lumen non affulget, Sirmondi scripturam retineamus.

205. Ambrosius hymn. ad diem 4, *Qui lucidum centrum poli Candore pingis igneo.*

206. Globus solis et lunæ passim a poetis et non semel a Dracontio dicitur Mar., Victor lib. 1, Gen. v. 97, *In flammis, iquisque globum se cogere jussa est, Solis prima dies*. De igne salutari solis quo cuncta foventur vide v. 24 seq., et Eleg. v. 81 seqq.

207. Rivinus existimat hunc versum esse Eugenii Toletani, aut alius ejusvis, et, ut sit sensus, pro *perfundi* legit *perfundit* cum Sirmondo et Weitzio in Indice. At Weitzius in textu etiam ediderat *perfundit*. Fabricius quidem habet *perfundi* cum prima editione. Esse autem Eugenio antiquiorem hunc versum ex codicibus Vict. et Vatic. satis colligitur. Neque hujusmodi repetitiones, quod sæpe dicendum est, a Dracontii stylo sunt alienæ, scilicet ignis salutis, flamma salutaris, vapor salutifer. *Perfundere lumine mundum* pulchra metaphora, de qua Gifanius Ind. D Lucr. verbo *fundo*. Vict. non male, *salutari*.

208. *Salutifer* dicunt Ovidius, Statius, Martialis, *salutiger* Ausonius, Prudentius. Translatio quoque *venusta* est *rident elementa*, de qua idem Gifanius verbo *ridere*. Rivinus suspicatur *elementa tepore*, sed approbat *vapore* pro *calore*. Sæpe Dracontius, sæpe alii *vaporem* pro *calore* usurpant.

209. Rivinus conjicit *Cujus ab igne suam*: sed vix locum habet hic *suam*. Aut querendum est aliud, aut retinendum suo per pleonasmum non inusitatum. Forte *pio* pro *suo*, ut v. 224, *Qui fovet igne pio cœlum, mare, sidera, terras*.

210. Rivinus mallet *Nigra tenebræ corrumpere tempora noctis*.

211. Rivinus rejicit in Weitzio *minitante quiete*, et in Sirmondo *comitante quiete*. Legit autem et distinguit *Et tepidam proferre diem: invitante quiete Candida*, etc. Fabricius edidit (et cum Fabricio Weitzius)

Et tepidam proferre diem minitante quiete. Sirm. et Vat. consentiunt, ac solum in *trepidum*, et *trepidam* variant. Sed quid est dies *trepidus*? dubius, opinor, et incertus, quia nec verus dies, cum luna ipsa solum sit solis imago. *Trepidum* hac significatione gaudere notum est, ut in *rebus trepidis*, et aliis similibus locutionibus quæ notæ sunt.

212. Veteres sere dicebant *somnifer* non *somniger*, ut Ovidius, Plinius, Lucanus. Etsi autem exemplum in antiquioribus non occurrat, tamen improbandum non est *somniger* in Dracontio, nisi malis sequi codicem Vict. Ex mendo codicis Vat. *somnigeris* colligitur.

C 215. Weitzius plures qui de luna agunt scriptores laudat, ut solet; sed non explicat quid hoc loco velit Dracontius, ut observat Rivinus, qui ait, *numero majore et minore* forte intelligi numerum majorem et minorem dierum. Nos cum Vat. legimus *crescente pro majore*. Plin. lib. xxxvii, cap. 9, sect. 65, *Selenitis . . . imaginem lunæ continens, redditque eam in dies singulos, crescentis, minuentisque numeris*. Certe luna primo die est parva et incipiens, die decimo quinto est plena: sed iterum decrescit eodem ordine usque ad extremum diem. Sed id non satis, aut non bene explicatur Dracontii versum: nam luna est major die 15 quam die primo. Dicitur ergo luna brevis numero crescente, considerata diebus extremis, et comparata ad diem decimum quintum, aut circiter.

214. Prudentius Cath. hymn. 5, v. 145, *Credas, stelligeram desuper aream Ornatam geminis stare trinibus*.

215. Virgilius i Georg. 137, *Navita tum stellis numeros, et nomina fecit*. Rivinus pro *jussit* corrigi *cessit*. Melius est *jussit*. Statius lib. vii Thebaid., vers. 32, *Jus erit, aspiciam terras, pacemque jubebo Omnibus*. Tacitus iv Annal., cap. 72, *Tributum iis Drusus jusserat*.

217. Præfert Rivinus *jubare induit*. Sed usitatus est *induere* cum accusativo, et ut in *loca contulit* intelligitur *stellis*, ita in *jubar induit*.

218. Lib. iii, vers. 5, *Nomina dans astris, et stellis cursibus aptans*. Rivinus conjicit *auxit* pro *addit*.

219. Lib. iii, vers. 4, *Sideris innumeri numerum quem non latet omnis*. Fabricius interpunctionem editionis primæ Vict., secutus est, quam ante Sirmondum Seberus et Weitzius emendarunt.

220. Fabricius edidit *Destituunt, quacunque dies et luce premuntur*. Weitzius *Destituunt quacunque die, sed luce premuntur*. Teneo lectionem Vat., ut *quacunque* referatur ad *sidera*, nempe *quævis sidera*. Vide vers. 667.

Luminis immensī radiato vertice fusi. **A**
 Nec mirum, si clara latent sub sole corusco
 Sidera, quo mundum monstrat mensura mino-
 [rem,
150 Qui fovet igne pio cœlum, mare, sidera,
 [terras,
225 Concepta virtute Dei, quem sphæra polorum
 Sustinet, et sentit dominum per cuncta tonan-
 [tem,
 Cujus ab imperio veniunt, quæcunque mini-
 [strant,

Omnia : jussus agit totum, sub lege laborat
 Miles et ipse Dei, cum lunam, et sidera cuncta
230 Ostentat, sub vere novo, sub tempore primo,
 Sub tirone die veterana in sæcla paratus.
 Vidit quinta dies animalia cuncta profundi.
151 In corpus solidantur aquæ, nervique li-
 [gantur.
 Musculus humor erat, fluctus durescit in ossa,
235 Atque oculi gemmantur aquis humore gelato :
 Et quot sunt fluctus, tot forsitan in æquore pisces
 Luserunt fluido per cæcula vasta natatu,

VARIÆ LECTIONES.

- 221.** Vat., *vertice fusi*. Alii, *v. phœbi*.
222. Vat., *nec mirum si*.
225. Vat., *s. quæ mundum*.
225. Vat., *concepta v.* Alii, *conceptum v.*
227. Vict., *quæcunque ministrant, Omnia : jussus agit totum, sub lege laborant*. Vat., Sirm., *ministrat Omnia j. a.*
229. Vat., *cum lunæ et sidera cuncto Ostentans s.*

- 232.** Editi, *addit quinta*. Vat., *vidit q.* Vict., *interpungit cuncta, profundi In corpus*.
233. Vat., *solidantur que n.*
234. Vat., *masculus humor*.
235. Vict., *o. geminantur a.*
236. Vat., *f. tot forsitan æquore*. Vict., *f. quot forsitan in æquore pisces Incedunt fluido*.
237. Vat., *notato; ad marg., natatu.*

NOTÆ.

221. Magis placet *fusi* quam *phœbi*. *Vertex radiatus* pro sole hic accipitur. Ennius apud Ciceronem in *de Orat.*, cap. 40, *Oculis postremum lumen radiatum rape*. Solis verticem, sive caput radiis ornatum veteres fingebant, ut notum est. Clarius legam *fusa*, scilicet luce fusa vertice radiato luminis immensi. Lib. III, vers. 1, *Luminis æterni, lunæ lux, lucis origo*.

225. Videtur rationem assignare cur lateant sidera sub sole. Sed quænam est hæc ratio? Aut si ratio nulla hic exhibetur præter immensum lumen solis, quid sibi vult, *Quo mundum monstrat mensura minorem?* In Vat. est *quæ pro quo*: sed eadem remanet difficultas. Legam igitur *Sidera; quem mundo monstrat*. Prudentius lib. I *Symm.*, vers. 314, de sole: *Et quod nemo negat mundo, cœloque minorem. Area major enim, quam qui percurrit in illa*. Si ita legere velis, supra rescribes *Non mirum*, aut in *nec* intelliges *non*, ut apud Sedulium in præfat. ad Carm. paschale, *Quorum multiplices nec numerantur opes*: de qua significatione adverbii *nec pro non* vide ibi Wopkensium. Quod si retineatur lectio vulgata, in *mundum* intellige terram solam, non universitatem hanc rerum; nam *mundum* pro terra, et mortalibus dixerunt etiam ethnici scriptores, et Dracontius vers. 705 hujus libri. Si hæc videtur reddi ratio, non mirum esse si sub sole sidera lateant, cum sol major sit terra. Alia explicatio ex astronomia petita hæc est, eo magis latere sub sole corusco sidera quo sol nostro conspectui minor apparet: scilicet diameter solis quo magis ad zenith accedit, eo magis decrescere nobis videtur.

224. Confer versum 24 et seq. Incertum est an Dracontius teneat stellas etiam quæ fixæ dicuntur a sole lumen accipere, quod indicat hic versus an solum planetas intelligat. Res isthæc olim valde obscura erat, neque nunc quidem satis liquet, ac vix affirmare possumus, nullam ostendi rationem qua stellas fixas suam a sole lucem mutuari asseramus.

225. Fortasse melior est lectio Vat., *Concepta virtute Dei, quem*, vel legendum *Conceptus virtute Dei, quem*. Sirmondus non solum ipsum solem conceptum intelligit, sed eundem agnoscit esse quem sphæra sustinet, non Deum. Sed quo pacto sol vocari potest dominus per cuncta tonans? Conjici licet *Conceptum virtute Dei quem sphæra polorum Sustinet, et sentit dominum per signa volantem*. Sed præstat retinere scripturam Vat.

227. *Cujus*, scilicet Dei. Hinc rectius *ministrant* quam *ministrat* cum Vat. et Sirm. Nec placet distia-

ctio Sirmondi *ministrat*. *Omnia jussus agit, totum sub lege laborat*. *Miles et ipse Dei*: quanquam post laborat virgula non obest. Sententia Dracontii est ab imperio Dei venire omnia quæcunque ministrant sive inserviunt. Propertius lib. II, el. 18, *Aspice, uti cœlo modo sol, modo luna ministret*.

228. *Mallem agit cursum*, quæ phrasis est Plinii lib. V, cap. 24. Prudentius I contra *Symm.*, vers. 534 de sole: *Præscriptis lege sub una Deditus officiis*.

229. Lib. II, vers. 25, *Militia famulante sua servire fidelis*: vide notam.

230. Dracontius innuit sententiam quorundam veterum, qui stellas lumine a sole accepto fulgere assererebant, de qua Isidorus cap. 24 de *Natur. rer.* Vide etiam vers. 224. Poteris etiam explicare: *cum Deus lunam et sidera cuncta ostentat*: nam vers. 216 et 217 ignes, et jubar proprium stellis conceduntur.

231. *Tiro* adjective etiam dicitur, ut *tiro exercitus, tiro miles*. *Tironi* opponitur *veteranus*, quod militibus convenit, sed aliis quoque rebus veteribus tribuitur.

232. Interpunctio Vict. inepta est. *Vidit an addit* legas, perinde est. Vide vers. 136.

233. *Forte nervisque ligantur*. Lib. III, vers. 614, *Jam nervis membra ligantur*.

235. Scribendum potius *gemmauntur* quam *geminantur*, quamvis hoc non sit prorsus contemnendum; cum oculi sint gemini. Versu 345 utrumque expressum est, *Orbe micant gemino gemmantia lumina visus*. Vide lib. III, vers. 618. Gemmant oculi, quia in modum gemmæ splendent: iidem gemmantur, cum fiunt instar gemmæ: et quamvis active plerumque hoc verbum usurpetur, ex participio *gemmauntur* patet posse etiam dici *gemmauntur*. Rivinus pro *gelato* conjicit *palatum*: cui minime subscribam. Nam oculi gemmantur aquis, dum humor gelatur, sive astringitur instar gelu. Mar. Victor. lib. III *Genes.*, *Herba virens, flavas cum duravisset aristas, Solis ob ardores in frugem lacte gelato*. Quod in aliis editionibus vers. 66 aliter profertur; *Herba sibi, et calamis in frugem lacte gelato*.

236. Editiones veteres distinguunt *pisces Incedunt*, etc. Sirmondus *pisces*. *Luserunt*, etc., quod fortasse ab eo factum, ut *luserunt* referatur ad *animalia* vers. 232; et *factura* vers. 239, sint eadem animalia. Posset versus 239 statim post versum 232 poni, et sic hæc difficultas evanesceret: Verum etiam si nullum sit comma vel punctum post *pisces*, ut ipsi sint, qui *luserunt*, tamen *factura* referri debet ad *animalia*, vel ad *pisces*, qui sunt animalia profundi.

237. Concinnius est *Luserunt* quam *Incedunt*. Lib.

Et crispante freto perflabant naribus undas,
Terrigenis factura cibos post cuncta creandis.

240 **152** Exsilit inde volans gens plumea læta

[per auras,

Aera concutiens pennis crepitante volatu :

Ac varias fundunt voces modulamine blando,

Et, puto, collaudant Dominum meruisse creari.

Hæ niveo candore nitent, has purpura vestit,

245 His croceus plumæ color est, has aureus ornat,

Albentes aliis pennæ solidantur ocellis,

Atque hyacinthus adest per colla et pectora

[fulgens.

VARIÆ LECTIONES.

238. Vict., *f. perflabant n.*

239. Vict., *per cuncta.*

242. Hic versus sic exstat in Vat. et Vict. In Sirm. **B**
deest omnino.

245, 246. Vat., *Est croceos (supra croceus) hic pluma color, has aureus ornat Galbanus : ast aliis plumæ solidantur ocellis.*

247. Vat., *pectora fulgor.*

153 Eminent his cristatus apex, has lingua de-

[corat,

Et brevitæ formæ pensatur voce canora.

250 Has virides pennæ reddunt, has discolor ornat

Pluma, per-innumeras currens pictura volu-

[eres :

Et rudibus tenuem subtexunt aera pennis.

Ipsa dies folium ramis, et floribus herbas

Evomit, et spicis acuit seges omnis aristas.

255 Silva comis vestita viret, nidosque loquaces

154 Exhibet, et varias decantat garrula voces,

NOTÆ.

II, v. 158, *Ludant super æquora pisces.* Terentius Adelphi. III, 3, 23, *Congruum istum maximum in aqua sinito ludere.* Pro mari cœrula dicunt Virgilius, Stilius et alii.

238. Vers. 578, *Murmure quod venti-flantes vaga marmora crispant.* Valer. Flaccus, l. I, v. 511, *Alma novo crispans pelagus Tithonia phœbo.* Hic *crispante* ponitur absolute, ut *luna minvente*, et potest subintelligi *se.* Persius sat. 5, v. 87, *Ingeminat tremulos naso crispante eachinnos.* Plinius Senior non semel. Rivinus mallet *proflabant naribus*, quod mihi etiam magis arridet.

239. *Terrigenæ* sunt homines e limo terræ facti. Lucretius primos homines *terrigenas* vocat l. v, v. 1425, *Frigus enim nudos sine pellibus excruciat Terrigenas.* Ita alii pariter usurpant. Vide not. ad v. 115 et 236.

240. Mar. Victor l. I, v. 126, *Hinc volucres quoque molle genus traxere vigorem :* qui descriptionem volucrum concludit, *Ergo materies avibusque et piscibus una est ;* sed hic versus a Fabricio allatus abest ab aliis editionibus. Prætereo Basilium, Ambrosium et alios.

242. Cum hic versus exstat in Vict. et Vat., desit vero in Sirm. et, ut videtur, in Azagr., colligere licet eum ab Eugenio Toletano omissum fuisse.

245. Nota Græcismum *collaudant meruisse creari* pro *quod meruerint creari.* Ambrosius lib. v Hexaem., cap. 12 et seqq. avium creationem et genera late prosequitur. Rivinus *alaudas* a laude Domini ex quorumdam opinione dici refert. Melius alii vocabulum Gallicum esse aiunt.

245. Color croceus et aureus non multum inter se differunt, sed differunt tamen nonnihil.

246. Rivinus pro *solidantur* conjicit *stellantur*, et advertit Barthium legere *hyalis* pro *aliis*. Utramque conjecturam respuo. Vers. 253 etiam est *solidantur*, et cum præcedat *his* et *has*, non male est nunc *aliis*, quamvis libentius legere *alis*. Explicandum solum superest, quid sint *ocelli*, quos nonnulli de diversis pennarum coloribus interpretantur. Sed, ut ego puto, *ocelli* hoc loco sunt radices pennarum, sive calami, quibus infixæ sunt pennæ. Sic in arboribus *Oculi nodi sunt, ex quibus frondes exeunt*, ut exponit Isidorus lib. xvii Orig., cap. 6, num. 15. Sic in radicibus arundinum est oculus, qui *bulbus* etiam dicitur, et a Plinio *ocellus* lib. xxi, cap. 4. Scriptura codicis Vaticani ansam conjecturis præbet, an legendum sit *has aureus ornat Galbanus, ast aliis pennæ solidantur ocellis :* nam *galbanum* et *galbanus* erat vestis delicatior coloris viridis, et glauci, aut flavi, et lutei, et nonnunquam aurei, ut apud Vopiscum in Aureliano cap. 54 tunica galbana imperatoris. Vide

249. Abest hic versus ab editis, exstat in Vat.

250. Vat., *E studiis his pluma color, h. d. o.*

251. Vat., *pluma per.* Alii, *multa per.*

252. Sirm., *et levibus t.* Sirm., Vict., *plumis.* Vat., *pennis.*

253. Vat., *sexta dies f.*

254. Vat., *et spicans a.*

Salmasium ad hunc locum, et ad Lampridium in Alexandro Severo cap. 41, qui tamen contendit, *galbinum* legendum : notat etiam *galbeam, galbinam* et *galbulam* genus esse avis viridis. Si legas *has aureus ornat Galbanus*, opportunior erit conjectura Rivini, *ast aliis pennæ stellantur ocellis, vel variantur ocellis.*

248. *Decorat* media producta rarum est. Silius lib. XII, vers. 743, *Tarpeii clamant Jovis, ac delubra decorant*, ubi multi legunt *coronant*, fortasse quia *decorant* media brevi solet efferri. Exstat etiam inscriptio incertæ ætatis tom. I Inscript. Muratorii pag. 54, num. 4, ubi producitur : *Exvitiisque ejus te ipsam, templumque decoro.* Auctoritas Dracontii certa est, eaque lectio Siliii confirmatur non minus quam inscriptione Muratoriana. Et favet ratio : nam a *decus decoris* est *decoro decoras* penultima correpta, a *decor decoris* eadem producta. Martialis lib. XIV epigr. ult. gallos gallinaceos vocat *cristatas lucis aves ;* Ovidius l. I Fast. vers. 455, *cristatum alitem*, Plinius lib. XI, c. 37, *cristas in capite avium apices.*

250. Tertullianus lib. I de Pallio sic de pavone ait cap. 3 : *Quanquam et pavo pluma vestis . . . multicolor, et discolor, et versicolor,* etc. Adis notas Cerdæ in hunc loc. Aves diversorum colorum dicuntur *discolores* a Plinio et aliis. Alia significatione *discolor* est diversi coloris, seu colore differens, ut apud Ovidium v Trist., el. 16, vers. 8, *Sumatur fatis discolor alba meis.*

252. Iterum vers. 264 repetit, ut solet, *rudibus pennis* pro novis, recentibus. *Subtexere* pro operire, et *subtexere aera* de avibus Statius, aliique dicunt.

253. Die tertia arbores et herbæ cum ramis, foliis et floribus productæ fuerant. Sed cum hic mentio fiat volucrum, repetitur ea narratio, perinde quasi die qua volucres creatæ sunt, majori copia folia et flores prodierint, quibus scilicet aves uterentur.

254. *Evomit*, ut *undare* et similia abundantiam significant. Scriptura codicis Vat. probabilis est, aut ex ea legendum *et spicas acuit seges omnis aristas.* Confer vers. 25 l. III, *Sic calamos nutrita seges stans armat aristas.* De verbo *spicare* alibi.

255. Frequens usus apud Dracontium hujusmodi metaphorarum, *Vestita comis, pennis,* etc. Lib. III, vers. 24, *Sic plumis vestitur avis, sic frondibus herbæ.* Vide vers. 166, lib. I, *Et semper vestita comis.* Virgilius lib. XII, vers. 475, *Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas ;* quod Dracontius imitatur.

256. Ut *nidi loquaces*, sic *silva garrula decantare* dicitur. *Decanto* significat recitare et repetere ab alio dictata. Sed hic sumi etiam potest pro *cano* sim-

Cum vagabunda volat commotis plausibus ales, A
Frondebis insidens vento cum fronde movetur,
Unguibus ad ramos infixa tenacibus hærens.

260 Pennigerum vernare nemus vapor urget in
[usus

Pignoris, et molli durescunt ova tepore:
Pennantur membrata globis, animantur, anhelant,
[lant,

155 Rumpuntur, contracta sonant, nutrita
[volatus

Tentant, et rudibus librantur in aerâ pennis.

265 Sed cum discordent inter se elementa coacta,

Fetibus eductis concordant un'a, vel ignis.
Unda creât volucres, producit flamma velu-
[cres.

Pabula montis erant, sed non qui pasceret
[herbas,

Affuit: intactæ senuissent floribus herbæ,

270 Ni pascenda daret tellus jumenta per agros.

Sexta dies phœbi rutilo processerat ortu,

Cum natura parens gignit animantia terris.

Cornibus erumpunt armata fronte juvenci.

156 Et per prata vagum sequitur sua bucula
[taurum.

VARIÆ LECTIONES.

257. Vat., *Cum natabunda volat nec mox q'plausibus ales.* Vict., *Cum vacuanda v. c. p. a.*

259. Vat., *tenacibus erret.*

260. Vat., *P. venerare n. v. unget i. u.*

261. Vat., *molli curescunt o.*

262. Sic Vat. in Sirm., *Pennantur tunc membra globis, animantur, anhelant.* Vict., *Pennantur tunc membra, globis animataque anhelant.*

264. Vat., *aera plumis.*

266. Vict., *facibus eductis.*

268. Vat., *parvula mundus erat, sed.*

269. Vat., *Affuit intactus.*

270. Illic et duo seqq. versus desunt in Vat.

272. Vict., *n. parit, gignitque a.*

274. Vat. ita, sed scribit *bucula*. Sirm., *E. p. p. vagos s. s. b. tauros.* Azagr. ita, sed *vacula pro bucula*. Vict., *E. p. p. vagus s. s. vincula taurus.*

NOTÆ.

pliciter, et quamvis levi mutatione scribi posset et varia decantat garrula voce, tamen elegantius est et varias decantat garrula voces, ut vivo vitam infelicem, et similia.

257. Rivinus cum veteribus editionibus tuetur *Cum vacuanda volat*, et affirmat Sirmondum pro *vacuanda* posuisse vitium manifestum *vagabunda*, cum in *vagabunda*, quod est a *vagari*, secunda sit longa. Explicat autem *vacuanda volat*, per *vacuum volat*. Obscurum id est, et Dracontius potius dixisset, *Cum per inane volat*. Neque vero facile proferentur exempla, quibus constet, secundam in *vagabunda* necessario esse corripiendam. Lectio Vat., *natabunda*, non est spernenda: etsi enim verbum novum sit *natabunda*, tamen ex analogia defendi potest, et eleganter de avibus diceretur, quæ habent hoc etiam ab aquis, ex quibus sunt ortæ, ut instar natantium piscium aera secent pennis. Quod si scripturam sollicitare velis, non inepte rescribes *Cum vagat, atque volat* a verbo *vago, vagas*, quo multi usi sunt. De plausu avium, dum volant, supervacaneum est dicere. Supra vers. 241, *Aera concutiens pennis crepitante volatu.*

258. *Insidens* media producta ab *insido*, quod magno est in usu præcipue apud poetas pro *insideo*. Ac forte legendum erit *Floribus insidit, vento cum fronde movetur.*

259. *Ad ramos infixa*, ut l. II, vers. 264, *ad colla pependit.*

260. Rivinus pessimum esse dicit *nemus* pro *genus*. Sed cum omnes codices habeant *nemus*, non facile id mutaverim in *genus*, primum quia proprie de nemore videtur esse sermo, quod vernat in usus pignoris avium, tum quia etiamsi velis intelligere aves in *nemus pennigerum*, poteris sane per metonymiam, qua continens ponitur pro contento. Simili lere modo vers. 256 *silva varias decantat garrula voces.*

261. Notandum est *molli durescunt*, qualia oxymora passim occurrant apud Dracontium. Foventur autem ova, ut pulli formentur. Ovidius *Fast.* I, vers. 445, *Quæ facitis nidos, quæ plumis ova fovetis.* De hoc tepore sermo est, qui mollis dicitur, quia in molli ovo fit et molle ovum efficit.

262. Non dubium quin scriptura Vat. vera sit, reliquæ falsæ. Ipsa ova quæ durescunt pennantur membrata globis, animantur, anhelant, rumpuntur, contracta sonant. Columella l. VIII, c. 5, *Luna crescat diebus, quibus animantur ova, et in speciem volucrum conformantur.* De verbo *membrare* iterum fiet mentio

ad vers. 336, *Membratur in artus*. Novum est verbum *penno, pennas*, sed *pennatus* in usu est. *Pennesco* Cassiodorii est l. I, ep. 58, *Donec paulatim a molli pluma recedentes adulta ætate pennescant.* *Pennantur* est quod Columella ait, *in speciem volucrum conformantur*, seu pennis vestiuntur.

265. *Contracta sonant* pro *confringuntur cum sonitu.*

264. *Librari in aere*, et in aera passim dicuntur aves a poetis aliisque scriptoribus.

265. *Elementa coacta* sunt elementa connexa, et compulsiva, ut duas significationes habeat verbum *coacta*.

266. *Vel* pro *et*, ut Virgilius *Pietate, vel armis*; Livium, aliosque veteres omitto, nam scriptores sequioris ævi hac loquendi ratione nimium abutuntur. Concordant vero unda et ignis in educendis fetibus volucrum, tum quia volucres ex aquis ortum ducunt, et earum fetus tepentibus ovis producuntur, tum quia ex aqua et igni maxime omnia constant, ut dictum est vers. 24 et 25, et ex humore ovi et calore volucres animantur. Weitzius cum prima editione legit *facibus eductis*, et in Indice exponit *facies elementorum educere*: merito cum rejicit Rivinus.

269. Non errabit qui legat *intactis*, cum variant codices. Plinius l. XVII, c. 25, *Sene cunt præa*. Sic Ovidius et alii *senium* agri et herbarum dicunt.

270. *Jumerta*, species pro genere.

273. *Arma-ferarum* sunt cornua, ungues, dentes.

Mar. Victor l. I *Gen.*, vers. 353, *Armavitque manu, cornu, pede, dente, veneno, Atque aliis.* Legam *alis*, quamvis diversæ editiones referant *aliis*.

274. Paulo post vers. 285, *Inter prata vagum.* *Eleg.* vers. 37, *Erravit per prata vagus.* Weitzius sequitur primam editionem *vagus sequitur sua vincula taurus*, et interpretatur de vinculis amatoris. Rivinus ait quod legit Sirmondus *vagos sequitur sua bucula tauros*, inversum videri, non enim *bucula tauros*, sed *taurus buculas* sequitur. Non tamen illi displicet Sirmondi scriptura, quia vers. præcedenti Dracontius juvencos dixit. Aliquanto venustior videtur lectio Vat. Potest autem intelligi, quod *bucula taurum* tanquam ducem et patrem gregis sequatur, vel etiam amoris causa. Est enim vitula symbolum impudicitiae: adeoque cum Oseas propheta cap. II Israel meretrici comparasset, vers. 5, *Quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, etc.*, iterum cap. X, Ephraim vitulæ confert vers. 11, *Ephraim vitula docta diliaere trituram*, ut exponit Roa Sing. lib. III, cap. 15,

273 Cervus in arva fugax palmatis cornibus errat, A
Et velox prorumpit equus, pecus utile bellis.
Impia terribiles producit terra leones.
Simplicitas ovium fraudes passura luporum,
137 Et raucos timuit discurrens dama mo-
[lossos.
280 Spumat aper, mortes lunato dente minatus,
Et latus obliquans meditatur praelia torvus.
Nec massyla fames duros descendat in armos,

Aut aper alter eat spumantia bella movere.
Gignitur omne genus pecudum, genus omne
[ferarum

285 Interprata vagum nullo custode per herbas.
158 Instar montis habens incedit bestia mole.
Promitur anguis hians, qualiens sub dente ve-
[nenum,
Et maculosa repit squamis per viscera ser-
[pens

VARIAE LECTIONES.

276. Vat., E. v. prerumpit e. p. u. belli.
278. Vict., fraudem passura laborum.
280. Vict., mortem limato dente. Vat., minatus;
alii, minatur.
281. Vat., p. turbus.
282. Sic Vat., sed scribit marsyla. Sirm. Vict.,
Ac maxilla ferox duros descavit in armos. Ita Azagr., B
sed destituit pro descavit.

283. Ita Vat.; in aliis, Audacter certans s. b. m.
284. Vat., Promitur e. g. p. g. esse f.
285. Abest hic versus a. Vat.
286. Vat., Instat mortis habet intendit bestia moles.
Vict. interpungit Instar montis habens, incedit bestia,
mole Promitur, anguis.
287. Vat., h. qualitur s.
288. Vict. rapit squamas.

NOTÆ.

qui plura in eandem rem profert. Verbum, quod a libet Dracontius, huic explicationi favet; nam femine quæ amoris causa viros sectabantur *secutuleias* antiqui dicebant a verbo *sequi*, quod eadem in re frequenter adhibebant, ut Virgilius, Propertius, Valerius Flaccus, Sabinus, alii. Ovidius Heroid. ep. 16 Parid., vers. 323, *Si pudet, et metuis, ne me videre secuta*, etc. Dracontius præ oculis fortasse habuit Horatium, qui l. II, od. 5, cum Lalagen juvene comparasset, addidit: *Jam te sequetur. . . . jam protertia fronte petet Lalage maritum*. Adde Catonem in Diis: *Vaccula*, etc.

275. Ovidius in Trist., el. 11, vers. 11, *Utque fugax avidis cervus deprensus ab ursis*. Weitzius *palmata cornua* explicat in indice *insignia, et erecta, quibus cervi ornantur, ut victores palma*. Vera interpretatio petitur ex Plinio l. XI, cap. 37, sect. 45, *Nec alibi major naturæ lascivia. Lusit animalium armis. Sparsit hæc in ramos, ut cervorum. . . . Aliorum (cornua) sinxit in palmas, digitosque emisit ex iis: unde platycerotas vocant*. Capitolinus in Gordiano cap. 5 ad fin. *palmatos cervos* memorat. Dracontius rursus vers. 640 *cornua palmata* dixit. Cornua cervi palmata in effigie exhibet Aldrovandus lib. I de Quadrup. bisule., cap. 28.

276. Ut vers. 273, *erumpunt de juvenis*, sic nunc *prorumpunt de equis*: et utrobique significatur, creari animalia, quæ vi et impetu feruntur et irruunt. Equus propter usum belli Marti dicatus erat, *bellator a Virgilio*, Valerio Flacco, aliis dicitur.

277. *Impia* pro *immitis*, ut *pius* pro *miti*. Et dicitur *impia terra*, quia leones, quos producit, sunt impii.

278. *Simplex* et *simplicitas* pro *innocuus* et *innocentia* sæpe a Dracontio usurpantur. Weitzius cum prima editione vel potius cum Fabricio, *fraudem passura laborum*, in indice vero *passura luporum* recte edidit. Rivinus neque errorem correxit, neque veram scripturam *luporum* in Sirmondo advertit. Ut oves placidum, et simplex genus est, ita lupi ovili *insidiari* passim dicuntur.

279. Ovidius, *Sic damæ fugunt, pugnant virtute leones*. Virgilius, ecl. 8, vers. 28, *Cum canibus timidi venient ad pocula damæ*; et Georg. III, v. 539, *Timidi damæ, cervique fugaces*. Sic *imbelles* et *pavidæ* dici solent damæ, nam et a Græca voce, quæ timorem significat, nomen habent. Adverte etiam epitheton *raucos* de molossis, qui latratores a Martiali dicuntur libr. XII, ep. 1, et verbum *discurrens*, huc illuc currens, quod trepidantibus e regie congruit. Constructi ipsi figurata est pro *discurrit timens*.

280. Rivinus cum editionibus antiquis præfert *mortem limato dente*. Sirm., Vat., *mortes lunato d.* Recte *limato* dicitur, quia apri acuunt dentes, ut Vir-

gilius, Horatius, Seneca et alii loquuntur. Verum bene etiam est *lunato*, instar lunæ, cujus figuram dentes apri referunt. Auctor carminis de laudibus Herculis inter Claudiani opera: *Indomitus regnabat aper, soloque tremendus Corpore lunatis fundebat dentibus ornos*. Statius etiam de apro libr. XI, v. 532, *Ignem tremunt oculi, lunatæque dentibus uncis Ora sonant*. Paulò post Dracontius v. 283, *spumantia bella* de apro, de quo *spumare* apte dicitur, ut a Claudiano l. II de rapt. Pros. 242, *Securus ubique Spumet aper, sævique fremant impune leones*.

281. *Oblique ruere* etiam convenit apro. Ovidius Metam. lib. VIII, fab. 4, v. 344, *Et obliquo latrantes dissipat ictu*.

282. Scriptum a codicis Vat. vulgatæ lectioni longe præstat. *Massyla fames* pro seris Mauritanicæ, quas simulat fames. Statius l. II Achill., v. 188, de leone domito, iras colligente: *Ejurata fides, domitorque inimicus, in illum Prima fames, timidoque pudet servisse magistro*. Et Dracontius in eleg. v. 269, *Quando fames rabidi quamvis jejuna leonis*. Duri armis sunt ipsorum aprorum, nisi malis legere duris descendat in armis. Ovidius l. cit., v. 419, de apro: *Splendidaque adversos venabula condit in armos*. De voce *Massyla* vide libr. III, v. 189.

283. Sententia est, Apro meditante praelia neque aliter feræ, neque alius aper sese opponant.

284. Fortasse melius est *promitur* cum Vat. quam *gignitur* cum aliis, quamvis v. 287 rursus occurrat *promitur*.

286. Weitzius edidit *bestia*, sed in indice posuit *bellua*, quod Rivinus videtur præferre. Ex Vat. suspicari possis *Instar montis habens intendit bestia molem*. Isidorus l. XII Orig., cap. 2, n. 9, *Elephantum Græci a magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis præferat*. Græce enim mons *λόφος* dicitur. Joannes Lud. de la Cerda, Advers. sacr. cap. 117, num. 21, hunc locum Isidori illustrat.

287. Versu 638, *Repit hians anguis*. Oppianus, Halient. libr. I, sic de serpente: *In quo exitiale virus evomit, omnemque e dentibus Expuit funestam vehementem bilem, thesaurum interitus*. Apuleius Apol., *Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare*. Lucanus l. IV, v. 628, *Morsu virus habent, et satum dente minantur*, alii *satum in dente minantur*. Quater venenum pro ejicere cum violentia. Terentius Eun. II, 3, 66, *Homo quatiatur certe cum dono foras*.

288. Libr. II, v. 257, *Quid serpens maculosa juvet, medicina fatetur*. In editione prima ex codice Vict. consultum est metro *rapit squamas*: nam prima in *repi* producitur. Barthius malebat *redidit*, quod acutissimum ait Rivinus. Sed genuina lectio videtur *repi*. Isidorus l. XII Orig., c. 4, *Serpens autem nomeu*

Atra venena nocens missura e flatibus oris, **A**
 290 Et subito sparsura graves per sibila mortes,
 Atque eadem membris impertitura medelas.
159 Sed ne cuncta simul passim per cuncta
 [fuissent,
 Distribuit loca certa Deus, et tempora fixit.
 Tempore non uno veniunt, quæ sæva vocantur.
 295 Non semper movet arma leo, nec scorpius ictus
 Semper habet, nec semper agit fera vipera
 [morsus,
 Nec semper tollunt ad vulnera colla cerastæ,

Nec semper furit unda maris, nec semper adurit
160 Solis ubique calor, pro tempore tempe-
 [rat ignes
 300 Pro regione plagæ, pro tempore temperat undas,
 Et modo bellantes fluctus freta pigra jacebunt.
 Ipse polus, qui grande tonat, sine nube se-
 [renus
 Jam tacet, et puro redeunt sua lumina cælo.
 Multa locis data sunt variis dispersa per or-
 [hem.
 305 Arida vipereos angues suscepit arena,

VARIÆ LECTIONES.

289. Vat., *missuraque flatibus*. Vict., *missura affla-*
tibus.

290. Vat., *e. subitas passura gravis p.*

291. Vat., *Atque eadem membris vitæ peritura me-* **B**
dullis.

292. Vat., *s. pars impar cuncta f.* Azagr., *s. pas-*
sim per prata f. Vict., *s. passim ver cuncta f.*

294. Vat., *veniunt quo s.*

295. Vat. Vict., *ictus*. Sirm., *ictum*.

296. Vat., *vipera mortes*.

298. Sirm., *non semper adurit*. Sic Vict. in Vat.;
 et Azagr., *nec s. a.*

300. Editi, *Pro regione plagæ contemperat unda*
vaporem. Vat., *Pro regione plagæ pro temperat un-*
das. Ex conjectura pro tempore.

305. Azagr., Vict., *et pura*.

NOTÆ.

ncepit, quia occultis accessibus serpit: non enim aper-
 tis passibus, sed squamarum minutissimis visibus repit
 Serpentes autem reptilia sunt, quia ventre et pectore
 reptant. Posset legi per gramina; sed ventre et pe-
 ctore reptare hoc ait Dracontius per viscera. Quod
 autem primam in repit corripit, mirum videri non
 debet: siquidem ejus tempore quædam vocabula
 non eodem intervallo efferebantur, ac apud veteres
 quædam etiam communem quantitatem habebant.
 Accedit verbum *repto*, si ejus origo inspiciatur; pri-
 mam brevem habere: est enim a verbo Græco *ἔρπω*
 per metathesim, in quo prima natura est brevis.

289. Libr. III, v. 303, *Aut si vipereis non esset noxia* **C**
tellus flatibus et nullas mandarent sibila mortes. Con-
 fer etiam l. II, vers. 223 seq., et El. v. 65 seq. Forte
 legendum *missura flatibus producto a in missura ob fl*
vocis sequentis.

291. Intellige membrorum de parte sua, ut ait libr.
 II, v. 255. Isidorus l. XII Orig., cap. 4, *Ex vipera pa-*
stilli fiunt, qui θηριακοὶ vocantur a Græcis. De hac
 medicina e serpentibus extracta rursus l. II, v. 257 et
 loc. cit. Elegiæ. Cum Isidoro conferendus est Sares-
 beriensis, qui l. VII, cap. 10, legit *qui θηριακὴ vocan-*
tur a Græcis. Plinius l. XXIX, cap. 4, sect. 21, ita
 habet: *Fiunt ex vipera pastilli, qui Theriaci vocantur*
a Græcis, ternis digitis utrimque amputatis, etc. Sci-
 licet a capite, et a cauda ternis digitis amputatis. Alia
 remedia e serpentibus contra ipsa venena eo cap.
 refert Plinius.

292. Ita editio princeps ex codice Vict., cui favet
 Vat., nam *pars impar* corruptum est ex *passim per*.
 Fabricius mendum putavit *Sed ne cuncta simul*, cum
 sequatur *passim per cuncta*, et correxit *Sed ne mixta* **D**
simul passim per cuncta fuissent. Weitzius Fabricium
 transcripsit; Sirmundus retinuit *Sed ne cuncta simul*,
 sed ex suo codice, ut æquum est credere, mutavit
 sequentia verba in *passim permixta fuissent*. Azagre-
 nis codex, *Sed ne cuncta simul passim per prata fui-*
sent. Primigenia lectio venustissima est, ac sensus
 est, Ne omnia simul essent in omnibus. Nam *fuissent*
 poni pro *essent*, tempus pro tempore, ex more sæ-
 culi v observavit Barthius ad Rigor lum. *Per cuncta*
dixit Dracontius v. 226, et Tertullianus, ut adverti
ad v. 9. Vide infra v. 348.

293. Consule notam ad v. 315.

294. Ea quæ sæva sunt, aut non omni tempore
 veniunt, aut non semper nocent. In hoc eodem ar-
 gumento versatur Dracontius in Eleg. a vers. 55 ad
 vers. 92.

295. Virgilius l. XII, v. 6, *Tum demum movet arma*

leo. Scorpius non semper certe ferit, sed ad ferien-
 dum semper paratus est. Plinius lib. XI, cap. 25, sect.
 30, *Semper cauda in ictu est: nulloque momento me-*
ditari cessat, nequando desit occasione. Observandum
 tamen scorpios extra Africam non esse venenatos,
 quod multis experimentis a recentioribus dicitur
 comprobatum.

296. Alio sensu *habere ictum* est esse percussum.
 Sed *habere* etiam sumitur pro *facere*, *afferre*, ut *ha-*
bere dialogum, sermonem, iter. Cicero de Provinc.
 Consul. cap. 4, *Equitatus habuit interitum*, hoc est
 attulit, ut nonnulli interpretantur; sed ita distinquen-
 dum videtur, *Deinde adventus in Syriam primus equi-*
tatus habuit interitum, ut equitatus sit in gignendi
 casu.

298. Vide Lucanum Paneg. ad Pison. *Ipsa vices*
natura subit, etc., et Ovidium l. IV, eleg. 4 de Ponto,
 v. 1, *Nulla dies adeo est australibus humida nimbis*.
 etc., et Alcuinum carm. 178, *Nil manet æternum*
celso sub vertice cœli, Omnia vertuntur temporibus
variis, etc.

300. Ex Vat. ita lego: quia sententia videtur esse,
 solem temperare ignes, et undas pro diverso tem-
 pore, et pro diversis regionibus. Epist. v. 81, *Sol*
dat temperies species gratissima mundi.

301. Rivinus scribendum ait *bellantis fluctus*, sive
bullantis, hoc est, ebullientis. Plinius lib. IX, c. 7,
Bullantium aquarum sufflatio. Verum de mari quod
 tranquillum redditur hic sermo est. Sic Horatius l.
 IV, od. 12, v. 1, *Jam veris comites, quæ mare tem-*
perant. Ait ergo Dracontius fluctus qui modo inquieti
 erant et veluti bellantes, placidis reddi, et quodam-
 modo jacere. Vide Prudentium præf. 1 contra Symm.
 v. 10, *Sed cum cœrulei prælia gurgitis*. Weitzius ex
 Statio in Theb. producit, *Inbelli recubant ubi littora*
somno, et Jacent exhausti solibus amnes. Prior loc. s
 magis ad Dracontium pertinet.

302. Grande adverbii loco Statius l. XII, v. 685.
Sed bella ciet, bellumque minatur, Grande fremens.
 Ovidius l. II Trist., v. 35, *Nunc ubi detonuit, stre-*
pituque exterruit orbem, Purum discussis aera reddit
aquis.

305. *Vipereos angues*, viperas, species pro genere.
 Rivinus corrigendum censet *Africa vipereos*, et vers.
 seq. *Numida sortitur tellus*. Sed, ut omittam, primam
 in *Numida* corripere debere, ipsa Africa leonibus abun-
 dat. Solinus, cap. 40, de Africa Minori agens ait:
Interna ejus plurima quidem bestiarum, sed principaliter
leones tenent. Præterea multo majorem venustatem
 habet *Arida arena suscepit angues, humida tellus leo-*

Humida sortitur tenuis fera colla leonum,
India cum gemmis et eburnea monstra minatur.

161 Bellua divinos inter generatur odores,
Ambrosiasque rapit male frangens bestia messes,

310 Incertusque color tigris per mille colores
Montibus Hyrcanis venit, atque effeta marito
Mittitur, ut vincat currens orbata procel as.

A

162 Cornibus erectis sortita est Africa damas,
Concava suscipiunt per montes saxa dracones.

315 Cætera distribuit diversis semina terris,
Plurima conjunxit, sed cespitem multa diremit.
Munera præterea funduntur divitis auri,
Protulit eximias et ditior India gemmas,
Producunt niveos et littora rubra lapillos;

VARIAE LECTIONES.

307. Vat., *gemmis eburnea.*

309. Vat., *Ambrosiasque rapit male flagrans bestia messes.* Vict. et Sirm., ut editum est; sed Sirm., *sapit pro rapit*; Vict., *mensas pro messes.*

310. Vat., *inceptusque color.*

311. Azagr., *venit ac e.* Vat., *M. H. judeo* (vel *video*) *sectata marito.* Vict., *M. archanis v.*

314. Vict., *per montem.*

315. Vat., *C. distribuit distribuit diversis.*

316. Vat., *s. c. mente d.*

317. Vat., *divitis agri.*

318. Vat., *eximias et ditior I. Azagr., eximias industrius I. Sirm., Vict., eximias illustrior I.*

NOTÆ

nes. Ac revera feræ præcipue educantur in silvis, in quibus certe humida est tellus. Solinus cap. 39, al. 26, de Numidia ait: *Qua parte silvestris est, feræ educat, qua jugis ardua, equos alit.* Lucanus, libr. ix, postquam narravit exercitum Catonis arenas Africæ serpentibus plenas peragrasse, addidit v. 945: *Jamque illis magis atque magis durescere pulvis Cæpit, et in terram Libye spissata redire: Jamque procul nemonum raræ se attollere frondes, Surge e congesto non multa mapalia culmo. Quanta dedit miseris melioris gaudia terræ, Cum primum sævos contra videre leones!*

306. Nota *fera colla leonum* pro *leones*, ut vers. sup. *vipereos angues* pro *viperas*.

307. Vers. 286, *Instar montis habens* de elephanto. Tertullianus de jud. Domini, *Et genus æquoreum, et deformia monstra natantum.* Alcimus Avitus lib. 1, v. 40, *Et quæ monstra solet rarus producere pontus, de balænis et aliis belluis marinis.* Virgilius l. 1 Georg., v. 56, *Nonne vides, croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur?*

308. Rivinus opinatur loqui Dracontium de animalibus venenatis quæ ex corruptis odoribus producuntur. Sed vix dubium est quin de elephanto loquatur, qui frequenter bellua vocari solet, ut bellua Getula, bellua Inda, quod notatum a Weitzio est in indice. Et sententia ipsa id exigit. Cum enim dixisset Dracontius, *Indiam cum gemmis etiam elephantos producere*, addidit illico elephantos inter divinos odores generari. Nam Indiæ odores Dracontius tribuit v. 176 seqq., ut gemmas v. sup. et v. 318. Dicuntur vero divini odores, quia ad Dei cultum destinantur.

309. Fortas e *sapit male fragrans bestia messes.* Ex Vat. conjecturæ locus est, an legendum sit *frangens balsama*, nam balsamum est arbor, ex qua succus, balsamum etiam dictus, prodit. Ambrosia est etiam quædam herba, sed hoc loco ambrosiæ messes sunt herbæ odoriferæ, suaves, jucundæ, ut ambrosii succi apud Columellam et Silium, et paulo post v. 325 hac eadem in re: *Et nimis ambrosium lacrymæ dant munus odoris.*

310. Figurata constructio pro *Tigris incerti ac varii coloris*, quæ proinde varia et maculosa dicitur. *Suspiciabar Incertoque colore tigris.*

311. Fabricius errorem editionis primæ Vict. expressit *Montibus arcanis*, quem recte emendavit Weitzius *Montibus Hyrcanis.* Virgilius l. iv Æn., *Hyrcanæque admorunt ubera tigres.* Plura de tigris Hyrcanis ex hoc loco Dracontii et aliis congegit Barthius ad Statium Theb. l. iv, v. 678. Suspicio esse mendum in *effeta marito*, nam *effeta* tigris est, quæ fetum edidit; sed quid sibi vult verbum, quod additur *marito*? An *mittitur a marito*? Non puto. At codex Vat. clare habet *marito*, in præcedentibus verbis corruptus est. Fortasse pro *effeta* aliud scribere oportet, ut *venit, ac sectante marito*, etc.

312. Tigris describitur orbata catulis, adeoque *effeta*, seu *feta*, nam *feta* pro *effeta* ponitur aliquando.

Lucanus l. v, v. 405, *Ocior et cæli flammis, et tigris feta Transcurrit.* Ovidius xiii Met., v. 677, *Feta truculentior ursa.* Sed velocitas tigridis propria est quæ a sagitta lingua Persarum nomen habere dicitur. Solinus cap. 27, *Ac maxime earum potentia probatur, cum maternis curis incitantur, cum catulorum insistunt raptoribus: succedant sibi equites licet, et astu quantolibet amoliri prædæ velint, nisi in præsidio maria fuerint, frustra est ausum omne.* Tentabam totum hunc locum ita restituere *Incertoque colore tigris per mille colores Montibus Hyrcanis vario sectata marito Mittitur.* Passiva significatione *sectata*, qua usus est Varro libr. ii de Re rust., c. 9, *Qui vult, se a cane sectari*; vel si mavis *valido sectante marito.* Recte *vincat procellas.* Horatius l. ii, od. 16, *Ocior servis, et agente nimbo Ocioreuro.*

314. Rivinus in verbis *per montes*, ut legitur in Vat., seu *per montem*, ut habent veteres editiones, aliquid latere putat, fortasse *suscipiunt Garamantum saxa.* Sed Dracontius loquitur potius de monte Æthiopiæ, in quo dracones gignuntur. Solinus cap. 43 de Æthiopia: *A meridiana parte mons editus mari imminet, ingenuo igne per æternum fervidus, et inquiete jugis flagrantibus, inter quæ incendia jugis æstus draconum magna copia est.* Postea loquitur de foveis draconum. Conler Isidorum, qui etiam speluncas draconum memorat l. xii Orig., c. 4, et addit: *Gignitur autem in Æthiopia et Indiâ in ipso incendio jugis æstus: ubi fortasse legendum erit in Æthiopia, et inter ipsa incendia jugis æstus*; exseribit enim Solinus. Verum etiam l. xiv, c. 3, de India loquens ait: *Ibi sunt et montes aurei, quas adire propter dracones, et gryphas, et immensorum hominum monstra impossibile est: quod fabulam sapit, vel certe fabulosum est.*

315. Distribuit *Leus* ex v. 293. Virgilius l. 1 Georg. cum explicitisset, *Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuset*, subjunxit v. 60, *Continuo has leges æternaque sædera certis Imposuit natura locis.*

316. Rivinus ex Avieno et Barthio *cespite multa diremit* explicat *interposita spatiosa terra.* Avienus *cespes* pro regione usurpat in Perieg. v. 227, *Cespitem Paphiaco prodit saxosa Charambis*; et v. 388, *Istius extenti sola cespitis undique sulcant Innumeræ gentes.* Alii legunt *sala cespitis.* Nihilominus malle *Plurima conjunxit, sed semina multa diremit*, aut *et semina*; amat enim Dracontius similes repetitiones, quæ elegantia non carent.

317. Fortasse melius videatur *divitis agri* quam *auri*, ut comprehendantur omnes divitiæ, quæ postea referuntur. Sed cum nulla mentio alibi occurrat *auri*, retineo *divitis auri.* Broukusius ad l. 1 Tibulli eleg. 10, v. 31, *Nullo te divitis auri Pondere pulchrum epitheton* ait esse *divitis auri*, alibi etiam a Tibullo usitatum, et hoc loco a Dracontio.

318. Versu 307, *India cum gemmis.* Vide Isidorum l. xiv Or., c. 3.

319. De gemmis maris Rubri Plinius, Solinus innu-

520 **163** Flammantes, viridesque tulit Babylonia A
[crustas,
Persida nobilet pretiosis littora gemmis,
Frigidus et roseo carbunculus ardet honore;
Serēs fila trahunt nullo sub pollice ducta,

Balsama Cæsareos plorant virgulta per agros,
325 **164** Et nimis ambrosium lacrymæ dant mu-
[nus odoris.
Cinnamon interior profert sub Phœnice tellus,
Solis amica nimis : nam non de sole perusta

VARIAE LECTIONES.

321. Ed' ti, *Persida*. Vat., *Persica*. Sirm., Vict.,
Vat., *nobilet*.

323. Vat., *Serus fila trahit n. s. postuce d.*

324, 325. Sic Azagr., Vat., Sirm.; sed Sirm., mu-
nus odores. Vict., *Et nimis ambrosia plorant virgulta*

*per agros Balsama, Cæsareos lacrymæ dant munus
odores.*

326. Sic Azagr.; in Vat. i. *profert sub finice tellus*.
Sirm., Vict., *profert Phœnicia tellus*.

327. Hic versus et sequens, *Hæc nardi*, desunt in
Vat., pro non Vict. nunc.

NOTÆ.

merique alii scribunt. *Nivei lapilli sunt margaritæ,
virides smaragdi*. Seneca in Hippol. v. 588, act. II,
sc. 1, *Nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum
maris*.

320. Babylonia pro parte Mesopotamiæ, cujus ca-
put fuit Babylon, et pro ipsa urbe Babylone accipi so-
let. Barthius *flammantes viridesque crustas* intelligit
laminas marmoreas quæ ædificiis aliisque magnis
molibus inducebantur. Sed de gemmis adhuc sermo
est; suspicari quis posset legendum *baccas*, aut *con-
chas* pro *crustas*, nisi etiam de gemmis *crusta* dicere-
tur, ut apud Sidonium a Barthio ipso allegatum ex
epist. 7, libr. IX, *Crystallinas, aut onychinas crustas*,
quod Barthius Advers. libr. IX, cap. 7, exponit de
crustis, quæ siebant ex lapidibus pretiosis. Adde Pli-
nium l. XXXVII, c. 4, *Adamas in tam parvas frangitur
crustas, ut cerni vix possint*. De Chaldæis, quorum
regia erat Babylon, Solinus cap. 50, *Quæcunque Eu-
phratem bibunt gentes, diverso nitent lapide... Sagda
a Chaldæis ad nos usque profluxit... jucundissime vi-
vens*. Plinius libr. XXXVII, c. 10, sect. 67, *Sagdam
Chaldæi adhærescentem navibus inveniunt prasini colo-
ris*.

321. Fabricius correxit *nobilet* pro *nobilet* in
Vict. Sirmondus edidit *nobilet*; sed vix commodus
sensus erui potest. Legerem, si per mss. liceret, *Per-
sica nobilet pretiosæ littora gemmæ*, quo Vat. ducit.
Sed retinendum est *Persida*. Claudianus de III Con-
sul. Hon., v. 204, *Gemmatosque humilem dispergere
Persida cultus*, etc.

322. Mar. Victor l. i Genes., v. 282, *Hic ubi ful-
mineo rutilans carbunculus igne*; alii, *Fulmineo ruti-
lans carbunculus igne coruscât*. Tertullianus de Judic.
Dom., *Inde nitet prasinus, illinc carbunculus ardet*.
Cyprianus in Genes., *Prasinus huic nomen, illi est
carbunculus ardens*. Drepanius carm. ult., *Sic rutilus
futilum vomit et carbunculus ignem*, ubi alii legunt
vomit carbunculus. Cur igitur frigidus a Dracontio
dicitur? quia etsi ardere videatur, non urit tamen, et
frigidus manet. Quid si pro frigidus legas *Et Phry-
gius roseo*, seu *rutilo*? aut *Et Libycus rutilo*? Isidorus
l. XVI, c. 14, *Omniū ardentium gemmarum principa-
tum Carbunculus habet... Gignitur in Libya*.

323. Rivinus pro *nullo sub pollice* conjicit *mollis de
stipite*, ut apud Claudianum consul. Prob. et Olybr.
v. 179, *Stamine, quod molli tondent de stipite Seres*.
Verum acutius multo est *nullo sub pollice ducta*, ut
indicetur, *fila trahi non eo modo quo apud nos, sed
nullo sub pollice ducta*. Loquitur nimirum Dracon-
tius de suo tempore quo opificium sericum peculiare
Seribus aut paucis commune erat. Filum autem pro-
prie id dicebatur quod ex lino, aut lana, aut simili
materia sub pollice trahebatur. De Seribus Plinius,
Solinus, Isidorus, alii.

324. Barthius l. XXXIV, cap. 10, cum Vict. legit
hunc et seq. versum, sed in seq. pro *Cæsareos* legit
cæsa sacros, quia arbor balsami testa inciditur ad no-
bilissimum illum liquorem provocandum. *Quid enim,
ait, Cæsareos odores potius quam regios aut alios dixit?*
Sed oblitus erat suæ ipsius correctionis l. IX, cap. 7,

scilicet *Idumæ Ambrosia plorant virgulta per agros
Balsama Cæsareos. Lacrymæ dant munus odores*.
Iduma est Judæa princeps balsamiferarum regionum,
et vel sola. Cæsarei agri sunt prope Cæsaream civi-
tatem Palæstinæ, cujus civitatis mentio non uno loco
apud Josephum, Stephanum, Plinium, alios. *Idumæ
Cæsareos* ad differentiam plurium ejusdem nominis
urbium. Hæc fere Barthius, qui addit, solere Dra-
contium confertim, ut maxime potest, multa paucis
verbis dicere. Ex his interpretatio vocis *Cæsareos per
agros* eruitur.

325. Posses ex Barthii conjectura scribere *per
agros Idumæ. Ambrosium*, etc., aut *per agros: Idumæ
ambrosium*, etc. Possis etiam alia conjectura *Eminus
ambrosium*, aut *Nec minus ambrosium*. Pro humore
qui e plantis remittitur *lacrymæ* ponuntur ut plantæ
ipsæ humore manantes *plorare* et *lacrymari* dicuntur:
atque ita loqui solent non tantum poetæ, verum etiam
Plinius, Columella in oratione soluta, et alii plurimi.

326. Rivinus, lectionem vulgatam secutus, ait,
Phœnicia tellus dici, ut nix Gallia. Vat. non obscure
consentit cum Azagr. *sub Phœnice*, quam scripturam,
ut videtur, non nemo inverlit; ut metri rationem ha-
beret: nam media in *Phœnice* produci debet. Sed
syllabarum quantitatem etiam in incrementis nomi-
num priorum parum curarunt poetæ Christiani:
et rursus v. 653 occurrit *Phœnicis* correpta secunda,
Phœnicis exactam, vel *exhaustam*, ut etiam Sirmon-
dus legit, quamvis alii ediderint *Phœnici exactam*.
Nomen proprium regionis est *Phœnice*, *Phœnices*, et
in ablativo *Phœnice*. Eadem *Phœnicia*, sed rarius di-
citur. *Phœnicus* est adjectivum ad *Phœnicem* perti-
nens: neque erat causa, cur Rivinus excogitaret,
Phœnicia tellus dici, ut *Gallia nix*, nam *Phœnicia*
adjectivum esse potest cohærens cum *tellus*. Avem
Phœnicem ex surculis cinnami rogam sibi struere
narrant Solinus, Ovidius, Statius, Claudianus. Cinna-
mum veterum esse hoc ipsum cinnamomum, quod
nunc *cannella*, seu *canela* dicimus, colligitur ex de-
scriptione cinnamomi, quam affert Isidorus l. XVII,
cap. 8, *Interior sub Phœnice tellus* innuit partem Phœ-
nices quæ Arabiæ proxima est, aut etiam Arabiam
ipsam, ut solent poetæ regiones conterminas alias
pro aliis nominare. De Arabia Solinus cap. 33, al:
46, *Cinnamolgus perinde Arabiæ avis in excellentissi-
mis lucis texit nidos e fructibus cinnamorum, ad quos
quoniam non est pervenire propter ramorum altitudi-
nem et fragilitatem, accolæ illas congeries plumbatis
petunt jaculis, dejectasque pretiis vendunt antplioribus,
quod hoc cinnamum magis quam alia mercatores probent*.
In nonnullis ex insulis Philippinis, ut Mindanao, Xolo
et aliis, quæ cinnami sunt seracissimæ, nidi a qua-
dam ave texuntur, qui in Europam advecti princi-
pium raræ et pretiosæ sunt epulæ. Nondum liquet ex
quibus fructibus texantur, sed non videntur multum
dissimiles iis quos Solinus describit.

327. Sententia est, partem interiorem Phœnices
solis ardori magis obnoxiam cinnamum proferre, alias
partes magis ab æstu solis remotas nardum et amo-
mum. Hæc autem ita intelligo, si vera sit scriptura;

165 Hæc nardi flores, hæc portio fundit amo- A
[mum.

Omnibus his genitis, animal rationis amicum

330 Formatur virtute Dei, linatur in artus,

Ut dominanter eat moderatior omnibus unus,
Naturæ jussu quæ protulit omnia princeps.

Ast hominem non terra parit, non pontus ab-
[undis,

Non coelum, non astra creant, non purior aer :

335 Sed dominaturum cunctis dominator, et auctor
Plasmavit per membra virum de pulvere factum.

VARIÆ LECTIONES.

330. Vat., *Forma Dei virtute Dei linatur in artus.*

331. Vict., *Ut dominator eat moderatior omnibus istis.* Sirm., Vat., Azagr., *Ut dominanter eat moderatior omnibus unus; sed in Sirm. dominator, in Azagr. B dominanter, in Vat. dominantur.*

332. Sirm., *Naturæ jussu quæ.* Azagr., *Natura jussit quæ.* Vat., *Natus ac jussit quæ.*

333. Vat., t. *prodit n.*

334. Vat., *purior ver.*

335. Editi, *Sed dominatorum dominator summus, et*

166 Limus adhuc deformis erat, membratur
[in artus
Corporeos species hominis, cœlestis imago.
Conspicitur nova forma viri, sine mente pa-
[rumper.

340 Spiritus infusus subito per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia sanguis.

Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus,

Jam cutis est, qui pulvis erat, jam terra me-
[dullas

Ossibus includit, surgunt in messe capilli,

auctor. Vat. ut hic editur

336. Vat., *plasmatur per; cæteri, limavit per; ex mendo Vat. per conjecturam, plasmavit.*

338. Sic Vat. et Vict.; in Sirm., *corporea species.*

339. Vat., *Conspicit unda sine forma viri mente parumper.*

340. Abest hic versus a Vat.

343. Vict., *medullam.*

344. Vict., s. *immensa c.* Vat., s. *immerse c.* Sirm., s. *in messe e.*

NOTÆ.

nam in Vat. hi duo versus desunt, neque certe valde sunt necessarii: alii codices variant: adeoque libentius legam *Solis amica nimis, necnon de sole perusta Hæc nardi flores*, etc., ut intelligatur, vel ipsam Phœnicen, vel quamvis aliam regionem de sole perustam nardum et amomum producere. Rivinus in erratis legit *Solis amica nimis, nondum de sole perusta.*

328. De amomo Plinius l. xii, c. 15. Virgilius, ecl. 4, *Assyrium* vocat amomum, quia in Assyria vel solum vel imprimis nascitur.

329. Ovidius Met. lib. i, vers. 76, *Sanctius his animal, mentisque capacius altæ Deerat adhuc, et quod dominari in cætera posset.*

330. *Limatur* denotat hominem perfecte conditum, veluti lima politum.

331. *Eligo dominanter*, quia similibus adverbis delectatur Dracontius. Vide proleg. n. 135. *Moderatior* hoc loco est perfectior, meliori modo conditus.

332. Rivinus distinguit et legit *moderatior omnibus istis Naturæ, jussu quæ protulit omnia princeps*, hoc est Deus. Barthius l. xxxiii, cap. 21, legit cum Vict., sed explicat *princeps* pro *primus* nullo sensu. Varietatis codicum innuit mendam subesse. Vide num legendum sit *Natura jussu nam protulit omnia princeps. Ast hominem, etc.* In scriptura Sirmondi potest intelligi, *Naturæ princeps jussu protulit*, etc. Lib. ii, v. 31, *Spes hominum, rerum princeps.*

333. Lib. ii, v. 250 et seqq., eandem sententiam pluribus persequitur. Prudentius Apotheos. v. 1032, *Omnia jussu Imperitante novas traxerunt edita formas. D Solus homo emruit Domini formidabile dextra Os capere.*

336. R. tineri posset *Limavit*, ut supra v. 330, *Limatur in artus*, Rivinus observat *limavit* posse deduci a *limo*, sed melius a *lima*. Hanc originem a *lima* magis probo. Verbum *plasmare* in creatione hominis referenda frequenter adhibent SS. Patres. Dracontius l. ii, v. 87, ubi formationem corporis Christi refert, *Et caro plasmatur*. Confer etiam lib. iii, v. 620 et seqq., et Dracontium sui similem ubique invenies.

337. Censorius de Die Natali cap. 11, num. 7, *Quinque et triginta diebus insans membratur*. Supra v. 262, *Pennantur membrata globis*, et lib. ii, v. 78, *Qui nasci dignatus homo membratur in alvum*, vel, ut legam potius, *in artus*. Jac. Mosantus Briosius inter vocabula Censorino soli usurata recensebat *membrari*.

338. Lib. ii, v. 98, *Ergo ubi corporeos artus domi-*

nator, et auctor *Induit*: et v. 236 de homine, *Ingratus, quia factus erat cœlestis imago*, et l. iii, v. 532, *Factoris imago.*

339. Rivinus ait hoc esse vitium expressum: cum enim jam homo *cœlestis imago* esset, mente carere non poterat. Corrigit *viri, cum mente suprema* (scilicet Deo) *Spiritus infusus*, etc. Nihil muto, neque vitium ullum agnosco. Etsi enim homo secundum animam, non secundum corpus, sit factus ad imaginem Dei, tamen totus homo dicitur in sacris litteris factus ad imaginem Dei, et Dracontius v. præced. narrat in artus corporeos formatum fuisse hominem, qui cœlestis imago est: Homo autem non ex solo corpore constat, sed ex anima etiam, cujus creationem nunc refert. Relucet autem quodammodo in corpore imago Dei, cum corpus ipsum dicatur imago animæ. Sic Tertullianus, qui imaginem Dei corpore hominis non circumscribebat, tamen cap. 6 de Resurr. ait: *Ita limus ille jam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed etiam pignus.*

342. Vers. 395 de Eva: *gena pulchra rubore*. Lib. iii, v. 624, *Et geminæ rubuere genæ.*

344. Veteres editiones cum Vict., *surgunt immensa capilli*, et Weitzius in indice notat esse adverbium *immensa*, ut *transversa, sera*, et similia, quæ more adverbii ponuntur. Rivinus *immensa* accipit pro immenso numero capillorum: mallem pro capillis, qui sine mensura certa, ut reliquæ partes corporis, crescent. Neque repugnarem, si quis legeret *immense* postrema brevi, ut *inferne, superne*. In editione Poëtar. Christian. Fabricii penes cl. præsulem Reggium ad marg. invenio ms. hanc lectionem *in summa pro immensa*. Scriptura Sirmondi probabilis est, sed non nihil obscura, scilicet pro *surgit messis capillorum*, potest conjici *surgunt in vertice crines*, vel *surgunt in fronte capilli*, aut a *fronte*: sic lib. iii, v. 620, dum resurrectio corporis describitur, *Scena capillorum fundens a fronte coronam; vel surgunt in veste capilli*. Ambrosius de Noe et Arca cap. 7, num. 21, *Capilli capitis quam grato amictu caput vestiunt*, et lib. vi Hexaem., c. 9, n. 73, de ossibus capitis, *capillis densioribus vestiuntur*, et Dracontius loc. cit. v. 621, *Tempus et omne caput vestit de crine decorum*. Ad aliam conjecturam, *surgunt in merce capilli*, hoc est venales. Plinius l. xii, cap. 25, *Sarmenta quoque in merce sunt*. Ovidius l. iii de Art., v. 165, *Femina procedit densissima crinibus emptis, Proque suis alios efficit are suos. Nec rubor est emisse palam*

345 **167** Orbe micant gemino gemmantia lumina A
[visus,
Et vocem compago dedit, nova machina surgens
Auctorem laudare suum, gavisa, quod esset. -
Tunc oculos per cuncta jacet, miratur amœ-
[num
Sic florere locum, sic puros fontibus amnes
350 Quatuor undisonas stringenti gurgite ripas
Ire per arboreos saltus, camposque virentes
Miratur: sed quid sit homo, quos factus ad usus,
168 Scire cupit simplex, et non habet unde
requirat:

Quo merito sibimet data sit possessio mundus,
355 Et domus alma nemus per florea regna paratum;
Ac procul exspectat virides jumenta per agros,
Et de se tacitus, quæ simul hæc cuncta requirit,
Et quare secum non sint hæc ipsa, volutat
169 Nam consorte carens, cum quo conferret,
[egebat.
360 Viderat Omnipotens hæc illum corde moven-
[tem,
Et miseratus ait: Demus adjutoria facto,
Participem generis: tanquam si diceret auctor,
Non solum decet esse virum, consortia blanda

VARIÆ LECTIONES.

345. Editi, visu. Vat., visus.
346. Vat., utque oculos.
350. Sic Vat.; cæteri, Q. undifluo stringentes g. r.
352. Vat., miratur: sed quid. Editi, miratur se:
quid.
353. Vict., simplex est, non. Sirm. distinguit cupit,
simplex et.
354. Vat., q. meritos s. Sirm., p. mundi. Vict.,
Azagr., Vat., p. mundus.
355. Ita Vat.: in Azagr., Atque domus alterna ne-
mus per florea rura. Sirm., Vict., Atque æterna domus

memoris per florea rura.
356. Sic Vat.; in aliis Parva procul spectat v. j. p.
a.; sed Vict., vineta pro jumenta.
357. Ita Vat.; cæteri, Hac de re tactus voluitque, et
corde requirit; sed Azagr., angit, et Vict., cogitatque
pro voluitque.
358. Sirm., vel quare. Vat., Et quare non secum
quæ sint hæc cuncta requirit. Vict. ut hic editur.
361. Sirm., Vict., demus solatia facto. Vat., demus
adjutoria f. Azagr., d. adjutorio f.

NOTÆ.

345. Vide v. 235, et l. II, v. 652, et l. III, v. 618,
Inde ducēs oculi gemmato lumine vibrant. Oculos ulti-
mos formari ex Plinio notat Rivinus; sed Dracontius
postremo loco linguam commemorat.

346. Rivinus melius putat, Et vocem compage dedit
nova machina, surgens Auctorem laudare suum. Huic
conjecturæ favet lhb. II, versus 84, Induitur compage
Deus, structura ligatur. Confer l. III, v. 644. Post
surgens non bene virgula in editis ponitur: intel-
ligitur enim surgens ad laudandum.

347. Vers. 243 de avibus, Et, puto, collaudat Do-
minum meruisse creari.

348. Mar., Victor l. I Genes., v. 155, Nec spectator
adest, quem tantæ gloria molis Impleat, atque oculis
avidum per singula ducat. Fabricius hunc locum, ut
pleraque alia Victoris, longe aliter edidit. Dracontius
pro per omnia solet dicere per cuncta. Vide v. 292
cum nota. Virgilius l. I, v. 570, Passimque oculos
per cuncta ferenti. Alii dicunt conjicere, trajicere-ocu-
los. Rivinus suspicatur miratur amomis, quo nomine
in plurali usus est Persius. Sed amœnum adeo bene
est, ut nihil melius.

350. Stringere ripas de fluminibus, ut mordere,
lambere, elegantiae notæ. Undisonus Propertii, Val.
Flacci, Statii verbum est.

351. Ire de aqua poeticum est: nam et pedes aquæ
a poetis tribuuntur. Vide notam Broukusii ad Tibul-
lum l. I, eleg. 10, v. 36, Et puras fluminis isse vias.

352. Scriptura Vat. venusta est et verior videtur.

354. Lectio Sirmondi defendi potest; sed melius
videtur mundus, ut v. seq., Et domus alma nemus.

355. Cyprianus in Genes., Ædibus in mediis de
paradiso. Domus, ædes pro mansione et quacunque
sede, ut domus avium, pecorum.

356. Vers. 270, Jumenta per agros. Pro exspectat
substitui posset aspectat; sed exspecto pro simplici
specto adhibetur a Plauto Aulul. IV, 8, 7, Petronio
in Satyr. c. 17, Paulo in Digest. l. XLI, tit. 1, leg.
26. Et quamvis his in locis lectionem nonnulli solli-
citant, tamen ea prola est: nam hi mutant, quia cen-
sent exspeco significationem spectandi non habere,
quæ ratio idonea non est, et in probatis editionibus
inveni: exspecto, non speco. Præterea Statius l. v,
silv. 2, v. 22, Exspectatur equus. Ovidius l. XIV Met.,
v. 418, Exspectatus erat. Uterque pro speco compo-
situm exspeco usurpat. Scriptura vulgata tolerabilis

non est. Quid enim est parva jumenta? Neque scri-
ptura Vict., parva vineta, huic loco congruit.

357. Forte quid sint. In lectione Vict. est cogitat-
que, quod metro adversatur. Fabricius correxit ex
ingenio voluitque. Hoc ipsum edidit Sirmondus, sed
cum codice Azagr. variet, merito dubitare possis an
ex codice suo Sirmondus ita scripserit an ex Fabricii
correctione. Requirit de se pro a se, vel ex se: neque
magno opere obstabo, si velis rescribere Et a se, nam
hujusmodi monosyllaba sæpe vidi producta, præcipue
in principio versus, ut It eques. Alio loco ostendam
sit etiam esse commune.

358. Weitzius, non sint hæc, ipse volutat, quod mi-
nus probat Rivinus. Hic etiam suspicor Sirmondum
ex Fabricio magis quam ex suo ms. edidisse Vel
quare: cum enim editio prima Vict. habeat Et quare,
cui consentit Vat., Fabricius vel casu, vel de indu-
stria edidit Vel quare. Non erant animantia cætera
cum Adamo in paradiso ex v. 356, Ac procul exspe-
ctat, et v. 454, Præterea solis datus est locus ille duo-
bus. Atque ita quidem sentiunt nonnulli cum Dama-
sceno l. II de Fide orth., cap. 11, neque sane in sacris
litteris liquido affirmatur animalia fuisse in paradiso,
cum mentio solum arborum et fluminum fiat. Pere-
rius in comment. ad Genes. cap. II, v. 9, similis
vero existimat fuisse animalia in paradiso, rationes-
que et scriptores ita sentientes producit.

359. Fortasse Nec, consorte carens, cum quo con-
ferret, habebat. Hic conferre est colloqui, communi-
care consilia.

361. Sic Vat., cui favet Azagr. Cæteri editores
fortasse ex ingenio, ut metro consulerent, posuerunt
solatia pro adjutoria. Genes. cap. II, v. 18, Non est
bonum esse hominem solum: faciamus ei adjutorium
simile sibi. Cap. XVII Ecclesiastic., v. 5, Creavit ex
ipso adjutorium simile sibi. Columella l. XII, c. 1, in
præfat. ex OEconom. Ciceronis: Ut ex hac eadem
societate mortalibus adjutoria senectutis, nec minus
propugnacula præpararentur. Quod autem prima in
demus hoc loco corripitur, nihil obest: nam etiam
l. III, v. 678, corripitur: Judicio, Deus alme, tuo
detur inde triumphus. Aut ergo ea syllaba communis
erat, aut Dracontii tempore mutata fuit ejus quantitas.
Tertullianus l. I contra Marcionem: Dum spatium
detur, et patiens pietate perennis nisi hic etiam legat
datur.

363. Ex loc. cit. Genes.

Noverit, uxor erit, cum sit tamen ille maritus, A
 365 Conjugium se quisque vocet, dulcedo recurat
 Cordibus innocuis, et sit sibi pignus uterque,
 Velle pares, et nolle pares, stans una voluntas,
 Par animi concors, paribus concurrere votis,
170 Ambo sibi requies cordissint, ambo fideles,
 370 Et quicumque datur casus, sit causa duorum.
 Nec mora, jam venit alta quies, oculosque
 [supinat
 Somnus, et in dulcem solvuntur membra so-
 [porem.

Sed cum jure Deus, nullo prohibente, valeret
 Demere particulam, de qua pius ipse pararat,
 375 Ne vi ablata daret juveni sua costa dolorem,
 Redderet et tristem subito, quem lædere nollet,
 Fur opifex vult esse suus : nam posset et illam
171 Pulvere de simili princeps formare
 [puellam.
 Sed quo plenus amor toto de corde veniret,
 380 Noscere in uxore voluit sua membra maritum.
 Dividitur contexta cutis, subducitur una
 Sensim costa viro, sed mox reditura marito.

VARIÆ LECTIONES.

364. Vat. ita Sirm., *uxor erit cujus tamen*. Deest hic versus in Vict.
 366. Sic. Vat., alii, *et sint sibi*.
 368. Vict., *par animi*; alii, *pars animi*. Vat., *paribus concurrere voces*. Editi, *p. decurrere votis*.
 370. Vat., *fit pro sit*.
 374. Sic. Vat.; in Sirm., Vict. *p. de quo prius i*. Azagr., *p. de quo pius i*.
 375. Sirm., *Altamez ablata juveni ne costa doleret*.

Vict., *ablato*. Vat., *Sed si ablata daret juveni sua costa dolorem*
 B 376. Vict., *et testem, subito*.
 377. Vict., *Cur. o. v. e. suus?* Vat., *posset et illam*. Alii, *posset alumnam*.
 379. Vat., *sed quia plenus*.
 380. Sirm., *in uxore*. Vat., Vict., *in uxorem*.
 381. Azagr., *d. contexta c.*
 382. Vat., *censim costa*. In Vict. desideratur hic versus.

NOTÆ.

364. Hic versus omissus fuerat a Vict., Fabricio, Wei zio. Rivinus, ut sensum veteri lectioni redderet, scribebat *conso tia blanda Conjugium sed quosque vocet*. Verus sensus ex Sirm. et Vat. constat. Pro *uxor erit* forte melius *Noverit uxoris, cum sit*, vel *Noverit uxo is, cujus*.

367. Ovidius iv Trist., el. 4, *Qui duo corporibus, mentibus unus erant*. Corippus l. ii, v. 59, *Velle tuum fac posse meum*. Rivinus ex Persio, Capella, Juvenco, Eugenio illustrat, quod *velle pro voluntate* dicatur. C Par cum infinitivo Virgilii est eclog. 7. *Et cantare pares*. Pro conjuge *par* et *compar* al quando usurpantur. Ovidius iv Fast., v. 97, *Illa rudcs animos hominum conjunxit in unum*. Et docuit jungi cum *pare quemque sua*. Alii, *contraxit in unum*.

368. *Par* est duo, ut *par* fratrum, gladiatorum, columbarum. Fortasse *Par animus concors*, vel *Par animis concors*. In Vat. *concurrere* melius est quam *decurrere* in aliis.

369. Sic distinguit Fabricius cum Vict. Sirmondus, *cordis, sint ambo*. Venustus esset hiatus, *Ambo sibi requies cordis, sibi a nbo fideles*.

370. Cur non *Et quicumque detur?* Vide notam ad v. 364.

371. Somni per varias phrases descriptio. Somnus, *supinat oculos*, quia supini jaacent qui alte dormiunt et stertunt.

372. Membra in soporem solvuntur, quia sopor ea solvit, seu reddit languida.

374. Intelligi potest *de qua* particula, aut subintelligi *de qua* costa.

375. Ex Vat. elici potest hæc lectio, *Sed ne ablata daret juveni sua costa dolorem*, vel *At ne ablata, vel, ut edidi, Ne vi ablata*, quod comprobatur ex v. 377, *Fur opifex vult esse suus*. Mar. Victor l. i Genes., v. 361, *Ergo opus aggreitur notum Deus, ictaque raptim Corda viri, tanto dissolvit languida somno, Mentis ut experti costam subduceret unam; vel ut alii habent, Mentis ut experti pollens subducere costam... Illæsis raperet membris*. Alcimus l. i Genes., *Cui pater omnipotens pressum per corda soporem Misit, et immenso tardavit pondere sensus, Vis ut nulla queat sopitas so'vere men es; Non si forte fragor securas verberet aures, Nec si commoto cælum tunc intonet axe. Quin nec pressa manu rupissen membra quietem*. Quos versus alii aliter legunt. Opinio Cajetani, ad metaphoricum et parabolicum sensum formationem Evæ ex Adami costa detorquentis, a theologis jure merito que exploditur.

Ratio vero quæ a Dracontio redditur, cur Deus Adam soporem immiserit, S. Augustino non placet, qui somnum illum Adami internam quamdam animi contemplationem et quasi raptum aut ecstasin fuisse existimat lib. ix de Genes. ad lit., c. 29, et Enarrat. in psalm. lvi, num. 11. S. Joan. Chrysostomus, hom. 15 in Genes., non solum corporalem somnum in Adamo agnoscit, sed etiam rationem affert ne ablata costa dolorem afferret. Notat vero Suarius in tract. de Opér. sex dier., lib. iii, cap. 2, Chrysostomum revelationem Adamo factam non negare, sed differre ad tempus quo e somno jam excitatus erat. Dracontius v. 392 in ipso somno spirituales contemplationem evenisse non obscure tradit.

377. Forte *suus*. At *posset et illam*, vel *et ille*. Rivinus cum editionibus antiquis *Cur opifex*, sed addit : Sirmondus mire *Cur opifex* : scribere, opinor, voluit *Fur opifex*. Conjicere libet *Fur operis vult esse sui : nam p.*

378. Rursus v. 397, *formare*. Etsi recte Deus simpliciter *princeps* dicatur, tamen suspicor scriptum *primam*.

379. Barthius lib. xxi Advers., cap. 2, *plenus amor exponit perfectus, nactusque florem suum, ut plena quies apud Corippum*.

380. Barthius loc. cit. legit *in uxoris*, fortasse intelligit, maritum noscere sua membra in membris uxoris. Scriptura Sirm. clarior est. In Vat. sensus erit, maritum noscere, sua membra in uxorem transiisse aut esse destinata.

381. Rivinus scripturam veterem Vict., ubi deest versus seq., ita reformabat : *Dividitur cortex, costis subducitur una. Nam juvenis*.

382. Rivinus advertit hunc versum coincidere cum vers. 400, *Et reneat sua costa viro, sua membra recepit*. Sed non propterea rejiciendus est : nam faciendum nunc proponitur quod factum postea narratur. Mar. Victor hanc ipsam rationem complectitur lib. i Genes., *Hoc nunc turba loco stolidissima desine tandem Quæsitis animum vanis torquere, nec isthuc Quærere, cur hominis confecta est semina membris, Cum jam a principio molli de pulvere fingi Posset et ex nihilo. Causas desiste latentes Scrutari : quanquam si conjectare licebit, Ex homine effecta est mulier, cognatio quædam Mutuum, et alternum inter se ut misceret amor m, Semet in alternis cogens agnoscere membris*. Scio diverso modo hos versus ab aliis editos; sed ratio eadem utrobique ostenditur, neque vacat nunc in

Nam juvenis de parte brevi formatur adulta A
 Virgo, decora, rudis, matura tumentibus annis,
 385 **172** Conjugii, sobolisque capax, quibus apta
 [prebatur,
 Et sine lacte pio crescit infantia pubes.
 Excutitur somno juvenis, videt ipse puellam
 Ante oculos astare suos, pater, inde maritus,
 Non tamen ex coitu genitor, sed conjugis auctor.
 390 Somnus erat partus, conceptus semine nullo,
 Materiem sopita quies produxit amoris
 Affectusque novos blandi genuere sopores.
 Const tū ante oculos nullo velamine tecta,

Corpore nuda simul niveo, quasi nympha pro-
 [fundi.
 395 **173** Cæsaries intonsa comis, gena pulchra
 [rubore,
 Omnia pulchra gerens, oculos, os, colla ma-
 [nusque,
 Vel qualem possent digiti formare Tonantis.
 Nescia mens illis, fieri quæ causa fuisset :
 Tunc Deus et princeps am! os conjunxit in
 [unum,
 400 Et remeat sua costa viro; sua membra recepit,
 Accipit et sœnus; cum non sit debitor ullus.

VARIÆ LECTIONES.

385. Vat., *capax quod nata p.*
 386. Vict., *crescit jam infantia.* Vat., *pio fecit mox* B
infantia. Sirm., *crescit infantia.*
 387. Vat., *ipse puellas.*
 388. Vat., *an oculos tunc stare suos.* Vict., *suos*
patet inde.
 389. Vat., Azagr., *non tamen.* Sirm., Vict., *non*
tantum.

390. Vict., *erat parvus.*
 391. Vict., *materiam s.*
 394. Vat., *niveo quasi n.* Sirm., *niveo ceu n.* Vict.,
nivei ceu n.
 397. Vat. *vel qua'em.* alii *ut q.*
 399. Azagr. *a. conjungit i.*

NOTÆ.

hujuscemodi varietatibus, quæ in poetis Christianis plurimæ occurrunt, inter se conferendis diutius immorari.

385. Fabricius et Weitzius cum prima editione Vict. n.ale distinguunt *formatu adulta.* Adulta virgo a Cicerone, aliisque dicitur virgo in flore ætatis, ut nubere possit. Hac significatione ep. 1 ad Cor., c. vii, v. 36, *Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult facia: non peccat, si nubat.* Græce pro *superadulta* est ὑπέρακμος, superans tempus opportunum.

384. Oppositio in *rudis, matura*: erat enim *recens* C
nata, simulque *matura.* Anni tumentes sunt ætas qua virgines tument ac conjugio aptæ fiunt. Cyprianus de Sodoma: *Sunt intus natæ bijuges mihi, nubilis ætas, Virginitas in flore tumet, jam dedita messi. Forte jam debita messi.* Virgilius l. vii, v. 53, *jam matura viro, jam plenis nubilis annis.* Statius lib. 1 Achill., v. 292: *Virginitas matura toris, annique tumentes,* et l. ii Theb., v. 202, *Deiphilen tumida jam virginitate jugari.* Claudianus Epithal. Pall. et Celer., v. 125, *Detrahit matris gremio: matura tumescit Virginitas.*

386. Rivinus melius ait esse cum Weitzio *infantia pubis* quam cum Fabricio *infantia pubes.* In editione principe Vict. legitur *infantia, pubes.* Weitzius in textu edidit *pubis*, in indice *pubes*; in emendationibus conjicit *pubis.* An autem *pubes* scribi etiam possit per *pubis*, quæstio orthographica est. Barthius libr. xxiii Advers., cap. 19, nihil mutandum censet, quia *infantia jam pubes* acumen affectat, nam modo nata jam pubes una erat. Legit autem *crevit*, non *crescit*, quia non aucta u ique corpore, sed velut jam excrevisset, D
 justa statura condita est. Melius ex Vat. restituitur hic locus *fit mox infantia pubes*, hoc est, statim pubescit infantia, sive prima ætas Evæ. Idem erit sensus, si legas *fecit infantia pubem.* Notandum etiam est *lacte pio*, ut v. 224, *Qui fovet igne pio.*

388. Vide num rectius legatur *pater ipse maritus.*

389. Barthius loc. cit. emendavit *Non tamen ex coitu*, cum antea legeretur *Non tantum ex coitu.* Rivinus quidem affirmat, Barthium post Sirmondum ita legisse, sed in Sirmondo solum invenio *Non tantum ex coitu.* Barthii restitutionem Vat. et Azagr. confirmant.

390. Barthius loc. cit. explicat: *Somnus erat instar puerperii, conceptio seminis nullius.* Sed legendum putat *conceptum est semine nullo*: ac subjungit: *Quod repetit mox mire placens sibi in constipatione acuminum;* scilicet in v. seq. Rivinus edidit *erat parvus*, in Er-

ratis correxit *erat parvus*: nisi hoc ipsum mendum est pro *partus.* Vide l. ii, v. 516.

391. Barthius loc. cit. legit *concepit*; sed cum varietatem lectionis non animadvertat, fortasse *concepit* excidit pro *produxit*, quod cæteri habent.

394. Weitzius cum Vict., *simul, nivei ceu nympha profundi*, et intelligit Venerem, quæ orta mari est. *Profundum* pro mari, ut Lucretius l. v dixit, *Fundarit cælum, ac terram, pontique profunda.* Dicitur *mara niveum*, ut canum, spumans, spumosum, quod multis confirmat Weitzius. Lectio Vat. retineri posset *simul, niveo quasi nympha profundo.* Vox *simul* redundare videtur, nisi significet *omnino*, qua significatione melius legam *semel.* Cicero pro Dejotaro, cap. 3, *Cum facile exorari, Cæsar, tum semel exorari soles*, id est penitus. Raderus ad spectacula Martialis p. 62, epigr. 24, al. 26, ait a Dracontio pulchritudinem Evæ comparari Nereidi, et legendum *Corpore nuda simul, nivei ceu nympha profundi*, non *Corporu nuda*, quod nescio ubi invenerit.

395. Barthius ad Claudianum rapt. Proserpinæ demonstravit contra Julium Scæligerum, *cæsariam* a Virgilio et aliis recte de muliebri coma dici, et libr. xxi Advers., cap. 8, hoc ipsum confirmat exemplumque Dracontii profert, et Apuleii libr. de Mundo post med., ubi humum *cæsariatam* esse dicit *viridantibus comis.* Servius I Æn., 594, aliter censet.

397. Potest *vel accipi* pro *et*: sed elegantius est disjunctive, scilicet Evam ita fuisse conditam, ut descripta est, vel qualem divina manus potuit formare, nec lingua valet dicere.

398. Rivinus censet hunc versum cum sequenti combinandum esse, nec a posteriori novam periodum auspicandam. Sirmondus omnino eos separavit, et hunc versum cum præcedenti conjunxit *Ut qualem digiti possent formare Tonantis, Nescia mens illis fieri quæ causa fuisset.* Non placet. Barthius libr. xxiii Advers., cap. 19, vellet *mens illi est fieri*, quia, inquit, de solo Adamo loquitur. Fortasse voluit dicere de sola Eva: nihil enim est cur de solo Adamo sermonem hoc loco haberi dicamus, cum versibus præcedentibus, a versu 395. Evæ pulchritudo tantum exprimitur.

399. Ovidius ad vers. 567 laudatus: *Illa rudes animos hominum conjunxit in unum.* Rivinus edidit *Deus ut princeps*, nescio an casu: nam alii habent *et.*

401. Deus quamvis debitor non esset, reddidit tamen cum sœnero costam Adamo, scilicet uxorem ipsam, participem generis, quam illi subdidit.

His datur omnis humus, et quidquid jussa crea- A
 [vit,
 Aeris, et pelagi foetus, elementa duorum
 Arbitrio commissa manent. His, Crescite, dixit
 405 **174** Omnipotens, replete solum de semine
 [vestro,
 Sanguinis ingeniti natis nutrite nepotes,
 Et de prole novos iterum copulate jugales,
 Et dum terra fretum, dum caelum subleuat
 [aer,
 Dum solis micat axe jubar, dum luna tenebras
 410 Dissipat, et puro lucent mea sidera caelo,
 Sumere, quidquid habent pomaria nostra,
 [licebit :
 Nam totum quod terra creat, quod pontus, et
 [aer B
175 Protulit, addictum vestro suo jure ma-
 [nebit,

Deliciaeque lucent vobis, et honesta voluptas :
 415 Arboris unius tantum nescite saporem.
 Dixerat ista Deus : sanxit natura, quod in-
 [quit
 Omnipotens. Mirata diem, discedere solem,
 Nec lumen rem eare putat terrena propago;
 Solanturque graves lunari luce tenebras,
 420 Sidera cuncta notant caelo radiare sereno.
 Ast ubi purpureum surgentem ex aequore cer-
 [nunt
 Luciferum vibrare jubar, flammisque eicere,
 Et reducem super astra diem de sole ruben-
 [tem,
 Mox revocata fovet hesterni in gaudia mentes,
 425 Temporis esse vices noscentes, luce diurna
 Coeperunt sperare dies, ridere tenebras.
176 Tot bona facta Deus non obliviscitur
 [unquam,

VARIÆ LECTIONES.

402. Vat., *humos cum quidquid creavit.*
 404. Vat., *m. hic. c.*
 405. Vat., *Et replete solum omnipotens de semine vestro.*
 406. Editi, *natos.* Vat., *natis.*
 407. Sirm., *reparate.* Vat., Vict., Azagr., *copulate.*
 408. Sirm., *Dumque fretum terra, dum caelum s. a.* Vict., *D. f. terra. et dum caelum s. a.* Vat., *Et dum terra fretum, dum terram s. a.*
 412. Illi duo versus, *Nam totum et Protulit*, desiderantur in editis, exstant in Vat.
 415. Vat., *t. nescire s.*
 417. Sirm., Vict., *O. migrare d.* Vat., *O. mirata d.*

418. Vat., *lumen*; alii, *lucem.*
 419. Vat. ita, sed *glabes* pro *graves* Sirm., Vict., *Subductisque nigris collucet luna tenebris.* Azagr., *Subductisque nigris lunari luce tenebris.*
 421. Vat., *p. fugientem e. ae. gemunt.*
 422. Vat., *f. tiere.*
 423. Vat., *s. rubente.*
 424. Vat., *nox revocata fovet h.*
 425. Sic Vat., sed *divina* pro *diurna*; alii, *Temporis et requiem noscentes, luce diurna.*
 426. Vat., *dies ridere.* Sirm., Vict., *diem ridere.* Azagr., *diem redire*

NOTÆ.

402. Vide notam ad v. 9, *Vel quidquid.*
 405. Fortasse melius *Et replete solum omnipotens de semine vestro* cum Vat., ubi est *omnipotens pro omnipotens.* Virgilius libr. vi, v. 595, *Terræ omnipotentis alumnus.* Lucretius l. ii, v. 705, *Per terras omniparentes.* Apuleius de mundo, *Omniparentis mundi amœnitas.* Neque verò necessaria est vox *Omnipotens*: Deus enim et princeps, qui ambos conjunxit in unum, his dixit, *Crescite, et replete solum*, etc.
 406. Weitzius *ingeniti* explicat *non generati, s. d. a Deo creati.* Rivinus scribit *Sanguinis in geniti natos*, et explicat in consanguineam posteritatem. Lectio vulgata *natos nutrite nepotes* vix commodum sensum accipere potest. In Vat. recte procedit sententia: Na is vestris ex eodem sanguine nutrite nepotes, et novas deinde generationes reparate. Exponitur enim verbum Moysis *Multiplicamini.*
 407. Hoc etiam loco Sirmundus Fabricium secutus videtur, non suum exemplar ms., nam Fabricius deseruit editionem Vict., ubi est *copulate*, ut metro consuleret per *reparate.* Vat. et Azagr. habent etiam *copulate.* Sirmundus edidit *reparate.* *Copula* primam habet longam apud veteres poetas; sed Licentius aequalis S. Augustini eam corripuit, *Amor, copulamque tenet communis honesti.* Exstat ejus carmen inter opera Augustini in hujus ad illum epistola 26, al. 59. Erat autem Licentius ethnicus, ne hujusmodi vitia Christianorum poetarum propria esse credamus, sed ætatis potius, aut etiam ut ne vitium quidem scriptorum probabilium consuetudinem appellemus.
 408. In editione Matritensi *Dumque fretum terra, dum caelo subleuat aer*; sed cum discrepantia editionis Sirmundianæ non animadvertatur, par est credere, *caelo pro caelum* excidisse. Rivinus vult *Dumque fretum terras, dum caelum subleuat aer* ex vers. 155 et

C seq., ubi aqua sustinere terram dicitur. Ex Vat. conjicio *Et dum terra fretum, dum terram subleuat aer.* Interea dic, terram partim a freto su tineri, partim sustinere ipsum. Lucanus l. i, v. 81, *Dum terra fretum, terramque levabit Aer, et longi volvent Tiviana labores*: quod ita exponitur, ut terra inferior aquas subleuet, aer undique contineat, et coerceat terram quasi centrum. Hunc locum fortasse respexit Dracontius.
 416. Exprimit verba Moysis, *Dixit Deus, Fiat lux, et facta est.* Statius l. i Theb., v. 215, *Et vocem fata sequuntur. Sanxit hic est firmavit, effectu ipso confirmavit.*
 418. *Terrena propago* homines, qui v. 259 *terrigena* dicuntur. In paradiso primi parentes ante peccatum nonnullis diebus commorati sunt, ut Pererius et alii conjiciunt. Putant alii, paucis horis eo paradiso habitasse. Vide Suarium de oper. sex die. l. iv, c. 8, qui probat Evam plus quam per unum diem naturalem fuisse in paradiso.
 420. Imitatio Virgilii l. iii Æn., v. 515, *Sidera cuncta notat tacito labentia caelo*: et l. eod., v. 518, *Postquam cuncta videt caelo constare sereno.*
 425. Etsi fortasse bono sensu procedat scriptura, tamen juvat nonnullas conjecturas diversæ lectionis proponere. *Temporis esse vices noscentes, lucis, et umbræ, Coeperunt ridere die, sperare tenebris.* Vel *luce diurna Coeperunt ridere, diem sperare tenebris.* Vel *lucis, et umbræ, Coeperunt sperare dies, ridere tenebras.* Certe obscurum est, quod luce diurna coeperint sperare dies.
 426. *Ridere* pro temnere, non curare. Tibullus l. iii, el: 6, v. 49, *Perjuria ridet amantum Jupiter.* Paulinus Petrocorius l. ii, v. 45 *Ridentes gaudenda sibi.*

Quæ propter hominem fecit, sanxitque manere. A
 Huic Dominus pietatis opem subducere non vult,
 430 Projicere nec plasma suum. Scit conditor ævi,
 Esse nihil prorsus se præter ubique rogandum,
 Et nisi subveniat, succurrens non erit ullus.
 Inde malo bonus est homini Deus, omnibus
 [auctor.
 Spes, opifex, dominus, rector, dux, arbiter,
 [index,
 435 Continua bonitate pius, virtute modestus,
 Simplicitate bonus, et culmine celsior omni.
 Ibant per flores, et tota rosaria bini
 Inter odoratas messes lucosque virentes

Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum,
 440 Corporibus nudis, sed nescia corda ruboris,
 177 Quæ pars membrorum secretior esset
 [habenda.
 Unde rudes scirent, quid moribus esset hone-
 [stum?
 Quod digitos, oculosque putant, hoc quæque
 [pudenda.
 Publica jungebant affectibus oscula passim,
 445 Nec rubor ullus erat, cum staret origo pudoris,
 Illicitumque sibi prorsus nihil esse putabant.
 Et bene credebant, quibus omnia jussit ad
 [usum,

VARIÆ LECTIONES.

428. Sirm., *homines*. Vat., *hominem*. Vict., *Qua-* B
propter fecitque homines, sanxitque manere.
 429. Sirm., *his*. Vict., *Azagr.*, *hic*. Vat., *huic*.
 430. Sirm., *Vict.*, *vult*. *Azagr.*, *scit c.* Vat., *Addi-*
cet ne plasma suum sit conditor ævi.
 431. Vat., *p. præter se u.*
 432. Vat., *subveniat succurrens n.* : videtur prius
fuisse subveniet.
 434. Sirm., *Vict.*, *ipse opifex, d.* *Azagr.*, *spes,*
opifex, d. Vat., *spes opis, et d.*
 435. Vat., *c. pietate bonus, v.*

436. Vat., *b. sed c.* Vict., *b. qui c.*
 437. Vict., *f. per t.* Vat., *bini*. Alii, *r. læti*.
 438. Vat., *lucisque v.*
 440. Sic Vat.; in Sirm. *n. et nescia c. pudoris. Quæ*
p. Azagr., n. et n. c. livoris. Ita Vict., *sed livoris?*
cum interrogationis nota.
 441. Vat., *quid pars.*
 443. Sic Vat.; in aliis, *hoc membra p.*
 444. Vat., *j. arrectibus o.*
 447. Vict., *jussit ad unum.*

NOTÆ.

428. Scriptura Vict. ab iis invec'a est, qui metro
 obesse putaverint *Quæ propter hominem*, cum tamen
 ultima in *propter* tum ratione cæsurae, tum ob aspi-
 rationem sequentis dictionis recte produci possit.
 Tertullianus l. iii contra Marcionem, *Hæc homini*
Deus ante oculos revocata reformat, Propter quem lo-
cuples primus large omnia fecit. Lege primum. Vide
 notam ad v. 115.

429. Rivinus cum Weitzio et aliis edidit *pietatis*
opem; sed in nota scripsit *opus pro opem*, forte per
 errorem.

430. In editis nullus est sensus *Projicere nec plasma*
suum vult conditor ævi, Esse nihil prorsus, etc. Ex Vat
 et Azagr. sumo *scit pro vult*.

434. Deus *index*, ut dixi ad vers. 114.

435. Libr. ii, v. 695, Deus dicitur *sub pietate bonus*,
 et posset etiam hic legi cum Vat. *Continua pietate*
bonus, ut in oratione dominicæ 21 post Pentecosten,
Continua pietate custodi. Sed cum vers. seq. occurrat
Simplicitate bonus, non mutò hic *bonitate pius*.

436. Libr. iii, v. 17, *Celsior excelsis*.

437. *Forte et læta rosaria bini.* Elegans est *ibant*
bini, scilicet duo conjuncti.

440. Rivinus vult scribi *Corporibus nudis, ut nes-*
cia corda pudoris. Quæ pars, etc. Videlicet unde sci-
 rent, quæ pars membrorum secreior esset habenda,
 quid moribus esset honestum? Possis etiam conjec-
 tare *sed nescia corda, rubore Quæ pars membrorum*
secretior esset habenda. Sive autem legas *ruboris*, sive
pudoris, eadem res inquitur. Candor, ut Rivinus
 notat, sapit divinitatem, pudor, et rubor opera tene-
 brarum consequitur.

441. Scriptura Vat., *Quid pars*, potest habere hunc
 sensum, cur pars aliqua corporis secretior esset ha-
 benda.

444. Lectio Vat., *arrectibus*, confirmare potest ex-
 plicationem Weitzii ad v. seq. Sed supra v. 392 legi-
 tur, *Affectusque novos blandi genuere sopores.* Avilus
 l. ii, vers. 258, *Adam diffusi lætus per gramina campi*
Conjugis amplexus atque oscula casta petebat.

445. Rivinus suspicatur *Nec rubor ullus erat, ces-*
sabat origo pudoris. Facilius esset *erat, cum deesset*
origo pudoris. Weitzius cum *staret origo pudoris* ex-
 ponit de motibus corporis, qui post culpam obsceni

sunt, antea non erant. Barthius libr. vii Advers.,
 cap. 20, ita explicat: *STARET ORIGO traductione a fon-*
tibus dixit, quorum origine stante nullus fluor, quæ
explicatio, nisi aliud addas, obscura est. Dracontius
 solum videtur voluisse comprehendere sententiam
 Moysis Genes. cap. ii, v. 25, *Erat autem uterque nu-*
dus, Adam scilicet et uxor ejus, et non erubescabant.
 Itaque cum *staret origo pudoris* recte interpretaberis,
 cum essent nudi: quæ nuditas nunc origo est pudor-
 ris. Vel dicam potius honestatem ipsam vocari ori-
 ginem pudoris: nam pudor, ut impudentiæ opponitur,
 bonus est, et ab honestate proficiscitur, quæ tamen
 pudorem non produxisset, nisi culpa præcessisset.
 Alcimus v. 21 libr. ii, *Corpora nuda videre, et mutua*
cernere membra Non pudet, atque rudis fœdum nil sentit
honestas. Non natura hominis, vitium sed causa pudori
est. Et postea v. 274, *Nam culpa rebellis Fulsit, et*
obscenos senserunt corpora motus. Tunc primum nudos,
dubium, quid dicere possim, Exinctus, natusne pudor
circumspicit artus. Erubuit propriæ jam mens sibi con-
scia culpæ. De modo autem quo in statu integræ na-
 turæ propagarentur homines, theologi inter se dis-
 sentiunt: et nonnulli quidem Patres docuerunt, in
 statu innocentiae propagationem hominum futuram
 per creationem, non per naturalem generationis
 viam. Sed scholastici cum S. Thoma pro certo po-
 nunt, futuras fuisse etiam in eo statu nuptias, et con-
 junctionem maris et feminæ. Addunt, defuturam
 motuum corporis inordinationem, non vero jucundi-
 tatem et delectationem. Pudor autem ex inordinatione
 oritur. Ita fere plerique Patres.

447. Barthius l. vii Advers., cap. 20, affirmat,
 Dracontium citra controversiam scripsisse *quibus*
omnia jussit Adonai, quia in scriptura vulgata abest
 ille qui jussit. Ad marginem vero notaverat Barthius
jus dat ad unum. Neutrum Rivino placet, etiamsi le-
 gas *jusserit unus*, vel *unum*, hoc est Deus. Præfert
 cum Sirmondo *jussit ad usum*, sed pro *jussit* melius
 putat *cessit*. Certe si mutatio invehenda est, malim
quibus omnia cessa fuerunt, vel *quibus omnia cessa*
auctor: nam revera a versu 437, *Ibant per flores*,
 nulla mentio Dei occurrit. *Cedere pro concedere* mult
 Christiani poetæ dixerunt, quod etiam apud Cicero-
 nem et alios veteres scriptores reperies. De hac si

178 Ar' oris unius fructu sub lege negato.
Vomere non tellus, non raſtro juſſa domari,
150 Quærerere nec ſudor fructus quocunq; labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare,
Imbriferis ſemper pluviis abſentibus uber
Cespes, et arbitrio creſcit ſetura marito.
179 Præterea ſolis datus eſt locus ille duobus,
453 Deliciis hominum tantum conſtructus opacis.
Non placidas ſuſtentat aves, non ore cruentas,
Unguibus armatas nescit perferre volucres,
Omne genus pecudum nescit, genus omne ſe-
[rarum.
Solutus ibi irrepsit squamoso corpore ſerpens,

A 460 Fraudibus Imbutus mortis, caput omne ma-
[lorum,
Pectore vipereo mellitum ex ore venenum
Funereo ſub dente parans ſpumante palato.
180 Ergo ibi livor edax contuſum dente ve-
[nenum
Ividiæ mordacis habens ſub fronte modesta,
465 Quærit opem ſcleri, per quam fallatur ho-
[neſtas,
S'mplicitasque cadat, vel credula corda reatum
Incurrant non fraude ſua, ſed clade perenni.
Fortia corda viri non expugnanda per anguem
Præſent pietatis inops, et conjugis aures

VARLÆ LECTIONES.

449. Vat., *raſtro*; alii, *raſtris*.
450. Vat., *neq; ſudor fructos*.
452. Vict., *a. imber Cespes et. Vat., Imbre ferat
n illo pluviis abſentibus aer Cespes arbitrio.*
453. Vict., *c. fortuna m.*
454. Vat., *l. iſte d.*
455. Vat., *d. ovium t.*
456. Vat., *Nec placidas ſuſtentata naves non ore
cruentas.*
457. Vat., *n. ſerire v.*

B 460. Vat., *f. indutus m.*
461. Vict., *v. mollitum ex.*
462. Vict., *munera jam ſub d. Azagr., fundere ſub d.*
463. Omnes, *ubi*; ex conjectura, *ibi. Vat., edax
coctum d.*
465. Sirm., *ſcleris. Vat., Vict., ſcleri.*
466. Vat., *cadit. Sirm., Vict., reatus. Azagr. et,
ut videtur, Vat., reatum.*
469. Sirm., *i. ſed c. Vict., i. at c. Vat., i. et c.*

NOTE.

gnificatione verbi *cedo* videri poſſet Schroderus Ob-
ſervat. jur. civil. 3, 4, et Arntzenius in Miscellan.
cap. 5. Sed cum codices mſs. conſtantly exhibeant
juſſit, tentari poſſet quibus omnia juſſa erant uti, cum
accuſativo *ut*, ut apud Ciceronem, Lucretium, Cato-
nem, vel juſſa erant eſſe, hoc eſt comedere, vel quibus
omni juſſa erant unum, vel juſſa ſubſeſſe, vel jure lice-
bant: ſic enim hic verſus reſpondet ſuperiori, *Illici-
tumque ſibi.*

448. Supra v. 413, *Arboris unius tantum nescite
caporem.*

449. Lectio Vat. confirmatur ſimili Ovidii verſu i
Met., v. 101, *Ipsa quoque immunis, raſtroque intacta,
rec ullis Saucia vomeribus per ſe dabit omnia tellus.*
Virgilius vero l. ix, v. 608, dixit terram domare
raſtris.

452. Weitzius in emendationibus reſert, Hæſche-
nium ſecum communicaffe conjecturam Simonis Toel-
mani, qui legebat et interpungebat: *Imbriferis ſem-
per pluviis abſentibus: imber Cespes, et arbitrio creſcit
fortuna marito.* Scilicet in paradiso pluvie non-ecce-
derant: loco pluvie ipſe cespes ſuo ſucco imber ſibi
erat, ejuſque velut mariti arbitrio creſcebat fortuna,
hoc eſt feronia, ut Varro loquitur, aut fertilitas terræ,
unde inſulæ Fortunatæ dictæ, quod fertiles ſuapte
natura ac ſeraces ſint. Verum ſcriptura Sirmondi
proba eſt, quæ etiam ante editionem Sirmondi Bar-
thio ſe probaverat. *Imbriferæ pluvie dicitur per hen-
diadyn, unum per duo, ut l. iii, v. 21. Sententia de-
ſumpta eſt ex Genes. cap. ii, v. 5: Non enim pluerat
Dominus Deus ſuper terram. Alcimus l. i, v. 227,
Nec poſcit natura loci, quos non habet, imbres, Sed
contenta ſuo dotantur germina rore.*

453. Rivinus conjicit *uber Cespes, et a genio creſcit
natura marito.* Sed bene eſt *et arbitrio creſcit ſetura
marito*, quod Barthius l. vii, cap. 20, exponit: *AR-
BITRIO MARITO, lubentia naturali, voluptate nativa.* Fa-
cere aliquid arbitrio eſt facere ſponte, non juſſu aut
coacte. *Fetura* pro fetu, qui non ſolum eſt partus
animalium, verum etiam fructus arborum et planta-
rum. Plinius l. xvii, c. 22, *Vitis in macro (ſolo)
etiã ſi vires habebit, recisa intra jugum moretur, om-
nis ſetura ſub eo exeat.* Iterum v. 616 occurrit *ſetura*,
Nec carnale genus minuit ſetura creando. Dicit autem
Dracontius *arbitrio marito*, quia alii ſolent dicere,
terram producere germina maritiſ imbribus, ſeu imbre

marito. Vide Pervig. Vener., *De maritiſ imbribus.*
Mar. Victor, lib. ii Gen., v. 165: *Tum ſe decoctis tel-
lus pinguiſſima glebis In fetus movit varios, quos imbre
marito Parturiens putri diſſolvit rura meatu. Alii,
putrido.*

454. Quod ſolis Adamo et Evæ paradisiſ datus
fuerit, excluſis aliis animantibus, oſtenſum eſt ſupra
v. 358 ex ſententia ſcilicet nonnullorum: nam ple-
rique aliter ſentiunt.

456. Rivinus in erratis pro *placidas* ſubſtituit *ra-
pidas*, inepte: excluſuntur enim aves tam placidæ
quam ore cruentæ. Libr. ii, v. 755, *Qui placidis
ſavisque juvet, etc.*

458. Supra v. 284, *Gignitur omne genus pecudum,
genus omne ſerarum.*

460. Mar. Victor, lib. ii, *Ille caput ſclerum, mundi
inſenſiſſimus hoſtis, quem verſum repetit lib. iii Pru-
dentius Hamart. v. 203, Hinc natale caput vitiorum:
principe ab illo Fluxit origo mali.* Deum caput virtu-
tum antea dixerat Prudentius.

461. Tertullianus l. i contra Marcionem: *Circum-
fert miſeris mixtum cum melle venenum.* Rivinus reji-
cit *mollitum* in Weitzio pro *mellitum*, et addit Bar-
thium pag. 353 Advers. malle *exire* pro *ex ore*, quod
non probat. In Barthio id non invenio. Fortaſſe Ri-
vinus notam illius mſ. vidit, qua ea conjectura con-
tineretur.

462. Barthius loc. cit. certo certius legendum ait
Funera jam ſub dente parans, quod Rivino placet.
Munera in veteribus editionibus aperte falſum eſt.
Ex Azagr. plauſibilis ſcriptura erui poſſet *Fundere
de ſub dente parans.* Non adeo inſolens eſt Latinis
duas propositiones conjungere. Exempla *de ſub* pro-
fert Cangius in Dict. ex veteribus Act. martyr.,
Gregorio Magno, aliisque. Similia habet verb. *depoſit*
aut *de poſt.* Nec diſſimile eſt *in ante* et *ex ante.* Con-
ſule Holſtenium ad acta S. Perpetuæ. De veneno ſub
dente vide v. 287. Spumat palatum ſerpentis, quia
venenum ſanienque vomit.

463. Ut ſenſus conſtet, legendum eſt *Ergo ibi
livor*, aut v. ſeq. *habet* pro *habens*, aut periodus con-
tinuanda eſt uſque ad verſ. 469. *Præſent*, etc. Pro
contuſum fortaſſe melius eſt *concuſſum*, ut v. 287,
Promitur anguis hians quatiens ſub dente venenum.

469. Libr. iii, v. 404, *Tertia ſors, quæ lucis inops.*
Hilarius Genes. de Ueo: *Qui nat. lucis inops.* Mar.

470 Aggreditur sub voce pia, sermone maligno
 Insidiosus adit heu! mollia corda puellæ,
 Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
 Illis semel assumptis reserantur lumina cordis,
 Ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
 475 Pœnituit nescisse dapes, et damna putantur
 Temporis exacta spatia: procedere pejus
181 Ausum quippe nefas. Tentat seducta ma-
 ritum,
 Et capit insontem jam noxia femina victum.
 Circumventa perit, sed circumscripta fefellit,

A 480 Nec circumscriptor serpens impune trium-
 phat,
 Nam postquam juvenis violata mente comedit
 Funereos sine lege cibos in morté futurus,
182 Mox sapit infelix, quid prævum, quid sit
 honestum:
 Coguita simplicitas, sed mox est corde fu-
 gata.
 485 Membra pudenda putat partem, quæ est prolis
 origo,
 Et qua ventris erat digestio, turpis habetur.

VARIÆ LECTIONES.

471. Vict. interpungit corda: puellæ Ingerit o
 475. Vat., Vict., Azagr., semel. Sirm., simul.
 475. Vict., p. rescisse d.
 476. Sic Sirm.; in Vat., e. spa.... procedere pejus
 Ausum quippe nefas tentat s. m.
 477. Vat., aut suum quippe.
 478. Vat., f. vinctum. Vict. distinguit insontem jam
 h. f. victum Circumventa perit.
 480. Vat. sic.; Vict., circumscriptum s. Sirm., cir-

cumscripta s.

481. Illic versus et seqq. usque ad v. 559 *Ad sce-*
lus desunt in Vict., sunt autem versus 58, qui repe-
 riuntur apud Sirm., Vat., Azagr.

482. Vat., m. futuros.

484. Sirm., s. et m. Vat., sed m.

485. Vat., putant patremque et prolis o.

486. Sic Vat., ubi *digesti* pro *digestio*. Sirm., *Et*
qua ventris erat pridem digestio turpis.

NOTÆ

Victor l. i Genes., *Casus mentis inops*. Sic *inops ra-*
tionis, consilii, humanitatis.

470. Pos-et cum Silio l. vii, v. 260, dici *Frau-*
disque vcneno Aggreditur mentes.

471. Barthius l. vii Advers., cap. 20, *a lit* accipit,
 ut *adire manum* apud Plautum. Sed hoc loco pro *con-*
venire, aggredi recte adire usurpatur. Legit autem et
 Interpungit Barthius *Insidiosus adit heu! mollia corda:*
puella Ingerit ore cibos.

475. Weitzius cum Vict. *Pœnituit rescisse* (hoc est
 gustasse, gustando cognovisse) *dapes, et damna pu-*
tantur Temporis exacti spatio procedere pejus. Ausa
quippe nefas tentat seducta maritum. Ubi quippe tri-
syllabum est ex Barthii opinione, qui hoc et nonnullis
aliis locis versus trājectos esse affirmat, quorum
restitutio peculiare notas desiderat. Rivinus lectio-
nem nostram præfert, et explicat Nefas ausum est
procedere pejus. Sed non exponit quid sit dāma pu-
tantur Temporis exacta spatia. Fortasse Dracontii sen-
tentia est, Evam damnū putasse, quod antea absti-
nerit, adeoque ultro in pejus processisse.

477. Mar. Victor l. i, v. 413 Genes., *Experti jam*
docta mali consortia culpæ Quærit, et incautum frau-
dis male gnara maritum, Qua periit prior, arte petit.

478. Prudentius Dittoch. v. 3, *Tinxit et innocuum*
maculis sordentibus Adam. Barthius legit victum, Cir-
cumventa premi, spe circumscripta fefellit. Putabat
enim Eva, si conjugem iuvitasset ad peccatum, suum
ipsius allevaturam. Rivinus notam ms. ad marginem
vidit, qua Barthius conjecerat femina victum Circum-
venta aperit. Ipse autem Rivinus distinguit et legit
Et capit insontem. Jam noxia femina victum Circum-
venta petit, sed circumscripta fefellit. Sed minus bene
dicitur petit victum, non enim victus erat, cum illum
petiit.

479. Pro *sed*, melius esset *et*. Libenter etiam le-
 gerem *Circumscripta perit, et circumscripta fefellit:*
 aut *Circumventa perit, circumscribensque fefellit*. Oren-
 tius v. 540 de Eva: *Tu cito decepta, tu cito decipiens.*
 Hujus Orentii, sive Orientii, sive Oronitii poetæ pari-
 ter Hispani Commonitorium carmen est eruditum et
 venustum, sed multis locis depravatum et corruptum.
 Hispanicis versibus illud reddidit Emmanuel Joseph
 Fernandez Vinjoy, Matrii, in-4, anno 1790, qui
 Orentium in fronte operis sanctum appellat, nescio
 quo jure. Sententia Orentii et Dracontii quod Eva
 Adamum deceperit, insontem ceperit, fefellit, non
 adversatur Apostolo ep. I ad Timoth., cap. ii, vers.
 14: *Et Adam non est seductus, mulier autem seducta*
in prævaricatione fuit. Plerique enim Patres et inter-

pretes fatentur Adamum aliquo sensu ab Eva fuisse
 deceptum, quamvis non uno modo verba Apostoli
 interpretentur, ne huic deceptioni Adami contraria
 videantur. Probabile mihi est S. Paulum ostendere
 Adamum minus deceptionibus fuisse obnoxium quam
 Evam, quia hæc prior a serpente decepta fuit, ille a
 femina jam decepta. Ambrosius lib. iv de paradiso:
Mulier prior decepta est, et virum ipsa deceptit.

480. Tertullianus l. ii adversus Marcion., cap. 7,
Denique puta, intercessisse (Deum), puta rescidisse
illum arbitrii libertatē, dum revocat ab arbore, dum
ipsum circumscriptorem colubrum a congressu feminae
arceat. Rivinus in vulgata lectione hærebat, quia hi
 versiculi male et inter sese et cum seqq. cohærent:
 scribebat ergo *Jam noxia femina victum, Ac circum-*
scriptum serpens impune triumphat, passive triumpho,
 et omnino prætermissio versu præcedenti *Circumventa.*
 Sed scriptura a nobis restituta plana est ac facilis.
 Solum objici posset, quod vers. seq. redditur ratio,
 cur serpens impune non triumphet, et nihil postea
 de serpente dicitur. Hæc difficultas utriusque scripturæ
 obest, adeoque potius versus hic, ubi sermo est de
 serpente, loco movendus esset, quam versus præce-
 dens *Circumventa perit.* Cæterum versus sequens *Nam*
postquam narrationem pœnæ Adami et Evæ inflictæ
 inchoat, de quibus serpens non impune triumphavit,
 quia Deus iram veniam temperavit et resurrectionem
 etiam eorum post mortem decrevit.

485. *Sapit* sumitur pro *scit*; exponitur enim quid
 in Adami arbor scientiæ boni et mali effecerit. Bar-
 thius l. lvi Advers., cap. 5, notat *sapere* pro sentire,
 scire, existimare proprium esse scriptorum Romæ
 inclinantis, et Augustinum in eam rem allegat. Ve-
 rum idem verbum *sapere* nonnunquam a veteribus
 ita usurpatur, ut, si sciendi significationem non habet,
 certe non longe ab ea sit. Nunc quædam vulgares
 linguæ a *sapere* dicunt scire, ut Hispana *saber*, Itala
supere.

484. *Simplicitas* pro innocentia occurrit l. ii, v.
 804. In eo temporis puncto, quo Adamus simplicita-
 tem sive bonum et honestum cognovit, gratia exci-
 dit, bonumque amisit. Sed quid? Ignorabatne antea
 quid esset honestum? Non ignorabat certe; sed per
 peccatum experimento cognovit bonum quod amisit,
 et malum in quod incidit, ut plerique Patres et theo-
 logi exponunt. De cognitione etiam, qua præditus
 fuit Adamus, mysteriorum supernaturalium, non le-
 vis est quæstio: quam veram fidem supernaturalem
 fuisse probabilius est.

486. Scripturam Sirmondi falsam esse agnovit

Omnibus ex membris satis mundior illa puta- A
 [tur,
 Noxia sola magis fuerat quæ in corpore toto,
 Os, aditus mortis, quam protulit, atque recepit,
 490 **183** Lingua suada mali: sed et aures limina
 [mortis.
 Viderat Omnipotens, homines didicisse pudor-
 [rum,
 Perdiderant quem fraude truci, dapibusque
 [comesis,
 Errantes per prata reos, foliisque tegentes
 Fecundos artus: dant agnita membra reatum.
 495 Illicitum fas ante putant, licitumque profecto
 Creditur esse nefas. Hos increpat ore tonanti
 Sacrilegos, qui jura Dei calcando profanant,

Dum quærent ullas foliis, vel rupe latebras;
 Tunc magis obtunsi, cum credunt posse latere
 500 Omne suum quodcunque Deum, cui cuncta pa-
 [tescunt,
184 Et merito, quia cuncta facit, fecitque ju-
 [bendo.
 Non fugit artificem, chalybis quæ massa ca-
 [minos
 Sustineat, rubigo latens quæ viscera ferri
 Corrodat, quæ missa semel fornace liquescat.
 505 Hic non defossa prodit tellure metalla,
 Promittit saxi, et non de pulvere gemmas.
 Scit, quibus immittat mordaces fluctibus hamos,
 Retibus aut pisces fallat scrutator aquarum;
 Et male venturas sperat sibi nauta procellas.

VARIAE LECTIONES.

487. Sirm., ipsa. Vat., illa.
 489. Sic Vat., sed nos pro os. Sirm., Os aditum
 mortis tunc protulit atque recepit. In Azagr. est adi-
 tus. Cætera cum Sirm. consentiunt, ut videtur.
 490. Ita Vat., sed lumina pro limina. Sirm., Lin-
 gua malisuada, s. e. a. limina mortis.
 491. Sirm., omnem. Azagr., hominem; sic Vat.
 Ex conjectura homines.
 492. Azagr., perdiderat. Sirm., Vat., perdiderat.
 Vat., comessit.
 494. Sirm., jam fædos artus. Vat., Azagr., se-
 cundos artus.
 495. Sic Vat.; in Azagr., illicitum justum reputant
 l. Sirm., illicitum licitum reputant, l.
 497. Vat., s. quos j.

B 499. Vat., Tunc m. o., cum quærent p. l. Sirm.,
 Hinc m. o., quod credunt p. l.
 500. Ita Vat., sed tuum quocunque pro suum quod-
 cunque. Sirm., Tunc quodcunque Deum, cui cuncta
 creata patescunt.
 501. Vat., Et merito quia cuncta facit... deest re-
 liquum.
 502. Sirm., a. calidos q. m. Vat., a. calybs quem
 m. Hinc chalybis quæ.
 503. Sirm. ita; Azagr. r. labens quæ. Vat., r. la-
 tens quod v.
 504. Vat., excedat quod missa.
 505. Azagr., hinc non.
 506. Sirm., promittens, Vat., promittit.
 509. Sirm., v. spondet s. Vat., v. sperat sibi.

NOTÆ.

Rivinus, qui ex ingenio restituebat *Et partem, quæ
 ventris erat egestio, turpem.* Ac revera egestio proprie
 huic locò conveniret. Cælius Aurelianus l. v Tardar.,
 c. 10, al. 8, egestionem per ventrem pro emissionem
 posuit. Sed digestio ventris pro ipsa egestionem, quæ
 effectus illius est, non inepte usurpatur. Macrobius
 l. vii Saturnalium, c. 4, Ergo in ventre fit prima di-
 gestio, virtute allæ ica in succum vertente quidquid
 acceptum est, cujus fæx retrimenta sunt, quæ per in-
 testina inferiore orificio tradente labuntur, et officio
 quaræ virtutis, cui ἀπορριτική nomen est, procuratur
 egestio

488. De lingua mala vide notam ad v. 57, Quod
 hominis mala lingua tacet.

489. Rivinus in scriptura Sirmondi suspicabatur
 Os aditum mortis tunc protulit, atque recepit. Lectio
 Vat. verior est: intelligo autem partem noxiam esse
 os, aditum mortis, quam mortem os protulit atque
 recepit, necnon linguam et aures: vel etiam partem
 noxiam esse linguam, quam os (quod ipsum est
 aditus mortis) protulit atque recepit. Peccatum enim
 primum ore magis quam lingua perpetratum fuit: D
 aures autem fuerunt limina mortis, quia Eva vocem
 serpentis auscultavit, Adamus Evæ persuasione de-
 ceptus est.

490. Melius consulimus metro cum Vat., Lingua
 suada, mali, quam cum Sirm., Lingua malisuada.
 Fortasse Sirmondus dividere voluit mali suada. Ut
 suetus non semel trisyllabum fecit Dracontius, sic
 nunc suada. Apuleius sub fin. l. vi Metam., Divini
 somni suada majestas.

492. Pecca ad Adam pudor quodam sensu natus,
 quodam exstinctus dicitur. Vide notam ad v. 445.
 Perdiderant igitur virtutem, quæ effectrix est pudor-
 ris, et nihilominus pudore naturali afficiebantur, qui
 tamen bonus non est, nisi a virtute pudicitiae procedat.
 Perdiderant fraude truci, quia v. 467 dixit, In-
 carrant non fraude sua.

C 494. Lectio Sirmondi non displicet. Sed *Fecundos
 artus pro secundantes*, ut antea dixit *prolis origo*,
 verior est scriptura. *Dant agnita membra reatum*, hoc
 est reatus est, et culpa agnoscere, videre membra
 nuda.

495. Quod fas antea erat, illicitum putant, et quod
 revera licitum esset, nisi culpa præcessisset, cre-
 dunt esse nefas, ut est nuditas. Insaniebant Adamitæ,
 qui pro nuditate exemplum Adami proferebant.

497. Confer l. iii, v. 561, *Sacrilega quasi mente
 putem non omnia nosse.*

499. Sententia eadem est in utraque scriptura:
 sed ex lectione Vat. aliud eruo quod multo magis
 mihi placet, scilicet *Tunc magis ostensi, cum credunt
 posse latere Obtentu quocunque Deum.* De obtentu
 Virgilius l. xi, v. 66, *Exstructosque toros obtentu si on-
 dis inumbrant.* De ostensus Lucanus l. ii, v. 192, *Ut
 sceus hoc Syllæ, cæde que ostensa placeret.* Mar-
 Victor lib. i Gen., *Tunc potes Dominum fugiens eva-
 dere? tunc Omnia cernentem sperasti posse latere? Ut
 vastis jaceas tenebris, celabere nunquam.* Vide Alci-
 num l. iii Genes.

501. Sirmondus interpungit *jubendo, Non fugit.*
 Rivinus notat in *jubendo* sensum omnino absolutum
 esse. Hæc ratio infinitæ scientiæ divinæ redditur
 etiam l. iii, v. 10.

504. Ex Vat. conjicio *Excedat, et quæ massa semel,
 vel quæ missa semel fornace liquescant.*

505. De his est sermo qui cognoscunt ubi sint me-
 talli ante defossam terram, et gemmas in rupibus
 quarunt.

507. Statius l. iii silv. 1, v. 84, *Fluctivagos nau-
 tas, scrutatoresque profundis.* Piscatores vocat *scruta-
 tores profundis.*

509. *Sperare* accipitur etiam pro metuere mala
 quæ cogitamus, vel etiam pro credere futurum id
 quod nolumus. *Spondet*, quod habet Sirmondus, di-
 citur etiam de vaticinantibus et oraculis; sed non

- 510 Si pluvialis hiems, aut saxeus urgeat imber, A
Non latet agricolam. Sub terris providus undæ
Promittit fontes designans ante saporem,
185 Inspecta tellure semel. Sine flatibus ullis,
Sibila dum reticent, necdum serpentē notato,
515 Prædicat Psyllus vim cujuscunque veneni.
Signa videt mortis medicus, reducisque salutis,
Et negat, aut spondet victurum iudice visu,
Tædia lætitiæ, vel gaudia luctibus indens.
-Cur exempla damus homines præscire futura,
520 Cum, testante Deo, doceantur nosse, quod in-
[stat?

- Natio viperea, clamans, mortalibus loquit,
Signa poli nostis, prædicatis : Imminet imber,
Et veniet, nec fallit hiems, nec tardat adesse.
186 Ecce genus hominum ventura scire pro-
[batur.
525 Nec mirum, Christi si sentit imago futurum,
Cum nos venturum moneant animalia multa.
Bucula, rana, grues, formicæ, curvus, hirundo
Prædicunt p'uvias, nec jam præsentia fallunt.
Quid res exanimas? testis ardente lucer a
530 **187** Scintillare oleum, fungis crescentibus
[imbre?

VARIÆ LLECTIONIS.

510. In Vat. desunt verba *aut saxeus urgeat imber*.
511. In Vat., *undæ*; obscure.
512. Vat., Azagr., *ante*. Sirm., *arte*.
513. Hi duo versus *Inspecta* et *Sibila* non leguntur in Vat.
515. Vat., *prædicat sibilis vim*.
516. Ita Vat.; in Sirm., *s. v. medicus mortis, r.*
518. Vat., *Tædia læti vel gaudia fluctibus index*.
519. Sic Vat.; in Sirm., *populi pro homines*.
521. Ita Vat., sed *nate* pro *natio*. Sirm., *Natio v.*

- clamat, m. inquit.*
B 522. Vat., *poli nosis*, et obscure *prædicatis*.
523. Vat., *adesset*, correctum per *adesse*.
524. Vat., *probatum*. Sirm., *probatum*.
526. Vat., *quam nos*.
527. Vat., *bucula, rana, sues*, sed scribit *buccula*.
Sirm. *ardea, rana, sues*. Ex conjectura *grues*.
528. Vat., *Prædicant p. n. j. præsentia f.*
529, 530. Sic ex conjectura : *ms., Quid res exanimas testas ardente lucerna Scintillare oleum fungis crescentibus ignem.*

NOTÆ.

invenio exempla in rebus malis futuris quæ prædicuntur.

512. Cum in Azagr. et Vat. sit *ante*, hoc retineo : et fortasse vers. super. legendum est *undæ*, nam obscurum est id verbum in nexu litterarum codicis Vaticani. Sensus erit : Providus promittit undas designans fontes ante saporem, vel in scriptura vulgata *undæ*, providus undæ promittit fontes, designans antea saporem aquarum. Editi distinguunt *saporem*. *Inspecta tellure semel sine flatibus*, etc. Sed melius distinguedum videtur *designans ante saporem*, *Inspecta tellure semel* referatur ad *providum undæ*, et nova periodus inchoetur a vocibus *Sine flatibus* : quæ distinctio Rivino in erratis etiam placuit. Providus undæ, sive peritus scrutandi venas aquarum dicebatur *aquilex*. Plinius xxvi, c. 6, *Tussilago silvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt : et hoc habent signum aquileges*.

515. De hoc versu vide num. 7 prolegom., ubi Isidori locus de eo expenditur. Ex toto contextu liquet legendum *Prædicat*, non *Præcidit*, ut volebat Galladius : nam exempla proferuntur eorum qui virtute *prædicendi* pollent, tam in præcedentibus versibus quam in sequentibus. De Psyllis multa affert Lucanus l. ix, a v. 895, et de hac arte prædicendi solum id habet : *Tum superincumbens patientia vulnera lambit, Ore venena trahens, et siccat dentibus artus, Extractamque tenens gelido de corpore mortem Exspuit : et cujus morsus superaverit anguis, Jam promptum Psyllis vel gustu nosse veneni*. Alii nosse venenum. Plinius l. vii, c. 2, præter Psyllos tradit fuisse etiam in Hellesponto circa Parium genus hominum qui serpentum ictus contactu levare solebant et manu imposita venena extrahere corpori. Nonnulli putant Psyllorum non vim propriam aut scientiam, sed audaciam fuisse, quoniam venenum serpentum non gustu, sed in vulnere nocet, quod jam olim docuit Celsus libr. v, cap. 27, et recentes medici pluribus confirmant. Psyllis comparantur Marsi, de quibus Alcimus l. ii, *Hinc est, laudato quod possunt carmine Marsi, Cum tacita sævos producunt arte dracones Absentes*, e.c. Adde Plinium loc. cit.

520. Matthæi cap. xvi, v. 2 seqq.

521. *Natio viperea* desumptum est ex Matth. c. xii, v. 54, *progenies viperarum*.

524. Posset cum Vat. legi *probatum*, scilicet probatum est, homines scire ventura. Sed *probatum* videtur magis Dracontianum, ut v. 385, *Quibus apta probatur*. Vide notam ad v. 26 libr. ii.

525. Rivinus rectius putat, si legatur *Nec mirum, Christi si sentit imago futurum Nimbium, cum moneant venturum animalia multa* : nihil enim hic de adventu Christi. At vero in scriptura vulgata sententia sibi constat, quin de adventu Christi quidquam cogitemus. Dracontius ait : homo ventura prædicat, nec mirum si homo, qui est imago Christi, prævideat quod futurum est, cum animalia multa moneant nos quid sit venturum. Homo *Christi imago*, ut v. 358, *cælestis imago*.

527. Præstat legere *Bucula, rana* cum Vat. quam cum Sirm. et cæteris, *Ardea, rana*. Virgilius libr. i Georg., v. 363, ex ardea signa ventorum surgentium peti docet : *Notasque paludes Deserit, atque altam supra volat ardea nubem*. Sed paulo post de prognosticis imbris, de quibus agit etiam Dracontius, ita Virgilius : *Nunquam imprudentibus imber Obsuit ; aut illum surgentem vallibus imis Aeris fugere grues, aut bucula cælum Suspiciens, patulis captavit naribus auras, Aut arguta lacus circumvolavit hirundo, Et veterem in limo ranæ cecinere que etiam, Sæpius et tectis penetralibus ex ulit ova Angustum formica terens iter, et bibit ingens Arcus, et e pastu decedens agmine magno Corvorum increpuit densis exercitus alis*. Hæc omnia unico hoc versu complexus est Dracontius : itaque *sues*, quod in omnibus editis et mss. reperitur, confidenter mutavi in *grues*, quas primo loco Virgilius memorat. Habebat autem præ oculis Dracontius totam Virgilii de prognosticis doctrinam, ut ex versibus, qui præcedunt, quique consequuntur, liquido patet. Nam etiamsi Christi nomine signa priora enuntiet, quædam tamen a Virgilio mutuatur, ut quod ait Virgilius v. 424, *Si vero solem ad rapidum, lunasque sequentes Ordine respicies, nunquam te crastina fallat Hora*, e.c. Dracontius *Nec fallit hiems*. De *bucula* consentit etiam Cicero in prognosticis l. i de Div. nat., *Mollipedesque boves spectantes lumina cæli Naribus humiferum duxere ex aere succum*. Confer notas ad v. 54 et seqq. hujus libr. i.

529. Quidam apud Rivinum attentaverat *Quid res exanimas testor, ardente lucerna Scintillare vident fungis crescentibus ignem?* Et ita sententia planior Ri-

An Deus omnipotens posset ne cire latebras
Rupis, et ex foliis vestis contexta caducis
Aspectanti obstare Deo? Tunc voce retractus
Crimine femineo semet peccasse fatetur

535 Infelix conjux, in conjugē facta redundat,
188 Et reus accusat, sed non purgandus agebat.

Et sic participem propter solatia cladis
Consciū ascivit socius; ceu femina possit,
Ad scelus horrendum, vel sœva piacula mortis

540 Supplicio sociante duos, relevare reatum.
Credidit infelix: sed par sententia damnat,

Quos par culpa tenet: gradus illic temporis in-
[ter
Est tantum, nam causa ligat communis utrum-
[que.

Exsurgit censura Dei pietate severa,

545 Et vitæ, mortisque simul sententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors datur, atque ne-
[gatur,

189 Ultio vitalis cohibetur limine mortis.

Pœna mori crudelis erat, sed vivere pejus.

Otia, delicias perdunt, discuntque labores,

550 Qui cultore Deo fructum telluris habebant,

VARIÆ LECTIONES.

531. Vat., *Audens omnipotens p. n. tenebras.*

532. Vat., *Rupis et ex foliis... contexta caducis:* lacuna relinquitur ad vocem *vestis*, aut aliam.

533. Vat. et alii, *aspectus obstare*. Vat., *Deo*. Sirm., *Dei*. Vat., *Voce reatus*. Sirm., v. *reatum*, ex conjectura *aspectanti*.

536. Sic Vat.; in Azagr., *Et reus excusat se, non et p.* Sirm., *Et r. excusat, sed non p.*

537. Vat., s. *cordis*; ad marg. *cladis*.

538. Vat., *seu pro ceu*.

539. In Vict. hic versus proxime succedit versui 480, sed in eo legitur *ac scelus*.

540. Vat., *reatum*; alii, *reatu*.

541. Vat., *si pro sed*

542. Sirm., Vict. et in nexu litterarum obscura Vat., *inter*. Azagr., *index*.

543. Vict., *ac vitæ*. Vat., *Et vita est, morsque simul sententia...* deest reliquum.

546. Vict., *mors de utroque negatur*.

547. Vat., *Ulla v. è. lumine m.*, supra *limine*. Alii, *limite*.

548. Vat., v. *pœnis*; ad marg., *pejus*.

549. Vat., *ora delicias*.

550. Vat., *t. habebat*.

NOTÆ.

vino videbatur, qui tamen hoc modo restituebat *Quin res exanimas* (scilicet prædicunt pluvias) *cum testa ardente lucerna Scintillat oleum fungis crescentibus imbre*. Dracontius imitatur Virgilium l. i Georg., v. 390, *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ Nescivere hiemem, testa cum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concrevere fungos*. Ex his versibus collatis cum mss. eliciuntur lectionem, quam edidi. Cum aer humidus esse cœperit, favilla, quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitie residet in lucerna et fungorum imaginem reddit, ut Virgili interpretes explicant. Vide etiam Apuleium l. ii Metam. ante med.

532. Redit ad id quod dixerat v. 498. Rivinus conjicit *Rupis*; an *ex foliis vestis contexta caducis Aspectus cohibere Dei*? Recte esset *an*, sed sensus idem est; intelligitur enim *et an ex*, etc.

535. Sirmundus edidit *Aspectus obstare Dei*; sed parum Latine id diceretur. Rivinus ex ingenio *Aspectu cohibere Dei*. Ex Vat. conjicio *Aspectanti obstare Deo*. Posset etiam *Aspectis obstare Dei*: nam olim *aspectus*, *aspekti*, declinabatur ex Nonio c. 8, n. 15, qui duo Accii exempla allegat. Reliqua sic legit Rivinus, *Tum voce creatum, Crimine femineo se sed peccasse, fatetur Infelix conjux, in conjugē facta redundat, Et reus excusat, sed non purgandus habetur. At sic participem, etc.* Sirmundus legit et interpungit *Tunc voce reatum, Crimine femineo semet peccasse fatetur. Infelix conjux in conjugē facta redundat, Et reus excusat, sed non purgandus agebat. Et sic participem, etc.* Multo clariora hæc sunt, ut a nobis restituntur, *Tum voce ret actus, Adam, infelix conjux, voce Dei retractus, quod eleganter dicitur de illo qui unde fugerat eo vi reducitur. Fatetur Adam semet peccasse inductum a femina, adeoque in conjugē facta redundat, hoc est peccatum partim in conjugem rejicit. Redundo cum accusativo, ut Statius l. iv silv. 3, v. 71, de fluvio ait: Pandis talia faucibus redundat. Elegantius esset in conjugem, sed poetice non male est in conjugem. Lucretius l. vi, v. 712, Nilus in æstate crescit, campisque redundat. Vide Gifanium in Indice. Venusta est lectio Vat., *Et reus accusat, sed non purgandus agebat*, quam librarii non intelligentes perverterunt. Adam non solum se excusavit, verum etiam accusabat uxorem, cum ipse esset reus. Additur *se! non**

purgandus agebat, et melius esset *sed non purgatus agebat*. Verbum *agere* proprie eis convenit, qui res suas jure persequuntur, et actionem adversus alios intentant: quo sensu actor opponitur reo. Adam ergo, qui reus erat quique purgari non poterat, partes actoris sibi arrogavit.

537. Forte legendum *cladi Consciū ascivit socius, vel cladis Consciū ascivit sociam*. Nec male est *cordis*.

538. *Consciū* al solute pro reo a Plauto Seneca in tragœd. aliisque adhibetur. Rivinus legit *ceū femina posset*: aliæ editiones et mss., *possit*.

539. Libr. ii, v. 401, *Ad sœva piacula*. Libr. iii, v. 265, *Tam sœva piacula*.

540. In Fabricio mendum est *revelare*, quod jam emendaverat Weitzius per *relevare*. Prima editio Vict. habet etiam *relevare*. Significat autem *relevare* minuire, levem facere. Prænius in Paneg. c. 49, *Ut studium omnium, laboremque et tanquam exactor intendere, et tanquam particeps sociusque relevares*.

541. Libr. ii, v. 467, *Scelus omne peractum Respicit auctorem, socios cunctosque ministros Implicat*. Confer etiam l. ii, v. 419, *Non sociant pœnæ, quos non junxere reatus*. Lucanus l. v, v. 289, *Rheni mihi Cæsar in undis Dux erat, hic socius. Facinus quos inquinat, æquat*. Arator l. i, v. 472, de Saphira: *Cadit impia conjux Supplicio percussa pari, quia crimine ab uno Fu commune nefas, quoties scelus ante peractum Consensus facit esse suum*.

543. Weitzius affirmat se restituisse nam pro non. In editione prima Vict. et in secunda Fabricii invenio nam. Fortasse exemplaria Fabricii variant.

545. Libr. ii, v. 697, *Levis est sententia cœli*.

546. Legendum puto *Supplicium felix*: nam in omnibus his versibus est acumen et quædam oppositio: *Censura pietate severa, vitæ mortisque simul sententia, supplicium felix quo mors datur atque negatur ultio vitalis cohibita limine mortis*.

547. Legi etiam potest *limite mortis*. Intelligitur autem ultio in vitam hominis, cui tot ærumnis obnoxio felicitatis genus est mori, ut vers. seq. declaratur, et explicatius vers. 555, *Et vitæ mors meta datur cum fine malorum*. Eodem recidit, si dicatur, ultionem cohiberi limite mortis vitalis, quod magis mihi probatur.

548. Forte, *vivere peior, videlicet pœna*.

Agricola dominus quam nondum verterat un- A
[quam.

Ipsè rigator erat, sator, altor, messor, arator.
Offendunt hunc ambo pium : trudentur ab horto,
Perpetui flores nec sunt sub jure reorum,

555 Et vitæ mors metâ datur cum fine malorum.
Magna Dei pietas, veniã qui temperat iras.

Vita gravis hominum subducitur impete mortis,
190 Quæ recidiva magis conversis corde
[re urgit.

Mors mundanorum requies est certa laborum,
560 191 Et male viventi præstatur fine salutis.
Continuans quodcunque nocet pravumque bo-
[numque.

VARIAE LECTIONES.

551. Sirm. ita; Vat., *Agricolam Dominum q. non dividerat unquam* : sorte est quæ non.

552. Vat., *sator alter messor*; alii, *s. auctor, m.*

553. Vat., *o. hunc a.* Sirm., *o. nunc. a.* Azagr., *o. tunc a.* Vict., *o. hæc a.* In Vat., *ortu pro horto.*

554. Azagr. ita; Sirm., *p. floris, non est s. Vict., p. floris, nec est s. Vat., perpetui floris, nec habet s.*

556. Sic Vat.; in aliis, *p. semper qui.*

558. Ita Vat.; cæteri, *m. vivaci corde r.*

559. Vat., *r. vel certa.*

NOTÆ.

551. Vict. facit cum Sirm., sed Fabricius pro *quam* B
edidit *cum* per errorem, in quem Weitzius etiam incidit. Rivinus suspicatur *Agricolæ vomis cum nondum verteret agrum.* Barthius, lib. vii Advers., cap. 20, spurium hunc versum putat, quo dempto clarissima est sententia. Ex Vat. conjici potest *Agricolam dominum quæ nondum viderat unquam.* Verba Genes. ii, 5, hæc sunt : *Et homo non erat, qui operaretur terram.*

552. Ex mendo Vat. *alter*, lego *altor* potius quam *auctor* cum editis. Vide lib. iii, vers. 515, cum nota. Cicero lib. ii de Natur. deor., c. 34, *Omnium rerum, quæ natura administrantur, seminator, et sator, et parens, ut ita dicam, atque educator, et altor est mundus.*

553. Rivinus conjicit *Offendunt hæc ambo pium vel Deum*, ut hæc ponatur pro hi. Sententia Vat. recte procedit.

554. Scriptura Vat. reformari ita potest *trudentur ab horto Perpetui floris, nec adest sub jure reorum.* Pro est scriptores sequioris ætatis, ut Commodianus, Sedulius et alii, usurpant *adest.*

555. Prudentius hymn. v Per., vers. 527, *Finem C
malorum præstitit Mortis supremus exitus.*

558. Barthius lib. xxxv Advers., cap. 10, *recidivus* exponit *vitæ restitutus, et velut excisa stirpe repullulans*, quod hoc exemplo Dracontii confirmat et alio Paulini ad Nicetam de Christo : *Recidivus Abel pascit effusi pretio redemptos Sanguinis agnos.* Barthio opponit Rivinus, quod hoc Dracontii loco *recidiva* est a *recido*, non a *cædo*. Verum dubium non est quin *recidivus* pro renascenti sumatur, sive a *cædo* trahat originem, ut multi putant, sive a *recido* pro recurrere : nam recidere dicuntur quæ redeunt seu recurrunt. Virgilius lib. x, vers. 58, *Dum Latium Teucris, recidivæque mœnia quærunt* : ubi Servius interpretatur *renascentia*, et a *cædo* videtur deducere *recidivus*. Alii minus apte *mœnia quæ bis ceciderunt* exponunt. Deberet quidem secunda in *recidivus* esse longa, si a *cædo* *recidivus* diceretur, sed in derivatis sæpe variat quantitas. Charisius hoc discrimen inter *recidivus*, et *redivivus* agnoscit, quod *REDIVIVA* dicimus quæ post D
interitum redeunt, RECIDIVA quæ ex suo casu restituuntur. Si hoc discrimen semper servaretur, hoc loco potius legendum esset *Quæ rediviva magis.* In editis est *vivaci corde resurgit*, quod de anima post obitum corporis superstite intelligi potest. In Vat. *conversis corde* accipio de resurrectione etiam corporum, quæ justis hominibus ad æternam felicitatem concedetur : de qua resurrectione postea multis argumentis agit Dracontius a vers. 621.

559. Rivinus putat hunc versum esse Eugenii Toletani, qui epigramm. 4 de bono pacis ait : *Pax fessis requies, pax denique certa laboris*, ubi ego mallet *meta laboris*. Imo cum in Dracontii versu Vat. habeat *requies vel certa*, non absonum esset legere *requies vel meta*, sumpto vel pro et, intelligitur enim est, etiamsi non exprimitur. Sic vers. 555, *Et vitæ mors metâ datur cum fine malorum.* Quod autem hic versus Eugenii sit, non assentior Rivino : exstat enim in Vict. et Vat., in quibus nullam esse opinor Eugenii corre-

ctionem. Imitatus ergo est Dracontium Eugenius epigrammate illo suo. Quod attinet ad explicationem hujus et duorum sequentium versuum, audiendus est Barthius lib. liv Advers., cap. 9, *Ita enim censet Michael Glycas lib. i Annal. cum aliis priscis Patribus, sine mortis auxilio post lapsum primum parentem in perpetuis hujus, quas meritis erat, vitæ miseris victurum fuisse : Deum autem misertum infinitarum ærumnarum pro pœna simul, et solatio mortem introduxisse. Producit autem Glycas testes, et fundamenta hujus sibi assertionis Basilium, Chrysostomum, Gregorium Nazianzenum et Anastasium Sinaitam.... Sed his admissis sciendum est, nos minime terminum malis imponere, cum post vitam insolentem mortui fuerimus, sed crimina nostra simul, et eorum pœnam in aliam mortem, quæ nunquam moritura est, continuare : qua de re sic optime scribit Joannes Saresburiensis lib. xi de Nugis curialium, c. 27, ex vetustiore quodam scriptore ecclesiastico : Unum est, inquit, quod totis mentis et corporis viribus fugiendum est : quid illud sit, quæris? turpitudine et totius species inhonesti. Hæc enim faciunt, mortem non esse terminum malorum, sed antecedentium et succedentium copulam. Quam eandem sententiam nobis proposuit etiam Dracontius.... Mors mundanorum, etc. Idem Barthius, lib. vii, cap. 20, explicans versum, *Et male viventi præstatur fine salutis*, ait : *Præstare est beneficio quem aliquo afficere. Mors eo fine beneficii instar datur mortalibus, ut salutis tandem sint compotes.* Alio vero loco, ut animadvertit Rivinus, vel fortasse ad hunc locum manu scripsit Barthius, legendum esse, *Et male viventi præstat finire salutem*, quod rejicit Rivinus exponens *fine salutis*, hoc est salutis causa. Equidem sententiam obscuram adhuc permanere puto : nam si mors est requies laborum iis tantum qui bene vivunt, quo pacto præstatur male viventi fine salutis, nempe salutis causa, vel ut compotes salutis sint? Et quid, rogo, est mortem continuare quodcunque nocet pravumque bonumque? Nam bonum cui nocet? Et si continuat mors quodcunque nocet, male viventi cur datur salutis causa vel fine? Rivinus mallet *Continuans quodcunque necat pravumque bonumque.* Sed difficultas eadem est, sive *necat* sive *nocet* legas. Existimo igitur hanc esse Dracontii mentem, quod mors est requies laborum hujus vitæ, et homini male, hoc est in ærumnis et miseris viventi præstatur beneficii et gratiæ loco, quia morte molestiæ hujus vitæ finiuntur. Versus *Continuans quodcunque nocet* cum versu sequenti conjungi posset, ut Deus sit continuans vitas hominum et quodcunque eis nocet, adversa et prospera. Nisi mavis ita legere *Continuum quodcunque nocet pravumque bonumque*, vel *Continuans neutrorum more*, hoc est quodcunque continuans vel continuum, sive pravum sive bonum sit, nocet, quod demum mihi unice placet : ut sensus sit, etiam bona hujus vitæ, si perpetua essent, fastidium allatura, cum nec vere bona sint. Tum vers. seq. legere poteris *Solus in æternum bonus est regnator, et auctor Virtus trina Deus.* Matth. xix, 17, *Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus.**

Solus in æternum Deus est regnator, et auctor, A
 Virtus trina Deus, triplex Deus omnis et unus,
 De quo speratum conceditur omne benignum,
 565 Et quæcunque jubet, præsumptio nulla fefellit,
 Nec deest effectus faciendi tempore eodem :
 192 Quem penes et sensu præcordia muta lo-
 [quuntur,
 Et, lingua reticente, sonat super æthera sermo,
 Ac mens pura Deum potius quam lingua præ-
 [catur.
 570 Ergo operis memor ipse sui Deus imperat am-
 [bos

Sedibus egressos placidis, dominantur ut orbi,
 Ac totum, quod mundus habet, sub jure tene-
 [rent ;
 Et quod floret humus, viridis quod germinat
 [herba,
 Quod spicat messis, quod ramis parturit arbor,
 575. 193 Quod gemmant vites, quod amœna co-
 [mantia frondent,
 Flumina quod mittunt fontes, quod fluctuat æ-
 [quor,
 Quod pelagi trahit unda, fretum quod littora
 [tundit,

VARIAE LECTIONES.

563. Ita Vat.; alii, *Virtus una Deus, trinus Deus omnis et unus.*

565. Azagr.; *nulla fefellit.* Vat., *Nec quemcunque mens præsumpsit pura fefellit.* Sirm., *præsumptio nulla refellit.*

566. Vat., *Victurum effectus non desint tempore eodem.*

567. Azagr., Vict., *Penes quem sensum primordia multa loquuntur.* Sirm., *Quem penes et sensus primordia multa loquuntur.* Vat., *Penes quem sensu præcordia muta loquuntur.*

568. Sirm., *Et voce reticente sonat super æthera sermo.* Vict., *Et sermo retinente sonat super æthera voce.* Vat., *Et lingua reticente sonat sub terra sereno;* ad marg., *sermo pro sereno.*

569. Vict., *hac-mens.*

570. Sirm., Vict., *i. sui tunc i.* Azagr., *i. Deus tunc i.* Vat., *i. sui Deus i.*

571. Vat., *dominantur in orbe.*

572. Vict., *jure tenetur.*

573. Vat., *At q. f. h. v. q. germinet h.*

574. Vat., *Quod spicant messes; quod ramos p. arbos.*

575. Vat., *quod gemmant v.*

576. Vat., *Flumina quod mutant fontes, quod fluctuat æquor.* Sirm., *Flumina, quod mittunt fontes, quod fluctuat amnis.* Azagr. ita, sed *æquor* pro *amnis*; sic etiam Vict., sed *fundit et æquor* pro *fluctuat æquor.*

577. Sirm. cum Vict. *distinguit unda freti, quod.* Vat., *tundat pro tundunt.* Omnes, *freti.*

NOTÆ.

563. De hoc versu dictum in proleg. num. 109 et seq., ubi de orthodoxa Dracontii doctrina contra Arianam impietatem verba feci. Legesis not. lib. II, vers. 69.

564. Epist. Cath. Jacobi cap. I, vers. 17, *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum.*

565. *Præsumptio* pro audacia, nimia confidentia, obstinata animi præparatione a Tertulliano, Severo Sulpicio, Apuleio et similibus scriptoribus sumitur. Nonnunquam tamen in bonam partem accipitur pro fiducia.

566. Ex Vat. conjectura oritur *fefellit Victurum, effectus nec desunt tempore eodem, vel Victorem,* etc.

567. Rivinus putat scriptum *Quem-mens, et sensus primordia muta loquuntur.* Barthius lib. VII, cap. 20, legit *Quem penes et sensus primordia muta loquuntur,* et explicat de elementis rerum omnium a Deo conditis. Rivinus contra censet hoc loco preces tacitas, ab animo profectas, linguæ et sermoni claro opponi: cui explanationi non obscure scriptura nostra favet.

568. Weitzius legit cum Vict., et *retinente voce* exponit *retenta.* Rivino nec Weitzius, nec Sirmondus placet: quomodo enim ait, *sermo, sonat, voce, si reticente?* Spernit vero, quod Weitzius ait *retinente* pro *retenta.* Ipse autem conjectat *Et sermo recinente sonat super æthera voce.* Facile refellit Rivinus si nostram quoque scripturam oppugnet: nam acumen Dracontii in eo est quod preces internas animi sonare lingua reticente dicat, ut vers. præc. *præcordia muta loquuntur* simili oxymoro, et vers. seq. *mens potius quam lingua præcatur,* quo præcedentia declarantur. Paulinus Petrocوريوس sæpe hujusmodi clamores cordis, reticente lingua, commemorat, Dracontium, ut puto, imitatus, ut lib. I, vers. 580, *Ad Dominum rursus fletus, suspiria sursum, Et gemitus, clamor cordis, vox magna tacentis;* lib. III, vers. 334, *Cor clamat, si lingua tacet;* lib. V, vers. 423, *Corde humilis, celsus merito, sine murmure clamans;* lib. VI, vers. 9, *Clamantia corda Allegant proprias sine voce et murmure causas.* Dracontius rursus lib. II, vers. 592 *Exaudis,*

quod lingua tacet sub corae loquaci; et vers. 605, *Largitur peccata reis sine voce rogatus Pectoris affectu, secreta mente, fide, spe.* Vide etiam vers. 754, lib. I.

571. Legendum arbitror *Sedibus egressos placidis dominariet orbi,* et vers. seq. *sub jure tenere,* aut *Sedibus exire placidis, dominantur ut orbi,* etc. Sed prius illud magis placet.

572. Barthius, lib. VII, cap. 20, legit *sub jure tenetur.* Rivinus, *Si t. q. m. h. s. i. tenetur.*

574. *Spicare* est spicas emittere, translate acuere, ut *inspico.* De eo verbo videndus Barthius lib. XXIX *Advers.*, cap. 11; Turnebus lib. XXI, cap. 25. Dracontius iterum vers. 587, *Ventus spicat aristas.*

575. *Geminare* de vitibus dicunt Columella, Varro, et alii pro *gemma*, sive *oculum emittere.* Alibi etiam Dracontius ita loquitur, ut I. II, v. 220, *Palmite gemmato post pampinus admovet uvas.* Confer v. 719 l. I. Weitzius explicat *amœna comantia, amœne comantia,* ut *amœna* positum sit adverbialiter, vel duo adjectiva *amœna comantia* ait esse. Sirmondus distinguit (quod videtur etiam velle Weitzius) *amœna comantia frondent Flumina,* quasi flumina amœna comantia frondeant propter arbores quæ circa flumina solent frondere, ut Weitzius in indice clare affirmat. Verum *amœna comantia* sunt loca amœna, quæ ipsa frondescunt: humus enim, arbores et silvæ comantes dicuntur. *Amœna* absolute ponitur pro locis amœnis. Tacitus III *Annal.*, c. 7, *Per amœna Asiæ et Achaïæ.*

576. Barthius loc. cit. legit *Flumina quod mittunt, fontes quod fundit et æquor.* Rivinus intelligit flumina a fontibus mitti et ab æquore fundi, sed suspicatur *Flumina quod mittunt, quod fontes, fundit et æquor.* In nostra scriptura sententia est quod flumina a fontibus mittuntur, quod æquor fluctibus valet, hæc omnia data sunt usibus humanis, ut quod spicat messis, quod gemmant vites, quod floret humus, etc.

577. Distinctio, sive interpunctio Sirmondi et veterum editionum merito rejicitur a Rivino, qui legit *freti quod littora tundunt* cum Barthio et Weitzio, et *freti* sumit pro nominativo plurali exemplo Lucretii, qui dixit *fretus* pro mari. Verum Lucretius, ut alii

Murmure quod venti flantes vaga marmora A
 [crispant,
 Quod generant terræ, quod flumina, pontus,
 [et aer,
 580 **194** Usibus humanis data sunt hæc cuncta
 [venire.
 Ut similis qui factus erat de pulvere Christo,
 His dominaretur cunctis sub carne creatis;
 Corpora corporibus servirent cuncta subacta.
 Spiritus interea servit sine corpore ven-
 [tus,
 585 - Ventus agit nubes, in nubila crassior aer

Cogitur : hinc imbres veniunt, placidumque se-
 [renum.
 Ventus aut fructus, et ventus spicat aristas,
195 Ventilat æstivo quas flatu mollior aura,
 Desflorat fructus, et decutit arbore flores,
 590 Flatibus accendit flammæ, et temperat æstus,
 Flatibus alternis redeunt commercia vitæ,
 Itque, reditque suos repetendo spiritus haustus.
 Et reduci vento fibræ pulmonis anhelant,
 Faucibus excurrrens et naribus aura vicissim
 595 Vitales animat per membra tepentia sensus,
 Atque modo gelidis, calidis nunc flatibus ora

VARIÆ LECTIONES.

579. Vat., *generant terra, quod flamma p. Vict., v. et æther.*
 581. Vict., *similis qua f.*
 582. Vict., *is dominaretur.*
 585. Vat., *n. crassius aer.*
 586. Azagr., *hoc pro hinc.* Vict., *placidumque serenum.* Vat., *C. huc imbres v. placidumque serenum.* Sirm., *hinc i. v. placidosque serenus Ventus.* Sic Azagr.
 587. Vat., Vict., Azagr., *fluctus.* Sirm., *fructus.*
 588. Vict., *quæ pro quas.* Vat., *Ven ille æ. quas f.*

m. auit, sed videtur correctum per *aura.*
 589. Vict., *f. atque excutit a.*
 B 591. Vat., *F. alterius r. commercia vitæ; editi, alter- nis r. comitantia vitæ.*
 592. Vat., *spiritus austrus.*
 593. Sirm., *et duci vento; reliqui, et reduci vento.*
 594. Vat., *excurrrens et n.; alii, e. in n.*
 595. Ita Vict. Sirm., *v. recreat. p. Azagr., vita læta animat p. Vat., Vitales animæ per m. tepentia s.*
 596. Vat., *et modo quæ g.*

NOTÆ.

multi veteres, non *fretus freti* dixerunt, sed *fretus, fretus*, ut facile esset probare. Ex Vatic. igitur lego *fretum quod littora tundit*: possis etiam *freta quod littora tundunt*, producto à in *freta* ratione cæsurae. Catullus *carm. 11 ad Fur. et Aurel., v. 4, Litus.... tunditur unda.* Horatius *Epod. xvii, v. 55, Saxa.... Neptunus alto tundit hibernus salo.*

578. Barthius, l. vii, c. 20, putat legendum *flantes vagum in æthera crispant*, vel *vaga in aera* ut aer sit neutrum. Melius l. xxxii, cap. 49, lectionem vulgaram retinet, multisque exemplis probat *marmor interdum sonare æquor.* Acumen Dracontii in eo situm est, ut *vaga* cum *marmora* conjungat. Ambrosius dixit etiam *æquore crispanti.* Ejus verba ascripsi ad v. 149. Consule etiam notam ad vers. 238, *Et crispante freto*

581. Rivinus exponens versum 571, *Sedibus egressos placidis dominantur ut orbi*, obiter emendat hunc versum et legit *Et similis, qua factus erat de pulvere, Christo Is dominaretur cunctis.* Nunc vero ait egregie Sirmondum legere *Ut similis qui factus erat de pulvere Christo*, scilicet Verbo; sed deesse quis fuerit qui dominari deberet, homo scilicet, qui Salvatori suo quoad carnem excepto peccato similis conditus fuerat. Cum editio Rivini erroribus typographicis referta sit, vix veram ejus mentem multis in locis assequi possumus. Existimo eum scripturam Sirmondi approbare ac solum mutare vers. seq., *His dominaretur in Is dominaretur*, ut intelligatur homo, qui dominaturus erat. Sed cum dicatur *qui factus erat de pulvere similis Christo*, satis intelligitur hunc ipsum hominem esse, qui dominari deberet. De similitudine hominis cum Christo vide notam ad v. 539.

582. Forte *sub carne creatus.*

584. Cum dixerit corpora omnia homini servire, addit ventum etiam eidem servire, etiamsi non habeat corpus. Sumit autem corpus pro eo quod oculis videri et percipi clare potest. Hinc aer spiritus etiam dicitur et spiritus ad animum significandum transfertur.

585. Virgilius, l. i Georg., v. 462, *Ventus agat nubes.* Cicero de Natur. deor. l. ii, c. 39, *Aer concretus in nubes cogitur.* Virgilius, l. v, v. 29, *In nubem cogitur aer.* Etiam in Vulgata eadem est phasis cap. xxxvii Job, v. 21, *Subito aer cogetur in nubes, et ventus transiens fugabit eas.*

586. Sirmondus *hinc imbres veniunt, placidosque serenus Ventus alit fructus.* Melius videtur *placidumque serenum*, ut *tranquillum serenum.* Libr. ii, v. 801, *Splendente sereno*, et hoc l. i, v. 68, *Violare serenum.* Ex vento enim non solum imbres veniunt, sed etiam serenitas: nam vento nubes fugantur, ut ex cap. cit. Job patet, quem locum Dracontius exprimeret videtur. *Serenum* absolute pro serenitate adhibetur non modo a poetis, verum etiam a Catone, Livio, Plinio, Suetonio.

587. In hoc versu et in vers. 589 Fabricius et Weitzius cum Vict. legunt *fluctus*: Sirm., *fructus*, quod præferendum est.

588. Rivinus cum veteribus editionibus *quæ*, Sirmondus *quos*, ut referat ad *fructus* in vers. seq. In Vat. *quas* refertur ad *aristas*.

589. *Desflorare* et *desfloratus* legitur apud Livium, Quintilianum et Gellium: etsi enim varient lectiones, tamen hoc Dracontii loco confirmatur usus verbi *desfloro* pro *florem adimo*, vel *arbore flores excutio.* Weitzius ait, *desflorare* in Symmacho esse seligere. Tertullianus *desflorationem* dixit. Tentari etiam possit in Dracontio *Dat flores ventus*, vel *dat flori fructus.*

591. Scripturam Vat. *commercium vitæ* facile probabis præ altera vulgata *comitantia vitæ.* Vocabuli *commercium* mirus est usus apud scriptores. Alcimus, l. i, v. 99, *Spina rigens crebris inter commercia nodis Diffundit duplicem costarum ex ordine cratem.* Desunt hi versus in nonnullis editionibus. Pulmonis officium describit idem Alcimus l. i, v. 105, *Additur et tenui pascendus ab aere pulmo, Qui concepta trahens lenti spiramina flatus, Accipiat reddens, reddat, quas sumpserat auras, Inque vicem crebro pellatur anhelitus haustu.* Barthius, l. xxxii Advers., cap. 8, cum Fabricio legit in Alcimo *Ut concepta* et *Perque vices crebro*: et notat illud *accipiat reddens* pulchre a Dracontio expressum *reducis* vocabulo *Et reduci*, etc., v. 593.

595. In Sirm. *duci* videtur mendum typographicum. Vide notam ad v. 591.

596. Prudentius, Apoth. v. 837, *Perspice, quam varios fundamus ab ore vapores, Spiramus quoties animæ sufflabilis auras. Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat, Rorantes nebulas udis de faucibus efflans, Cum libet, in gelidum flabrati frigore ventum Spiritus existit tenuis, et sibilat aer.*

Illustrata vigent, et tangunt flabra palatum. A

196 Non hæc humanis tantum spiramina mem-
[bris
Sunt data, sed cunctis animantibus aura re-
[currit.

600 Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta moventur,
Omnia complectens agit, fovet, inserit, urget,
Unde genus diversa trahunt et semina rerum,
Moles et immensa, mittenda e fonte perenni.
Artificis formata manu digesta vomuntur

605 **197** Ordine cuncta suo : manet irrevocabile,
[munus,
Nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
Quis neget undifluos procedere fontibus amnes

Quorum jam reditus non unquam sperat origo?
Incessanter aquas licet evomat impete pleno,
610 Jacturam tamen unda negat sentire fluenti,
Omnibus hic mos est de flammis tollere flam-
[mas,

Nec minuit quidquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena solent aliorum lucra parare.

Hi quæstus cui damna parant? in fomite flammæ
615 **198** Detractæ cui forte jubar succiditur igni?
Nec carnale genus minuit fetura creando.
Ecce dedit homini plusquam sibi rex Deus au-
[ctor.

Formantur virtute Dei mas unus, et una,

Et multos creat unus homo, mansura propago

VARIAE LECTIONES.

597. Vat., tangunt labra p. Vict., tangit flabra p. B

598. Vat., hæc humanis t.

605. Vat., Mollis ab immenso mittenda fonte perenni.

Sirm., Mobilis immenso veniens e fonte perenni : sic
Vict., sed nobilis pro mobilis.

604. Vat., vomuntur; alii, moventur.

607. Vat., p. montibus a.

608. Ita Vat. Sirm., r. nunquam speravit o. Vict.,
r. nunquam sperabit o.

609. Vict., Quas incessanter licet evomit i. p.

611. Azagr., hominibus pro omnibus. Vat., his pro
hic, aut is. Vict., t. flammam.

612. Azagr., N. m. unquam detractis ab ignibus
ignes.

614. Sirm., Hic quæstus non damna parant : in fo-
mite flammis Detractis auferte jubar, succiditur ignis :
sic Vict., sed his pro hic, et succiditur pro succidi-
tur. Azagr., In quæstus non damna parant in fomite
flammas Detractæ cui forte jubar subducitur ignis. Vat.
ut edidi.

616: Vict., m. fortuna c.

617. Vat., homini linguam sibi.

618. Vat., formantur; alii, formatur.

NOTÆ.

597. Pro *Illustrata* fortasse aliud scripsit Dracon-
tius, vel certe *illustrata* significat perlustrata, ut di-
cam ad v. 43 lib. II. *Flabra a flatu* vox poetica est.

598. Prudentius II contra Symm., v. 811, *Addo
aliud, nostros potant animalia fontes.... nostra intrat
et ipsos Aura canes, animatque levi fera corpora flatu.*
Multa habet Prudentius a vers. 780 I. II contra Symm., C
*Non nego communem cunctis viventibus usum Aeris,
astrorum, pelagi, etc., quæ simillima sunt his quæ
Dracontius edisserit et quæ fortasse is legerit.*

600. De spiritu divino nunc agit, de quo iterum
lib. II, v. 32 seqq., simillimis verbis et sentiis.

602. Barthius conjicit *Unde genus diversa trahunt
et semina rerum Nubilia : immenso venit ens e fonte.*
*Perenni Artificis formata manu, digesta moventur Or-
dine cuncta suo.* Explicat vero : Suprema illa et sub-
stantiarum omnium fons *ens* dicitur ex sacra etiam
Scriptura, ubi Dominus Deus loquitur : *Qui est, etc....*
Omne ergo ens ab immenso illo omniumque summo
fonte proficiscitur. *Nubilia* autem, quia vitæ ex alto
venientes nubunt velut corporibus, etc. Addit autem,
conjecturas has esse, et vix invenire apud auctorem
suum fidem. Difficile quidem est veram scripturam
invenire. In lectione Vat. hic est sensus : A Deo genus
trahunt semina rerum et diversa, et molis immensæ,
mittenda e fonte perenni. Vel lege *Unde genus diversa
trahunt, et semina rerum Mobilium immenso veniunt e
fonte perenni.* Res mobiles erunt res, quæ moventur,
aut moveri possunt, aut res mutabiles, quarum aliæ
aliis succedunt : nam de his incipit loqui, et hoc sensu
videtur accipiendum *moventur* v. 600, hoc est mu-
antur, et vers. 601 *urget*, videlicet impellit, propellit.
Verum cum lib. II, v. 33, *moles immensa* hoc eodem
in argumento de mundo dicatur, lectio et interpun-
ctio hæc probabilis occurrit, quæ nonnullis certa visa
est, *Unde genus diversa trahunt et semina rerum, Moles
et immensa mittenda e fonte perenni, etc.* Nempe moles
immensa correpto e in *moles*, ut in *fames* et simili-
bus fecit Prudentius, sive malis scribere *molis* in no-
minativo. Huc etiam facit Virgilii versus l. VI, *Spiritus
intus alit, totamque infusa per artus Mens agit mollem.*

604. Aptius videtur *vomuntur* quam *moventur* : nam
præcedit *mittenda e fonte perenni*, ac fortasse scri-

ptum fuit *Artificis formante manu digesta vomuntur.*
Vomere, ut effundere, est large emittere. Virgilius
II Georg., v. 462, *Mane salutantum totis vomit ædibus
undam.* Vide v. 609, *Licet evomat.*

605. Quærat aliquis cur munus hoc dicat *irrevoca-
bile*, cum versu seq. fateatur eas res perire lege
diurna. Dracontius de rerum perenni successione hic
agit. Omnia igitur ordine suo producuntur, adeoque
alia aliis succedunt : hoc ergo est irrevocabile munus,
ut series rerum non interrumpatur.

606. Oxymorum et oppositio : *pereuntia* non inte-
reunt, quia etsi pereant, alia tamen ejusdem generis
continua serie subrogantur. Exemplis, quæ adducun-
tur, res manifesta fit.

607. Ecclesiastes cap. I, v. 7, *Ad locum, unde
exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.* Origo
igitur non sperat reditus, quia occultum est, qua via
flumina ad locum, unde exeunt, redeant. *Undifluus*
pro *undosus* vix ante Dracontii sæculum invenietur.

609. Hieronymus dixit *incessabiliter*, Zeno impera-
tor et Apollinaris Sidonius *incessanter*.

610. *Unda fluenti* seu fluminis non sentit jacturam.
Non male esset *Jacturam tamen inde negat sentire
fluentum.* *Inde* et *unda* sæpe confunduntur in mss.

613. Barthius l. II Advers., cap. 19, hanc regulam
in universa natura dominari ait, et eleganter hoc
versu a Dracontio exprimi.

614. In tam variis lectionibus scriptura Vat. præ-
ferenda videtur, cujus hic est sensus. Cum ex alio-
rum lucris damna aliorum soleant evenire, quæstus,
quibus ignis ex igne accenditur, cui damna inferunt?
Cui igni succiditur jubar ex eo quod inde flamma de-
trahatur? Hæc autem sententia clarior erit si legatur
*in fomite flammis Detractis, cui forte jubar subducitur
igni? Jubar* pro quovis splendore poni solet : sic v.
659, *Jubar ignis anhelis*; lib. III, v. 2, *Jubar ætheris.*
Succiditur est subsecatur; *subducitur* erit detrahitur,
subripitur, ut v. 557, *Vita gravis hominum subducitur
impete mortis*; et v. 668, *Nuntius auroræ subductus
morte diurna.* In fomite flammæ *detractæ* intelligitur
in ipsa materia arida flammæ, quæ ex alio igne exci-
pitur.

616. De *setura* vide v. 455

620 Maxima fit generis, quam parvula fudit origo. A
 Parva Deo fuerant succedere nata peremptis,
 Ni consumpta daret post sæcla resurgere vitæ.
 Sed ne sit fixum, reditus non esse sepultis,
 Cordibus illorum, qui legis sancta profanant,
 625 Annuā conspiciant agris frumenta renasci
199 Mortua per sulcos terram findentis aratri.
 Major et ex truncis surgit radicibus arbor,
 Et foliis vestita viret redeuntibus annis.
 Pampinus uviferæ vitis sarmenta revestit,
 630 Et gemmata rosis redeunt virgulta ruboris.

Ambrosio reduces rumpuntur cortice fructus,
 Queis est vita fugax, et par cum flore senectus.
 Fit redivivā virens et crinibus herba renatis.
 Ligna renascentur reduci sub germine cuncta :
 635 **200** Quæ nunc herba fuit, lignum jacet, herba
 [futura.
 Squameus exiit stellato tegmine serpens
 Pelle renascenti, rursus redeunte juvena,
 Reptat hiāns anguis per sibila guttura pan-
 dens.
 Frontibus arboreis amittunt cornua cervi,

VARIÆ LECTIONES.

620. Vict., *g. queis p.* Vat., *fudit*; alii, *fundit*.
 621. Vict., *Parvula divini fuerat succedere cura*
parentis. Sirm., *Parva Deo fuerat succedere cura per-*
emptis. Vat. ut hic editur, sed scribit *parentis*.
 622. Vict., *ne consumpta*.
 625. Vat., *Sed.... fixum r. n. e. s., deest ne sit.*
 625. Sirm., *conspiciunt.* Vat., Vict., *conspiciant*.
 627. Vict., *ex trunci s.*
 629. Azagr., *pampinis uvifera.* Vat., *pampinus fwi*
fete v., ex quo uviferæ. Idem Vat., *armenta pro sar-*
menta. Sirm., Vict., *pampinus uvifera v. s. r.*
 630. Ita Vat. in Sirm., *et geminata sui r.* Azagr.,
et templa rosei r. Vict., *et geminata rosei r.*

631. Vat., *rumpunt de cortice.*
 632. Vat., *Quis est vita-fugax et pari flore senectus.*
 Sirm., Vict., *Et cui vita fugax, et par cum flore se-*
 B *nectus.*
 633. Vat., *Fit rediviva florens et c. h. r.*
 634. Vat., *sub tegmine c.*
 635. Vat., *quæ non herba f.*
 636. Vat., *s. exutus s.*
 638. Vat., *per singula g. pendens; ad marg., per*
sibila.
 639. Ita Sirm. et Vict.; in Azagr., *frondibus a.* Vat.,
Fontibus a. a. c. corvi, sed forte fuit *cervi*

NOTÆ.

620. Barthius ex ingenio *quis parvula fundus origo.*
 621. In Vict. longior est uno pede hic versus: quod
 vitium ut effugeret Fabricius, edidit *Parvula divini*
succedere cura perennis, Ne consumpta daret. Barthius
 ad marginem alleverat *Par vult divini succedere cura*
perennis, Ne consumpta vacet. Rivinus explicat: Minor
 cura fuisset facere ut nova succrescerent, quam ut in
 nihilum redacta resurgerent. Vera est hæc explica-
 tio, sed quæ in nostra scriptura maxime eminet.
 C *Parva Deo fuerant pro parvum, vel parum Deo fuerat,*
 ut lib. II, v. 286, *Parva putant homines fluctus trans-*
ire nocentes. Cæterum a Dracontio scriptum censeo
Parva Deo cura succedere nata peremptis, vel Parva
Dei cura succedere, etc. Ovidius, l. I Met., v. 47, *Nu-*
mero distinxit eodem Cura Dei. Id ut multo magis ele-
 gans est, subintellecto *erat, vel fuisset,* ita facilius
 exscriptorum captum superabat, qui propterea, omisso
cura, fuerant intruserunt.
 622. *Post sæcla, post mundi sæcula.* Vide notam
 ad v. 86.
 624. *Legis saneta pro legem sanctam, ut vana ru-*
morum, et similia. Psal. LXXXVI, v. 52, *Si justitias*
meas profanaverint. Fabricius perperam interpungit
reditus non esse sepultis Cordibus illorum qui legis
sancta profanant.
 625. Tertullianus de Iudicio: *Arida sic vacuis red-*
duntur semina terris, Et penitus fixis putrescunt mor-
 tua sulcis. *Nonne animatur et hinc reparatis culmus*
 D *aristis, Atque iterum vivis flavescunt fortia granis, Con-*
surguntque novæ vario cum fenore messes? Et lib. II
 contra Marcionem: *In grano latet arbor, et hoc nisi*
terra sepultum Putrescat, non dat decoratos arbore
fructus. Vide, si placet, quæ adnotavi ad Prudentium
 l. II contra Symm., v. 194.
 627. [Melius est *truncis,* hoc est truncatis radicibus,
 quam *trunci,* quod cum Vict. Fabricius aliæque ve-
 teres editiones exhibent.
 629. Ex Vat. expromitur *uviferæ,* quod jam Bar-
 thius excogitaverat. *Uvifer* usurpatur a Silio et Sta-
 tio, *revestio* a Tertulliano.
 630. Mirum videtur Rivino, nec Fabricium, nec
 Weitzium, nec Sirmondum emendasse *Et gemmata*
 pro *Et geminata.* Rejicit etiam conjecturam Barthii
legentis rubetis pro ruboris. Certe *gemma* habemus
 in Vat., quæ lectio comprobatur v. 179, *Floribus am-*
brosiis gemmato cespite victus. Sed adhuc quærenda

est syntaxis hujus versus. Quid enim est *virgulta sui*
ruboris, aut gemmata rosis virgulta ruboris? Mihi pla-
 ceret *Et gemmata roseo redeunt virgulta rubore,* ut
roseo sit dissyllabum, et significet *pulchro, florido;* sic
 enim accipitur *roseus,* ut dicam ad vers. 717. Posset
 etiam conjectari *Et gemmata rosei redeunt virgulta*
ruboris, aut Gemmata roseo redeunt virgulta rubore:
 C *supervacanea est enim conjunctio et, cum postrema*
in gemmata ratione cæsurae produci possit.
 632. Rivinus legebat *Est cui vita fugax:* qui testa-
 tur, Barthium divinos hosce duos dilaudasse versi-
 culos. Scriptura Vat. bona est et melior fortasse si
 legas *Queis et vita fugax, et par cum flore senectus.*
 Verbum substantivum est sæpe eleganter omittitur.
 633. In editione Matritensi *Sit rediviva:* sed cum
 non indicetur diversa alia lectio, credam, *sit* excidisse
 typographo pro *fit.* Crines et comæ herbarum a poe-
 tis passim celebrantur, ut aliis in locis jam notavi.
 634. Rivinus censeat, legendum *grana* pro *ligna,* et
 v. seq. *granum* pro *lignum.* Sic Tertullianus dixit, *In*
grano latet arbor, cujus verba vide in nota ad v. 625.
 635. Barthius ex conjectura *lignum jacit,* hoc est
 subjicit: clarius esset *lignum facit.* Sed ego existimo
 Dracontium neque a Rivino neque a Barthio intelle-
 ctum: sumit enim Dracontius *lignum* hoc vers., et
ligna vers. sup. pro materia arborum, vel virgulto-
 rum separata a radice, et igni, aut operi alicui apta:
 hinc Italici Hispanisque *legna* et *lena.* Ait ergo Dracon-
 tius cuncta hujusmodi ligna jam mortua reduci sub
 germine renasci, et illud quod prius herba et germen
 fuit postea jacere lignum in terra, ex quo ligno in
 sterco converso secundatur ager, et mutua succes-
 sione herba renascitur.
 636. Plinius, l. X, cap. 67, sect. 86, *Salamandra,*
animal lacerti figura, stellatum. Ovidius de stellione
 l. V Met., v. 460, *Aptumque colori Nomen habet, variis*
stellatus corpora guttis. De re vero ipsa Plinius, l. VIII,
 c. 27, sect. 41, ut Tertullianum, Isidorum, Lucretium,
 Ovidium innumerosque alios omittam.
 639. Hildebertus in Physiol. carm. de cervo: *Se*
juvenemque facit, cornua quando jacit. Plinius, l. VIII,
 c. 32, sect. 50, *Cornua mares (cervi) habent, solique*
animalium omnibus annis stato veris tempore amit-
tunt, etc. Virgilius, l. I Æn., v. 193, *Capita alta fe-*
rentes Cornibus arboreis sternit.

- 640 Anguibus assumptis sed mox palmata resur- A
[gunt.
Aereas enudat aves jam penna vetusta,
Et nova subvestit reparatas pluma volucres.
201 Mortua præterea cæcorum lumina du-
[dum,
Nube tenebrarum discussa, luce recepta,
645 Ad visus rediere suos, vultusque sepulti
Nocturnos perpessa dies oculatur imago.
Mortua pars hominis quoties, pars viva jacebat,
Funera viva gerens, vivax in morte cadaver,
Ac sine morte tamen vitali in morte perem-
[pta ?
650 Et rediviva salus reduci per membra vapore
Nascitur, et calidus repetit-vitalia sensus,

- Ossa tenens, venasque ciens, udansque me-
[dullas.
Phœnicis exactam renovat Deus igne juven-
[tam,
202 Combustusque senex tumulo procedit
[adultus.
655 Consumens dat membra rogos sine sorte se-
[puleri,
Ignibus extinctis jam mortua flamma resurgit,
Redditur ignis edax redivivo lumine candens,
Et scintilla volans incendia vasta reducit :
Et quod fumus erat, stridet jubar ignis anhelis.
660 Igne vago rutilatur apex, fax cætera lambit,
Et cinis extinctus gelida moriente favilla
Tollitur alta petens erecto crine vagatus.

VARIÆ LECTIONES.

640. Vict., a. adsumptis s. Vat., unguibus absum- B
ptis s.
641. Vat. ita; Sirm., Vict., *Aerice nudantur aves,*
cum penna vetusta sic Azagr., sed *cum pinna ve-*
tusta est.
645. Azagr., v. *redire s.*
646. Vat., d. *occultatur i.*
647. Ita Vat. et Azagr.; in Sirm. et Vict., *pars una*
iacebat.
648. Vat., *gemens*; alii, *gerens.*
649. Vat., v. *in morte*; alii, v. *m.*
650. Vat., *rediviva*; sed videtur correctum per *re-*
diviva.
651. Vat., *intalia* pro *vitalia*.

NOTÆ.

640. Vide Eleg. Dracontii v. 67. Isidorus, ex Plinio loc. cit., Origene homil. 2 in Cant., et Servio ad eclog. 8 Virgilii, docet l. xii Orig., cap. 1, cervos inimicos esse serpentium, qui *cum se gravatos in infirmitate persenserint, spiritu narium eos extrahunt de cavernis, et superata pernicie veneni eorum pabulo reparantur.* Fortasse præstiterit cum Vat. legere *absumptis.* Cur palmata cornua cervorum dicantur, vide notam ad v. 275.

641. Plinius, l. x, c. 24, avium quædam genera recenset quæ pennas amittunt et mutant. In aliorum lectione *cum penna vetusta* intelligitur, cum penna vetusta est: non enim *penna* in auferendi casu esse potest.

642. Forcellinus verbum *subvestio* prætermisit, cui nec inter barbaria quidem locum dedit.

643. Miracula referuntur ex evangelica historia: quibus tamen locus opportunior esset post alia naturæ mirabilia opera, quæ deinde enumerantur, scilicet post v. 682, *Mane resurgentem.*

646. Oxymorū *nocturnos dies.* Tertulliani verbum est *oculare.*

647. Lib. II, v. 124, *Mortua pars hominis, pars altera viva jacebat.*

648. Oxymora *Funera viva, cadaver vivax in morte.* Lib. III, v. 398, *Cum vivum terra cadaver sorbuit*; et v. 503, *Funere vivo.*

649. Iterum oxymora *perempta sine morte* (scilicet pars hominis), *vitali in morte.* Eadem est sententia.

652. Rivinus lectionem veterum editionum *sudansque medullas* exponit *irrigans, perfundens medullas*, sed præferre videtur *sudansque medullis*, ut in Iusu Gallieni, *Totis sudate medullis.* Scriptura Vat. proba est, sed præferendum videtur *udansque medullas*, hoc est, madefaciens: quo verbo Macrobius et Augustinus utuntur; et a *ciens udansque* facile potuit fieri *sudansque.* Humorem medullis Dracontius etiam l. III, v. 613, attribuit, *Humor ut absumptas intraverit ante medullas.*

653. De syllaba media in *Phœnicis* vide notam ad v. 526. Phœnicis historiam, sive fabulam tot scriptores præsertim poetæ memorant, ut infinitum esset eorum catalogum conficere. Videri imprimis possunt carmen Claudiani de Phœnice et elegia sub Lactantii nomine de eodem argumento. Scriptura Sirm. *exhaustam* rectum habet sensum: sed melius videtur *exactam* cum Vat., ut apud Ciceronem i Tuscul., cap. 39, *Eorum autem, qui exacta ætate moriuntur, fortuna laudatur.*

654. Barthius, ad Claudianum p. 985 edit. 2 et 988 in notis ad carmen de Phœnice, hos Dracontii versus laudat, quibus non ipse Phœnix, sed ejus senex, seu senecta comburi dicitur, et *sine sorte sepulcri*, ut Claudianus ait, *falsisque sepulcris.*

656. Mortua flamma quæ resurgit est ipse phœnix qui hic describitur ex imitatione Claudiani: *Arcanum radiant oculi jubar, igneus ora Cingit honos, rutilo cognatum vertice sidus Attollit cristatus apex, tenebrasque serena Luce secat.* Dracontius potius videtur asserere, post ignem quo combustus est phœnix, extinctum, iterum novas flammæ erumpere, ex quibus novus phœnix prodit.

657. Phœnix, qui renascitur, primum est verm s lactei coloris. Lactantius de Phœnice: *Hinc animal primum sine membris fertur oriri, Sed fertur verm s lacteus esse color.*

658. Rivinus prætulit etiam *Et scintilla volans*; sed non male est *vorax.*

660. *Rutilatur* passive Plinius, Martianus Capella, alii. Barthius conjicit *fax cerea lambit.* Sed clarius est *fax cætera lambit.* Nimirum sensus est: Apex capitis igni quasi ardet, cæteras partes corporis flamma leviter tangit, quia non tam rutilo ignis colore splendent. *Lambere* de flamma leviter tangente, neque comburente Virgilius ii Æneid., v. 683, *Tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.*

Mortua lux sub luce cadit, perit aurea luna, A
 Atque per ascensus, et cornua colligit ignes,
 665 **203** Et dum cæca latet, reparato lumine ful-
 [get,
 Mentiturque diem lux frigidâ, solis imago.
 Lucifero redeunte polo moriuntur et astra.
 Nuntius auroræ subductus morte diurna
 Lucifer extinctas reficit per sidera flammâs,
 670 Et nocturnus eques jubar emicat igne corusco.

Roscida puniceum spargens aurora ruborem
204 Ducit ubique diem, periturum noctis ab
 [umbris :
 Et tamen hæc de sole perit, quo missa rube-
 [bat.
 Sol oculus cœli, famulus super astrâ tonantis,
 675 Cujus ab immensis languescunt sidera flam-
 [mis,
 Ni gelidis animetur aquis per cæcula ponti.

VARIÆ LECTIONES.

663. Ita Vat.; cæteri, *m. nox s.*
 664. Vat., *per assensus et.*
 665. Vict., *latent.* Vat., *dum cælo latet r.*
 670. Sirm., Vict., *exhinc nocturnis i.* Azagr. ita,
 sed *nocturnus.* Vat., *Et nocet unus eques i. e. i. c.*
 673. Vat., *Sole premit commissâ rubebat;* ad marg., B

obscure, *perit.* Vict., *perit.*
 674. Vat., *sola cujus cœli.*
 675. Vict., *ab aspectu l. s. cœli.*
 676. Vict., *ne g. animetur a.* Sirm.; *ni g. animetur*
a. Vat., *ni g. animantur a.;* suprâ, *animantur.*

NOTÆ.

663. Hactenus omnes legerunt *Mortua nox sub luce cadit*, quod confirmant simili sententia ex v. 116, *Prima dies nam lucis erat, mors unâ tenebris.* Sed scriptura Vat. huic loco maxime convenit: exempla enim apponuntur luminum, quæ sub majori luce moriuntur, et postea rursus comparent. Luna aurea dicitur a Virgilio l. i Georg., v. 431, et ab Ovidio l. x Metam., v. 448.

664. Virgilius, l. i Georg., v. 427, *Luna revertentes cum primum colligit ignes.* Ascensus siderum apud Plinium l. xxix, c. 4, significat eorum elevationem supra horizontem, ut nonnulli explicant. Dracontius ascensus lunæ sumit pro incremento et tempore quo crescit. Sed vix dubito quin legendum sit *accessus.* Macrobius l. i in Somn. Scip., cap. 11, *Nec dubium est quin ipsa (luna) sit mortalium corporum et auctor, et conditrix; adeo ut nonnulla corpora sub luminis ejus* ACCESSU *patiantur augmenta, et hac decrescente minuantur.* Fortasse etiam in Plinio legendum est *accessu siderum;* nam de incremento lunæ loquitur loc. cit.

666. Drepanius in hymno trium puerorum: *Hunc gelido fulgens collaudet lumine luna.* Supra, vers. 52, *Quid lunæ frigidus orbis, ubi dixi, cur frigida lunâ dicatur.*

668. Supra, vers. 557, *Subducitur impete mortis, et l. iii, vers. 114, Puerosque neci subduceret.* Mors diurna est mors quam lucifero dies infert.

669. Lucifer per sidera, nempe noctis tempore, reficit suas flammâs, sive clare lucet. Vide not. ad vers. 682.

670. Barthius legebat *Exit nocturnis* (hoc est tenebris), *jubar emicat igne corusco.* Sane scriptura vulgata obscura est *Ex hinc nocturnis jubar emicat igne corusco*, quæ facilius reformari posset *Exhinc nocturnum jubar.* Ex Vat. lumen aliquod accipimus, ex quo hic locus restituatur, scilicet *Et nocturnus eques jubar emicat igne corusco.* Favet etiam Azagr., *Exhinc nocturnus jubar:* ex hoc igitur codice et ex depravata lectione Vat., *Et nocet unus eques*, conficitur *Et nocturnus eques.* Adeo nulla est tam corrupta scriptura ex qua interdum fructus aliquis non percipiatur. Notandum etiam est, reconditam Dracontii doctrinam imperitis librariis occasionem corrumpendi ejus carmina dedisse. Poetæ, ut lunæ bigas, soli quadrigas, sic lucifero equum tribuebant. Stadius, lib. vi Thebaid., vers. 237, *Roscida jam novies cælo dimiserat astrâ Lucifer, et totidem lunæ prævenerat ignes Mutato nocturnus equo.* Claudianus, lib. ii de Raptu Proserp., vers. 121, *Dum meus humectat flaventès lucifer agros Roranti propectus equo.* Ovidius, ii Fast., vers. 314, *Hesperus et fusco roscidus ibat equo, et Met. lib. xv, vers. 189, Cumque albo lucifer exit Clarus equo.* Dicitur nocturnus eques jubar per appositionem, nisi malis legere *Et nocturnus equo jubar emi-*

cat. In masculino genere *jubar aureus* dixit Severus in carmine de Ætna, et Ennius apud Priscianum, lib. v, *Interea fugit albus jubar Hyperionis cursum:* quod de lucifero accipio, qui oriente sole fugit. Alii legunt *Hyperionis cursu.*

671. Aurora *roscida* dicitur ab Ovidio, Seneca in trag., et Corippo. Virgilius, lib. xii, vers. 77, *Cum primum crastina cælo Puniceis inducta rotis aurora rubebit.*

673. Barthius legit *quod missa.* Quo missa est a quo missa; quia auroræ splendor solem nuntiat et a sole oritur. Fabricius et Weitzius cum Vict. ediderunt *de sole petit*, neque adverterunt errorem, qui clarus esse videtur: nam sensus est, auroram splendore solis obrutam perire.

674. Ambrōsius Hexaemer. lib. iv, cap. 1, *Sol oculus est mundi, jucunditas diei, etc.;* et de arca et Noë, cap. 7, *Ipsi (sol et luna) sunt quidam mundi oculi.* Dracontius in Eleg. vers. 243, *Sol oculus cœli.* Ovidius iv Met., vers. 227, *Omnia quæ video, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus.* Alii legunt *Mundi oculis; mihi crede, places,* eodem sensu ut sol oculus mundi dicatur. Capella in hymno solis, lib. ii, *Mundanusque oculus, fulgor splendentis Olympi.* Ægyptii insculpebant scæptum, in eoque speciem oculi exprimebant, quo signo Osirim monstrabant, significantes eum solem esse, quia *solem Jovis oculum appellat antiquitas,* ait Macrobius lib. i Saturn., cap. 21. Vidé Barthium lib. xi Advers., cap. 3, et Roam lib. i Singular., cap. 15. Solem *famulum* Dei dixit etiam Prudentius lib. i contra Symm., vers. 343.

675. Fortè *languescant*, ut cohæreat cum vers. seq. *Ni gelidis animetur aquis.*

676. Rivinus lectionem Sirmondi videtur approbare *Ni gelidis animetur aquis*, quia sidera in altero hemisphærio quasi reviviscunt refrigeratione marina. In Sirmondo *animetur* Rivino fortasse videtur mendum typographicum: sed in edit. Matritensi idem verbum profertur, neque ex cod. Azagr. discrepantia notatur. Barthius aliquid aliud latere credens pro *animetur* substituebat vel *vannentur*, vel *pascantur.* *Vannere* est Vanno seu cribro fruges movere, ventilare, cribrare. Sed *vanni* sidera quid sit non assequor. *Pascantur* vero non alium sensum habet quam *animetur.* In Sirm. et Azagr. scriptura *animetur* poterit intelligi sol. Ad vers. 24 et 25 probavi flammâs et ignes cœlestes ex contrario elemento, aqua scilicet nutriri, ut veterum quidem erat opinio: cui ansam præbet experientia, qua cernimus stellas tunc maxime scintillare, cum viciniores sunt horizonti, aut cum frigidus et gelidus est ær. Sententia ergo Dracontii hæc esse poterit: Sidera ob inmensum ardorem solis deficient, nisi aquis ponti animentur. Sed cum Dracontius docere videatur vers. 224, stellas solis lumine non minus quam lunam fulgere,

- 205** Occidit ipse dies, super æquora sole ca- A
[dente,
Æquore mersus obit, novus æquore mane re-
[surgit.
Vespere nocturno radiata luce rubentem
680 Purpureis abscondit aquis, redditque diurne
Depositum natura suum sub nocte sepultum,
Mane resurgentem, de fluctibus orbe refecto.
Tot simul exemplis moniti, defuncta renasci
Credamus virtute Dei, qua cuncta creavit,
685 Et generata vigent sub nutritore Tonante :

- 206** Qui cum regna poli teneat stellantis, et
[alti,
Aera concludit; terram levat, æquora solvit;
Et totum capit una manus, quod sermo creavit.
Unus ubique Deus, dum jussio rumperet una,
690 Qui tantum pius est, quantum decet omnipo-
[tentem,
Et nulla virtute minor, nisi verberis irā,
Et voto, nam sponte bonus pietatis amore.
207 Quem mens pura juvat hominum, non
[victima supplex,

VARIÆ LECTIONES.

677. Vat., *occidet ipse*.
678. Ita Azagr. et Vat., sed Vat. *abit pro obit*.
Sirm., *et quo demersus n.* Vict., *et quo conversus n.*
679. Sirm., *nocturno hunc radiata*. Vict., *hac pro B*
hunc. Vat., *nocturno radiat ulix rubentem*.
680. Vat., *P. attollit aquis*. Vict., Vat., *diurnæ*.
681. Vict. *dispositum n.*
682. Ita Vat.; in Azagr., *f. ore recepto*. Sirm.,
Vict., *f. orbe recepto*.
684. Vict., *qua*. Sirm., *quæ*. In Vat. deest hic

versus.

685. Azagr., *tonanti*. Vat., *tonantem*; ex corre-
ctione *tonante*.
686. Azagr., *teneat stillantis et*. Vict., *s. et aptum*
Aera c.
689. Vict., *dum jussu r. ima*. Vat., *Unus ubique....*
dum jussio r. una. Deest *Deus*.
692. Editi, *Sed votis, et sponte bonus, pietate et*
amore. Vat., *Sed voto nam sponte bonus pietatis amore*.
Hinc *Et voto*, etc., ut editum est.

NOTÆ.

præferenda est lectio Sirmondi *Ni gelidis animetur* *aquis*, scilicet nisi sol aquis pasceret, tantus ejus esset ardor, ut sidera deficerent, et ab immenso splendore solis obscurarentur. Nisi dicamus Dracontium modo ex quorundam, modo ex aliorum diversa sententia loqui.

677. Simili modo id explicat Tertullianus de Jud. Dom. *Sidera cuncta cadunt, iterumque renata nite-
scunt, Et dies in densa moritur cum lumine nocte, Oc-
cidit et jam nox rebus mox luce relectis, Jamque suis
alia atque alia dies surgit ab astris, Solque cadit,* C
*splendorifero qui lumine clarus, Lux perit umbrato ve-
nienti vespere mundo*: quæ omnia ad resurrectionem
corporum comprobendam profert. Barthius duo he-
mistichia transposita hoc loco censebat: sed in no-
stra lectione omnia recte se habent.

679: Ex Vat. bene omittitur *hunc vel hac* post
nocturno; sed addi posset post *radiata*, scilicet *ra-
diata hunc luce*.

680. Weitzius *purpureas aquas* intelligit propter
radiatorum solis fulgorem. Mare *purpureum* dicitur
vers. 78, ubi plura de hoc epitheto disputavi. Bar-
thius lib. xxxiii Advers., cap. 16, legit *redditque*
diurnæ, et intelligit *luci*. Rivinus existimat apponen-
dani esse parenthesis *aquis (redditque diurne Depo-
situm natura suum sub nocte sepultum) Mane*, etc.
Sirm., *diurne*, adverbium, a *diurnus*, quod placet,
etiamsi non occurrat exemplum. Ponitur pro *die* vel
singulis diebus. Lib. iii, vers. 602, *Et lacrymas in-
tende meas, quas fundo diurne*.

681. Barthius loc. cit. eleganter *depositum* naturæ
solem a Dracontio appellari ait, quod similibus
exemplis confirmat. Sed hic advertendum est, de-
positum rei veluti mortuæ dici: quo etiam respicit
Lactantius in carmine de Phœnice: *Depositum tantum
nec timet illa fidem*. Hinc *depositum* a Christianis se-
pulchrum dictum: et *depositus* pro *mortuus*, vel po-
lius *humo mandatus* in veteribus inscriptionibus Chri-
stianis sæpius reperitur.

682. Rivinus scribendum opinatur *orbe reducit*, ut
sensus constet. Verum egregie constat sensus, si
eum Vat. scribatur *orbe refecto*, scilicet *orbe solis
refecto fluctibus*. Vide notam ad vers. 25 et 676,
Reficere flammæ, supra, vers. 669.

684. Forte *qua cuncta creata, Et generata vi-
gent*.

686. Weitzius legit *et aptum Aera*, et in indice
exponit *contiguum, connexum*.

688. Lactantius, sive Fortunatus, sive quis alius

auctor carminis de Resurrectione Domini: *Cujus
clauduntur cuncta pugillo, Venantius Fortunatus* in
hymno de B. Virgine: *Mundum pugillo continens Ven-
tris sub arca clausus est*. Pulchre ait Dracontius om-
nia quæ sermone seu voce Dei creata sunt una ejus
manu contineri.

689. Cum in Vat. desit vox *Deus*, conjectura duci
potest an legendum sit *quod sermo creavit Unus ubi-
que Dei, dum jussio rumperet una*, vel *sermo creavit
Unus, ubique chaos dum jussio rumperet una. Qui tan-
tum*, etc., ut vers. 685, *Qui cum*; vers. 693, *Quem
mens*, etc., ubi intelligitur *Deus*. Obscurum est *Deus*,
dum jussio rumperet una, vel *dum jussu rumperet
ima*. Barthius *rumperet* explicat, dum rumpere pos-
set. Sed rei obscuritas non tollitur. Clarum erit, si
legas *dum vox erumperet una*, vel si accipias *rumpere
ret* pro *erumperet*, scilicet *dum jussio rumperet una*,
quasi *erumperet*, ut *verto* pro *evertito* ponitur, et si-
milia alia sunt exempla. Sed mihi verosimilius vi-
detur a Dracontio scriptum *dum jussu rumperet
unum*: libenter enim Dracontius veterum peculiare
quasdam phrases imitatur. *Rumpere vocem* pro aperire
viam voci dixerunt Virgilius, Ovidius, Silius et alii.
Rumpere questus pro *queri* Virgilius iv *Æn.*, vers.
553, *Tantos illa suo rumpebat pectore questus*. Clau-
dianus, lib. ii de Rapt. Proserp., vers. 249, *Et questus
ad nubila rupit inanes*. Sic melius quam alii *fundit
inanes*. Silius lib. iv, vers. 458, *Gemitumque ad sidera
rupit*. Hinc *rumpere jussu* pro *jubere*. Legendum
igitur, ut ego arbitror, *quod sermo creavit, Unus ubi-
que Deus dum jussu rumperet unum, vel quod sermo
creavit Unus, ubique Deus dum jussu rumperet unum*:
et venustatem habet *una manus, unus sermo, unum
jussu*.

690. Vide notam ad vers. 30 et seqq., et ad vers.
88.

692. Lib. iii, vers. 16, *Justitiæ monitor, sed plus
pietatis amator*. Lego autem *Et voto*, videlicet et vo-
luntate puniendi. Sententiam eandem versibus per-
sequitur Mar. Victor. lib. i Genes., vers. 462, *Sed
sancta parentis Desperare vetat pietas, clementia cujus
(Fas dixisse mihi, fas sit quoque dicta probasse) Justi-
tiam excedit*, etc. Apud Rivinum quidam tentabat
*Sed totus est sponte bonus, quod Rivino non arri-
debat*.

693. Vide comment. ad Prudentium hymn. 10
Perist., vers. 346. Intellige victimam sine mento
pura Deo non placere.

Ut se poeniteant sceleris mala vota reorum, A
 695 Et nova succedant animorum corda piorum.
 Ille etenim Deus est, quem nulla retardat
 [origo,
 Cujus ab aspectu montes, et saxa fluescunt
 In cineres, et pulvis erit, quæ dura rigeat :
 Qui, visa tellure simul, mox pondera mundi
 700 Concutit, et subitum monstrat vaga terra tre-
 [morem,

208 Ac formidatos ostendit pēndula motus.
 Alveus expavit violento vertice torrens,
 Dum reduces sentiret aquas, et sisteret am-
 [nem
 Visa Dei facies, et marmora glauca fugaret
 705 Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis
 Et pelago spatiente fretis, ac littoris æstu.
 209 Qui de thesauris ventorum flamina mit-
 [tit,

VARIÆ LECTIONES.

695. Sirm., Vict., *succedant*. Vat., *succendant*.
 Azagr., *succendent*.

696. Vat., *I. enim d. q. n. retraxit o.*

697. Sirm., Vict., *fluiscunt*. Azagr., *fluescunt*.
 Vat., *fluuntur*; ad marg., *fluescunt*.

698. Sic Vat., Sirm., *erit*; quem *dura ligabant*.
 Vict., *quod*.

699. Vat., *semel*; alii, *simul mox*.

700. Editi, *subito*. Vat., *subitum*.

701. Vat., *ac formidatus*.

702. Ita Vat.; in Azagr., *violento v. turgens*. Sirm.,
 Vict., *violato v. turgens*.

703. Vat. s. *annes*.

706. Vat. l. *æstus*.

707. Vict., *flamina*. Sirm., *flumina*. Vat., *Et*
 B *jūd.... auris ventorum flammea mittit*.

NOTÆ.

694. Mirum videtur Rivino, et est quidem mirum
 active poeniteant se sceleris. Suspiciatur Aut si poeni-
 teat sceleris, id est, nisi mens pura adsit (ut vers.
 præc. dixit), saltem cor accedat contritum. Leviori
 mutatione restituetur *Ut si poeniteant sceleris mala*
vota reorum, aut *Ut sic poeniteant*, aut *Ausi poeni-*
teant, etc. In Elegia, v. 100, *Si sceleris facti mens*
rea poeniteat, et v. 304, *Ni peccata dolens poeniteat*
sceleris. Cum simili nominativo rarum est poeniteo,
 sed ita tamen usurpatur a Pacuvio, Justino et Li-
 vio: etsi apud hunc varia est lectio.

695. Cur Rivino magis placeat cum Weitzio voce
piorum quam cum cæteris *corda piorum*, causam non
 video. Quid quod in Weitzio mendum typographi-
 cum puto voce *piorum*? Nam Weitzius Fabricium
 sequitur ducem, neque ab eo discedit unquam, quin
 rationem emendationis proferat: hoc autem loco
 penitus silet.

696. Sensus verborum obvius est, Deum verum
 esse, qui sine principio est: sed ex versibus seqq.
 colligi potest, quem nulla retardat origo significare
 potestatem Dei in rebus illico creandis. Eodem re-
 spicit Vat., *retraxit*.

697. Isaias, cap. LXIV, v. 1, *A facie tua montes de-*
fluferent; v. 3, *A facie tua montes defluerunt*. Augu-
 stinus etiam verbo *fluesco* usus est. Guntherus imi-
 tari videtur Dracontium in præf. l. x, *Urbs fluit in*
cinerem: et l. x, v. 470, *Castrensibus oppida flammis*
In cinerēs collapsa fluunt. Rivinus scribit *fluiscunt* in
 erratis. Vide notam ad v. 443, l. III.

698. Fabricius et Weitzius cum Vict., *quod dura*
ligabant. Rivinus conjicit *pulvis erit, quem gleba liga-*
bat, vel *quem rura ligabant*. Verum hic sermo adhuc
 est de saxis in cinerem et pulverem redactis. Reti-
 nenda igitur est lectio Vat. *pulvis erit, quæ dura ri-*
gebat, hoc est quæ antea saxum erat. *Pulvis* in ge-
 nere feminino, quod minus usitatum est, librarios
 ad corrumpendum locum movit.

699. Psal. XVII, v. 8; Psal. LXXVI, v. 19; et cIII,
 v. 32, *Qui respicit terram, et facit eam tremere*. Majus
 id est quam quod de Jove ethnici dicunt: *Nutu tre-*
mefecit Olympum. Vide notam ad v. 704. Scriptura
 Vat. suscipi posset: nam *semel* pro *simul* interdum
 ponitur.

701. Intellige montes ipsos quasi pēndulos videri.
 Verba cap. IX, v. 5 et 6 Jobi sunt: *Qui transtulit*
montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo.
Qui commovel terram de loco suo, et columnæ ejus
concutiuntur. Quæ de terræ violento motu Dracontius
 exponit, ut plerique interpretes. At Didacus Stunica
 (Zuniga) Augustinianus, sæculi XVI politus auctor, in
 Comment. in Jobum existimat hunc locum explicari
 posse ex sententia Pythagoricorum-opinantium ter-

ram moveri natura sua. Denique, ait, nullus dabitur
 Scripturæ sacrosanctæ locus, qui tam aperte dicat ter-
 ram non moveri, quam hic moveri dicit. Hanc opinio-
 nem acriter refellit Pineda ad loc. cit. Job.

702. *Alveus violato vertice turgens* in Sirm. lectione
 est alveus aquis ad originem retortis tumidus. In
 nostra scriptura est alveus exæstuans, inundans et
 impetu fluens, qui dum ita flueret, expavit, quod
 reduces sentiret aquas. Refertur miraculum aquarum
 Jordanis, quæ steterunt, ut illac populus Israel trans-
 iret. Josue cap. III, v. 15, *Jordanis autem ripas al-*
vei sui tempore messis impleverat. Id nostra lectione
 indicatur: quod sequitur vers. 16 scripturam Sir-
 mondi confirmat: *Steterunt aquæ descendentes in loco*
uno, et ad instar montis intumescences apparebant
procul.

703. Prudentius hymn. 12 Cath., vers. 178, *Re-*
fluentis amnis alveo.

704. Sic v. 697, *Cujus ab aspectu*, et v. 699, *Qui*
visa tellure. Psal. LXXVI, v. 17, *Viderunt te aquæ,*
Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt. Alibi in sacris
 litteris *a facie Dei, a facie tua*. Ponitur *facies* pro
 præsentia, unde a scriptoribus ecclesiasticis fre-
 quenter usurpatum est *in facie mundi, in facie Eccle-*
sia, in facie publica, et simpliciter *in facie* pro *palam*.
 Ludovicus Legionensis de nominib. Christi nomen
 hoc Christi proprium esse ait *faciem Dei*, aut *faciem*
(Hispanice fazes), quia sæpe in sacra Scriptura *facies*
Dei Christus esse intelligitur. Postrema verba hujus
 versus pertinent ad miraculum maris Rubri, quod
 interruptum iter populo Israel præbuit, ut fusius nar-
 ratur lib. II, v. 160 seqq. Planior esset sententia, si
 legeretur *Visa Dei facies: hæc marmora glauca fuga-*
vit. Sed aliud magis poeticum est. Vide Exod. c. XIV.

705. Prudentius l. I contra Symm., præf. v. 10,
 D *Cærulei prælia gurgitis*. Virgilius, Ovidius, Statius
 aliique simili modo *gurgis* pro mari usurpant. Libr.
 II, v. 485, iterum *Gurgitis æquorei*. Pro terra ponitur
mundus. Mela in princ. oper., *Terra sublimis cingitur*
undique mari. Nonnulli universam terram insulam ap-
 pellarunt.

706. Obscurus versus et, nisi fallor, corruptus.
 Vide num restituendum sit *Et pelago spatiente fretis*
fit littus in æstu. *Spatiari* est diffundi, crescere, ut in
 his verbis Plinii l. V, c. 9, sect. 10, *Nilus certis die-*
bus auctu magno per totam spatialis Ægyptum. Fit
 ergo littus, quod est terra mari adjacens, in ipso
 æstu maris agitati, et undas glomerantis, dum sese
 in alia freta diffundit. De eodem prodigio Prudentius
 hymn. 5 Cath., v. 65, *Præbent rupta locum stagna*
viantibus Riparum in faciem pervia.

707. Job cap. XXVIII, v. 25 et 26; Psal. CXXXIV,
 v. 7, *Educcens nubes ab extremo terræ: fulgura in plus*

Et frenat rapidas in tempestate procellas
Grandinis, atque nivis, qui novit, quæ sit
[origo.

710 Qui dat fulmineos collis nubibus ignes,
Qui laxas abscondit aquas, et continet imbres,
Qui scit, quo nitidus crystallus ventre crea-
[tur;

VARIÆ LECTIONES

708. Vat., Viet., *rapidas*. Sirm., *rabidas*.

709. Vat., *nisvis venientis quæ*.

710. Hic versus deest in Vat.

711. Vat., *Qui saxis abscondit aquas et condidit ignes*. Sirm., Viet., *Qui laxas abscondit aquas, et continet imbres*: sic Azagr., nisi quod *laxas* habet pro *laxas*.

210 Candida materies, glacies duratur aqua-
[rum.

Qui noctos hiemis producit sole minore,

715 Et solis protendit iter flammantibus horis:
Qui lunæ saltus statuit, solisque labores;

211 Qui roseis stellare nemus, vel floribus
[agros

712. Azagr., *creatus*; alii, *creatur*.

713. Vat., *mutatur*; alii, *imitatur*. Viet., *hiberna*, pro *aquarum*.

716. Editi, *Qui phœbi saltus statuit, lunæque labores*. Vat., *Qua lunæ saltus statuit, solisque labores*.

717. Vat., *rosis*. Viet., *roseis*. Sirm., *rosulis*. Vat., *stillare pro stellare*.

NOTÆ

viam fecit. Qui proaucit ventos de thesauris suis. Vide B notam ad v. 711, et Corderium ad loc. cit. Job. Sirmondi lectio *flumina mittit* tolerari nequit.

708. Melius videtur *rapidas* quam *rabidas*. Vide notam ad v. 312, *Mittitur, ut vincat currens orbata procellas*. Libr. II, v. 154, *Præcipis, ut rapidæ perturbent cuncta procellæ*.

709. Job cap. xxxviii, v. 22, *Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti?* Ovidius libr. xv Met., v. 69, *Quid Deus, unde nives, quæ fulminis esset origo*.

710. Job cap. xxxvii, v. 2 et seqq., cum expositione laudati Corderii. Observandum vero est Deum ibi dici *tonare mirabiliter, lumen ejus esse super terminos terræ*, sed disertis verbis non exprimi, ab eo mitti fulmina, quod tamen in his verbis interpretes intelligunt.

711. In Vat. scriptura excogitari potest an sermo sit de grandine, quæ est aqua quodammodo saxo abscondita: qua de causa Hispanis *pedra* dicitur: Claudianus de Consul. Mallii Theod., v. 108, *Quis trahat imbriferas nubes, quo saxa creentur Grandinis, unde rigor nivibus*. Verba ejusdem Vat.; *condidit ignes*, intelligi etiam possent de igne qui latet in saxis, et emicat dum colliduntur. Sed lectio vulgata est præferenda: Dracontius enim ex Jobi libro præcipue divinam majestatem commendat: Cap. xxxviii, v. 28 Jobi: *Quis est pluvie pater? vel quis genuit stillas roris?* et cap. xxviii, v. 25 et 26, *Qui fecit ventis pondus, et aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluvii legem, et viam procellis sonantibus*. Et cap. xxvi, v. 8, *Qui ligat aquas in nubibus suis*. Hebræi quatuor claves Deo attribuebant, quas ille nec ulli quidem Seraphino dedisset, quarum primam clavem pluvie vocabant.

712. Crystallus gen. masc. rarum. Job cap. xxxviii, v. 29 seq., *De cujus utero egressa est glacies? et gelu de cælo quis genuit? In similitudinem lapidis aquæ durantur, et superficies abyssi constringitur*. Primo versiculo interrogatur, ex cujus utero glacies prodeat: D altero commemoratur aquæ congelatio, ex qua crystallus fit, ut exponit Corderius, quamvis plerique de solo gelu id explicant. Gaspar Sanctius Comment. in Job opinionem Corderii nonnulli favet. Dracontius de crystallo accipere videtur interrogationem cui respondet alter versiculus, quo asseritur in similitudinem lapidis aquas durari. Hoc ipsum explicat Dracontius vers. seq.

713. Weitzius *candidam materiem* ait esse margaritam aut unionem. Rivinus conjiciebat *glacies imitata nivales*, quia crystallus imitari nives dicitur a Cinna. Barthius ad marginem adnotaverat *glacies imitatur Iberas*, nempe Iberiæ, sed ad Claudian. pag. 1031 legit *glacies meditatur hibernas*. Weitzius cum Viet., *glacies imitatur hibernas*. Prima in *hibernus* ab *hieme* producitur, ab *Hiernia* corripitur. Omnes hæ lectiones facile ex eo rejiciuntur quod Dracontius

B libri Jobi sententiam complecti, et de crystallo exponere voluit. Ex *mutatur* in Vat. conficio hanc lectionem *glacies duratur aquarum*. Verba libri Jobi sunt *aque durantur*. Sed non omittam alias conjecturas, quæ sin minus probentur, certe non displicebunt. Jobi liber habet: *Superficies abyssi constringitur*. Hoc recte exprimetur per *facies duratur aquarum*. Suspicio etiam legendum *Candida mater ei glacie durata per annos*, aut *Candida mater nix glacie d. p. a.*, aut *C. mater ei glacies d. p. a.*, quod etsi remotum videatur, tamen ex Isidoro, qui fortasse hunc versum allegare voluerit, confirmari potest. Ita ergo Isidorus l. xvi, c. 13, *Crystallus resplendens, et aquosus colore traditur, quod nix sit glacie durata per annos*. Candida mater, seu candida materies est nix. Ut autem legi possit *Candida mater ei*, ratio illa suadet, quod apud Jobum primum agitur de patre pluvie, deinde de matre glaciei, sive crystalli, et Dracontius vers. sup. ait: *Quo nitidus crystallus ventre creatur*. Cui apposite respondet, *Candida mater ei glacie durata per annos*. Claudiani duo (alii tria) exstant epigrammata de crystallo, in cujus medio aqua resoluta cernebatur: *Nec potuit toto mentiri corpore gemmam, Sed medio mansit proditor orbe latex*. Marbodius in libro Evacis de gemmis Isidorum et fortasse Dracontium respicit cap. 41, *Crystallus glacies multos durata per annos, Ut placuit doctis, qui sic scripsere, quibusdam, Grandinis antiquæ frigus tenet, atque colorem. Pars negat*, etc. Negat scilicet Solinus. Harduinus ad Plinium l. xxxvii, sect. 9, glaciem, ex qua crystallus fit, ait esse succum in terræ visceribus, atque inter cautes frigoris vi conglutinatum et coactum.

714. Ut longi soles dicuntur de diebus longis, sic soles minores de diebus brevibus. Adisis Barthium ad Statium l. v Theb., v. 460.

715. Non semel verbo *flammo* usus est Dracontius, ut Statius aliique. Exempla more suo congegit Barthius in not. ad argumentum libr. iii Thebaid., v. 5.

716. Intelligo, inquit Weitzius, declinationem solis a partibus australibus ad septentrionales, et vice versa recursum ab istis ad illas: ne quis ad anilem hæc trahat fabulam qua sol in festo Resurrectionis dominicæ saltum efficere perhibetur. Alii vero in die festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ solem saltare pueriliter fabulantur: quod tamen jam nunc, ut opinor, nec pueri credunt. Luna laborare dicitur a poetis, dum deficit, ejusque defectus labores vocantur. Hac ratione nititur scriptura vulgata. Sed præferenda est lectio Vat. Dracontius enim Virgilium l. i Æn. in fine, imitatur: *Hic canit errantem lunam, solisque labores*. Errores lunæ saltus a Dracontio dicuntur. Idem Virgilius l. ii Georg. vers. 478, *Defectus solis varios, lunæque labores*: quo in loco de eclipsi solis, et lunæ loquitur; sed in altero de utriusque cursu.

717. Primigenia videtur lectio *roseis*. Sirmundus fortasse ex ingenio reslituit *rosulis*: quanquam l. ii,

Imperat; autumni qui dulcia poma saporat, A
 Et fragiles gemmis variat in vitibus uvas, 725
 720 Ut cibus, et potus sint ubera dulcia musti;
 212 Qui dat corvorum pullis alimenta, facit-
 [que,
 Noverit ut vultur, qua sit regione cadaver,
 Dux odor, atque sagax quem mos invitat ad
 [escam,

Præpetis aut aquilæ senio renovare juventam ,
 725 213 Quæ rostro crescente famem tolerabat
 [obunco :
 Quî pascit, quòdcunque creat, pietate paren-
 [tis,
 Vitæ certa salus per mille pericula mortis,
 Debilibus virtus, opulentia major egenis,

VARIÆ LECTIONES.

718. Vat., poma saporant.
 719. Vict., f. hiemis variat sub v. Vat. cum Sirm.,
 sed uvæ pro uvas.
 721. Abest hic versus a Vat.
 722. Vat. noverat et vultur.
 723. Sirm., Dux odor usque sagax quem mos i.
 Vat., dux odor atque sagax quem mos i. Vict., dux,
 rectorque sagax quem.

724. Ita Sirm. et Vat.; in Vict., præcipit aut Azagr.,
 a. senium renovare juvena.
 725. Vat., f. tolerabit ab unco.
 726. Sirm., Quæcunque. Azagr., Vict., Vat., quod-
 cunque.
 727. Vat., vita certa.
 728. Vat., v. opulenta m.

NOTÆ.

v. 441, occurrit, *Et rosulas proferret hiems*. Sed *rosei flores*, hoc est pulchri a multis dicuntur, ut a Claudiano de magnete v. 29, qui tamen versu mox allegando *stellata rosis* dixit. Boethius l. i, carm. 2, fortasse imitatione Dracontii: *Quis veris placidas temperet horas, ut terras roseis floribus ornet*. Tertullianus de Iudicio Domini versus med., *Et roseis nivea crispantur floribus arva*: ex quod obiter corrigam secundum versum hujus poematis, quem in pluribus editionibus ita invenio scriptum: *Et verni roseas titulabit floribus auras*. Lego: *Et vernas roseis titulabit floribus auras*. Ager eleganter *stellare floribus* dicitur, ut coelum florere sideribus. Vide Gifanium Ind. Lucr. verbo *stareo*. Claudianus l. ii de Raptu Pros., vers. 150, *Hæc graditur stellata rosis*. Mar. Victor l. i Genes., *Sidereos hic terra vibrat distincta colores*, lege colores. Prius dixerat: *Astraque distinctis coelum pingentia zonis, Floribus æthereis varios vibrare colores*.

718. Sirmondus distinguit *Imperat autumni, qui*. Non probo. Autumnino fructus tribuuntur, non flores: cujus symbolum est cornu copiae uvis, et pomis refertum. Forcellinus ad barbara rejecit *saporo, saporas*, quo usus indicat Dracontium et Petrum Ghrysologum. Admittit vero adjectivum *sapo atus*, quod certe magis usitatum est.

719. Rivinus excogitaverat *plenis*, sed agnovit melius esse in Sirm. *gemmis*. De gemmis vitis dictum jam supra ad v. 575. Propertius, l. iv, eleg. 2, vers. 15, *Prima mihi variat viventibus uva racemis*. Dicuntur uvæ fragiles, quia vites ipsæ fragiles sunt, vel quia vitreæ sunt, et *vitreus* et *fragilis* pro eodem sumi solent. Publius Syrus in Mim. *Fortuna vitrea est, tum cum splendet, frangitur*. Vel denique quia uvæ quodammodo franguntur et facile rumpuntur.

720. Ut matrum ubera cibum, et potum filiis præbent, sic uvæ, quæ sunt veluti ubera vitis, hominibus cibum et potum ministrant. Pulchra hac metaphora usus etiam est Columella, l. iii, al. iv, c. 21, *Quibus (vitibus) alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit ubera*: quæ verba corruptissime olim legebantur in antiquis editionibus, sed feliciter postea restituta sunt; neque aliter ea exhibet codex ms. Columellæ in Bibliotheca Altierana. Alioquin *uber* significat etiam fertilitatem, ubertatem, ut *uber agri, ubi glebæ*, et de vitibus Virgilius II Georg. v. 275, *In denso non signior ubere Bacchus*; Claudianus, Columella et alii.

721. Psal. cXLVI, v. 9, *Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum*. Jobi c. xxxviii, v. 41. Lucæ cap. xii, v. 24. Pullos corvorum a parentibus derelinqui multi narrant. Confer Pinedam et Corderium ad loc. cit. Job, ut alios omitam.

722. Jobi c. xxxix, v. 30, Proverb. cap. xxx, v. 17, Matth. c. xxiv, v. 28, Lucæ cap. xvii, v. 37. Quibus in locis aquila cadaveribus pasci dicitur. Dracontius cum Septuaginta, Hieronymo et aliis vulturem nominat, quia aquilæ, quæ corpora exanima sectantur, speciem referunt vulturis: nam aliæ aquilæ cadavera non tangunt. Ad commune aquilarum genus vultur et milvus a plerisque reducuntur.

723. Isidorus, l. xii Orig., c. 7, *Vultures autem, sicut et aquilæ, etiam ultra maria cadavera sentiunt: alius quippe volantes multa quæ montium obscuritate celantur, ex alto illæ conspiciunt*. Ubi non eximia odorandi facultas commendatur, quod putat Forcellinus verbo *Vultur*, sed oculorum acumen. Quod attinet ad scripturam hujus versus, cum prius legeretur, *Dux, rectorque sagax quem mos*, Sirmondus restituit *Dux odor usque sagax quem mos invitat ad escam*. Nihil potuit Sirmondus, neque Dracontius melius, ait Rivinus. Nihilominus prætero lectionem quam ex Vat. promo, et pro *mos* restituo *mos*, nempe natura ipsa, et instinctus vulturis.

724. Rivino commodius ad sensum videtur *Præcipit aut aquilæ*. Aliud mallet pro *præcipit* aut *præpetis*; forte *Præsciat aut aquila*, vel potius *Perpetis aut aquilæ*, quæ scilicet perpes dicatur, quia, cum ad senectutem devenit, juvenescit. Lectio Azagr. probabilis est. Arator, l. ii, v. 528 seqq., fuse narrat quæ ratione aquila senium deponat. Barthius, l. xxxiii, c. 3, eos versus cum retulisset, addidit eam de aquila historiam seu fabulam alio loco, quantum quidem meminerat, se non legisse quam apud Aldhelmum in libro *Ænigmatum*, qui forte Aratorem expresserit. Verum longe antiquior Aratore est hæc historia, et ipse Barthius ad Claudianum præf. tertii consul. Honorii ex Hieronymo epist. ad Præsidium (quam illi vulgo abjudicant), Aratorem et Aldhelmum eam narrationem sumpsisse existimat, et ex Paulino aquilæ juventutem alio modo renovari ostendit. Ansam hujusmodi narrationibus præbuerunt verba psalmi cii, v. 5, *Renovabitur, ut aquilæ, juvenus tua*. Certum ex his est juventutem aquilæ quodammodo renovari: de qua tamen renovatione alii alia dicunt. Dracontius secutus est Augustinum in psal. cit., et Epiphanius in Physiolog., qui tradunt senescentem aquilam rostrum, quod nimis aduncum factum comestionem impedit, ad lapidem allidere, quo rupto cibum sumit ac juvenescit, et *fit in ea quædam resurrectio*, ait Augustinus. Consule Petavium in Animadvers. ad Epiph. Physiolog. cap. 4. Adde Hildebertum Cenomanensem in Physiologo carm. de aquila. Nonnulli de mutatione pennarum qua aves quodammodo juvenescunt, verba psalmi exponunt.

725. In Vat. *tolerabit*, forte est pro *toleravit*. *Rostrum aduncum et obuncum* dicitur, et utriusque vo-

- Auxilium miseris, spes, et defensio pressis,
 730 Fessorum virtus, dans nutrimenta salutis.
 Qui facit, æternam mortalia lege latenti
 Membra tegant animam vento spirante loquaci.
 Qui lunæ crescente globo jubet æquora cre-
 [scant
 214 Fluctibus adjectis, crescant cum fonti-
 [bus amnes,
 735 Crescat et inclusum capite genus omne cere-
 [bri,
 Et minuantur aquæ, luna minuente, liquentes,

- A Ac decrescente decrescant lege perenni.
 215 Qui reges et regna domat, sternitque
 [potentes ;
 Dejicit elatos, et mergit ab arce superbos,
 740 Atque oppressores Deus opprimit, et pius
 [ultor
 Elevat elisos, et consolatur adactos
 Luctibus et damnis, et vulnera sæva do-
 [lentes.
 Est nobis vexata salus? pietate medelam.
 Impendis tu, sancte, tuam medicamine nullo,

VARIE LECTIONES:

731. Vat., qui facit æterna mortalia. Alii, q. f. æternam ut mortalia.

732. Vat., animum v.

733. Viet., jubet, ut mare crescat.

734. Vat., Sirm., abjectis. Azagr., Viet., adjectis.

735. Viet. i. capiti q. Vat. i. capitur q.

736. Ita Vat., sed videtur scriptum muniente pro minuente. Sirm. l. m. liquores. Viet. Et minuat aqua, luna minuente, minore, ac decrescenti decrescant lege perenni.

737. Vat. Ut decrescente decrescant l. p. Sirm. Ac decrescenti decrescant l. p.

741. Vat., consolatur abactos; editi, c. adactos.

B 742. Viet., ictibus et d.

743. Sirm., Viet., Tu nobis, invicte Deus p. m.; sic Azagr., sed tunc pro tu. Vat., Et novis vexata salus p. m., ex quo locum restitui.

744. Sirm., Impendis, cui cuncta salus medicamine nullo est; sic Viet., sed tu pro cui, et nullo Quod sine est. Vat. ut hic editum est, sed cui pro tu.

NOTÆ.

cabuli sunt proba exempla. In Vat. ab unco est pro obunco; nisi malis retinere ab unco, scilicet famem tolerabat a rostro unco crescente, vel, rostro crescente, famem a rostri unco tolerabat.

729. Libr. II, v. 685, Major defensio pressis. Plura alia similia loc. cit.

730. Paulo ante dixit v. 728, Debilibus virtus: nempe libens eadem verba sæpe repetit. Alioquin legi posset Fessorum vires aut Fessorum robur. Rivinus ex conjecturâ dans nutrimenta solutis, videlicet solutis morbo aut ætate. Melior est lectio codicum.

731. Eleganter omittitur ut post facio, ut in Vat. et v. 733, Jubet, æquora crescant. Persæpe tamen additur, atque hoc loco addi potest. Mortalia membra æternam animam tegunt, quia caro est veluti amictus, carcer, vinculum animæ. Hæc animæ cum corpore unio lege latenti sit: non enim quidquam recentes philosophi profecerunt, qui prolixos commentarios de re hac, necessario mortalibus obscura, conscripserunt.

733. Rivinus Sirmondo affingit, quod legat jubet, æthera crescant, vel potius hic est unus e multis erroribus typographicis Rivini; nam in Sirmondo invenio jubet, æquora crescant. Æstus maris reciprocus cum motu lunæ tam certam habet connexionem, ut illum ex hoc pendere non immerito multi philosophi opinentur. Sed Dracontius loquitur de motu quo, crescente luna, crescit mare, et, decrescente, decrescit. Isidorus de Natur. rer., c. 18, Dracontium videtur describere: Luna crescente, crescunt omnes fluctus, atque ea minuente, minuuntur. Ita enim legendum est, non, ut in editione recentiori Matritensi video, crescunt omnes fructus. Revera Dracontius non solum mare crescere ait, sed etiam amnes cum fontibus. De euriporum motibus consentit Basilus Hexaem. homil. 6. Seneca, l. III Quæst. nat., c. 26, disserit cur flumina quædam æstate augeantur, et unam ex rationibus a sideribus peti observat. Luna crescente et decrescente humores omnes crescere et minui, in nota ad v. 735 constabit.

734. Præferendum est Adjectis fluctibus, quia mare crescit, dum fluctus augentur, et quasi adjiciuntur. Isidorus loc. cit., Crescunt omnes fluctus.

735. Utrovis modo dici potest inclusum capite, postrema producta ob cæsuram, vel inclusum capiti. Totam hanc sententiam Dracontius in elegia rursus illustrat v. 235 seqq., ubi v. 241, Ipsa medulla latens observat cornua lunæ, Observant lunæ tecta cerebra globos. Hinc lunatici. Vide Macrobii verba in not.

adv. 664. Isidorus, l. XII Orig., cap. 6, num. 48, ex Palladio lib. ult. cap. 6, Omnium enim clausorum maris animalium atque concharum incremento lunæ membra turgescunt, defectu evacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit, auget humorem; cum vero in defectum venerit, humores minuuntur. Plinius, l. II, cap. 99, Accedensque (luna) corpora impleat, abscedens inaniat. Vide Palladium l. XIII, tit. 1, de Medullis. Alcimus l. I de Cerebris, Fulgentius Placiades l. II Myth. versus finem. Confer Apuleium Met. l. XI initio, Manilium Procem. l. II, v. 93, Oppianum l. V Halieut., v. 589 seqq., Aulum Gellium l. XX, c. 8, De iis quæ habere σμπαθειαν videntur cum luna augescente ac senescente, Nonnum Dionys. 5, v. 162, Basilium Hexaem. hom. 6, versus finem, Ambrosium Hexaem. l. IV, c. 7, num. 29, dissertationes Rivini de Venilia et Salacia, quas ipse indicat.

736. Rivinus Sirmondo attribuit Et minuantur aqua, luna minuente liquores, et ipse ex conjectura melius putat Et minuantur aquæ, luna minuente, liquores. At in Sirmondo ita plane lego Et minuantur aquæ luna minuente liquores, ac solum diversa interpunctio est in Rivino, ex qua clarior redditur sententia. Luna minuente pro imminuta dixit etiam Isidorus laudatus ad v. 733, et Dracontius in Elegia v. 238, qui minuo neutrorum more ponit v. 240, Hæc eadem minuunt, Cynthia dum minuit. A. Gellius l. I, c. 3, Famæ minuentis dixit, quanquam alii legunt famæ imminentis. Corippus v. 31 præfation., Suspiciens minuentis cornua lunæ. Palladius, l. III, tit. 24, Si minuente luna seratur. Cæsar l. III de Bello Gall., cap. 12, Rursus minuente æstu. Sic augere pro augeri dicunt Sallustius, Cato, Lucretius.

738. Ex cantico B. Virginis Lucæ cap. I.

740. Forte et pius ultro. Cæterum bene est pius ultor. Prudentius Cath. hymn. 6, v. 93, Idem tamen benignus Ultor retundit iram.

741. Libr. II, vers. 741, habet pænis adactos. Abactos, vel adactos videtur significare subactos. Ac dici posset consolaturque subactos. Statius etiam dixit adactum pro subactum l. I Theb., v. 19, Bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Istrum.

744. Pro Impendis Rivinus conjicit Impertis. Sed impendere pro conferre etiam in usu est, et occurrit l. III, v. 248, Impendat, etc. Lectionem Sirmondi cui cuncta salus medicamine nullo est, exponit Rivinus, quem alias nec ipsa quidem salus, si maxime velit, servare posset (ut Comicus ait), tu Deus medelam impertis. Præfero scripturam Vat. Poetæ Christiani libenter sancte usurpant, cum Deum alloquuntur. Libr.

745 Quod species terrena parat languoris ad æstus. A
 Spes hominum intendens, et vota precantia
 [complens,
 Aspice despectum, dejectum attolle parumper,
 216 Confusumque juva, quia pœnitet esse
 [nocentem,
 Ut valeam memorare tuas hoc carmine laudes,

VARIÆ LECTIONES.

745. Vict., languoris adepti. Sirm., l. ad æstus. Vat., p. sermonis l. ad æstu.
 746. Editi, cernens; Vat., intendens.
 747. Vat., Aspice dejectum, despectum attolle parumper, sic Vict., sed tolle pro attolle. Sirm., Aspice despectum, dejectum tolle parumper.
 748. Ita Vat.; alii, confessumque juva, quem p.
 749. Vat., memorare; alii, narrare.

750 Quas potero: nam nemo valet narrare creatus
 Vel modicum facientis opus: quo mens mea
 [clamat
 Pectore contuso lacrymans, et voce fideli.
 Obses sermo tuus nostro nam corde tenetur,
 Quo te promittis nimia pietate parentem.

751. Vat., Vel modicum fas litis opus quod mens mea clamat. Sirm., V. m. facientis o. quod mens rea c. Vict. ita, sed quod mente reclamet.
 753. Vat., Obsess..... tuus. n. n. c. t. deest sermo.
 754. Hic est postremus versus in Sirm., Vict. et Azagr. In Vat. illico additur Omnipotens æterne Deus, quo hemistichio concluditur primus liber. Verum id initium est libri secundi, ut clarum est.

NOTÆ.

ii, v. 597, Ante videns primum medicinam, sancte, parasti, Quam faceres hominem, et libr. iii, v. 598, Nostris, sancte, tuas, etc.

745. Species sumitur pro condimentis, aromatis, medicamentis: idemque vocabulum, aut aliud ex eo ductum, in linguas vulgares, in Germanicam etiam manavit. Serenus in fine, sive Vindicianus, sive Marcellus in carmine de Medic., Adde et aromaticas species, quas mittit Eous. Vide Martian. Dig. l. xxxix, tit. 4. leg. ult., Languor de quovis morbo recte dicitur.

746. Barthius volebat Spes hominum curans. Scriptura Vat. vera est, quasi intendens in spes hominum omisso in. Libr. iii, v. 602, Et lacrymas intende meas, quas fundo diurne. In orationibus ecclesiasticis Deus preces hominum intendere dicitur. Hoc loco poterit etiam exponi, spes, et fiduciam hominum augens.

747. Pro parumper conjectura Barthii est per impar, quod non intelligo. Rivinus mallet per auram, vel per umbras, scilicet dejectum. Non video cur parumper displicere debeât. Hoc loco parumper significare potest cito, velociter, ut apud Ennium i Annal., Te nunc, sancta precor Venus, et genetrix patris nostri,

B Ut me de cælo visas cognata parumper. Vide notam ad v. 4 libr. ii.

748. Non male est Confessumque, sed Confusumque juva magis huic loco congruit post despectum, dejectum. Confusus pro perturbato aliqua animi affectione, mœrore, metu, terrore ab ethnicis etiam usurpatur; apud ecclesiasticos scriptores obvia est ea vox de iis quos criminum pœnitet, et pudet uti etiam confusio.

749. Vide prolegomena, num. 85.

751. Forte Vel minimum factoris opus. Verum hic modicus pro exiguo sumitur. Cicero Paradox. 6, Mea pecunia est ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. Rivino magis probatur scriptura Sirmondi quod mens rea clamat, quam Barthii conjectura quod mente celebret. Mihi placet lectio Vat. De clamore mentis ad Deum dixi ad v. 568.

752. Pectora contundere in gemitu et lacrymis solenne etiam fuit ethnicis. Seneca, Thyest. vers. 1046: Pectora illiso sonent Contusa planctu. Petronius, Satir. c. 81, Verberabam ægrum planctibus pectus. Adde vers. 577 libr. iii et seqq. cum notis, ubi plura proferam.

LIBER SECUNDUS.

217 Omnipotens æterne Deus, spes unica
 [mundi,
 Inventor, genitor, nutritor, rector, amator
 [tor
 Cunctorum, quæ mundus habet, quæ celsa
 [polorum,

SCRIPTURA COD. VAT.

Hoc hemistichium, ut modo dixi, sic mutilum finem claudit libri i in cod. Vat.

5. Cunctarum quæ.

1. Postrema verba supplevi ex Sedulio, cujus integer est hic versus paulo post initium libr. i, Omnipotens æterne Deus, spes unica mundi. Et Dracontius quidem phrasi sacræ Scripturæ persæpe Deum spem appellat, ut paulo post v. 31, Spes hominum, et v. 584, Conditor et spes, et libr. i, vers. 434, Spes, opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index, et Eleg. v. 1, Rex immerse Deus, cunctorum conditor, et spes.

2. Nutritor Deus, ut l. i, v. 685, Sub nutritore Tonante, et vers. 552, Ipse rigator erat, sator, altor, messor, arator. Deus etiam est amator cunctorum, quæ condidit. Sapient. cap. xi, v. 25, Diligis enim omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti.

3. Celsa polorum, ut dulcisa rerum, et similia, nisi mavis legere tecta polorum, vel templa polorum. Sed l. iii, v. 542, similiter Celsa poli.

4. Mox. v. 47, Nec cæli secreta vacant. Claudianus initio hb. i de Raptu Preserp., Et vestri secreta poli,

Quæ cæli secreta tegunt, produntque pa-
 [rumper,
 5218 Sidereus quod ab axe globus super astra
 [rotatur,
 Pendula quod tremula vibrant face sidera
 [flammas,

5. Astra rotatum.

6. Vibrat. f.

NOTÆ.

D quod is de inferis dicit. Auctor incertus de laudibus Domini sub Constantino: Ad summi secreta poli, qua lucidus æther Pigra vetat proprio succendere nubila cælo. Legam succedere. Parumper est interim, paulisper, parvo tempore, aliquando paulatim, ut Servius putat, vel cito, velociter, ut Nonius, c. 4, interpretatur illud Virgilio l. vi Æn., vers. 382, Pulsusque parumper Corde dolor, ubi Servius advertit ex aliorum sententia parumper esse valde parum. Hoc loco videtur significare aliquantulum, aliqua ex parte. Nam cæli secreta ita latent, ut tamen sese hominibus aliqua ex parte manifesta reddant, quantum quidem satis est ad Dei potentiam agnoscendam et prædicandam.

6. Sidera pendula sunt, quia cælo fixa quasi pendunt. Cogitabam an oporteret legere Splendida quod tremula. Vibrare pro splendere, micare poni solet sine accusativo, sed semper hic subintelligitur, ut vi-

Et stellæ sub luce latent, sub nocte refulgent, A 15
 Nuntius auroræ quod lucifer emicat ardens,
 Ut fuget astra poli, fugiturus lucis habenas,
 10. Quod calor est solis, quo splendet frigida
 [luna,
 Partita cum fratre vices, sua tempora lustrans,
 Ne simul invadant mundum sine luce tenebræ,
 Credaturque chaos spatio sub noctis adesse,
 Quod tu, cum faceres mundum, virtute ne-
 [casti.

SCRIPTURA COD. VAT.

7. Et belle s. l. l. s. n. refulget.

9. Ut fugat a.

11. Partica cum parte v.

219 Tu Deus inspiras, ut sol auriga vocetur,
 Non quia vectus equis est quattuor axe rotato,
 Sed quia perfectus sol quattuor ex elementis
 Quattuor alternat solers auriga colores,

220 Permutat jussus sol tempora quattuor
 [anni,

20 Non ausus transire vices sub lege perenni
 Præfixas ditione tua, non ille vapores
 Auget sponte sua, medios nec temperat ignes,
 Aut gelidum dat forte jubar, nisi præduce jussu

NOTÆ.

brare flammæ, lumen : vibrare enim est projicere, B
 conculcare.

7. Vide l. i, v. 220, Sed luce præmuntur, etc., et
 v. 675. Cujus ab immensis languescunt sidera flam-
 mis, etc.

8. Libr. i, v. 668, Nuntius auroræ, etc.

9. Forte Et fugat astra. Horatius, l. iii, od. 21,
 in fin., Dum rediens fugat astra Phæbus. Ovidius,
 Heroid. ep. 2, v. 47: Remigiumque dedi, quo me fu-
 giturus abires. Sic etiam fugiturus dixerunt Plinius,
 Petronius, Statius. Habentæ lucis sunt auroræ vel so-
 lis : nam etiam auroram quadrigis aut saltem bigis
 vehi poetæ finxerunt.

10. Redditur ratio cur luna frigida dicatur, l. i,
 v. 52 et 666, quia scilicet lumen a sole accipit. Fri-
 gida etiam vocatur luna, quia roscida est, et passim
 dicitur, et quia nocti frigidæ præsidet. Posset con-
 jici Quod calor est solis, quod splendet frigida luna
 Partita cum fratre vices.

11. Partita a partior, partiris postrema producta
 ob cæsuram. Sedulius, l. i, v. 253, ait de sole : Par-
 titur cum nocte vices, nec semper ubique est. Tentari
 potest Partita cum fratre vice. In ms. est parte, et
 fortasse scribendum est patre, quasi sol pater sit
 lunæ, quod lumen suum illi impertiatur. Sed nimis
 frequens est apud poetas lunam sororem solis, solem
 fratrem lunæ dicere, adeoque hoc potius censeo vo-
 luisse Dracontium. Tempora lunæ legitur etiam l. i,
 v. 73. Ovidius de Remed. amor. v. 585, tempora
 Phæbi dixit : Tristior idcirco nox est, quam tempora
 Phæbi. Ac revera tempora aliud non sunt nisi motus
 ipse solis, lunæ et stellarum, Genes. cap. i, v. 14,
 Fiant luminaria... et sint in signa, et tempora, et dies
 et annos. Vide v. 52 et seq. libr. i. Lustrare est obire,
 peragraré. Cicero, l. ii, cap. 20, de Nat. deor., Mer-
 curii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem.

14. Ita restitui versus corruptissimum. Sententia
 clara est : Si tenebræ noctis sine ulla luce lunæ et
 siderum mundum invaderent, chaos illud adesse vi-
 deretur, quod Deus destruxit cum mundum condidit. D
 Libr. i, v. 116, Prima dies nam lucis erat, mors una
 tenebris. Vide notam ad v. 197 hujus l. ii. Translate
 necare pro expellere, destruere. Seneca, in Hippol.
 v. 454, Quid te coerces, et necas reclam indolem?

15. Ovidius, l. ii Met., v. 327, Hic situs est Phaeton,
 currus auriga paterni. Inspirare pro lumen internum
 immittere verbum in Ecclesiæ usu frequens, sed quod
 ab optimis Latinis scriptoribus prolectum est. Virgi-
 lius, vi Æn., v. 11, Magnam cui mentem, animumque
 Delius inspirat vates. Quintilianus, lib. ii, cap. 5, Qui-
 bus viribus inspiret, qua jucunditate permulceat. Justi-
 nus, lib. v, cap. 1, Qui inspirari solent, fatuari di-
 cuntur.

17. Capella, l. ii in hymno solis : Quattuor alipedes
 dicunt te flectere habenis, Quod solus domites, quam
 dant elementa, quadrigam. Dracontius originem tabu-

læ de curru solis quærit et explicat. Aratus in Phæ-
 nom., Huic quoque illam ob causam, quod aut quadri-
 partitis temporum varietatibus anni circulum peragat,
 id est, verni, æstatis, autumnii, et hiemis : aut quod
 quadripartito limite diei metitur spatium. Qui locus ex
 Fulgentio libr. i Mythol. suppletur, Huic quoque qua-
 drigram ascribunt illam ob causam, quod aut quadripar-
 titis temporum varietatibus anni circulum peragat, aut
 quod quadrisido limite diei metiatur spatium. Princi-
 pia rerum omnium quæ sensibus percipiuntur esse
 quattuor elementa Empedocles, Hippocrates aliique
 philosophi statuerunt, qui asserebant omnia elementa
 omnibus inesse, sed unumquodque eorum ex eo quod
 amplius habet, accepisse vocabulum, ut hanc opinionem
 explicat Isidorus l. xiii Orig., c. 3. Solem ex igne et
 aqua maxime constare innuit Dracontius l. i, v. 25.
 Sed elementa omnia mutuam inter se habent con-
 nexionem, et, ut explicat Ambrosius l. iii Hexæm.,
 c. 4, aqua quasi duobus brachiis, frigoris, atque hu-
 moris, altero terram, altero aerem videtur complecti,
 frigido quidem terram, aerem humido. Ignis calidus
 et siccus calore aeri annectitur, siccitate terræ. Ita
 etiam alii.

18. Facile esset calores pro colores legere : nam
 paulo post quattuor calores solis distinguuntur, æsta-
 tis, autumnii, hiemis, veris : qui etiam in diversis
 horis cujuslibet diei notari possunt, et Ovidius l. ii
 Met., v. 134, ait : Utque ferant æquos et cælum, et
 terra calores, Nec preme, nec summum molire per
 æthera currum. Sed scriptura vetus sustineri debet :
 nam solis colores quattuor in quattuor diei partibus
 diversi notantur. Aratus in Phænom. : Unde et ipsis
 equis condigna nomina posuerunt, id est, Erythræus,
 Actæon, Lampros, et Philogæus. Erythræus Græce
 ruber dicitur, quod a matutino lumine rubicundus
 exurgat. Actæon lucidus dicitur, quod tertia hora
 instans lucidior fulgeat. Lampros vero lucens vel ar-
 dens dicitur, quod fit dum ad umbilicum diei contra
 arcticum conscenderit circulum. Philogæus Græce ter-
 ram amans dicitur, quod hora nona proclivior vergens
 occasui pronus incumbat. Eisdem fere verbis Fulgen-
 tius l. i Myth., sed centratum pro contra arcticum. Alii
 aliis nominibus equos solis appellant. Vide Hygnum
 fab. 185, et Ovidium ii Met., vers. 155, Interea vo-
 lucres Pyroëis, Eous et Æthon, Solis equi, quartusque
 Phlegon.

20. Libr. i, v. 737, similiter Decrescant lege pe-
 renni.

21. Ditione pro imperio. Cicero, libr. ii Leg., c. 7,
 Sit igitur hoc à principio persuasum civibus, dominos
 esse omnium rerum ac moderatores deos, eaque quæ
 gerantur, eorum geri vi, ditione ac numine. Pro calores
 ponitur vapores.

23. Gelidum dicitur jubar solis hiemis tempore,
 quia minus calefacit, nec gelu prohibet. Scribi posset
 præduce jussu. Sed prædux etiam solo Dracontio au-

Imperii per sæcla tui sine fine manentis. A
 25 Militia famulante sua servire fidelis
 Oceano, mundo, vel cœlo teste probatur.
 Sic opus omne tuum visum est et non latet or-
 [bem. 40
 Te, Deus, auctorem, te norunt omnia pa-
 [trem,
 Te pariter dominum, qui das exordia rebus,
 50 Et finem sine fine paras, exordia nescis :
 221 Spes hominum, rerum princeps, mundi-
 [que superstes
 Sanctus ubique tuus complectitur omnia prin-
 [ceps
 Spiritus immensam penetrans per sæcula molem :
 Ut fusus aer, sic omnia contegit implens,
 35 Singula per partes, generaliter omnia nutrit, B

Totus ubique juvans, et totus ubique ministrans;
 Quæ vibrans natura dedit, quæcunque creantur,
 Aut generata valent, hæc spiritus ingerit alvus,
 Corporeos artus fovet, erigit, urget, et auget.
 40 Continuanda manent, et succidenda labascunt.
 222 Mentibus insidit, penetrat caput, ossa,
 [medullas.
 Pectora, cor, sensus, animam, præcordia, mien-
 [tem.
 Illustrat venas, oculos, et viscera replet.
 Quid lædat, quem cuncta gerunt, quo cuncta
 [reguntur,
 45 Temporis, et spatii quem spiritus omnis, et
 [ignis
 Laudat, et æternum venerantur cuncta paren-
 [tem ?

SCRIPTURA COD. VAT.

25. *Suas s.*
 27. *S. o. t. visibile n. l. o.*
 28. *Te nominis omnia; sed nominis, obscure.*
 30. *Fine parens e. noscit.*
 34. *Nam quasi fusus aer, sic.*

35. *Singula non partim g.*
 37. *Quæ vibrat n.*
 40. *S. labuntur.*
 41. *M. insidet p.*
 44. *Quid lædat quem.*

NOTÆ.

ctore mihi probatur : sic alii præduco dixerunt. Non male esset *perpete jussu*.

24. Libr. I, v. 86, *Deum post sæcla manentem*. Hic etiam bene esset *post sæcla*.

25. Libr. hoc, v. 333, *Militia præclara poli*, Sophonias, c. I, v. 5, *Ei eos, qui adorant super tecta militiam cæli*, scilicet solem, lunam et stellas. De solis militia Dracontius l. I, v. 229, *Miles et ipse Dei*. Quod Dominus dicitur Deus Sabaoth sive exercituum, nonnulli interpretantur de astris quæ, veluti acies sub armis ad nutum Dei stantes, exhibentur. Vide Calmetum, Diction. Bib., verbo *Sabaoth*.

26. *Mundus pro terra*, ut l. I, v. 705, *Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis*. Simili loquendi ratione probatur occurrit libr. I, v. 585, *Quibus apta probatur*, et v. 524, et lib. II, vers. 190, 265, 583, 716, et in Eleg. v. 187 et 295, quanquam nonnullis in locis variant codices. Ovidius II Met., v. 92, *Et patrio pater esse metu probor*.

27. Non constat ratio metri, si legatur *tuum visibile non latet*. Restitui *visum est, et non* : scilicet visum est per solem. De luce libr. I, v. 135, *Cujus jussit ope clarescere cuncta creata*.

30. Forte *sine fine paras* : vel qui das exordia rebus, *Et finem; qui sine carens exordia nescis*. Lib. I, vers. 22, *Et merito, quia sine carens primordia nescit*.

31. *Spes Deus*, ut dictum v. 1 hujus libri. *Princeps* usurpatur pro inventore et auctore a Cicerone et aliis. De Deo Dracontius l. I, v. 552 et 599, et l. III, vers. 154. *Superstes* cum genitivo in Cicerone aliisque probatissimis scriptoribus invenitur. Hic locum habere potest prima et propria significatio vocis *superstes*, hoc est, qui super stat, et præsens adest mundo.

32. Genes. cap. I, v. 2, *Et spiritus Dei ferebatur super aquas*. Spiritum sanctum multi interpretantur. De hoc Dei spiritu loquitur Dracontius, ut libr. I, v. 600 et seqq., *Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta moventur, Omnia complectens, etc.* Poterit intelligi ipsa natura et virtus divina : nam Deus spiritus sanctus est, ut spiritus substantiam incorpoream significat.

33. Virgilius, VI Æn., v. 726, *Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agit molem*. Dracontius, l. I, v. 603, de mundo, *Moles et immensa*.

34. Non puto Dracontium corripuisse primam in aer, quamvis fieri id posse nonnulli dicant. *Ut fusus aer* magis Dracontianum videtur.

35. Scriptura codicis vix sensum verum habere potest, nec dubito quin Dracontius scripserit *per partes* : nam ut nomen *omnia* opponitur nomini *singula*, ita adverbium *generaliter* verbis *per partes*, quæ stant adverbii loco quasi singillatim. Columella l. I, c. 4, *Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum* : et l. IV, c. 24, paulo post init., *Hæc in universum, illa per partes custodienda sunt*. Vide, infra, v. 183 hujus libri. Post hanc conjecturam ita expositam incidi in verba S. Isidori, lib. I Sentent., cap. 2 : *Nec particulatim Deus implet omnia, sed cum sit idem unus, ubique tamen est totus*. Quo sensu explicari ac retineri poterit scriptura vetus.

36. *Ministrans*, ut ad v. 227 lib. I explicatum est, pro inserviens ponitur.

37. *Vibrans natura*, ut v. 64, de mente Dei : *Simplex, celsa, levis, vibrans, immensa, serena*. Natura vibrans est celerrime agitata, aut etiam micans.

39. Libr. I, vers. 337, *In artus Corporeos*, et vers. 604, *Agitat, fovet, inserit, urget*. Melior erit ordo, si prius legatur *Continuanda*, tum *Corporeos*.

40. Magis videtur e Dracontii acumine, et stylo esse *Succidenda manent, et continuanda labascunt*. Verbo *succido* usus etiam est l. I, v. 645. Prima in *labuntur* producitur : idcirco *labascunt* substitui. Verbum *labor* sequiori ævo communem videtur habuisse primam. Victorinus de Machabæis : *Jam locus est melior, quam regna labentia regis*, et paulo ante, *Regnaque, quæ parvo labantia tempore dantur*. Hæc quidem exempla profert Fabricius in Ind. poet. Christ. Sed in primo legi potest *labantia*, in secundo *labantia* est frequentativum a *labo labas*.

41. Libr. I, v. 258, *Fronibus insidens ab insido*. Metro adversatur *insidet*.

43. *Illustrare* quandoque est lustrare, perlustrare, qua significatione occurrit idem verbum l. I, v. 597. Cicero, in Somn. Scipion. cap. 4, *Sol... tanta magnitudine, ut cuncta sua luce illustret, et compleat* : etsi enim id vulgo exponatur pro *splendorem cunctis afferat*, tamen verbum *compleat*, quod sequitur, aliam significationem infert. Frustra aliqui reponunt *sua luce lustret* : nulla enim est ratio cur verbo *illustro* significatio lustrandi aut collustrandi denegetur.

45. Tentabam quo cuncta reguntur Tempora, vel spatia, quem. Nihil tamen muto : potest enim intelligi spiritus temporis, et spatii omnis.

Nec cœli secreta vacant, quæ spiritus auctor A
Non habeat virtute tua, quæ solis in orbem,
Lunaresque amplexa globos dominatur, agitque,
50 Quidquid habet pietatis opus, simul æthera
[complens.
Qui nihil est, nisi lege tua servetur in ævum,
Circulus hærebit, nisi jusseris ire meantem:
Et stellatus honos mox sphæra volubilis hæret.
223 Ac mutent elementa vices per circla mo-
[rantes,
55 Et cadat ante diem sublimis machina rerum:
Sed tu lege tua retines, qua cuncta coarces.

Nam quis stare queat contra tua jussa relu-
[ctans?
Aut tibi quis reputet, si perdere jusseris or-
[bem?
Quem ipse repente jubens solo sermone creasti,
60 **224** Quo libuit genuisse Deum ante hæc om-
[nia Christum?
Semine quem verbo conceptum corde ferebas,
Quo sine non unquam fuerat mens sancta pa-
[rentis,
Multa, profunda, potens, solers, pia, provida,
[perpes,

SCRIPTURA COD. VAT.

- | | | |
|--|---|----------------------------|
| 48. Quæ solus in orbem. | B | 58. Reputet quis perdere. |
| 49. Dominantur, ut videtur. | | 60. D. ante omnia C. |
| 50. Quidquid habet pietatis opus simul... desunt alia. | | 61. V. conceptu c. |
| 53. Mox fera volubilis. | | 62. Quo sine nonnunquam f. |
| 56. Sed te lege. | | |

NOTÆ.

47. Confer vers. 4, *Quæ cœli secreta tegunt. Vacant est vacua, aut etiam immunia sunt, et libera.*

48. Vide num melius *Non adest virtute sua vel tua.* Bene etiam est *habeat*, ut vers. 44, *Quem cuncta gerunt, quo cuncta reguntur.*

49. Lib. 1, vers. 77, *Lunaremque globum.*

50. Mox vers. 114, *Ut faceret virtutis opus;* et in Eleg., vers. 290 et 298, *pietatis opus.* Hoc loco *pietatis opus* est influxus beneficis solis, lunæ et astrorum in terras. Lib. 1, vers. 224, *Qui fovet igne pio cœlum, mare, sidera, terras.*

51. Locus hic videtur corruptus. Fortasse trahendi sunt versus, prius *Circulus hærebit*, deinde *Qui nihil est.*

53. Forte *hæreat* assyllabum per synæresin: vel vers. seq. legendum *mutant*, et postea *cadit*. Sententia est: *Circulus hærebit, nisi jusseris, ire meantem; qui nihil est, nisi lege tua servetur in ævum. Nisi enim servetur, illico sphæra volubilis, stellatus honos, seu decus, hærebit, mutabunt elementa vices, et ante diem cadet machina rerum.*

54. In Eleg. vers. 247, *Alternant elementa vices.* Contrarium est *mutant*. Rusticus Helpidius de Jesu Christi benef., *Etiã discordia fidas Conservant elementa vices.* Infra vers. 335, *Per sæcula mille morantur, ex quo conjici posset per sæcula morantes.* Sed Dracontius voluisse videtur *circla* a *circulum* neutro genere, cujus non habeo exemplum. Syncope *circla* auctoritate Virgillii comprobatur l. iii Georg., vers. 166, *Laxos tenui de vimine circlos.* Multa sunt vocabula a veteribus per syncopen contracta, quæ a librariis commutata sunt, quod mendosa crederent. In elegia paracteria, seu repercussoria, ut in mss. codd. vocatur, qua Sedulius facta Salvatoris nostri describit, ultimus versus est, *Cum sancto Spiritu gloria magna Patri.* Nonnulli mutarunt *Spiritu*, et *Nato gloria magna Patri*; sed jam tempore Bedæ legebatur *Cum sancto Spiritu*, qui in lib. de Arte metrica ait Sedulium neglexisse regulam grammaticæ dispositionis, ut gloriam sanctæ et individuae Trinitatis clara voce decantaret. At potuit Sedulius dixisse *Flamine cum sancto*, aut *Pneumate cum sancto*. Itaque censeo a Sedulio scriptum *Cum sancto Spritu*, aut *Spiritu*. Ita etiam lego in Victorino de Jesu Christo Deo et homine: *Tempus erat spiritum Patri solvisse Tonantem.* In secundo lib. Carminum Eugenii Toleriani, carm. 75, postremus hic est versus: *Pacis et amplexus pariter convertat adulteros.* Diligentissimus Editor cardinalis Lorenzana adnotavit: *ADULTEROS ferri non potest, sed sive legamus ADULTOS, nullus sensus elici valet.* Legam igitur *adultros* per syncopen ab

adulteros; sic et metro et sensu consulitur.

55. *Ante diem* est contra naturæ ordinem, ante tempus a natura stabilitum, ante diem suum, quia, ut ait Virgilius l. x, vers. 467, *Stat sua cuique dies.* Sic *obire diem* est obire diem suum seu mori. Ovidius lib. i Met. vers. 148, *Filius ante diem patrios inquirit in annos.* Cicero alique *ante tempus* solent dicere.

58. Forte si *perdi jusseris*. *Reputare* pro imputare quasi computationem ineundo. Pappinianus l. xi, tit. 7, leg. 17, *Sed si nondum pater dotem recuperaverit, vir solus convenietur, reputaturus patri, quod eo nomine præstiterit.* Interpretatur Dracontius versiculum 10 cap. xi Job: *Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?* Scilicet quis rationem a Deo exiget, si mundum subverterit? Eadem sententia exstat Sapient. cap. xii, vers. 12, *Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra judicium tuum?.... Aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas fecisti?*

60. Posset cum aliquo hiato retineri *Deum ante omnia Christum*. Vide Broukusium ad el. 12 Propert., vers. 1. Rusticus Helpidius de Christi Jesu beneficiis, *Hoc verbo, quo tanta sator sibi regna paravit, Te quoque regnorum socium, natumque probavit.* Dracontius eadem loquendi rationem in generatione Filii explicanda tenet quam Prudentius hymn. 3 Cathem., vers. 2, et hymn. 11, vers. 17, ubi ait: *Ex ore quamlibet Patris Sis ortus, et verbo editus, Tamen paterno in pectore Sophia callebas prius. Quæ prompta cælum condidit, Cælum, diemque, et cætera. Virtute Verbi effecta sunt Hæc cuncta: nam Verbum Deus. Sed ordinatis sæculis, Rerumque digesto statu, Fundator ipse, et artifex Permansit in Patris sinu.* Et Apoth. vers. 524, *Sed Verbo factum Domini, non voce sonora, Sed Verbo, quod semper erat, Verbum caro factum est.* Verbo igitur seu sermone Deus fecit omnia, et verbo etiam genuit Filium suum seu Verbum quod etiam si caro factum sit, ipsum tamen genitum est, non factum. Cum autem Dracontius dicat *Quo libuit, et Deum Christum*, de generatione secunda et temporali eum loqui certum videtur, sed ita ut statim vers. seq. æternam generationem explicet, in qua etiam agnoscit, Verbum Verbo conceptum et genitum. Christus vero ante omnia genitus est, quia ante omnia præfinitus et prædestinatus est. Psal. cix, v. 5, *Ex utero ante luciferum genui te.* Adissis notas ad loc. cit. Prudentii.

62. Omnino legendum est *non unquam* nam *nonnunquam* catholicæ doctrinæ et orationis totius sententiæ opponitur. Vide prolegom. num. 109 et seq.

63. *Multa* est magna. Cicero Famil. ii, ep. 10: *Verum nostrum multum est in his locis.*

Simplex, celsa, levis, vibrans, immensa, se- **A**
 [rena,
 65 Vivida, cunctipatens, mens innumerabilis, una.
Ergo Deo Deus est natus, de lumine lumen.
225 Corde sacer genitus mox constitit ipse
 [parenti,
 Et consors cum Patre manens, et Spiritus
 [unus,
 Trina mente Deus, Deus auctor, temporis ex-
 [pers,
 70 Multipliciter virtute potens, pietate modestus
 Innumera, caelis, elementis, fluctibus, astris
 Impendens, ut stare queant, famulentur, ado-
 [rent,
 Angelico de more preces sine fine canentes.
 Omnibus his praestat dilato sine manere, **B**
 75 Ut vigeant homines, pisces, armenta, volucres,
 Et pecus, atque feræ, quidquid natura creavit.

Quidquid et innumerus diversi sanguinis ortus.
 Qui nasci dignatus homo, membratur in artus
 Sanguine femineo concretus spiritus almus,
 80 Fitque Deus post templa poli sub carne, figura
226 Passibilis, mortalis homo sine fine pe-
 [rennis :
 Et tenuis per cuncta vapor, jam mollior ignis
 Irrepsit, tenerumque parat per viscera cor-
 [pus.
 Induitur compage Deus, structura ligatur
 85 Ossibus, et nervis, pinguescunt intro medullæ,
 Hinc cruor, hinc humor, solidatur musculus
 [omnis,
 Et caro plasmat. Quid sanctus spiritus illic
 Egerit, ipse potens novit, qui cuncta creavit;
 Qualiter aure Deus, verbo fetante marito,
 90 Virgineos intrasse sinus dignatur, et alvum,
 Terrarum, coelique capax, atque ignis anhelis,

SCRIPTURA COD. VAT.

66. *Ergo Deum Deus ovans . . . deest reliquum.*
 73. *Angelica des ne preces s. f. carentes.*
 74. *F. carere; ad marg., manere.*
 75. *Et vigeant.*
 76. *Quod pecus, atque.*
 77. *Numquid ad innumeros d. s. ortus.*
 78. *Membratur in alvum.*

85. *Irrepsit teneramque p.*
 85. *Pinguescunt vitro m.*
 87. *Plasmatur quid obscure legitur ob nexum lit-
 terarum.*
 88. *Potens vetuit quod c.*
 89. *V. fetente m.*
 91. *C. anhelantis et ignis.*

NOTÆ.

64. *Levis* est placida, lenis, grata : contraria ratione *gravis* de ingrato et molesto dicitur. Poterit etiam intelligi *spiritualis* in *levis*, hoc est sine pondere. De *vibrans* vide notam ad vers. 37. *Mens serena* est læta, felix, prospera : qua de causa ethnici Jovem peculiari titulo *Serenum* et *Serenatorem* appellabant : inde imperatores dicti *serenissimi*.

65. Fortasse melius *cunctiparens*, quo verbo usus est Prudentius, ut *cunctipater* Theodulfus Aurelianus. *Cunctipotens* etiam dixit Prudentius. Sed cum Virgilius usurpaverit *Omnipatens*, non facile rejiciendum est *cunctipatens*. *Mens innumerabilis* dici poterit ab effectis, ut *una* in natura ipsa. Sed legendum suspicor *cunctipatens*, *immensurabilis*, *una*. Salvianus alique scriptores Christiani vocabulo *immensurabilis* usi sunt, et supra jam dictum est *mens sancta parentis*.

67. Adverbium *mox* significat hoc loco ipsam æternitatem, ut *hodie* psal. II, vers. 7, *Filius meus es tu : ego hodie genui te*. Ad Hebr. c. I, vers. 5.

68. Filius consors seu consubstantialis Patri ostenditur. Vide v. 103 et seqq.

69. De *trina mente* Dei vide dicta proleg. num. 109 et seq. Dracontius l. I, vers. 565, dixit, *Virtus trina Deus*, ut Paulinus poem. 26, natal. 11, *Nam Deus unus Virtus trina Deus*. Sic *trina mens*.

70. Vide l. I, vers. 29. Censeo distinguendum esse *pietate modestus* *Innumera, caelis*, ut *multipliciter virtute*.

73. *Canentes* in genere cohæret cum *caelis* et *fluctibus*.

77. Mendosus est hic locus, neque satis liquet an cum præcedentibus an cum sequentibus connecti debeat. Fortasse *quidquid natura creatrix Nutrit ad innumeros diversi sanguinis ortus*.

78. Libr. I, vers. 337, *Membratur in artus Corporeos*. Hic forte *in alvo*.

79. Vide quæ notavi ad Prudentium l. II, contra Symm., v. 265 et seq. Nam Prudentius etiam simili modo locutus est, qui de homine Deum loquentem inducit : *Restituendus erat mihimet : submissus in illum Spiritus ipse meus descendit, et edita limo Viscera*

divinis virtutibus informavit. Verbum vocatur *spiritus almus*.

80. *Post templa poli* est hoc ipsum, quod in symbolo fidei dicitur, *Descendit de caelis*. Augustinus serm. 187, al. 27, de tempore : *Quanto magis hoc tantum, et tale Verbum potuit matris uterum, assumpto corpore, secundare, et de sinu Patris non emigrare ? hinc ad oculos humanos exire, inde mentes angelicas illustrare ? hinc ad terras procedere, inde caelos extendere ?* Adde S. Leonem laudandum ad v. 99.

82. Forte *It tenuis*.

83. Forte *Irrepsit*.

84. Libr. I vers. 346, de Adamo creato : *Et vocem compago dedit nova machina surgens sive ex conjectura, Et vocem compage dedit*. Avitus l. II, v. 96, *Cælum terra tenet, vili compage levata Regnat humus*. De structura corporis et ossibus manus ait Celsus l. VIII, c. I, *Oblonga omnia et triangula, structura quadam inter se connectuntur*. Dracontius l. III, vers. 645, *Ædificant hominem longæ fragmenta ruinæ, Ante tamen quam membra forent compage ligata, etc.*

85. Libr. III, ubi agitur de ossibus aridis vitæ restitutis vers. 614, *Jam nervis membra ligantur*. Fortasse legendum *pinguescunt intra medullas Hinc cruor, hinc humor*. Loc cit. v. 612, *Cruoris humor ut absumptas intraverit ante medullas*. Medulla est pinguedo subtilior.

87. De verbo *plasma* libr. I, v. 336, *Plasmavit per membra virum*.

89. B. Virgo concepit, quia credidit. Fides autem ex auditu. Confer vers. 594. Augustinus serm. 13 de Temp., al. 128, in append., *Viri nesciam sermo Dei maritat*. Sedulius in hymno abecedario : *Intacta nesciens virum Verbo concepit filium*. Ennodius Ticinensis libr. II, hymno 10, *Concepit aure filium Quod lingua jecit, semen est*. Sedulius etiam fortasse scripsit *Concepit aure filium*. Vide notam ad vers. 60. Verbo *fetare* utitur Dracontius vers. 217 et Eleg. v. 83. Significat hoc loco secundare, ut apud S. Augustinum et alios. Columellæ *feto* est fetum edere.

91. *Ignis anhelis*, ut l. I, v. 26, *solis anhelis*. Vide proleg. num. 157.

- Aeris, et pelagi, sed non capiendus ab isdem, A
227 Claustra puerperii passus sub lege
 [creandi,
 Vel quæcunque subit diversi temporis ætas.
 95 Hæc fragilis natura jacens humana meretur
 De pietate sua, qua non vult perdere mundum,
 Quem fecit, sanxitque regens per secla manere.
 Ergo ubi corporeos artus dominator, et auctor
 Induit, haud cœlum Patri servire reliquit.
 100 Nam quicunque sapit, novit, quia sic tulit ar-
 [tus,
 Et fuit in terris, ut ne coeleste tribunal
 Linqueret omnipotens : nunquam sine Patre
 [probatas
 Filius, et genitor nunquam sine pignore dictus,
 Spiritus immensus, sanctus, bonus, arbiter, B
 [index,
 105 Tertius unus idem, primus, mediusque pe-
 [rennis.

SCRIPTURA COD. VAT.

94. *Temporis ætas.*
 96. *De p. tua.*
 99. *Induit et cœlum.*
 102. *Patre obscure.*
 103. *Nam pius et genitor.*

92. Canit id Ecclesia : *Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio : quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* Eamdem sententiam repetit Dracontius v. 589.

93. Sedulius l. ii, vers. 38, *Rerumque creator Nascendi sub lege fuit.* Ad Galat. c. iv, vers. 4, *Factum ex muliere, factum sub lege.* Puerperium est tempus proxime ante partum et post partum, et dicitur etiam de prole ipsa.

94. *Vel est et.* Infra, v. 336. *Diversi temporis ætas.*

95. *Meretur est idem ac obtinet, consequitur, ut l. i, v. 156 et alibi.*

96. Vide l. i, vers. 30 et seq., et v. 90 et seqq. *De pietate sua, hoc est Dei.*

97. Libr. i, vers. 427, *Tot bona facta Deus non oblitiscitur unquam, Quæ propter hominem fecit, sanxitque manere.*

98. *Corporeos artus, ut v. 39.*

99. Depravatus est hic versus, sed sine ulla dubitatione sententiâ hæc est, *Filium sic corporeos artus induisse, ut tamen cœlum non reliquerit.* Sequentia verba clara sunt, et sine ullo errore sic expressa in codice. Posset etiam corrigi *haud cœlum Patri sublime reliquit.* Hæpidius de Beneficiis J. C. *Nil Patris virtute minor, nunquam ætheris absens.* S. Leo serm. 2 de Nativit. Domini : *Ingredatur hæc infima Jesus Christus Dominus noster, de cœlesti sede descendens, et a paterna gloria non recedens.*

103. Sic ex conjectura : nisi mavis *nunquam sine Patre probatus, Nam prius, et genitor, etc.*

104. Eadem natura divina cum suis omnibus attributis agnoscitur in Patre, Filio, et Spiritu sancto. Libr. i, v. 434, *Spes, opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index.* Qua ratione Deus dicatur *index* dixi ad v. 114, l. i.

105. *Idem* est in neutro genere : nam in masculino producitur prima. Id autem ex theologica loquendi ratione factum. Non enim recte dices Spiritum sanctum esse *eundem* ac Patrem et Filium : id enim sonat eandem esse personam Patris, Filii et Spiritus sancti. Vere tamen asseres Spiritum sanctum esse *idem* ac Patrem et Filium : quod significat eandem esse naturam in tribus personis. Paulinus poem. 26,

- 228** Ast ubi terrenum sumpsit cum corpore
 [pondus
 Immortale genus, mortalia dura subivit :
 Non nisi corpoream hæc possent spectare figu-
 [ram.
 Nam quæcunque daret princeps miracula carni,
 110 Sanctis hæc homines eventibus acta putarent.
 Adde, quod humanis vitium est generale ca-
 [tervis,
 Hoc credant, quod visus habet, spernantque
 [relata.
 Credimus inde, Deum mundo venisse viden-
 [dum,
 Ut faceret virtutis opus. Per mille catenas .
 115 Mentibus obsessis insana clade furoris,
229 Spiritus impatiens animas quascunque
 [gravabat,
 Tabe fluens quæcunque cutis madefacta rube-
 [bat,

108. *C. posset s. vel possent.*
 110. *Sanctus h. h. e. a. putaret.*
 111. *G. cathēis, hoc est catenis.*
 117. *Q. curis m.*

NOTÆ

natal. 11, *Sola Dei natura Deus ; quod Filius, et quod Spiritus, et Pater est : Arator l. i, vers. 972, Arii et Sabellii contrarias hæreses sic explicat : Huic fidei pugna cadit Arrius, unum Personas tres esse negans. Sabellius unum, Sed Patrem confessus ait, qui deinde vicissim Filius, et sanctus dicatur Spiritus IDEM, Sed totum sit ipse Pater.* In ms. quodam, *Sed totus sit ipse Pater.* Masculina nomina personas indicant, neutra essentiam. Vide comment. ad Prudentium, v. 600 hymn. 10 Perist., *Ex Patre Christus : hoc Pater, quod Filius.* Ac fortasse præstiterit legere *Tertius unum, et idem, primus, mediusque perennis.*

108. *Mortalia dura, quæ Jesus Christus subivit, non nisi ad veram corporis figuram possent spectare seu pertinere. Spectare pro pertinere plerumque poscit accusativum cum præpositione ad : sed invenitur etiam sine ea.* Papinianus, Digest. libr. ii, tit. 14, leg. 42, *Solvendi necessitas debitorem spectaret.*

109. Sensus hic est : Si in corpore Salvatoris miracula quædam apparuissent, quibus a laboribus hujus vitæ immunis videretur, homines non veram passionem fuisse existimarent.

114. Supra vers. 50, *Pietatis opus.* Libr. iii, vers. 211, *Exegit virtutis opus, miracula summa.* Virgilius l. x, v. 468, *Famam extendere factis, Hoc virtutis opus.* Paulinus Petrocorius libr. iv, *Et virtutis opus vitiet præsumptio cordis.* Tertullianus l. v, contra Marcionem, *Ut maneat virtutis opus cum laude perenni.* Miracula vocantur *virtutis opus.* Math. cap. xiii, vers. 58, *Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.* Hinc *virtus miraculorum* solet dici. Sedulius libr. iv (aliis v), vers. 1, *Has inter virtutis opes jam proxima Paschæ Cœperat esse dies.* In *catenas* conjici posset *catervas*, scilicet *Ut faceret virtutis opus per mille catervas.* Sed *catenarum* mentio fit ex Marci cap. v, vers. 3, de dæmoniaco : *Qui domicilium habebat in monumentis, et neque catenis jam quisquam poterat eum ligare. Quoniam sæpe compedibus et catenis vinctus dirupisset catenas.*

115. Indicantur miracula Christi, ut de lunatico et dæmoniaco sanato.

117. Hi sunt leprosi, quorum caro maculis rubentibus aspergi et tabe fluere solet. Et fortasse legent-

Ossibus, et nervis resoluta carne relectis A
 Præstat de clade salus : reparare sepultos
 120 Novit, et exanimis iterum revocare saluti.
 Ipse oculos sanat cæcorum : luminis usum,
 Ignotumque diem mirantur nosse tenebræ,
 Quem simul ex utero matris natura negavit.
 Mortua pars hominis, pars altera viva jacebat,
 125 Utque Deo visus, post sanus, et integer omnis
 Redditur, atque calor vitalis in ossa cucurrit.
 Quod de parte viri, fecit de corpore toto :
 Præstitit orba parens, fleret cum funera nati.
 230 Nec semel ista dedit, namque, ut sit vir-
 [go superstes,
 130 Imperat, exurgit vel Lazarus ante sepultus,

Quattuor exemptus transacta luce dierum.
 Sanguinis insoliti solitus discurrere fluxus
 De muliere perit, dempto simul anne cruoris.
 Corripit hic febres, ventos compescit in undis,
 135 Per quas Christus iter (stringit natura liquorem,
 Cum miraretur), Petro veniente, peregit,
 Fluctibus æquoreis Domini sub pondere victis.
 Vertit aquas, ut vina fluant : mirabile donum,
 Pocula sunt latices, et fluminis ebriat unda.
 140 231 Copia panis abest, et copia panis abundat.
 Millia virtutum sunt admiranda ; sed ut quid
 Miremur, dominum tantum potuisse polorum,
 Discipuli, famulique sui cum tanta per orbem
 Gentibus innumeris omnes fecisse legantur ?

SCRIPTURA COD. VAT

121. Ipse oculos. . . . cætera desunt.
 125. Usque Dei visus.
 128. Præstitit orba parens lerecus fine renati.
 129. Ut fit virgo. Fuit iste, sed correctum est per
 ista.
 131. Q. exemptis t.

B 132. Sanguinis insolitis solitus discurrere sanguis,
 exaratum est sanguinis nexu litterarum.
 135. Per quos Christus.
 137. Æ. domum sub.
 141. Sunt ad admiranda s.

NOTÆ.

dum est tumefacta rubebat : nam tumores etiam indi-
 cium sunt lepræ.

118. Paralysis morbus describitur : nam paralysis
 græce est resolutio. Juvencus libr. II, vers. 76, *Tor-
 pentia membra, Officium quorum morbus dissolverat
 acer.*

119. De clade intelligo expulsa clade. Notandus est
 hic usus præpositionis *de*, quæ, cum ad tempus re-
 fertur, pro *in* aut *post* sumitur, ut *media de nocte*,
de die, et similia.

122. Tenebras vocat oculos antea cæcos. *Nosse
 ignotum diem oxymorum.*

125. Redundat simul, ut apud Plautum Amph. II, C
 1, 12, *Nec potest fieri, uno tempore Homo idem duobus
 locis ut simul sit.* Vel simul est statim, aut omnino.

124. Libr. I, vers. 647, *Mortua pars hominis quo-
 ties, pars viva jacebat.*

125. Fortasse melius *Atque Dei jussu post sanus.*

128. E verbis corruptissimis, et re ipsa restitui
 hunc locum. Non muto *Præstitit*, nam potest retineri pro
 profuit, aut beneficium impetravit. Lucæ cap. VII,
 vers. 12, *Cum autem appropinquaret portæ civitatis,*
ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ, et
hæc vidua erat, et turba civitatis multa cum illa. Quam
cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam,
dixit illi : Noli flere. Verum a Dracontii manu puto
esse, fecit de corpore toto, Præcocis orba parens fleret
cum funera nati, vel planctibus orba parens, etc. Præcox
est ante tempus maturescens, quod in filium matri
præmortuum optime cadit. Lib. III, vers. 392, Non
orbata parens deflevit funera nati.

129. Filia archisynagogi Jairi, quæ annorum duo- D
 decim erat, vitæ reddita est, Matth. cap. IX; Lucæ
 cap. VIII; Marc. cap. V.

130. Vel pro *et*, nisi malis positum pro *etiam*.

132. Oppositio, sive oxymorum in *sanguinis inso-
 liti solitus fluxus* : nam lectio codicis *sanguis sangui-
 nis* mendosa est; posset scribi *decurrere rivus*, sed
 vers. seq. recurrit *anne cruoris*. *Decurrere* melius
 videtur quam *discurrere*. Juvencus libr. II, vers. 389,
 de hoc sanguinis profluvio : *Carpebat fluxus, lacerans*
sine fine, cruoris. Matth. cap. IX, vers. 20, *Et ecce*
mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur.

133. Tertia in muliere brevis est, sed producitur,
 quia quattuor breves concurrunt, ut in multis simili-
 bus vocabulis. Eodem modo infra vers. 660, *Ex ea-
 dem muliere virum*, ut in epist. V, 161, *eadem muliere*
creatus. Vide etiam vers. 111, lib. III, *Arietem subro-
 cut aris.*

135. Matth. c. XIV. Fortasse est trajectio, scilicet
Cum miraretur, stringit natura liquorem, Per quem
Christus iter, Petro veniente, peregit. Verum adhibita
 opportuna parenthesi, correctione alia opus non est.
 Prudentius Apoth. V, 670, *Sustinuit gressum Domini*
famulus liquor, ac se Mobilitate carens solidos sub-
strinxit ad usus. Acuta vero est sententia, quod na-
 tura præ admiratione strinxerit liquorem. Ea autem
 est aquæ natura, ut partes ejus, cum nimis stringun-
 tur, seu comprimuntur, consistant, et quodammodo
 solidæ fiant, ut accidit in gelu. Sic Gellius lib. XVII,
 c. 8, ait mare omne quod Scythicum dicitur *gelu*
stringi et consistere.

137. Victi sunt fluctus, quia vim suam naturalem
 amiserunt. Conjectura non spernenda est *vinctis pro*
victis ex vers. 135, *stringit natura liquorem.*

138. Joan. cap. II. *Vertere* hic est mutare. Propertius,
 eleg. 7, lib. II, v. 31, *Omnia vertuntur, certe*
vertuntur amores. Cicero III, de Nat. deor., cap. 12,
Terra in aquam se vertit.

139. *Latex* proprie est aqua, quamvis de vino et
 de quovis alio liquore soleat dici. Hic ergo in sensu
 proprio sumitur *latices* : contra *poculum* cuius vasi
 quo bibitur, applicatur, sed peculiari quadam signifi-
 catione ea vox interdum adhibetur ad vini computa-
 tionem declarandam. Cicero Philipp. 2, cap. 25, *Si*
inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi
accidisset. Florus lib. II, cap. 10, *Epulantes, ac lu-*
dibundos plerosque, ac, ubi essent, præ poculis nescien-
tes. Dracontius Virgilium imitatur lib. III Georg.,
 vers. 528, *Frondebis et victu pascuntur simplicis*
herbæ, Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina. Sed Virgilii sententia est pro vini potione
 fuisse fontes liquidos, Dracontii verum vinum ex
 aqua fuisse factum : quod magis explicant sequentia
 verba : *Et fluminis ebriat unda.* Verbo *ebriare* usus est
 Macrobius.

140. Matth. cap. XV; Joan. c. VI.

141. *Virtutes* pro miraculis, ut dictum ad V, 114.

142. Forte *miramur*.

143. *Suus* non semper reciprocum est, sed interdum
 pro *ejus* aut *illius* adhibetur, ut innumeris exemplis
 etiam optimorum scriptorum confirmatur.

144. Libr. III, vers. 218. Petrus apostolus dicitur
dux Gentibus innumeris positus sub lege fidei. Pauli-
 nus poem. 26, natal. 11 de martyribus : *Gentibus*
innumeris semen cœlestis fuerunt.

- 145 Et simul indociles, doctosque audire moneret A
Supplicium post grandē crucis, reditumque
[supernæ
Lucis ad æthereos tractus, thronumque pa-
rentis.
Cœlestis, veniens cum linguas funderet ignis
Spiritus, alme, tuus, nostro commercia mundo
150 **232** Consona dissimili infundens sermone
[beatis.
Tu Deus es, quem terra tremit, quem mundus
[adorat,
Te mandante, pluunt nubes, et ab igne coruscant.
Surgere tu ventos, et crescere turbine facte
Præcipis, ut rapidæ perturbent cuncta procel-
[læ,
155 Et mare cæruleum rapiant super æthera nimbi. B
Tu rursus reprimis flatus, recidentibus euris,
Et mare purpureum tranquillo marmore tendis,
- Ut post una f eti ludant super æquora pisces,
Horrida monstra natent, et bellua gestiat in-
[gens.
160 **233** Hoc est nempe fretum, quod se divisit,
[et hæsit
In partes hinc inde duas : Hebræa propago
Impiâ regna fugit, Moseo principe gentis,
Rursus aquæ reduces repetunt loca prisca
[fluentes.
Cum fugitiva manus de fluctibus omnis ad-
[esset,
165 Tunc demersus obit populus, qui sæva parabat
Israelitarum plebi, quæ facta superstes
Vindice naufragio : tali sub clade aboletur,
Qui fuit ante metus, mox libera turba Tonantis
Mutatum miratur iter : via prisca salutis
170 Semita mortis erat, nec servans membra se-
[pulcro.

SCRIPTURA COD. VAT.

145. Prius videtur fuisse *moveret* pro *moneret*.
146. *Redditusque*, vel *reditumque* pro *reditum*,
et *supernæ* pro *supernæ*.
147. *Tractus thronumque p.*
150. *Cum sole dissimili infundens sermone beatis.*
152. *Et ab imbre c.*
161. *Partes in hinc duas; deest reliquum*
165. *Rursus atque reduces.*
165. *Dimersus.*
166. *Hisraelitarum phæbi q.*
167. *Clade deletur.*
169. *Miratur mutatum inter via.*

NOTÆ.

145. Fortasse *Hos simul*, vel *quos simul*. Pro *moneret* non male esset *moveret*. Ex codicis scriptura hic colligitur sensus, quod apostoli ab omnibus Judæis diversarum nationum qui erant Hierosolymis intelligerentur. Act. apost. cap. ii, vers. 6 et seqq., *Facta autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes.... Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram?.... Audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.*
146. Intelligi potest, post reditum Christi, qui est lux superna, ad æthereos tractus, vel, post reditum ad æthereos tractus lucis supernæ.
147. Qui metri rationem habere velit, facile corriget *tractus, soliumque parentis*. Vide proleg. num. 139 et v. 204 hujus libri.
150. Forte *Quamvis dissimili*. Certe mendum est: *Cum sole dissimili*. Apostoli sunt ii qui dicuntur *beati*. Usitatum fuit a primis sæculis viros sanctis moribus præditos *beatos* appellare, ut contra *miseros* et *infelices* peccatores, et damnatos. Vide notam ad vers. 11 libr. i, *Et pia vota Dei miseris hinc, inde beatis*. Ad cœlites, quorum cultus permissus est, nunc beati titulus referri solet: in Romano vero summo pontifice *Beatitudinis* et *Sanctitatis* appellatio promiscue adhibetur.
151. Eleg. vers. 2, *Quem timet omne solum*, vel *tremat*, ut alii legunt. Quod res creatæ *adorant* Deum, multis in locis expressum est, ut l. i, vers. 4, l. ii, vers. 72 et 206.
152. Libr. i, vers. 710, *Qui dat fulmineos collisibus nubibus ignes*.
154. *Procellæ rapidæ*, ut libr. i, vers. 708, expositum est.
155. Libr. i, vers. 147, *Cæruleum æquor ponti*.
156. Libr. i, v. 105, *Recidente ruina*. Ventus *cadere* sæpe dicitur, et eodem sensu *recidere* dicitur. Sed hoc loco fortasse legendum est *residentibus euris*. Virgilius libr. vii, vers. 27, *cum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus, et in lento luctantur marmore tonsæ*. Conjungit quoque *ventos* et *flatus*.
157. Libr. i, vers. 78, *Et mare purpureum*. Vide notam. *Tendere tranquillo marmore* est æquare, in planum extendere maris undas.
158. *Ludant pisces*, ut l. i, vers. 237, *Luserunt cum nota*. Simile est vers. seq., *Bellua gestiat ingens*. Si relineatur scriptura codicis, corripietur a in unâ adverbio, ut aliquando fit in *frustra*, *contra*, *ultra*. Verum libentius legerem, *Ut prostrata freti*, aut *Ut post strata freti*. Virgilius: libr. v, vers. 763, *Placidi straverunt æquora venti*: et eclog. 9, v. 57, *Et nunc omne tibi stratum silet æquor, et omnes (Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ*.
159. Ambrosius cap. 10, libr. v Hexaem. post Basilium: *Cete, illa immensa genera piscium, æqualia montibus corpora*. Tertullianus de *Judicio Dom.*, *deformia monstra natantum*. Horatius l. i, od. 3, vers. 18, *Qui siccis oculis monstra natantia*, etc. Virgilius vi *Æneid.*, v. 729, *Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus*. In *bellua ingens* intelligitur balæna, aut alia quævis immania cete, ut vocat Virgilius. Vide interpretes Jobi cap. xl, vers. 20 et seqq., et I-aia cap. xvii, 1, ubi exponunt quod piscis genus sit Leviathan.
160. Indicatum hoc miraculum est libr. i, vers. 704. Vide notam, et infra vers. 787 et seqq. hujus libri.
162. Eodem modo Moysis nomen effertur in Eleg. vers. 17, *Moseo dicta prophetæ*. Intellige *sub*.
165. Lib. i, vers. 703, *Dum reduces sentiret aquas*. Sed ibi *reduces aquæ* sunt aquæ retro fluentes, hic aquæ in suum locum revertentes: nam *redux* utramque significationem habet. *Rursus reduces repetunt* est pleonasmus, ut dictum et confirmatum exemplis est libr. i, vers. 141.
165. Latini scriptores plerumque dicunt *demersus*. Tertulliano tribuitur *dimersus*, nisi error hic est.
167. Potest alio etiam modo mendum codicis emendari *Vindice naufragio tali se clade tuetur*. *Quæ fuit ante timens, mox*, etc., vel *Quæ fuerat metuens, vel quæ facta superstes: Vindice naufragio tali sub clade aboletur*, scilicet populus, qui sæva parabat. In *deletur* prima est longa, nec puto a Dracontio correptam.
170. *Servare membra sepulcro*, ut *servare ossa sepulcro*, et similia apud Prudentium, ut dixi in com-

Africus interea motus virtute iubentis
234 Illæsurus adest, nulla comitante procella,
 Delicias portare parans novus ingruit imber,
 Innumeras dat nimbus aves, datur esca polorum,
175 Angelica de parte cibus, sitientibus autem
 Flumina petra dedit, nullo fodiente ligone.
 Et ne plura loquar, tua sunt, quæcunque
 [videntur,
 Et quæ nemo videt: tibi debent omnia, quod sunt,
 Tu tamen ipse, quod es, nulli debere probaris,
180 Et quasi qui debet, sic omnibus omnia reddis.
235 Est tibi cura, Deus, de quidquid ubique
 [creasti,
 Ne tantum succumbat onus: stat cura minorum, B

A Et speciale jubes, tanquam generale, tueri.
 Sic fit mater humus, qua germina cuncta
 [creantur,
185 Sic mare velivolum mercator nauta vagatur,
 Telluremque novam circumspicit impiger hospes,
 Et complexus amat non cognitus advena cives.
 Fœdere concordî, quia vis, elementa tenentur
 Tam longa connexa mora, sic juncta ligantur,
190 Ut disjuncta tamen concordî lite probentur.
 Si disjuncta fiant, solvetur machina rerum,
236 Si conjuncta forent, omnis natura peri-
 [ret.
 Tu, Deus omnipotens, nosti, quo feceris
 [orbem

SCRIPTURA COD. VAT.

175. Deliciis portare.
174. Nimbus aquas d.
178. O. quot sunt.
180. Et quasi qui debes sic; sed quasi obscure: prius
 fuit reddes, postea factum reddis.

181. Cura de quidquid.
182. Nec tantum.
188. Concordi quia bis e., sed quia non clare.
195. Nosti quod feceris.

NOTÆ.

ment. ad hymn. 12 Perist., vers. 45. Qua via Israelitæ salutem invenerant, Ægyptii mortem invenerunt. Infamiae genus ducebant veteres, quod corpora defunctorum sepulcro privarentur. Vide comment. ad Prudent. hymn. 5 Perist. S. Vincentii, vers. 390. Gentiles inhumatorum animas nec in cymbam quidem Charontis recipi posse credebant: Hebræi eadem non prius donari requie comminiscuntur, quam corpus sepulcro mandetur.

171. Ipse Deus, qui ventis imperat, virtutem illis dat, ut surgant. Numer. cap. xi, vers. 31, Ventus autem egrediens a Domino arreptas trans mare coturnices detulit. Psal. LXXVII, 26, 27, Transtulit Austrum de caelo, et induxit in virtute sua Africum. Et pluit super eos sicut pulverem carnes, etc. Vide vers. 155, Surgere tu ventos, et lib. i, vers. 707.

172. Tentabam Illæsurus adest: nam ventum placidum ludere dici potest. Sed retinendum est Illæsurus ab illædo, a quo est illæsus. Tertullianus et Lactantius etiam illæsisibilis usurparunt.

174. Restitui aves ex loc. cit. Scripturæ, et Exod. cap. xvi, vers. 4 et seqq., Ecce ego pluam vobis panes de caelo.... Ecce gloria Domini apparuit in nube... Factum est ergo vespere, et ascendens coturnicæ cooperuit castra, mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum.

175. Psal. LXXVII, vers. 24, 25, Et pluit illis manna ad manducandum, et panem caeli dedit eis. Panem angelorum manducavit homo. Joan. c. vi, v. 31; Ep. I ad Cor. cap. x, v. 3, Angelica de parte, quasi de portione cibi, quæ angelis datur. Suetonius cap. 18 Vitæ Caligulæ: Equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti partes suas misit. Petronius Satyr. c. 33, Ego quidem pene projecit partem meam: nam videbatur mihi jam in pullum coisse.

176. Vide Exod. cap. xvii, v. 6, Numeror. cap. xx, v. 4, Epist. I Corinth. cap. x, v. 4.

178. Cap. xli Job, v. 6, Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Omnia quæ sub caelo sunt, mea sunt. Epist. ad Roman. cap. xi, v. 35, 36, Quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.

179. De hac phrasi probaris antea dictum est ad v. 26.

180. Mar. Victor in præfat. v. 57, Ut fieres justis merces, meritisque piorum, Hoc quoque conferres præstando, ut debitor esses, Aliter, Ut fieret virtutis opus, meritisque piorum, etc. Idem lib. i Genes., v. 329, Dum quod non meritis, sed tantum sponte benigna largitur famulis, nostri cupit esse laboris, Et se, quod donat, mavult debere videri. Sic Fabricius. Alii: Nostræ laudis opus fieri, quod sponte benigna, etc. Etsi enim vita æterna bonis hominum operibus reddatur tan-

quam merces, eadem tamen gratia Dei est ob electionem, quæ bona opera præcedit, ob gratiam prævenientem, et auxiliantem, et ob gratiam justificantem, qua homo præditus esse debet, ut ejus opera vitam æternam mereantur, ac denique ob perseverantiam finalem quam nemo potest mereri. Quod si de naturali rerum ordine sermo sit, quem Dracontius hoc loco potissimum, vel unice respicit, Deus sic reddit omnibus omnia, quasi qui debet, quia leges naturæ præscriptas servat.

181. Alio modo emenda, Et tibi cura, Deus, est quidquid, vel, Est tibi cura, Deus, et quidquid. Sapient. c. xii, v. 13, Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus.

182. Succumbat, subitus cadat. Aliud est succumbere oneri, nempe subire onus. Stat cura minorum, scilicet omnium cura est Deo. Epist. I Petri cap. v, v. 7, Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Vide Psal. lrv, v. 23; Matth. cap. vi, v. 25 seq.; Luc. cap. xxii, v. 16 seqq.

185. Supra v. 35, Singula per partes, generaliter omnia nutrit.

184. Lib. i, v. 156, Nondum mater humus. Videtur notam.

185. Virgilius lib. i Æn., v. 228, Despiciens mare velivolum. Vide Macrobius lib. vi Saturn., cap. 5, de hoc epitheto. Naves magis proprie velivolæ dicuntur. Vagor cum accusativo apud Propertium lib. ii, eleg. 21, v. 21, Ino etiam prima terras ætate vagata est. Nonnulli legunt terris, sed terras præfert Broukusius, uti etiam ediderat Scaliger.

188. Forte quia vix. Mallem tamen Fœdere discordi quamvis elementa te entur, scilicet fœdere, quamvis discordi, tenen ur. Postea disjuncta concordî lite: amat enim Dracontius hujusmodi oppositiones. De concordia discordi elementorum vide lib. i, v. 142 et seqq., 265, et Eleg. v. 59.

190. De hac constructione verbi probo relege notam ad v. 26.

191. Supra v. 55, Et cadat ante d'em sublimis machina rerum. Facile patiar, legi, Si disjuncta fiant, vel siept, vel forent, idemque dicam v. 155 lib. iii. Si jactura fiat: nam l. ii, vers. 505, producitur prima in fiunt. Lucretius, Virgilius, alique antiquiores suam pro sim, vel fuerim usurparunt ab antiquo suo, a quo adhuc est sui præteritum. In fiunt et fiant variant poetæ Christiani: alii cum veteribus producant, alii corripiunt. Vide proleg. num. 159, et notam ad lib. i, v. 82.

195. Melior hæc lectio et interpunctio videtur quam nosti, quod feceris orbem Semine, quo cælum etc.

Semine, quo coelos, solem, lunamque creasti A
 195 Ex nihilo simul, esse tamen diversa putamus.
 Ad nihilum reditura iterum sunt omnia, cum tu
 Jusseris esse chaos solus mansure superstes,
 Angelicis, hominumque piis venerande catervis.
 Qualiter ergo labor nullus fuit ante jubendo,
 200 Omnia cum fierent, sic nec labor ullus erit, jam
 Jusseris ut finem cum plurima sæcula norint.
 Te Seraphim, Cherubimque Deum, Dominum-
 [que precantur,
 Te chorus angelicus laudat, exercitus orat,
 Thronus in excelsis humili te voce precatur,
 205 237 Agmina te astrorum, te signa, et sidera
 [laudant
 Auctorem confessa suum, te fulmen adorat,
 Te tonitrus, hiemesque tremunt, te grando, B
 [procellæ,

Te glacies, nimbique pavent, te spiritus omnis
 Personat, imber, hiems, pelagus, nix, frigus
 [et aura.

210 Te tellus fecunda vocat, te suspicit aer,
 Unda super coelos tibi supplicat, et polus om-
 [nis,
 Flumina te metuunt, et fontes, stagna, palu-
 [des
 Voce sua laudant, te nubila crassa coruscant,
 Te lux alba dies, te nox obscura tenebris
 215 Te bona temperies, te tempora cuncta precan-
 [tur,
 Ver, æstas, autumnus hiems redeuntibus an-
 [nis.

238 Per te fetat humus, per te, Deus,
 [herba virescit,
 Frondescent silvæ, spirat flos, germinat arbor.

SCRIPTURA COD. VAT.

198. *Angelicas, animasque suis adorande catervis.*
 201. *F. cum plurima s.*
 203. *Videtur scriptum laudant.*
 204. *Thronus inexcessans h.*
 209. *Scribitur asta pro aura.*
 210. *Ut tellus f.*
 218. Ordo horum versuum in mss. est hic : *Frondescent Quod peccatorum-Illud præterea-Quod celo-*

Ignibus-Est homo-Nam diversa-Illæc voce-Adde quod-Membrorum-Mæssis aristatas-Palmitæ-Et nunquam-Te fera-Turbâ-Sibilat-Et tibi-Auctorem-Materies-Non angues-Ut vitas-Sed nos-Fecerit-Quod præcepta-Nec modo-Olim primus-Ingratus-Jura-Et semper-Mox quam-Peccavit-Principio nostræ-Damnatur-Contigit-Nec similis-Una lege-Contemptis-Cur non-Vipera-Quid serpens, etc.

NOTÆ.

196. *Reditura iterum* pleonasmus, de quo ad vers. 114, lib. 1, *Sed non reditura secundo.*

197. Supra v. 13, *Credaturque chaos, etc.* Sumi solet chaos pro rudi, indigestaque materia, ex qua res postea eductæ sunt. Sed Dracontius chaos intelligit destructionem ipsam rerum omnium ac tenebras quæ mundi creationem præcesserunt, et quæ succederent, si eadem res ad nihilum redigerentur. *Mansure superstes*, ut v. 31. *Mundique superstes*:

198. Versus insigniter depravatus. *Adorande* metro non congruit. *Venerande* non repugnat. Seneca *Hercul. Fur.* v. 1248, *Perque venerandos piis Canos.* Correxì ex simili sententia Prudentii hymn. 10 *Perist.*, v. 536 et seqq., *Quandoque cælum, ceu liber, plucabitur.... Deus superstes solus, et justì simul Cum sempiternis permanebunt angelis.* Vide, quæ notavi in comment. ad Prudentium, ubi explicui qua ratione dicatur Deus permanere solus superstes, simulque cum justis et angelis.

200. Clarius esset *sic nec labor ullus erit, cum Jusseris, ut finem jam plurima sæcula norint.* In scriptura codicis ordo est *cum jam jusseris, ut plurima sæcula norint finem*: quæ implicata constructio est, sed non absurda.

201. *Ut nescire finem pro non finire* ponitur, sic *noscere finem pro facere, vel capere finem et finire.*

204. Supra v. 147 *thronus* prima producta occurrit. Emendatio etiam hoc loco esset facilis, *Excelsusque thronus humili te voce precatur.* Sed magis genuinum videtur *Thronus in excelsis.* *Excelsa* pro cælo. Lib. III, v. 17, *Celsior excelsis*, lib. I, v. 101, *Donec ab excelsis.* Arator lib. I, v. 91, *Cum rector Olympi Evehit excelsis, quiquid suscepit ab imis*, ubi frustra Arntzenius tentat *excelsi*, repugnantibus libris editis, et mss., et sententia ipsa. *In excelsis* phrasì ecclesiastica est, quæ a bonis Latinitatis auctoribus originem trahit, apud quos sæpe legitur, *ab excelso, in excelso pro ab alto, et sublimi loco, in alto, et eminenti loco.* *Excelsa urbis* dixit Plinius. Quinque ordines angelici a Dracontio recensentur, cherubim, seraphim, angeli, virtutes, throni: nam Hebraice virtutes *Sabaoth* dicuntur, et *Sabaoth* exercitum sonat. Novem ordines sive chori angelici a plerisque distinguuntur,

et fortasse Dracontius sub *exercitus* nomine virtutes, et potestates, sub *angelici chori* angelos et archangelos complecti voluit.

205. Quodnam sit discrimen inter astra, signa et sidera, retuli ex Isodoro ad v. 5 libri I, *Quinque plagæ.*

206. Confer lib. I, v. 4, et lib. II, v. 15. E canticò trium puerorum et psalmis hæc omnia petita sunt. In hac enumeratione interdum eadem verba repetit, sæpe variat: *Deum precari, orare, laudare, confiteri, adorare, tremere, pavere, metuere, personare, vocare, suspicere, supplicare.*

212. Forte *metuunt, te fontes.*

213. *Coruscare* activum est, cum significat concutere, vibrare; sed hoc loco significat fulgurare, ut v. 152, *Te mandante, pluunt nubes, et ab igne coruscant.* Habet autem accusativum *te* ratione peculiaris significationis: sensus enim est: *te laudant nubila, dum coruscant*, ut v. 208, *Te spiritus omnis, Personat, et clarius v. 223. Te.... genus omne veneni Sibilat ore fero.* Nubila crassa sunt densa, spissa, ut aqua crassa, cælum crassum, nebula crassa, paludes crassæ.

214. Melius *Te luce alba dies*, vel etiam *Te lux alba dies.*

215. Eleg. v. 81, *Sol dat temperies.* Cum neque nimium frigus neque immodicus calor est, *temperies* dicitur. Ovidius l. I *Met.*, v. 51, *Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.*

216. Eleg. v. 255, *Ver, æstas, autumnus, hiems, reddit annus in annum.* Vide notam.

217. *Fetat humus*, mater fit, fecundatur, aut etiam fetus edit. Vide notam ad vers. 89.

218. *Spirat flos*, hoc est, odorem effundit. Claudianus lib. II de Raptu Pros., v. 81, *Quidquid thuriferis spirat Panchaia silvis.* Solet adjungi accusativus, ut *spirare odorem*, aut adverbium, ut *spirare graviter, suaviter*, Juvenalis tamen sat. 7, v. 208, simpliciter dixit: *Spirantesque crocos.* In versibus Bibliothecæ S. Isidori tituli Pigmentarii: *Hic spirant cinnama, thura.*

Messis aristatas acuit per culmina fruges,
 220 Palmite gemmato post pampinus admovet
 [uvae.
 Et nunquam caritura comis frondescit oliva.
 Te fera, te pisces, pecudes, armenta, volucres,
 Turba cerastarum laudat, genus omne veneni
 Sibilat ore fero, lingua vibrante trisulca,
 225 Et tibi, quidquid habet, reputans debere fa-
 [tetur.
 Auctorem vitæ gaudet stridore minaci
 Materies laudare necis, poterasque creator
 239 Non angues, non omne nocens permittere
 [nasci,
 Ut vitas hominum tantum mors una tulisset.
 230 Sed nos quæque rei cognoscimus omnia quare
 Fecerit ista dari : data sunt per crimina no- B
 [stra,
 Quod præcepta Dei passim contemnimus om-
 [nes,
 Quod peccatorum retinent tot milia vincula.
 Nec modo peccatum subrepsit moribus, olim,
 235 Olim primus homo transcendit jussa Tonantis.

Ingratus, quia factus erat coelestis imago,
 Jura potestatis retinens super omnia solus,
 Et semper, nisi jussa Dei contemneret au-
 [dax.
 Mox quam factus erat nullo peccante creatus,
 240 Peccavit. Quid nos miseri de crimine nati?
 Principio nostræ peccator originis auctor
 Damnatur sub lege necis, vel clade perenni.
 240 Contigit, ut nobis similis, heu! pœna
 [maneret,
 Nec similis nos culpa tenet : semel incidit
 [ille
 245 Una lege reus, nos multis legibus error
 Contemptis retinet captivos sorte reatus.
 Illud prætereo, quod parvi pendimus om-
 [nes,
 Quod cælo, tellure, fretis, atque aere toto,
 Ignibus æthereis, et lunæ dignior orbe
 250 Est homo, quem libuit per se formare Tonan-
 [tem.
 Nam diversa Dei solo sermone creantur:
 Illæc voce creat, nos autem operosius aptat.

SCRIPTURA COD. VAT

219. *M. aristatas a. p. fulmina f.*; ad marg., *ari-*
statas.
 220. *P. gemmatum p.*
 250. *Sed nos quoque r. v. o. quod res,* pro nos aliud
 videtur prius fuisse quod : obscurum est.
 252. *Præcepti Dei p. contemnim omnes.*
 255. *Quos peccatorum manent tot milia vinclos : ambi-*
gue manent.
 257. *Prius erat potestatus pro potestatis.*

239. *Mox quod factus.*
 243. *Con.... nobis similis heu pœna manere.*
 244. *Similis vos c.*
 245. *Legibus heros.*
 246. *Sorte reatis : prius erat sorte creatis.*
 247. *I præterea q.*
 249. *Dignior omni.*
 252. *Illic uxor eat nos autem operarius aptat ; prius*
C optat ; operarius dubie.

NOTÆ.

219. Ordinem versuum, quem inversum judico, mutavi. *Aristatas*, scilicet aristam habentes. Utitur Festus ea voce in *Restibilis : Farreo spico, id est aristato.*

220. De palmite vide notam ad lib. 1, v. 170. De gemmis vitis eod. l. i, v. 575. Forte legendum est *Palmite gemmatas.*

221. Vide notam ad l. 1, v. 166, *Et semper vestita comis frondescit oliva.*

225. Venuste venenum pro animalibus venenatis.

224. *Sibilare aliquem* est sibilis explodere, irridere; sed hoc loco *sibilat* ponitur pro *laudat*, dum *sibilat*, ut dixi ad v. 243. Hoc verbo *sibilat* et aliis lingua vibrante *trisulca* contrahitur genus omne veneni ad serpentes in genere, quibus proprie sibilum, et lingua vibrans seu micans, et trisulca tribuitur. Virgilius lib. xi, v. 754, *Et sibilat ore*, et l. ii *Æn.*, v. 475, *Et linguis micat ore trisulcis.*

226. *Stridor* serpentibus tribuitur a Silio l. vi, v. 177, et Ovidio l. ix *Met.*, v. 65. Pulchrum epitheton *minaci stridore.*

227. *Materies necis*, pro serpente figurate, ut v. 225, *venenum.*

229. *Tulisset*, pro abstulisset : simplex pro composito.

250. Forte *Sed nos quippe rei* : certe *quoque* mendum est.

251. Quod per crimina nostra animalia nocentia data fuerint, hoc sensu est intelligendum, quod animalia homini in statu innocentiae non nocuissent, sed ejus potius imperio fuissent subjecta. Præterea controversum est inter interpretes et theologos, an ea animalia quæ nunc sunt ferocia et aliis nocent, in statu innocentiae mutuo inter se sævirent. Vide Perrigium in commentar. ad Genes. cap. 1, v. 29.

255. Lucretius l. iii, v. 60, *Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Juris.* Tacitus iii *Annal.*, cap. 54, *Prohibita impune transcendens.* Venuste repetitur olim ex v. præc. Virgilius l. vi, v. 495, *Lacerum crudeliter ora, Ora, manusque ambas.*

256. Lib. 1, v. 358, *Species hominis, coelestis imago.*

257. Infra v. 730, *Jura potestatis retinens sub nomine vero.*

259. *Lego Mox quam*, vel *Mox quod* pro *Mox ut*. *Mox quam* pro *statim ac* Paulus Dig. l. vii, tit. 4, leg. 13, *Mox quam a solo separati sint* (fructus). Adiss Vossium de *Serm.* constr. cap. 66.

240. Vers. 357, *Scelerata propago Nascitur, ex fonte sceleris genus omne meamus.*

245. Claudianus lib. ii in Eutropium, v. 479, *Unaque cuncto Pœna manet generi.* Forte *Condicta est nobis similis, heu! pœna manere*, vel *Contigit ut nobis similis, heu! pœna maneret*, quod magis arridet.

246. Vide num melius *captivos sorte creatos*, ut v. 240, *Miseri de crimine nati.*

249. Lib. 1, v. 439, *Ignibus æthereis* significat ignem elementarem : hoc loco et pro hoc igni, et pro sole, et pro stellis sumi potest.

250. Vide l. 1, v. 350 et seqq.

251. *Diversa*, scilicet homini vel ab homine.

252. Plautus, Terentius alique illæc pro illa hæc dicunt. *Operosius* a Plinio usurpatum. Tertullianus lib. ii contra Marcionem cap. 4, *Quis denique dignus incolere Dei opera, quam ipsius imago et similitudo? Eam quoque bonitas, et quidem operantior, operata est non imperiali verbo, sed familiari manu, etiam v blandiente præmisso, Faciamus hominem; etc.* de Resurrect. carn., cap. 5, *Caro autem et Dei constitit propter formam.... et amplius n*

Cur non debuimus sotes peiora mereri? A
 Addo, quod innumeræ pestes, mortale minan-
 [tes,
 255 Membrorum de parte sua dant sæpe salutem.
 241 Vipera quid præstet, cauda. et cervice
 [recisa,
 Quid serpens maculosa juvet, medicina fa-
 [tetur.
 Aspidis obliquæ quid pingua membra me-
 [dentur,
 Informis ursus, fulvus leo, quid lupo au-
 [dax;
 260 Et quodcumque malum vindex natura creavit,
 Miscuit optandam dira cum morte salutem.
 Quid quod mortiferis animalibus induit

[auctor, B

Ut sentire queant, reddant sectantibus iras?
 Et prorsus non sint non se vexantibus hostes?
 265 242 Non pudet hoc homines : gens impor-
 [tuna probamur,
 Justitiam retinente fera; proh! dedecus in-
 [gens,
 Anguis agit ira morsus, nos improba turba,
 Quamvis justitiam noscentes, temnimus actu
 Plectibili : et veniam ignorantia jure meretur.
 270 Forte sit et nobis hæc excusatio certa.
 Ne furtim noceant, angues quærentur in her-
 [bis,
 Quærimus immites et per deserta leones,
 Ne gregibus pasti vastent cultoribus agros.
 Sectatur venator aprum, cui retia figit,
 275 Vineam ne pereat sub morsu dentis adunci.

SCRIPTURA COD. VAT.

253. D. sortes p.
 257. M. jubet m.
 258. Obliquæ, ambigue.
 259. Informis visi f.
 261. Cum mente s.
 263. Sectantibus hircas.
 264. Non sint non sævi dentibus hostes.

267. Anguis agit ramis opus n. i. t.
 268. Quid vos justitiam noscentes terminus actu.
 271. Nec f. n. augent quærentur in herbas; sed
 quærentur non clarum est.
 273. Gregibus passis v.
 274. Nectator venator a.

NOTÆ.

pter prælationem, ne universitati compararetur. Pru-
 dentius Apoth. v. 1032, cujus habes verba l. i, ad
 v. 333.

253. Infra v. 329, Cur non graviora mereri Omnia
 debuimus, qui sic peccamus inique?

254. Pestes de animalibus perniciosas dixit etiam
 Virgilius Georg., v. 181, et de serpentibus Lucanus
 l. ix, v. 736, Mortale minantes, ut veniale minatur v.
 486 hujus libri.

255. De parte sua, pro de parte suorum membrorum,
 vel legendum de parte aliqua.

256. Lib. i, vers. 291; Eleg., vers. 65 seq. Vide
 notam ad loc. cit. lib. i. Glycas lib. i Annal., die 6,
 pag. 59, docet similiter, ad theriacæ collectionem
 caput viperæ præcidi una cum cauda.

257. Maculosa serpens lib. i, vers. 288.

258. Obliquus commune epitheton aliis serpenti-
 bus, quasi tortuosus. Aspidis pingua membra for-
 tasse dicit, quia, ut ait Lucanus lib. ix, vers. 714,
 Plenior huic sanguis, et crassi gutta veneni Decidit.
 Vulgatum est, ut ait Plinius lib. viii, cap. 23, sect.
 35, colla aspidum intumescere, dum scilicet ictum
 minantur, quod refert etiam Nicander in Theriac.,
 Cum vero incanduit ira, Et lethum minitans, venienti-
 bus obvia sævit, Squalida colla tument, et lato sibilat
 ore. Aspidis usus in medicina asseritur etiam Eleg.
 vers. 65, Aspis habet mortes, habet et medicamina
 serpens. Plinius lib. xxix, cap. 4, Præterea constat,
 contra omnium serpentium ictus quamvis insanabiles,
 insarum serpentium exta imposita auxiliari. Et lib. xxx,
 ad strumas sanandas remedium esse ait
 cum sevo taurino impositum.

lupus etiam aliqua ex parte
 o. 36, sect. 54 de ursis :
 apti. Hæc medicamina
 censet. De remediis ex
 Plinium lib. xxviii,
 æ remedia ex leone
 adus Gesnerus Hist.
 ii, eod. tom. de lupo et
 ex eis fieri solent ex-

quid natura creavit. Na-
 talum vindex, quia hæc
 rostra ex versu 251.

261. Lego cum morte, nam mente nec satis in ms.
 clarum est et falsum videtur.

262. Forte indidit auctor. Sed induit defendi po-
 test pro indidit, iniecit, immisit. Petronius Satyr.
 cap. 4, Eloquentiam pueris induunt adhuc nascentibus.
 Gellius lib. xii, cap. 5, Natura... induit nobis... amo-
 rem nostri, et charitatem.

263. Forte Ut sævire queant. Pro hircas posui iras :
 nam hira aut hilla intestinum hic locum minime vi-
 detur habere. Iras reddere, ut evomere iram in ali-
 quem apud Terentium Adelph. iii, 2, 14. Sectari
 frequens verbum est in re venatoria.

265. Potest addi interrogatio, Non pudet hoc ho-
 mines? De verbo probo dictum ad vers. 26 hujus
 libri.

267. Cogitabam Anguis agit ignarus opus, vel agit
 ignara malum, vel agit rancoris opus. Sed præstat le-
 gere Anguis agit ira morsus. Lib. i, vers. 269, Nec
 semper agit fera vipera morsus. Passim de serpenti-
 bus morsus dicitur, quo scilicet venenum infundunt.
 Comparat angues, qui non nisi vexati mordent, ho-
 minibus, qui sæpe sine ulla causa nocent, et justi-
 tiam scientes contemnunt. Vide supra vers. 252, et
 lib. iii, vers. 549, Gens scelerata sumus, nil de pietate
 merentes.

268. Forte Quod nos justitiam, aut Quoa vei justi-
 tiam.

269. Mox vers. 455, Plectibiles mores. Exstat hæc
 vox in Cod. Theodosi: sæpe, et apud Mamertum,
 aliosque æquales. Forte legendum Plectibili, at ve-
 niam, etc. Avitus lib. ii, vers. 53, Nam crimen acer-
 vat Auctor, in ignaro minor est peccante reatus. Minus
 bene in nonnullis editis in ignoto. Ignorantia veniam
 jure meretur, quia jure cautum est, ut ignorantes in
 certis casibus excusentur. Ulpianus lib. iii Digest.
 tit. 2, leg. 11, Notatur etiam (infamia) qui eam duxit :
 sed si sciens : ignorantia enim excusatur non juris, sed
 facti. Vide Barbosam, de Axiomat. jur. axiomate
 113. Apud theologos longa est quæstio, neque hujus
 loci, quænam, et quando ignorantia excuset. Hoc
 certum poni debet, ignorantiam etiam juris, quæ
 vere sit invincibilis, a peccato formali excusare.

273. Forte Ne gregibus sparsis.

274. Virgilius Eclog. iii, vers. 75, Si dum tu se-
 ctaris apros, ego retia servo. Vide vers. 263

Cervus ut occumbat, quærit medicina medul- A
[las.

243 Quid nocuit passura lepus? quid dama,
[vel hircus?

Quos medicina jubet hæc ut capiantur ad
[usus?

Ut sub fraude cadant venantum, aut cuspide
[ferri?

280 Quid pisces nocuere freti? quid turba volu-
[crum?

Pervasit gens nostra fretum, pervaditur
[aer,

Ut capiantur aves ex nulla parte nocentes.

Quæ natura negat, per nos elementa petun-
[tur:

Per pelagus celebratur iter: sejunctus ab B
[undis

285 Navigat, audaces quatiens super æquora re-
[mos.

Parva putant homines fluctus transire no-
[centes,

Insuper armati medias grassantur in undas;

244 Sollicitat glaucumque fretum mucrone
[cruento,

Et bellum ignotis transfert manus hospita
[terris.

290 Non sat erat, terræ tolerant quod bella
[cruenta,

Ut vel *finitimus* tantum produceret hostes.

Impatiens armata manus cur tela propinquis
Implicitant, peraguntque (nefas) civilia bella.

Nec solum civile sat est, socerosque, patres-
[que,

295 Germanosque petunt sævo certamine fratres.
Nec modo tentatur noviter; primordia mundi

Horrendum doluere nefas, hominemque se-
[cundum

Consoxere pii perfusum sanguine fratris.

SCRIPTURA COD. VAT.

277. *N. pessura l.*

279. *Ut sub fraude cadant venantum...* deest reli-
quum.

280. *Pisces movere f.*

284. *Iter sed jussus ab undis.*

287. *Prius erat in urbes.*

290. *Sat erant terræ tolerant.*

291. *Ut vel... tantum produceret hostes: deest ali-*
quid.

293. *Implicitant p.*

296. *Obscure noviter, vel novitas.*

297. *Nec telum doluere n. hominumque s.*

NOTÆ

276. Eleg. vers. 67, *Cerva salutare pasto serpente medullas Conficit.* Solinus cap. 31 de Cervis: *Patuit, nunquam eos febrescere: quam ob causam confecta ex medullis ipsorum unguenta sedant calores hominum languentium.* Lucanus lib. vi, vers. 673, *Cervi pasti serpente medulla, quæ usui magiæ etiam adhibebatur, ut idem Lucanus narrat. Vide alia apud Gesnerum Histor. Quadrup., et e recentioribus Bomarium in Diction.*

277. Posset corrigi *Quid nocuit per rura lepus?* nam *lepus*, etiam cum sermo est de femina. in masculino genere efferri solet. Sed bene est *passura*, aut, si mavis, *peritura*: nam ex Prisciano lib. v constat, in utroque genere dici posse *lepus*. Cæterum etiam lepores aliquando nocent: Dracontius vero hominum audaciam et libidinem reprehendit, quod etiam ea animalia, quæ parum, aut nihil nocent, et quæ in medicina nullius, aut exigui sunt usus, aliis de causis sectantur et vexant.

278. *Lepus, dama et hircus* prosunt etiam medicinæ, ut veterum medicorum auctoritate confirmat Gesnerus *Histor. Quadruped.* Dracontius igitur solum hominibus exprobrat, quod hæc animalia præcipue ob delicias et luxum venentur.

280. Forte *Quid pisces meruere freti?*

281. Notandum est verbum *pervaditur* passive: etsi enim *pervado* cum accusativo sine præpositione interdum ponatur, ut *Pervasit gens nostra fretum*, tamen præpositio tunc omittitur, quia inest ipsi verbo.

284. *Celebratur iter*, scilicet frequentatur, ut *celebrare viam aliquam* apud Ciceronem et alios. *Aperitum est mendum sed jussus*, nec certior alia emendatio occurrit; quam *sejunctus*, nempe homo natura sejunctus ab aqua, etc.

285. *Quatere remos nove* fortasse, sed pulchre dictum.

286. Lib. i, vers. 621, *Parva Deo fuerant pro parum.*

287. Eleganter *insuper* post *parva*, vel *parum*. Præulius Merc. iv, 2, 1. *Parumne est male rei, quod*

amat hic Demipho, Ni sumptuosus insuper etiam siet? Livius lib. iii, cap. 67, *Si culpa in nobis est, auferte imperium indignis, et si id parum est, insuper pœnas expetite.* *Grassari in undas venustum etiam est, ut grassari in senatum, in homines.*

288. *Poterat mutari Sollicitatque fretum glaucum;* sed non est inusitata hujusmodi constructio, et modo raro fiat, cum decore adhibetur. *Sollicitat* videlicet *manus*: si legas *Sollicitant*, connectetur hic versus cum præcedenti.

290. Forte *terræ tulerant quod.*

291. Forte *Et quod finitimus*, aut *vicinus*, aut *rivalis*.

293. *Implicitant* frequentativum ab *implico*; quo usus est Plinius Junior ep. 33, lib. ix, ubi tamen pro *implicitat* nonnulli legunt *implicat*.

294. Fortasse ex imitatione Lucani, qui cecinit *Bella per Æmathios plus quam civilia campos.* Reprehendunt quidem nonnulli, quod *plus quam civilia* dixerit ea bella; sed immerito. Nam bellum civile est, cum cives inter se bellum gerunt: quod si bellum hujusmodi a cognatis ducibus, ut a generis, soceris, patribus, filiis, fratribus inter se dissidentibus excitatum conflatumque fuerit, jure illud voces plus quam civile. Quæ interpretatio Ovidio quoque accommodari potest, qui lib. xii Met., vers. 582, de Neptuno ait: *Sævumque perosus Achillem, Exercet memores plus quam civiliter iras.* Nam Thetis, Achillis mater, erat neptis Neptuni ex Nereo.

295. Catullus in fine epithal. Pelei et Thetidis simili modo frequentiam et magnitudinem criminum describit: *Perfudere manus fraterno sanguine fratres*, etc.

296. *Noviter* pro *nove*, veluti prima vice. Exstat hoc adverbium apud Plautum et Fulgentium Mythologum, et in quadam inscriptione apud Gruterum, pag. 171, num. 7, quæ sæculi iv, et temporis Constantiniani esse creditur. Fortasse legendum est *Nec modo tentatur novitas, primordia mundi.*

297. Lucanus lib. i, vers. 95, *Fraterno vrimi maderunt sanguine muri*, scilicet Romæ

Gessit id impietas, cum primum conditur or- A
[bis,

300 245 Et quasi lex fuerit, miserum sic venit ir
[usum.

Faucibus obliis cadit a latrone viator.

Quid fur nocturnus pravo velatus in actu,
Ne capiatur, agat, ferro comitante per um-
[bras,

Multorum nos sæva docent exempla prio-
[rum.

305 Quid quod adulterium dulces male venit in
[usus?

Incestique nefas agitat plectenda libido?

Invadunt plures alieni cæspitis agros,

Et domibus junxere domos non jure modesto,

Ac promissa fides non custoditur amico.

310 Nobilium plures decepti fraude clientes,
Canities despecta senum, læsique parentes.

246 Jam genitos utinam tantum fera dextra
[feriret

Et tantum parvis fecisset culpa reatum.

Et necdum natos properant in ventre ferire;

315 Externos, pariterque suos furit impia mater
Conceptus damnare, sui nec cura pericli est.

Quæ bibit impietas truculenta impune vene-
[num?

Repperit hoc quis grande nefas, ut non sibi
[mortem

Hauriat hoc quæcunque bibit? Minus ecce no-
[verca

SCRIPTURA COD. VAT.

299. G. hoc i. et postea conditor o

301. Faucibus obsessis cadit alugrisne viator.

302. N. parvo velatur in actu.

304. M. vos sæva decent e.

305. Quidquid adulterium.

306. Prius erat agitas.

308. D. junxisse d.

310. P. decepit f.

B 312. Jam genitus utinam : hic versus in ms. poni-
tur post versum seq.

313. Namque tam parvis.

314. Et nec damnatos properent in

316. D. suos et cura.

317. Quæ vivit impietas.

319. H. hoc quodcunque vivit munus ecce nover-
cam.

NOTÆ.

299. Cum sermo sit de Caino Abelem occidente mendum e re ipsa correxi, quamvis verba longe sint diversa.

301. Restitui obliis. Prudentius Psychom. vers. 535, obliis collo, et vers. 590, obliis gutture. Cadere a latrone, scilicet manu latronis. Ovidius lib. v Metam., vers. 191, Magna seres tacitas solatia mortis ad umbras, A tanto cecidisse viro. Suetonius in Othone cap. 5 et alii. Latrones dicti viarum obsessores. Juvenalis satyr. 10, vers. 22, Cantabit vacuus coram latrone viator. Cicero pro Milone cap. 21, Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. Hinc vera lectio cadit a latrone viator.

302. Forte parvo velatus amictu, ut magis expeditus sit. Cicero pro Milone cap. 5, Duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt : videlicet quia a fure nocturno difficilius cavere possumus.

304. Lib. III, vers. 50, Nos exempla docent damnati divitis.

305. Paulo ante simili modo Miserum sic venit in usum.

308. De hac voce modestus vide prolegom. num. 156. Mar. Victor lib. II, vers. 506 Genes., Cum iudice missa modesto, etc. In cod. leg. Wisigoth. lib. II, tit. 1, cap. 2, apud Lindenbrogium : Damus modestas simul nobis et subditis leges. Aliis in locis ejusdem codicis modeste eadem significatione usurpatur. In hujusmodi vitia similiter invehitur Juvenalis sat. 14, vers. 141 seqq., Et proferre libet fines, etc. Sed quæ reverentia legum? Quis melus, aut pudor est unquam properantis avari? Exemplum insigne jungendi domibus domus habuerunt veteres in domo aurea Neronis, de qua hoc exstat distichum apud Suetonium cap. 5, Roma domus fiet : Veios migrate, qui-rites : Si non et Veios occupat ista domus.

310. Fortasse Nobilitas plures decepit. Tertullianus de Judic. Domini : Si raptor grassatus erat, si fraude clientes Distulerat, si mente parum versatus amica. Virgilius lib. VI, vers. 609, Pulsatusve parens, aut fraus innexa clienti. Studium et fidem erga clientes maxime laudabant veteres, ut contra turpe ducebant eos decipere, fallere, deserere. Suetonius in Cæsare cap. 71, Studium et fides erga clientes ne juveni quidem defuerunt.]

312. Transposui hos versus, quia sententia id postulare videbatur. Juvenalis sat. 6, vers. 596, Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos Conducit.

313. Parvi et parvuli simpliciter pro pueris et infantibus a Cicerone, Statio, Suetonio aliisque usurpatum.

315. An Internos, pariterque suos? Vel intellige externos, quia filii ad patrem etiam pertinent, aut innuitur, conceptus esse ex patre non legitimo. Furit damnare cum infinitivo probum est. Fortasse a furit melius nova periodus inchoabitur.

316. Conceptus pro fetu, ut lib. I, vers. 390, Conceptus semine nullo. Plinius lib. XXVIII, cap. 19, Conceptus leporis utero exemptus. Suetonius in Domitiano cap. 22, Ut etiam causa mortis existerit (fratris filiae) coactæ conceptum a se abigere. Damnare est damnum inferre fetui, Hispanice danar. Vide Prudentium Hamartig. vers. 650, Damna aures, Pater alme, meas. Sedulius lib. III, vers. 125, Siccisque fluentis Damnavit patulas audax fiducia venas.

317. Venenum vocat medicamentum, quo fetus excutitur et vita privatur. Hieronymus ad Eustoch. de Cust. virg., Nonnullæ, cum se senserint concepisse, de scelere abortii venena medicantur. In concilio Ilerdensi anno 546, can. 2, qui ejusmodi potiones conficiunt, venefici vocantur. Lege Augustini verba ad vers. 522.

318. Ordo et sensus est, Ut quæcunque hoc (venenum) bibit, mortem hauriat non sibi, quia hujusmodi medicamentum mors est fetui, non matri : quia tamen hujus vita in eo scelere nonnunquam periclitatur, supra dixit, Sui nec cura pericli est. Huc pertinent ironicæ laudes quibus Horatius Canidiam prosequitur Epod. 17, in fine : Tibi hospitale pectus, et puræ manus, Tuusque venter partumeius, et tuo Cruore rubros obstetrix pannos lavit, Utcunque fortis exilis puerpera. Quod alii alio modo exponunt. Minucius in Octavio de ethnicis mulieribus : Sunt quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, et parricidium faciunt antequam pariant. Confer notas Elmenhorstii, Ouzelii et aliorum.

319. Levius crimen ait esse quod committunt novercæ, cum liberos prioris uxoris veneno, aut alio modo occidunt, quam sit scelus matrum, quæ filios

- 520 **247** Audet in externos genitos, quam mater A
[agit rem.
Dextra novercalis jam natos mittit ad umbras,
Ante mori genitrix, quam nasci, pignora co-
[git.
Ne mala sufficerent, faciunt pejora nocentés.
Mortua quin etiam non linqunt membra
[quieti,
525 Sollicitant animas mortis jam lege quietas
Cantibus infaustis, herbis, atque arte nefanda,
248 Et responsa petunt tenebris de voce se-
[pulcri,
ut cantavit agens animam in pythone pro-
[phetæ
Infelix Saul. Cur non graviora mereri
530 Omnia debuimus, qui sic peccamus inique? B

SCRIPTURA COD. VAT.

520. *Quam, dubie.*
521. *Dextra novercales i. n. m. a. umbras.* Non
clare scribitur *dextra*, et prius erat *ad undas*.
522. *A. mortem g. quam n. scribitur quam nexu lit-*
terarum.
523. *Nec mala.*
526. *C. infavistis h.*
528, 529. *Et cantavit agens animam aqi nocte proph-*
phetæ Fascibus et scelerum cur.
533. *Militia per clara p.*
535. *Pie sæcula.*
537. *Legem serva negent.*
539. *I. quintia n.; prius quintia montes*

NOTÆ.

suos mori cogunt, antequam nascantur. Novercæ hac infamia laborant, quod filios prioris uxoris odio prosequantur, præsertim postquam suos ipsæ ediderint, superstitesque habeant. Ovidius lib. 1 Metam., vers. 147, *Lurida terribiles miscent aconita novercæ*: et Heroid. epist. 12, vers. 187, Medea: *Si tibi sum vilis, communes respice natos. Sæviet in partus sæva noverca meos.*

521. *Dextra novercalis*, ut apud alios *novercalia* odit, *novercales oculi*, *novercalis animus*.

522. Augustinus de Nuptiis et Concup. ad Valerium libr. 1, cap. 15, *Aliquando eo usque pervenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret, et si nihil valuerit, conceptos fetus aliquo modo intra viscera exstinguat ac fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere, aut, si in utero jam vivebat, occidi antequam nasci.*

523. *Ne mala sufficerent*, hoc est ne mala, quæ fecerunt, sola essent, aut ne mala alia succederent. Prior interpretatio magis placet: nam in canonibus conciliorum sæpe fit mentio adulterii, ex quo hi foetus concepti sunt, quia plerumque abortus ex illicito concubitu procurantur. In concilio Eliberitano can. 65, *Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandum esse communionem, eo quod GEMINAVERIT SCELUS.*

524. Fortasse *membra quieti*; idem vero est *lin-*
quit membra quieti, nec rarum est *linquo* cum simili dativo.

525. Forte *jam lege solutas*. In concilio Eliberitano canon exstat 34, *Cereos per diem placuit in cœmeteriis non incendi: inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt.* Quæ verba de magicæ genere, quod mox explicabo, intelligenda esse egregie probat Mendoza in ejus concilii Defensione.

526. Herbarum usus magnus erat in magicis carminibus. Horatius contra Canidiam Epod. 5, vers. 21, *Herbasque, quas Iolcos, atque Iberia Mittit, venenorum serax.* Valer. Flaccus libr. VII, vers. 352 de Medea: *Majora precatur Carmina, majores Hecaten immittere vires Nunc sibi, nec notis stabat contenta venenis. Cingitur inde sinus, et qua sibi fida magis vis Nulla, Promethææ florem de sanguine fibræ Cauca-*
seum, tonitru nutritaque gramina promit, Quæ sacer

ille nives inter, tristesque prunas Durat, editque cruor, cum viscere vultur adeo Tollitur e scopulis, et rostra irrorat aperto. Idem nec longi languescit finibus avi Immortale virens, idem stat fulmina contra Sanguis, et in mediis florescunt ignibus herbæ. Adde Ovidium de Remed. amor. v. 261, 263.

527. Forte *petunt tenebrosa voce sepulti*, vel *tenebrosa a voce sepulti*.

528. Locus propemodum insanabilis, cui tamen nonnullam medicinam aituli ex historia Saulis, animam Samuelis, e mortuis evocantis, quam Dracontius indicat. Libr. 1 Reg., cap. xxviii, v. 7 et seqq., *Dixitque Saul servis suis: Quærite mihi mulierem habentem pythone... veneruntque ad mulierem nocte, et ait illi: Divina mihi in pythone, et suscita mihi, quem dixerō.... Dixit autem Samuel ad Saul: Quare inquietasti me, ut suscitarer? Posset etiam aliter emendari: Et cantavit agens animam sub nocte prophetæ. Cantavit sumitur pro incantavit magicis carminibus, ut v. 526, *Cantibus infaustis*: nisi malis legere *Incantavit agens*. De hac infami arte evocandi animas e sepulcris Ovidius de Remed. amor. v. 253, *Me duce, non tumulo prodire jubebitur umbra, Non anus infami carmine rumpet humum.**

529. Confer v. 253.

531. Potest etiam interpungi *Sol, lux clara, dies.*

533. Fortasse Dracontius veluit *perclara*, ut *percarus, percautus*. Sed *præclarus* magis est in usu. De astris, militia poli, vide notata ad v. 25, *Militia famulante sua servire fidelis.*

534. *Reservant compositum* pro simplici *servant*.

535. Vide v. 54 et 348, et l. 1, v. 142, de verbo *morari*.

536. Vide v. 94 et 388.

539. A Cyntho Deli monte Cynthius dictus Apollo, et Cynthia Diana. Pro luna Cynthiam ponunt Lucanus, Seneca in trag. et alii; ac rursus Dracontius in Eleg. v. 239.

540. Solinus in fragment. apud Pithœum pag. 267, *Candidus æther Astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.*

541. *Undosum æquor* dicitur a Virgilio l. iv Æn., v. 315.

543. Forte *pontum* pro *punctum*. Retineri potest *punctum* pro minima et individua lineæ parte. Clau-

In sua regna furens confringitur, et redit in se **A**
345 Æstus, et unda maris, validus licet excitet æquor
 Ventus, et insani feriant sub littora fluctus;
 Pendula cæruleum non audet scindere tellus
250 Invasura fretum, tantum contenta mo-
 [ratur
 Tramite juncta suo, ripis mirantibus æquor,
350 In cumulos, montesque videns insurgere fluctus:
 Nec pavet, invaditque, nec illa invaditur undis.
 Est homo grande malum, legis transgressor,
 [et audax,
 Criminis inventor, scelerumque repertor, et
 [auctor,
 Immemor auctoris, mortis dux, germinis Evæ,
355 Oblitusque sui patris, inimicus, et hostis **B**

Omnibus, atque suus, solus sub tempore parvo
 Transgreditur præcepta Dei: scelerata propago
 Nascitur, ex fonte sceleris genus omne meamus,
 Ex primò quicumque sumus nunc usque creati,
360 Non pietas, non ira Dei nos ulla coercet.
 Sæcula quod fuerant transacta ad tempora Noe,
 Et scelus assiduum, vel sæva piacula mundus
 Adderet, et nullus hominum retineret honestum,
 Nec tamen ulla simul processit pœna reorum,
365 **251** Inde gigantæa moles præsumpta rebellat,
 Sacrilega cervice tumens, quodcumque valebat,
 Aut poterat, *stolido sibi demens arrogat ausu,*
 Nil reputando Deo, per quem valet omne,
 [quod exstat.
 - Despexit Dominum velut insuperabilis audax

SCRIPTURA COD. VAT.

345. Æstus, et unda maris..... alia desunt.
351. Nec pavet, invaditque nihil invadit ab undis.
354. Dux terminis ævi.
355. Oblitusque sui patrans i.

362. Et scelus ad sidum vel nova p.
365. Inde gigantorum moles.
368. Deo per quod v.
369. D. sicut i.

NOTÆ.

dianus lib. i in Rufinum, v. 5. Præscriptosque mari
 fines unum ex argumentis hoc prædicat pro divina
 providentia, qua res creatæ reguntur. Sedulius lib. i,
 vers. 62, Qui maris undisonas fluctu surgente procellas
 Mergere vicinæ prohibes confinia terræ. Aldhelmus in
 proœmio libri de Virginit., Sic quoque fluctivagi refre-
 nas cæcula ponti, Mergere ne valeant terrarum littora
 lymphis, Sed tumidos frangant fluctus obstacula rupis.
 Barthius lib. lvi Advers., cap. 4, recte notat, Ald-
 helmum hoc argumentum corrupisse: non enim jam
 miraculum est, rupibus obsistentibus, mare non mer-
 gere terras: est vero plus quam miraculum, littori-
 bus plano loco allutis, imo impellentibus tam imma-
 nibus fluctibus, non sequi unum plures, sed redire
 cum uno omnes in sese. Unde et pro spirante animali
 oceanum habuerunt nonnulli philosophi. Hæc fere
 ille: ex quibus percipitur, quam apte Dracontius hoc
 in argumento versetur. Simili ratione auctor carminis
 de Laud. Dom. sub Constantino: Cujus ad imperium
 certis mare constitit oris, Nec licet immenso terris ex-
 currere ponto, Planaque montanos includunt littora
 fluctus.

344. Cap. xxx Job, vers. 11, Et dixi: Usque huc ve-
 nies, et non procedes amplius, et hic confringes tumen-
 tes fluctus tuos. Vide Proverb. cap. viii, vers. 29.
 Basilus Seleuc. orat. 4, Fertur illud (mare) quidem
 fluctibus alte elatum, ubi vero terminos attigerit, rever-
 tit, refugitque, et Domini vocem littoribus inscriptam
 cum intuitum fuerit, curvatis fluctibus termini positorem
 adorat, cumque terram violente feriat, referitur ac divini
 imperii memor refertur in fugam. Tertullianus, sive po-
 tius Novatianus lib. de Trinit., cap. 4, Quo cum fre-
 mens fluctus, et ex alto sinu spumans unda venisset,
 rursus in se rediret, nec terminos concessos excederet,
 servans jura præscripta: ut divinas leges tanto magis
 homo custodiret, quanto illas etiam elementa servassent.
 Corderius ad cap. 58 Job, vers. 8 seqq., Clarius autem
 hæc maris obedientia ad divinum præceptum ostenditur,
 cum agitur ventis, et intumescunt fluctus ejus: ali-
 quondo enim ita erigit suos fluctus, ut ad cælum pertin-
 gere videantur, et tanta vi ac impetu in terram irruit,
 ut eam penitus obruturum appareat: hoc tamen ipso
 quod arenæ pulveres infirmos et leves attingit, ita se
 continet, ut nullatenus illos transgrediatur.

346. Forte feriant sua littora, et sic melius perio-
 dus incipiet Validus licet, etc. Virgilius ecl. 9, v. 45,
 Huc ades: insani feriant, sine, littora fluctus.

347. Scindere fretum: sic navis scindit aquas, re-
 morum ictu freta scinduntur, fluvii natatu. Terra

vero non scindit mare, quia non prohibet quominus
 suos fines attingat, neque ipsa in illud irrumpit.
 Pendula vocatur terra, quia mari tanquam funda-
 mento innixa a Dracontio, aliisque ponitur. Vide
 lib. i vers. 152, Et, solidante globo, gravior per inane
 pependit.

348. Moratur, consistit, cohibetur. Lib. i, vers.
 142, Limitibus contenta suis elementa morantur. Sæ-
 pius hoc verbum morari eadem significatione Dracon-
 tius usurpat, ut hoc l. ii, vers. 54 et 335.

351. Forte invaditve.

352. Confer notata ad v. 344 ex Tertulliano et aliis.

354. Forte terminus ævi: sed hoc quid sibi velit,
 non intelligo. Nonnemo suspicatus est mortis dux,
 terminus ævi, ut Adamus fuerit dux mortis, quæ est
 terminus vitæ humanæ. Termen pro termino ab Actio
 dictum constat ex Varrone l. iv de Ling. Lat., c. 4.

355. Patris, Adami, vel Dei: nihil enim occurrit
 aliud melius pro patrans. Et Dracontius quidem sæ-
 pissime Deum patrem et parentem vocat.

356. Adamus primus fuit qui solus, cum elementa
 omnia Deo servirent, paulo postquam creatus fuit,
 Dei præceptum transgressus est. De ejus peccato
 v. 235. Adamum posteri imitantur.

358. Fortasse Nascimur. De peccato originali supra
 vers. 240. Hic clarius explicatur dogma catholicum.

362. Posset etiam pro nova poni nota. Sed sæva pia-
 cula dixit Dracontius lib. i, vers. 559, Ad scelus hor-
 rendum, vel sæva piacula mortis, et hoc l. ii, vers. 401,
 Redeunt ad sæva piacula mores.

365. Gigantum in secunda declinatione non re-
 perio exemplum: et facile aliquis gigantæa mutaverit
 in gigantorum, quod nesciret postremam produci
 ratione cæsurae. Præsumpta pro audax, a quo etiam
 præsumptuosus sequiori ævo factum. Posset versus
 restitui, Inde rebellavit moles præsumpta gigantum.
 Desumptum id est ex Genes. cap. vi, vers. 4 seqq.,
 Gigantes erant super terram in diebus illis... isti sunt
 potentes a sæculo viri famosi. Videns autem Deus, quod
 multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogi-
 tatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœ-
 nituit eum, quod fecisset hominem; et tactus dolore
 cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem, quem
 creavi, etc. Hanc narrationem multum poetæ Græci, et
 Catullus in Epith. Pel., et Teth. cum fabulis inter-
 polarunt, ut observavit Grotius lib. i de Verit. Christ.
 relig., et post hunc alii.

368. Vers. 225, Et tibi, quidquid habet, reputans
 debere fatetur, quod de serpente dictum.

370 Terrigena proles, meruitque infanda propago A
 Naufragium terrestre pati, dum littora nusquam
 Terra, licet distenta, daret, quod flumina pontus
 Obrueret, pontumque nocens absconderet
 [imber,
 Cum moribunda fretis silvestria cuncta natarent,
 375 Et genus æquoreum pascens in montibus altis,
 Ac pariter pelagus vastas gestiret in auras,
 252 Agmina cum volucrum, quæ protulit,
 [unda necaret.
 Cum grege nat per rura iupus, venator, et ursus
 Mergitur, et nullos metuunt armenta leones.
 380 Nam pavor unus erat, totum sors mortis ha-
 [bebat,
 Nec qui fleret, erat, cunctos mors una tenebat.

Et solum emergens divino condita jussu
 Enatat inter aquas cum mundi civibus arca,
 Conceptu paritura simul juvenesque, senesque,
 385 Et pueros, matresque pias, tenerasque puellas.
 Una dies produxit avum, serosque nepotes.
 253 Excepit pariter tellus natosque, patresque,
 Æquævosque facit diversi temporis ortus.
 Non homines tantum fecundior arca refundit.
 390 Pace quidem modico ditata est tempore terra :
 Nam postquam pelagi cecidit tumor, unda resedit,
 Diluviumque nocens alta suscepit abyssus,
 Littora nudantur, montes, mare, flumina, silvæ,
 Apparent fontes, paulatimque arida tellus
 395 Redditur, et redeunt cunctis iræque, metusque
 Jam tecta tellure feris gregibusque, avibusque.

SCRIPTURA COD. VAT.

371. Naufragium terra est repati d.

372. Quod, ambigue.

375. Æ. pascit in.

376. Gestiret in undas.

378. Cum greges fit tractura lupus v. e. v.

382. Nec solum..... desunt alia.

384. Conceptum p.

B 388. Et quæ vosque facit.

390. Pace quidem modica dilata de littore tenta ;
 prius erat littoræ.

391. Nam postquam.... desunt cætera.

392. Nocens altus s.

393. N. monte m.

NOTÆ:

370. Gigantes e terra natos veteres in fabulis finxerunt, et inde nomen Græcum est quasi *terrigena*. Dracontius l. i, v. 239, omnes homines *terrigenas* vocat, quæ alia est ejus vocabuli significatio.

372. Forte *cum pro quod*; sed librarius voluisse videtur *quod*, nam *cum* semper scribit, non *quum*.

375. Horatius diluvium simili modo describit l. i, od. 2, *Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes. Piscium et summa genus hæsit ulmo, Nota quæ sedes fuerat columbis, Et superjecto pavidæ natarunt Æquore damæ. Irrisisset, opinor; Horatius censuram C Senecæ contra Ovidium, de qua nunc dicam ad vers. 378.*

376. *Gestiret in auras* (nam *in undas* mendum puto), scilicet auras quasi invaderet.

377. Pisces et pelagus gestiebant, cum auras impeterent; sed volucres necabat aqua, licet ex ea ortum duxerint. Vide lib. i, v. 240.

378. Ovidius l. i *Metam.*, vers. 304, *Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones, Unda vehit tigres*, etc. Seneca *Natur. Quæst.*, cap. 27, l. iii, Ovidium hoc loco reprehendens ait: *Non est res satis sobria lascivire devorato orbe terrarum.* Senecæ Muretus Lipsiusque assentiuntur. Sed poetarum ingenia ad philosophorum normam non sunt exigenda. Vide not. ad v. 375.

379. Virgilius *eclog. 4*, *Nec magnos metuunt armenta leones.*

380. Mar. Victor l. ii in *Genes*, *Cum quadraginta diebus Unius pluvie furor, et mors una fuisset.*

385. Alcuinus, *carm. 199*, ex Dracontio, ut puto, *En natat in liquidis mundi cum civibus arca. Forte Enatat in.*

384. Forte *Conceptos paritura.* *Genes. cap. vii, v. 7, Et ingressus est Noe, et filii ejus, uxor ejus, et uxores filiorum ejus cum eo in arcam propter aquas diluvii.*

385. *Pueri sunt filii Noe Sem, Cham et Japheth, puellæ teneræ uxores eorum. Eadem dici possunt piæ matres, quia ex illis genus hominum propagandum erat post diluvium.*

386. Quod eadem dies natos patresque produxerit, ut v. seq. dicitur, nullam habet difficultatem: at quod produxerit avum et nepotes, non intelligitur, nisi credamus, uxores filiorum Noe neptes hujus fuisse: quanquam tunc dicendum fuisset *seras neptes*, aut

seras nepotes, nam *nepos* etiam feminæ aliquando applicatur. *Seri nepotes* apud Valerium Flaccum lib. viii, vers. 394, sunt, qui multo post nascentur, ut *seræ posteritas* apud alios. Sed quo sensu dici poterit, unam diem produxisse avum, et eos qui multo post erant nascituri? Equidem existimo, Dracontium putasse, aliquos filios filiorum Noe ex arca prodiisse, intra arcam scilicet natos: nam quod arcam soli octo homines ingressi fuerint, expressum est in ep. i S. Petri, cap. iii, vers. 20, *In qua (arca) pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.* Æque certum mihi est non nisi octo homines ex arca egressos, neque venit in mentem an alii cum Dracontio opinati fuerint. Mahometus in Alcorano confinxit familiam Noe, excepto Chanaan, aliosque ad 78 vel 80 homines in arcam fuisse introductos. Quod rex Basan nomine Og, arcæ tecto insidens diluvio se subtraxerit, ut tradunt nonnulli Hebræi, quod sibylla Babylonia in arca cum Noe fuerit, ut ipsa refert, quod Philemon sacerdos Ægyptius cum familia sua receperit se in arcam, ut aliqui rabbini olim docuerunt, nugæ sunt et fabulæ. Pererius in cap. vi *Genes.*, disput. 4, lib. x, communem Hebræorum et Christianorum doctorum sententiam esse affirmat, Noe atque filios ejus, quoad fuerunt in arca, non dedisse operam generationi. Quo difficilior redditur Dracontii opinio nunc explicata. Fortasse sibyllæ Babyloniæ fidem secutus est Dracontius: nam sibyllarum carmina in pretio apud nonnullos veteres fuerunt. Cum autem hæc sibylla retulerit, se cum viro in arca servatam fuisse, aliqui opinantur, eam diversam non esse ab uxore Noe.

383. Antea vers. 336, *Diversi temporis ætas; et v. 67, Diversi sanguinis ortus.*

389. Forte *Nec homines, et refudit.*

390. In tantis tenebris non video quid melius tenere possim.

391. Supplevi ex Hilario in *Genes.*, *Postquam diluvii cecidit tumor, unda resedit.*

392. Cum *abyssus* sit feminei generis, legi potest ac debet *alta*, producta ultima ob cæsuram. Avitus lib. iv, v. 535, *Quæque prius vomuit lethali ex ore fluentia, Objicibus propriis constricta resorbet abyssus.* Nam ex cap. vii *Genes.*, v. 11, in diluvio *rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.*

- Impia gens hominum scelerum mox vota re- A
[sumit,
Et facinus reparare cupit; ne perderet usum
254 Criminis illuvies, et tanquam damna su-
[biret,
400 Sic hærent delicta malis grassante reatu,
Sic passim redeunt ad sæva piacula mores,
Pertulit et stadium princeps impune vagari,
Ut revocarentur sociati crimine multo.]
Sed postquam in pejus hominum procedere
[vidit
405 Pessima vota Deus, rursus ne perderet orbem,
Aut impune reos passim dimitteret omnes,
Eligit e cunctis, quos plus peccare videbat,
Supplicio censura Dei super astra coacta.
Et quia diluvium jam non dabit unda secundum, B
410 Sulphureas his fundit aquas, nigrumque bitu-
[mer

- Compluit, et flammis ultricibus imber adussit
Quinque cremans urbes, populos, et moenia
[damnat,
255 Ignibus æthereis succiso cæspite cocto.
Pinguis et in cineres putrescit gleba soluta
415 Nos sumus auctores nostris, heu! cladibus
[omnes,
Pauperiem, gemitus, mortem, tormenta, do-
[lores
Nos nobis facimus peccando sponte maligne.
Segregat Omnipotens merita pro moribus orbis,
Non sociant poenæ, quos non junxere reatus.
420 Loth justus, famulusque Dei, sine fraude, fi-
[delis,
Inter tot scelerum turbas pius unus, et insons
Eripitur de morte truci sine crimine visus,
256 Et servatus ab ita vitæ melioris amator,
Qualiter ereptus Noe servatur in arca

SCRIPTURA COD. VAT.

397. Videtur scriptum v. resummit.
400. M. crassante reatu.
405. Vota rursus.
406. Omnes, non clare.
411. Et flammis v.
414. Gleba solutas.

418. Moribus, obscurum est.
422. De morte crucis sine.
425. Et servator ab it.
424. Q. erectus N.; dubium an servatur, an servatus sit scriptum.

NOTÆ.

397. Vota scelerum, ut vers. 405, Pessima vota, et lib. i, vers. 694, Mala vota reorum. Cyprianus de Sodomâ: Sed recidiva hominum pariter cum gente secunda Impietas, iterumque mali nova pullulat ætas: videlicet post diluvium. Resumere vota sceleris, ut Claudianus l. ii in Rufinum, vers. 441, Sed redit in faciem, scelerumque immane resumit Ingenium.

399. Tanquam damna subiret, scilicet gens hominum, si perderet usum criminis. Confer l. i, vers. 475 seq.

401. Vide v. 362.

402. Obscurum id est. Sensus hic videtur esse: Permisit Deus homines impune vagari, ut crimine multo sociati revocarentur. Princeps pro Deo, ut dictum ad vers. 31. Vagari stadium cum accusativo, ut vers. 185, Sic mare velivolum mercator nauta vagatur. Eugenius Toletanus in oratione ad Deum ait: Et vitæ stadium placido percurrere passu. Vide num melius Pertuleratque diu princeps i. v., aut Pertulit atque diu princeps i. v., aut Pertulit et studium princeps i. v., aut Pertulit et studium præceps i. v., ut intelligatur Deus ex v. 405.

404. Lib. i, vers. 476, Procedere pejus Ausum quippe nefas.

407. Suspicio trajectionem esse ac prius legendum Supplicio censura, etc., deinde Eligit e cunctis.

409. Genes. cap. ix, vers. 11.

410. His, nempe quos plus peccare videbat. Loquitur, ut vides, de Sodomitis. Genes. cap. xix.

411. Forte flammis ultricibus irruit imber, aut imber adurit. Compluo Varronis verbum.

412. Pentapolis, ut nomen præfert, est regio quinque urbibus constans. Sed non omnes illæ quinque urbes igni absumptæ sunt: nam Segor precibus Loth ab incendio liberata est, reliquæ Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim cœlesti igne perierunt. Dracontius ergo nomen regionis Latinis verbis expressit, ut cap. x Sapient., vers. 6, Hæc justum a pereuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in Pentapolin. Traditum etiam est, quædam oppidula, quæ his urbibus subjecta erant, incendio simul periisse. Præter hanc Pentapolin Palæstinæ fuere plures aliæ in diversis orbis partibus Pentapoles nominatæ.

415. Mar. Victor libr. iii, vers. 778, Genes., de

eodem incendio, Depressisque cavos consumpto cæspite campis Pandunt arva sinus.

414. Putrescit a putris ea significatione, qua putris est solubilis, solutus, flaccidus. Stautus libr. vi Theb., vers. 254, dixit putres cineres. Vide Eleg. vers. 84, putris arena. Mar. Victor libr. cit., vers. 776, In cineres donec cautes, tellusque resultans Transeat, ac penitus mersæ solvantur arenæ. Intelligi etiam poterit de fructibus, de quibus Cyprianus Carmine Sodomæ: Solvitur in cinerem, fit vana favillaque pomum.

415. Albinovanus Consol. ad Liviam, vers. 12, Fortior ut possis cladibus esse tuis.

417. Hæc omnia ex arce Dei descendere docuit Dracontius libr. i, vers. 13 seqq. Sed etiam tunc peccatis hominum tribuit, quod Deus iram suam in eos exerceat. Merentur autem homines istiusmodi poenas non solum ob peccatum originale, verum etiam ob alia, quæ quisque private committit, et a quibus nemo in hac vita liber est. Cæterum graviora quædam supplicia, quibus Deus urbes ac regna nonnunquam affligit; mores hominum palam corruptos et publica scelera plerumque puniunt.

418. Vide libr. i, vers. 12 et 541 seqq., et libr. ii, vers. 467 seqq., et 808, quibus in locis eadem sententia repetitur. Hoc loco Dracontius Abrahami verba ad Deum exprimit, Genes. cap. xviii, vers. 25, Absit a te ut rem hanc facias, et occidas justum cum impio, fiatque justus, sicut impius: non est hoc tuum. Verum etsi Deus post hominum obitum merita pro moribus uniuscujusque certissime segregabit, et interdum etiam in hac vita innocentes homines liberet, ne cum impiis supplicio aliquo absorbeantur, tamen nonnunquam palitur illos eadem poena, seu calamitate temporali involvi. Olim quidem hic cursus divinæ providentiæ erat, ut mala temporalia improbis, bona probis fere acciderent: ex quo amici Jobi decepti universim colligebant neminem innocentem in hac vita flagellari. Vide c. iv Job.

421. Turbas scelerum, scilicet sceleratorum metonymice, ut apud Terentium, et sæpe apud Plautum scelus pro scelerato ponitur.

422. Lego de morte truci, ut vers. 703. Et revocans a morte truci.

425 Nec generale malum sensit specialior hospes. A
 Tot gens nostra malis nondum correpta vel
 [audet
 riminibus laxare fores sine fronte pudoris,
 Supplicia et scelerum non damnat prava, sed
 [auget.
 Hinc obscena fames, morbi, mors, luctus, ege-
 [stas,
 430 Tædia, bella, lues, clades, jactura, labores.
 Nam sic factus homo fuerat, primordia nostra,
 Ut volucres; pascendus erat sine clade laboris,
 Vomere non terram proscinderet, atque ligone,
 Non peregrina vagus rapidis deposceret undis,
 435 Committens animam ventis, et fluctibus audax,
 257 Sponte parans fructum, vinum et de fon-
 [tibus uvæ B

In morem fluvialis aquæ; longæva liquores
 Semper oliva virens, certo non tempore ferret,
 Mella darent vepres, sentis sudaret amomum,
 440 Omnis ager pigmenta daret vernantibus her-
 [bis,
 Et rosulas proferret hiems, servaret et æstas
 Lilia purpurea, flos omnis staret odore,
 Nec marceret honos violæ pallore decenti,
 Non niger, aut albus tantum color esset in
 [agnis,
 445 Sed rubicunda daret pretiosus vellera sandix,
 Lanigeras vestiret oves et muricis ostrum,
 258 Fabula certa foret Phrixæi velleris aurum,
 Famam scenarum verax narratio ferret
 Per populos, certamque fidem sine crimine
 [tanto.

SCRIPTURA COD. VAT.

425. *Specialior hostis.*
 426. *Malis non vel correpta.*
 427. *Laxare frenos sic f.*
 429. *morbi mox luctus.*

435. *Atque ligones.*
 436. *Innuitur fontibus in nexu litterarum.*
 438. *Semper olivarum certo.*
 448. *Famam scenæi verax ... deest reliquum.*

NOTÆ.

425. *Lego specialior hospes*: etsi enim olim *hostis* significaverit peregrinum, censeo tamen Dracontium ex sui temporis usu scripsisse *hospes*. Loth vero *hospes* erat, tum quia advena, tum etiam quia hospitio angelos exceperat. *Specialis* est peculiaris, cui opponitur *generalis*.

427. Fortasse *laxare jugum*, ut apud Silium libr. xi, vers. 17. Sic alii *laxare frenos, laxare habenas*; sed *frenos* non stat cum metro. Plinius libr. xxxii, c. 2, sect. 5, dixit *laxare fores*, quod ad metaphoram trahi valet. Conjici etiam potest *nondum correpta*, C
vel audax Criminibus laxat frenos.

428. Forte *Supplicia et scelera*. Augentur vero supplicia scelerum, cum augentur ipsa scelera. Hinc obscena fames, morbi, etc.

429. *Obscena fames*, infausta, apud Virgilium et alios.

431. Potest interpungi *Nam sic factus homo fuerat, primordia nostra; Ut volucres, pascendus erat*, etc.

432. Lucretius libr. v, vers. 370, *Cladem importare pericli*. De providentia Dei erga aves Matth. cap. vi, vers. 26, et cap. x, vers. 29. Prudentius, *Psych.* v. 617 seqq., idem argumentum exponit.

433. Confer l. i, v. 449 seqq.

435. *Committere* pro tradere in dubio eventu, ut *committere se navigationi, viæ, periculo*, et apud Justinum l. ii, cap. 12, *committere salutem navibus*. Dracontius Juvenalem imitatur sat. 12, vers. 157, *I nunc, et ventis animam committe dolato Confusus ligno*. Claudianus in præfat. ad libr. i de Raptu Proserp. *Qui dubiis ausus committere flatibus alnum*. Horatius l. i, D
 od. 5, vers. 9, *Illi robur, et æs triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commisit pelago ratem Primus*. Veteres ethnici navigationis usum vehementer in suis scriptis improbabant, et contra deorum voluntatem inventum asserebant. Columella in præfat.: *An bellum perosis maris, et negotiationis alea sit optabilior, ut rupto fœdere naturæ terrestre animal homo venturum et maris objectus iræ se fluctibus audeat credere*. Adisis Barthium libr. xvii Advers., cap. 9, et Ovidium i Met., v. 94 seqq.

438. Libr. i, vers. 166, *Et semper vestita comis frondescit oliva*. Sensus est quod oliva quovis anni tempore fructus proferrét.

439. Libr. i, vers. 199, *Non apibus labor est*, etc. Virgilius eclog. 4, v. 30, *Et duræ quercus sudabunt roscida mella*. Ovidius i Met., vers. 112, *Flavaque de viridi stillabant ilice mella*.

440. Libr. i, vers. 176, *Generans pigmenta per herbas*.

441. Libr. i, vers. 717, nonnulli legunt *Qui rosulis stellare nemus*; alii aliter. Etiam hoc loco legi posset *Atque rosas proferret*.

442. *Staret*, permaneret, semper vigeret et odore sustineretur, ac constaret. Virgilius vi Æn., vers. 300, *Stant lumina flamma*.

443. Ovidius l. i Met., vers. 107, *Ver erat æternum, placidique tepentibus auris Mulcebant zephyri natos sine semine flores*.

445. Virgilius eclog. 4, vers. 45, *Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos*. Ex quo versu nonnulli colligunt, sandicem herbam esse qua pasti agni colore sandicino tingerentur: atque ita Virgilium intellexit Servius, et Plinius libr. xxxv, sect. 23, cap. 6, qui tamen ipse docet, sandicem genus esse rubri coloris fictitii, cujus conficiendi modum explicat. Dracontius innuit sandicem herbam non esse, sed agnos sandicis colorem habituros: etsi Virgilius quoque eodem sensu exponi valet, quod agni dum vulgo pascuntur, vellere se induerent coloris sandicini, ut de murice fere idem affirmat. Cum autem Plinius sandicem inter viliores colores recenseat, quæri potest cur pretiosum Dracontius vocet. Non alia de causa, opinor, nisi quia vellera eo colore tincta pretiosa sunt, vel quod is color pretiosus est in velleribus.

446. Virgilius eclog. 4, vers. 43, *Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto*.

447. *Phrixæi* recte habet ms., alii minus bene scribunt *Phryxæus*. Ovidius Heroid. epist. 6, vers. 104, *Aurea Phrixææ terga revellit ovis*, et epist. 18, vers. 103, *Invideo Phrixo, quem per freta tristia tutum Aurea lanigero vellere vexit ovis*. Phrixus ariete deaurato vectus Colchos pervenit, ubi arietem immolavit, et pellem inauratam in templo Martis posuit, quam Jason ope Medæ abstulit. Vide Hyginum fabul. 3, Ovidium et alios mythologos.

448. Sic divinans reposui. De Medæ tragœdia agi puto, quæ passim in scenis veterum exponebatur. Horatius in Arte vers. 185, *Nec pueros coram populo Medea trucidet. Famam ergo scenarum*, vel, si major, *scenæi* more Lucretiano intelligo famam velleris aurei, quod prodidit Medea. Tunc enim sine crimine Medæ vellera aurea homines viderent, et fidem narrationi de eis præstarent. *Scenæ* verbum sæpe adhibetur, cum scelera in tragœdiis exhibita indicantur. Cicero

- 450 Viscera non terræ tantum pretiosa metallum **A** Quid homines miser, fragili sub tegmine carnis
 Servarent abstrusa nimis, nec gemma lateret; Captivos quos membra tenent, et corporis usus?
 Omnia sed passim facies telluris haberet, 465 Sic vobis responsa dabo: Quid culpa aliena
 Omnibus in terris regio non indiga mercis, Objicitur? purgare potest, quod gessit iniquus,
 Vilior illa foret populis, portantibus euris. Alterius quodcumque nefas? scelus omne pera-
 455 At nunc plectibiles humanæ mentis ubique [ctum
 Dulcia subducunt mores, et amara ministrant. Respicit auctorem, socios, cunctosque ministros
 Forsitan opponant homines delicta fatendo, Implicat, et solos facinus, quos inquinat, urget.
 Angelicum peccasse genus, quod purior aer, 470 Inde magis mens nostra rea est, quod pœna
259 Et super astra polus, vel cœli regna tene- [secuta est
 [bant. Cœlestes famulos, his nec gravis ira pepercit.
 460 Ante tribunal erant, ubi casta, et sancta vide- **260** Sideris innumeri cecidit pars tertia cœlo,
 [rent Cum duce pulsa suo; superum vindicta coercet
 Corporis expertes terreni ponderis omnes: Agmina cœlicolum, pereuntia clade perenni.
 Et sic error eos tenuit, crimenque nefandum. 475 Militiæ pars tanta poli districta sine usu

SCRIPTURA COD. VAT.

454. *Populis peccantibus euros.*
 456. *amara ministrans.*
 460. *Ex castra correctum casta.*
 462. *Et sic terror eos.*
 465. *Obscure quid.*

- B** 469 *I. e. solus f. quoa a. v.*
 470. *Quod, dubie.*
 473 *C. d. p. suos superans v. coercens.*
 474. *C. perentia c. p.*
 475. *Militia pars tanta poli distincta sine usu.*

NOTÆ.

III de Natur. deor., cap. 27, *Nec vero scena solum referta est his sceleribus, sed multo vita communis pene majoribus.* Virgilius IV Æn., vers. 471, *Scenis agitated Orestes.*

450. Ovidius I Met., vers. 138, *Itum est in viscera terræ, Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris, Effodiuntur opes.*

451. Vide l. I, v. 505 seq.

452. *Facies telluris est summa et extima pars terræ: inde superficies dicta.* Virgilius eclog. 4, vers. 39, *Omnis feret omnia tellus.*

453. Virgilius loc. cit., vers. 38, *Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus Mutabit merces.* Forte regio **C** nulla indiga mercis.

454. *Lego portantibus euris, vel quod venti ipsi sine navibus merces portarent, vel quod euri jura- rent, ut omnis ferret omnia tellus.* Vide libr. I, vers. 197.

455. *Plectibiles mores, ut vers. 269, plectibilis actus.* E solo peccato originali omnes hujus vitæ calamitates originem ducunt, sed ita ut peculiaribus hominum peccatis magnopere augeantur.

458. *Purior aer, ut l. I, vers. 554, Eleg. vers. 89. Argumentum petium est ex cap. IV Jobi vers. 18, Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut a tineâ?*

460. *Solium Dei vers. 101, vocatur cœleste tribunal.*

461. *Expende num melius Corporis expertes, terreni et ponderis omnes.* Prudentius hymn. 5 Per., v. 163, sic etiam de corpore: *Vas est solutum ac fictile, Quocumque frangendum modo, ex Apostolo II Cor., c. IV, vers. 7. Dracontius ex libro Jobi sumit et explicat verba terrenum fundamentum.* Sic etiam Apostolus II ad Cor., cap. v, vers. 1, *Si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur.* Sapient. cap. IX, vers. 15, *Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam; et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Nimirum corpus carcer est animæ.

465. *Culpam alienam neminem excusare apertum est, et docet Epiphanius epist. ad Hieronym. inter Hieronymi epistolas 91, al. 73, Quasi multitudo peccantium scelus minuat et non numerositate lignorum major gehennæ flamma succrescat: et Hieronymus initio libr. I contra Ruffinum: Quasi culpam numerus peccantium minuat.*

469. *Ex Lucano l. v, vers. 290, Facinus que in-*

quinat, æquat. Arator libr. I, vers. 501, *Nec pœna sequestrat, Quos par culpa ligat.* Vide notam ad l. I, vers. 541, et l. II, vers. 418, et leg. 22 cod. de Pœnis, qua a pœna submoventur, quos reos sceleris societas non facit.... *Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.*

470. Cicero de Harusp. respons. cap. 18, *Ut quisquam pœnam, quæ sequeretur illud scelus, scire posset.* Sic Horatius l. III, od. 2, *Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo.*

472. De numero angelorum auctor Cœlest. Hierarch. sub Dionysii Areopagitæ nomine ait cap. 14, *Eloquiorum de angelis traditionem milies eorum esse milia dicere, summos illos quos adhibemus numeros, in seipsos glomerando ac multiplicando, quo per hos aperte declararet cœlestium essentiarum ordinem a nobis numerari non posse.* Isaias cap. XIV, v. 12, *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, etc., quod de diabolo plerique exponunt.* Cap. XII Apoc., vers. 4 seqq., *Et cauda ejus (draconis) trahebat tertiam partem stellarum cœli, et misit eas in terram. Et factum est prælium magnum in cœlo: Michael et angeli ejus præliabantur cum dracone.... et projectus est draco ille magnus.... et angeli ejus cum illo missi sunt.* Allegorice de angelis etiam intelliguntur verba illa cap. XXV Jobi, v. 5, *Ecce luna etiam non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis?*

473. *Superum, scilicet Michaelis et angelorum ejus: vel lege superat vindicta coercens, aut superans vindicta coercet Agmina cœlicolum.*

474. *Clade perenni, ut l. I, vers. 467, Incurrant non fraude sua, sed clade perenni, et apud Tertullianum l. I contra Marcionem, Periturus morte perenni.*

475. *Militia poli dicta etiam sunt astra vers. 353. De angelis cap. XXV Jobi, v. 5, Nunquid est numerus militum ejus? Genes. cap. XXXII, vers. 1, Jacob quoque abiit itinere, quo cœperat: fueruntque ei obviam angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* Lib. III Reg., cap. XXII, vers. 19, *Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum cœli assistentem ei a dextris et a sinistris.* Angeli phrasi ecclesiastica sæpe militia cœlestis dicuntur. E sacris Litteris multis in locis constat angelos sæpe habitu militari se conspiciendos præbuisse, modo in equis decoros, modo gladium evaginatum tenentes, modo loriceis igneis et hyacinthinis indutos, scilicet ad defensionem honorum oratos, et quasi sospitatores in

- Debuerat nostros ultro compe-cere mores : A
Et tamen in nobis nullus timor exstitit unquam.
Quis canis allatret, vibices si ora leonis,
261 Colla, caputque ferant, et sanguine fulva
[rubescant?
480 An solis pereunte die, simul objice terra,
Sidera despiciant umbram, qua cuncta teguntur,
Et superare putent crassas tenui igne tenebras?
Aut sitiēte freto jactet se pellere rivus,
Quam nec magna silim possunt sedare fluēta
485 Gurgitis æquorei, cunctus si fluctuet amnis?
Sed quia cœlestis pietas veniale minatur,
Plusque coruscantes flammās, quam fulmina
[vibrat,
Aut si fulmen habet, montes, et culmina tangit,
Arboribusque caput, cedros, celsisque cupres- B
[sos,
490 Ut terrore domet potius, quam ciade profanos,
Est nobis contemptus atrox, animusque nocendi

- 262** Omnibus est nobis : pietas tamen alma
[Parentis
Indulgere volens cito, quam punire parata,
Misit ab arce pium cœli per sidera Christum,
495 Qui virtute sua serpentis frangeret artes,
Per vexilla crucis hostis populando cohortes,
Præcipiti jactu quas celsa palatia cœli
Exsilio trusere gravi sub perpete culpa.
Expavit Judæa Deum post viscera matris
500 Maxima tot populis dantem miracula Christum.
Invida continuo, semet læsura, profanam
Sacrilega tenet arte viam livoris iniqui,
Et quærit peritura dolos, quibus improba perdat
Insontem, sanctum rea, noxia, callida, fallax.
505 Et pretium dat turba : Dei commercia fiunt,
263 Discipulo vendente suo, funesta duobus.
Venditor infelix, sed non felicior emptor,
Pars pretium perdit, perdit pars altera mer-
[cedem.

SCRIPTURA COD. VAT.

476. N. ultra c.
478. Quis c. inlatret vibices si terga l.
479. Fulva rubescunt.
480. Aut solis.
482. S. putant c.
483. Aut siccante freto jacte.... alia desunt.
484. Quam nec legandis possunt s. f.
487. Plusque, et quam in nexu litterarum.

489. Arboribusque capit cedros, celsasque cypressus.
491. Est nobis contemptus arax, animique nocent.
Omnibus et nobis p.
492. Alma nocentes.
493. Quam, ambigue.
497. Præcepit jactu quas.
501. I. c. semel læsura profanæ.

NOTÆ.

prælio. Pro *districta*, hoc est punita, vel constricta, et illigata, forte legendum *disjecta*. Mendum etiam videtur *sine usu* : sensus autem est, partem tantam militiæ poli ab honore, quo gaudebat, et quasi usu et exercitio militari dejectam fuisse ; vel, si mavis, angelis peccantibus locum aut defensionis aut pœnitentiæ nullum fuisse relictum.

478. *Allatro* in usu est apud poetas aliosque. *Inlatro* non reperio alibi, ac proinde mendum pro *inlatret* pro *allatret*. Cum in *vibices* prima et secunda producantur, corrigendum censui *vibices si ora*, ac revera magis congruere videtur *ora* quam *terga*.

480. Descriptio noctis. Dies, qui a sole efficitur, perit nocte. Libr. I, v. 672, *Ducit ubique diem, periturum noctis ab umbris*, et v. 677, *Orcidit ipse dies super æquora sole cadente*. Noctis vero umbræ efficiuntur a terra soli objecta. Cicero libr. II de Natur. deor., cap. 19, *Ipsa enim umbra terræ soli officiens noctem efficit*.

483. Sic restitui locum fere insanabilem. Sensus est : an rivulus jactet, se pellere posse sitim oceani, quam nec magni fluvii sedare possunt, etiamsi omnes confluant in mare ? Fortasse legendum erit *siccante* pro *siccato*, ut *minuente* pro *minuto*, *crispante* pro *crispato*, *solidante* pro *solidato*.

485. Libr. I, vers. 705, *Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis*. Fortasse distinguendum *sedare fluēta*, *Gurgitis æquorei cunctus si fluctuet amnis*, ut amnes æquorei sive in mare influentes indicentur.

486. Vide vers. 121 Eleg., *Veniale minaris*. Argumentum hoc fuscè pertractatum fuit libr. I, vers. 29 seqq., et sæpe alibi. Confer etiam Pisidem de mundi opificio vers. 457, *Tu intendis arcum sæpe*, etc.

487. Claudianus in II consul. Stilicon., al. I, III, vers. 167, *Fulmina vibrat Jupiter*. Ovidius libr. II de Ponto, el. 2, *Sed placidus, facilisque parens, veniæque paratus, Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat*.

488. Horatius l. II, od. 10, *Feruntque summos Fulmina montes*.

489. Forte *Arboreumque caput*.

492. Fortasse *pietas tamen alma nocenti Indulgere volens*.

493. Legerem *Indulgere volens, cito nec punire parata*. Hic certe Dracontii sensus est. Libr. I, vers. 95, *Corrigit errantem, nec punit morte repente*.

494. *Ab arce pro a cœlo*. *Sidera cœli* alibi Dracontius dixit. Prudentius Apoth. vers. 615, *Vidimus hunc, aiunt, puerum per sidera ferri* : qua loquendi ratione non siderè vectum puerum, aut a magis visum, sed Christi ortum per sidus annuntiatum in comment. ad Prudentium ostendi loc. cit.

495. Dæmon serpentis nominè frequenter a Patribus indicatur, cui *artes* et *astus* tribuuntur, ut Christo virtus.

497. *Præcipiti jactu*, ut libr. III, v. 597.

498. *Perpete culpa*, quia locus et tempus pœnitentiæ angelis relicta non sunt, ac semper in eis prava voluntas perseverat. Libr. III, vers. 65, *Sæva incēdia mortis, Quæ sine fine manent, et stant sub perpete nequæ*; et v. 72, *sub perpete pœna*. Severus sanctus, sive Endelechius in carm. bucol. *Signum prosit idem perpete sæculo*.

499. *Expaveo* in præterito, et cum accusativo frequenter occurrit apud poetas et alios.

501. Forte *læsura, profana*.

503. Oppositio in *peritura*, et *perdat* venuste adhibita.

505. Producitur prima in *fiunt*, quod arguit, errorem fortasse esse hoc libr., vers. 491, *Si disjuncta fiant*, et l. III, vers. 135, *Si jactura fiat*. Nam facilius credam in tam depravatis codicibus mendum irrepisse, quam Dracontium in eadem syllaba variasse. De hoc crimine Judæ Sedulius libr. IV, al. 5, *Nexibus astrictum Judas ut vidit iniquus, Dirigit, scelerisque sui commercia reddens Incassum, facti pretium, non facta reliquit*.

508. Magis e Dracontii genio videretur *Pars pretium perdit, perdit pars utraque mercem*, nam quod in emptione venditione emptor perdat pretium, venditor mercem, nihil mirum est. Sane verum etiam esset,

Proficit in nobis, qui non contraximus, em-

[ptus :

510. Sanguine distracti maculatur venditor, emptor,
Quo mens nostra sacri mundabitur imbre
[cruoris.

Ah scelus atque nefas! insontem turba reorum
Supplicio, quo digna fuit, cruce, verberare, ferro
Affligit, lethique vias, et limina mortis

515. Ingerit æterno, cui lex ab origine mundi
Nec fuit initium nasci, nec finis obisse.

Ergo salutaris quod passio membra peremit,
Fecit abire diem, solis restantibus horis,

SCRIPTURA COD. VAT.

510. D. maculator v.
511. S. Maculabitur i.
518. D. soli restantibus b.
520. Sed sine moro s.

264 Et noctem sub luce dedit, rediere tene-
[bræ,
520 Sed sine more suo, violata lege poliorum.
Tum niger axis erat, quem lurida palla tege-
[bat,

Candida sanguineum monstravit luna ruborem,
Cardine sub gemino nox importuna pependit,
Et planxit natura Deum, monumenta piorum

525 Clausa patent, plures mundo rediere sepulti,
Et vitam mors ipsa dedit; dum vita perennis
Limina mortis adit, Stygii tremuere ministri,
Effugiunt tormenta reos, invita pepercit

521. Et placit n.
525. M. redire s.
527. Lumina m. adit, ut tremuere.

NOTÆ

si diceretur *Utraque pars pretium, mercem pars utraque perdit*. Sed fortasse Dracontius hoc ipsum inuit, nimirum *Pars pretium perdit*, scilicet emptor Judas, *perdit pars altera mercem*, nempe Judæi emptores.

510. *Distracti*, venditi. *Distrahere* pro vendere, alienare verbum familiare jurisconsultis atque aliis etiam, ut Lucilio, Gellio, Suetonio, Justino, Tacito.

511. Forte *mundabitur ampe cruoris*, ut infra vers. 601. Ad Hebræos cap. ix, vers. 14, *Quanto magis sanguis Christi... emundabit conscientiam nostram*, etc. Joann. Ep. I, c. 1, vers. 7, *Et sanguis Jesu Christi filii ejus emundat nos ab omni peccato*. Apocal. c. 1, vers. 5; Epist. I Petri, c. 1, v. 19.

515. *Ingerere supplicia recte dicitur*: sic *ingerere vias lethi*, nam tormenta viæ lethi sunt. Fortasse *mundum cubat in cui lex ab origine mundi*. Sensus hic elici potest: cui lex fuit ab æternitate neque habere initium nascendo, neque finem moriendo. Vel *ab origine mundi* intellige, quod ita prædestinatus est Christus ante mundi constitutionem, ut neque initium haberet nascendo, neque finem moriendo. Vide num oporteat legere *cui lex ab origine mundo Nec fuit initium nasci*, hoc est, lex ab origine ejus fuit nec initium nasci mundo, nec finis obisse.

516. *Initium* prima producta, ut dictum I, v. 151.

518. Suprà vers. 480, *dies solis* dicitur; sed hic melius videtur ita distinguere, ut solis horas restitisse intelligatur, ut vers. seq., *Et noctem sub luce dedit*. Vide Matth. cap. xxvii, vers. 45, ubi hæ tenebræ referuntur.

520. *Sine more suo*, quia ante tempus redierunt, et cum adhuc sol esset super terram.

521. Palla vestis muliebris, quæ, sicut et palium, eleganter nocti tribuitur. Vide exempla in comment. ad Prudentium, hymn. 5 Cathem., v. 27, 28.

523. *Cardine sub gemino*, quia ab altero sol aberat, in altero obscuratus erat. *Pependit nox*, quia quasi suspensa et dubia hærebat. Victorinus de J. C. Deo et homine: *Nox fuit illa dies: confusa nube premebat Arva, domosque chaos, fixus stetit impiger axis*.

525. Matth. cap. xxvii, vers. 52 seq.

528. De hac opinione, qua nonnulli Patres affirmarunt pœnas inferorum die resurrectionis dominicæ mitigatas fuisse, pluribus egi in prolegomenis ad Prudentium, cap. 18. Adde nunc Aratorem, qui libr. 1, vers. 252, sic loquentem inducit apostolum Petrum: *Pavidis resplenduit umbris Pallida regnâ petens, propria quem luce coruscum Non potuit fuscare chaos: fugere dolores, Infernus tunc esse timet, nullumque coercens In se pœna redit, nova tortor ad otia languet. Tartara mœsta gemunt, quia vincula cuncta quiescunt. Mors ibi quid faceret, quò vitæ portitoribat? Aratoris auctoritas ponderis nonnullius esse debet, quod ejus*

carmen Vigilio papæ dicatum, ab eoque susceptum in ecclesia S. Petri ad vincula Romæ magnis acclamationibus fuit recitatum. Cujus rei historia ita a Labbeo refertur, et post Labbeum ab aliis passim, ut ambo Aratoris libri septem vicibus distinctis diebus dicantur auditi: quod ipsum ego in Hymnodia Hispanica, pag. 105 seq., num. 131, indicavi, et in comment. ad Prudentium hymn. 12 Per., v. 5, p. 1190, diserte affirmavi. Verum cum codicem ipsum Vaticanum, quem scriptores allegant, postea inspexerim, comperi rem in eo codice ita se habere, sed aliter narrari in vetustiori codice reginæ Sueciæ, num. 598 scilicet: *Atque eo Aratoris recitan e, distinctis diebus ambo libri sui sunt vicibus auditi, cum uno die mediæ libri tantummodo legeretur propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant. Eadem recitatio facta est his diebus 1 idus Apr. 11, xv kal. Mai. III, viii idus Mai. Quarto vero die III kal. Jun. Mendum igitur est in Vaticano codice num. 1665, septem vicibus pro III vicibus: non enim totum opus Aratoris sæpius est recitatum, sed distinctis quatuor diebus ita fuit perlectum, ut singulis diebus mediæ unius libri tantummodo legeretur, quod alio, ut spero, tempore locupletius confirmabo. Ut redeam ad opinionem quorundam veterum de pœnis damnatorum aliquando mitigatis, huic eidem sententiæ favet S. Ildelonsus, sive quivis alius sit auctor serm. 5 de Assumptione Deiparæ pag. 364, tom. I edit. Matrit. Patrum Tolosanor.: *Totus mundus hodie condigna jubilatione lætatur, et gaudet: tartarus tantummodo ululat, fremit et submurmurat; quoniam gaudium, et lætitia hujus diei claustris infernalibus inclusis aliquod remedium et refrigerium præstat. Non audent, ut opinor, ministri tartarei hodie attingere suos captivos quos recolunt redemptos illius sanguine qui pro mundi salute est dignatus nasci de virgine*. In indice librorum expurgandorum Brasichellensis id notatur pag. 285 seq.: *Videtur S. Ildelonsus in sermone 5 de Assumptione Deiparæ hyperbolice locutus, nisi forsitan opinionem Aurelii Prudentii imitari voluit, qui nocte resurrectionis Christi inferis pœnarum serias indulset. Cum tot sint veteres scriptores pro hac opinione, quibus nunc ex mss. accedit Dracontius, placet repetere sententiam Petavii tom. III, libr. III de Angelis, cap. 7: Propter ea non temere tanquam absurda est explodenda sanctissimorum Patrum hæc opinio, quamvis a communi sensu catholicorum hoc tempore sit aliena. Nec dissimile est judicium commendatissimi editoris Patrum T. letaniorum eminentissimi cardinalis de Lorenzana in nota ad cit. serm. S. Ildelonsi: Quid? adeone absonum est et inauditum aliquod vel his (damnatis) levamen suarum pœnarum contingere posse, quæ tamen non ideo sint aliquando finem habituræ? In quam sententiam**

255 Tortorum metuenda manus, lux funditur A
 [umbris,
 550 D. scensum comitata Dei, simul orbe fugata.
 Tartarus infelix nunquam satiabilis umbris,
 Et solitus gaudere neci, turbatur amare,
 266 Et supplex augmenta dolet, nam damna
 [futura
 Hæc augmenta dabant; animas, quas claustra
 [tenebant
 555 Carceris æterni, redituras lucis ad usus

Infremit, et legem violari deslet Averni.
 Luminis impatiens, ut jam remearet ad auras
 Æthereas, orat Dominum, regemque polo-
 [rum,
 Ne gravet omnem Hecaten jubar insupera-
 [bile Christus;
 540 267 Aut spoliet toto nigris simul agmine ma-
 [nes,
 Ad superos revocans animas virtute parentis.
 Tertius interea processit lucifer astris

SCRIPTURA COD. VAT.

550. D. commutata d.
 554. C. tenebat.
 558. Æ. optat d.

559. Hecatos omne gravat jubar.
 541. Dubium parentis an parentis voluerit librarius.

NOTÆ.

multa egregie disserit. Vide Joann. Baptistam Gener. B
 tom. IV Theolog., part. 2, tract. 5, l. b. III, c. 2, qui
 observat ab Odilone abbate in serm. de Assumpt. Dei-
 paræ Prudentium e-se transcriptum. Verum sermo
 hic Odilonis diversus non est a sermone quem sub
 Hldefonsi nomine Generius ipse laudat: ex quo scilicet
 verba nos protulimus. Confer Bibliothec. Clunia-
 censis. tom. I, col. 401.

550. Arator vers. 61 lib. 7, *Ad manes ingressa dies,
 fugitiva relinquunt Astra polum, comitata Deum.* For-
 tasse imitari voluit Dracontium; sed longe melius
 Dracontius de luce, *Descensum comitata Dei, simul
 orbe fugata*, quoniam tenebræ factæ fuerant super
 universam terram; nam astra, nihil est causæ cur
 polum reliquisse dicantur ac conjungantur cum die
 ad manes ingressa.

551. *Satiabilis* ad barbara rejectum est a Forcelli-
 no. Sed cum *insatiabilis* frequenter usurpetur, vel
 solius Dracontii auctoritate Latinis accensendum est
satiabilis. Tartarus avidus, inexpletus, insatiabilis
 dici solet a poetis. Fortunatus in eleg. de Resurre-
 ctione Domini: *Inferus insaturabiliter cava guttura
 pandens, Qui rapuit semper, sit tua præda, Deus.*

552. *Neci*, ablativus more usitato a Lucreio aliis-
 que. Nec repugnabo si legas *nece*, producta postrema
 ratione cæsuræ.

555. Inferorum nomine vocatur locus quo justorum
 animæ ante Christi resurrectionem detinebantur:
 quo etiam nomine locus quo damnati æternis pœnis
 torquentur, comprehenditur. Erat tamen sinus Abra-
 hæ a suppliciorum loco separatus, ut ex uno in alium
 iter non pateret, quod ex historia, sive parabola La-
 zari et divitis constat Lucæ cap. xvi. Hujus rei imi-
 tatione gentiles in inferis campos Elysios collocarunt,
 qui ab impiorum sede muro impenetrabili et igneo
 flumine discreti erant. Virgilius l. vi, vers. 336,
*Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit, Hac iter
 Elysium nobis: at læva malorum Exercet pœnas et ad
 impia tartara mittit. . . Respicit Æneas subito, et sub
 rupe sinistra Mœnia lata videt, triplici circumdata mu-
 ro, Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tar-
 tareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa. Porta
 adversa ingens, solidoque adamante columnæ, Vis ut
 nulla virum, non ipsi excindere ferro Cœlicolæ va-
 leant: stat ferrea turris ad auras.* Innuit autem Virgi-
 lius, impiorum gemitus ad beatorum sedes pervenire:
*Hinc exaudiri gemitus, et sæva sonare Verbera: tum
 stridor ferri, tractæque catenæ.* De sinu Abrahæ Ter-
 tullianus lib. III contra Marcionem: *Sub corpore terræ
 In parte ignota quidam locus exstat apertus, Lucæ sua
 fretus, Abrahæ sinus iste vocatur, Altior a tenebris,
 longe semotus ab igne, Sub terra tamen, etc.* Dracon-
 tius ipsum sinum Abrahæ *carcerem æternum* videtur
 vocare, quia neque inde quidem animæ liberatæ fuis-
 sent, nisi Christus illuc descendens de morte ac de
 mortis lege, quæ mox *lex Averni* dicitur, triumphasset.

556. Prudentius hymn. 9 Cath., v. 75, de his qui
 cum Christo resurrexerunt: *Lege versa limen atrum
 jam recalandum patet.* Fortunatus in eleg. de Resur-
 rectione: *Legibus inferni oppressis, etc. Desleo cum
 infinitivo, ut fleo apud Valer. Flaccum l. 1, v: 635.*

557. Fortunatus loc. cit., *Expavitque chaos luminis
 ore premi.* In missali Isidoriano feria 4 post Resurre-
 ctionem: *Judicem suum ipsa etiam pœna contremuit:
 quia natura horribilium tenebrarum præsentia sui ful-
 goris et vetata (hebetata) jam tunc timuit judicari.*

558. Quamvis *opto pro quæro, volo, peto* sumi pos-
 sit, tamen hoc loco cum accusativo clarius est *orat.*

559. Hecate in cœlo Luna dicta, in terris Lucina
 et Diana, in inferis Proserpina. Pro inferis ponitur.
 Ovidius lib. XIV Metam., vers. 405, *Et magicis Heca-
 ten ululatus orat.* Fortasse legendum *Ne gravet ora
 Hecates-jubar*, etc., nam tria ora illi tribuebantur.
 Virgilius l. IV Æn., vers. 514, *Tergeminamque Heca-
 ten, tria virginis ora Dianæ.* Ovidius l. I Fastor., vers.
 441, *Ora vides Hecates in tres vergentia partes.* Obser-
 vandum vero est veteres Christianos in suis carmini-
 bus libere usos fuisse nominibus fabulosis, et sæpe
 fabulas ipsas respexisse, etiam cum de mysteriis sa-
 cratissimis religionis nostræ verba facerent, non quod
 fabulis assensum præberent, sed ut eas iriderent,
 vel saltem res veras fabulis adumbratas ostenderent.
 De Curtio, qui præcipiti jactu in vastum telluris hia-
 tum demersus est, multa habet Dracontius lib. III,
 vers. 599 seqq., quæ fabulas veterum olent; sed tunc
 magis excusari potest, quod argumentum profanum
 pertractat: quædam tamen hæc facientia notavi ad
 vers. 405. Nonnus in cap. XI Joann. dum exponit
 Lazarum a mortuis revocatum, pluribus versibus ad
 fabulas ethnicorum de inferis alludit, quasi Pluto
 sollicitè circa fluvium Lethen animam Lazari quæsie-
 rit, neque invenerit. Heinsius in exercitationibus in
 Nonnum libertatem hanc commemorandi fabulas re-
 prendit, sed ea potissimum ratione quod Nonnus
 interpretem Evangelii Joannis agit, in quo certe nul-
 lum apparet fabularum vestigium. In aliis poetis
 Christianis minus id reprehendendum est.

540. Christus quidem animas damnatorum ex infe-
 ris non erat extracturus: sed poetice describitur pavor
 dæmonum, quasi id timeant. In poemate veteri sine
 auctoris nomine inscripso *Triumphus Christi*, edito
 post Juvenum per Theodorum Poelmannum Basileæ,
 similia habentur: *Rex cœli ut Christus Phlegethontis
 regna subivit, Princeps regali Pluto prospexit, ab aula,
 Ad sua dum sensit concurrere limina Christum. O socii,
 exclamat, jam tempus sumere tela, Quandoquidem hic
 sanie perfusus membra propinquat Prædaturus opes
 nostras, umbrasque, animasque, etc.* Illic etiam auctor
 adjungendus iis est qui tormenta cessasse, dum Chri-
 stus ad inferos descendit, existimabit: *Et quid mul-
 ta? silent gemitus, tormenta, dolores.*

542. Christum resurrexisse, cum adhuc tenebræ

Oceano splendente die, redit almus ab umbris A
 Rex reduci vita, magna comitante caterva.
 545 Discipuli redncem læti videre magistrum.
 Inde reversus habere petit sua regna triumphans,
 Dexter in arcesedens, consors genitoris amatus;
268 Judicio venturus erit post sæcla futuro
 Reddere mercedem cunctis, quam quisque me-
 [retur,
 550 Ad dextram, lævamque jubens astare catervas,
 Exigit ut meritum vitæ pravæque, bonæque.
 Si scelus est, et grande nefas tempsissè po-
 [lentem,
 Factorem temerasse suum quod crimen habetur?

Et tamen indulter mansit post funera carnis,
 555 Poeniteat si forte reos, clementius audit,
 Datque repente pius veniam, donatque reatum.
 Juda miser veniam si vel speraret, haberet:
 Sed memòr infandæ tamen et sine nomine culpæ
 Credidit infelix nihil jam veniale mereri,
 560 Judicioque suo veniæ subtractus abivit.
269 Redditur argentum, scelerata ad colla
 [pependit,
 Vix tandem justus, nam nec permansit avarus,
 Suspensus obiit, se mox ultore severo.
 Vincula rumpuntur, cecidit, crepuitque ca-
 daver,

SCRIPTURA COD. VAT.

543. S. diem r.
 544. Rex reduci cum vita.
 546. Reversus habitare petit: scriptum erat trium-
 phus, correctum triumphans.

B 548. Ex judico correctum judicio.
 550. Prius cathenas, ex quo factum cathervas pro
 catervas.
 563. Prius erat severe

NOTÆ.

essent, ex Evangelio constat: media nocte resur-
 rexisset, multorum fuit opinio. Dracontius indicat
 resurrectionem contigisse cum lucifer exortus est, et
 oceano splendescere lux diei coepit. Sic etiam Victo-
 rinus de J. C. Deo et homine: *Regia forte poli tum
 primum lumen agebat, Æternum testata diem, clarus uq̄
 per orbem Cuspide fulminea noctis diviserat umbram
 Stellifico temone jubar, Deus ultor ab umbris Ecce
 redit.* Hæc eadem sententia plurimùm veterum et re-
 centiorum est, et sacris Scripturis innitur, ut pro-
 bant Maldonatus et Calmetus. Hac de causa Christia-
 ni olim Romæ jejunium vigiliæ Paschatis ad auroram
 usque protraherant et in benedictione cerei paschalis
 canit Ecclesia: *Flammæ ejus lucifer matutinus inve-
 niat: ille, inquam, lucifer qui nescit occasum; ille qui,
 regressus ab inferis, humano generi serenus illuxit.*

546. Pro habitare aliud legendum est: habere ea-
 dem fere gaudet significatione.

547. Arx simpliciter pro cœlo, ut vers. 494. *In
 arce valet etiam in alto, in sublimi.* Supra vers. 68,
Et consors cum Patre manens. Quod Filius consors
 Patris dicitur, eadem natura Filii et Patris ostendi-
 tur. Drepanius de Cereo pasch., *Te colimus, natum-
 que tuum, quem cuncta tuentem, Et tibi consortem
 verbo genitore creasti.*

548. Post sæcla phrasis propria Dracontii, hoc est
 post mundi ætatem. Adisis notam ad v. 86 lib. 1.

551. Forte *Exiget ut meritum vitæ pravæve, bonæve.*

552. Forte *tempsisse parentem.*

556. *Donatque reatum* pro remittit, condonat, ele-
 gans phrasis. Ovidius l. ii de Ponto, ep. 7, vers. 51,
Culpa gravis precibus donatur sæpe suorum. Pruden-
 tius Psych. vers. 781, *Cuncta offensacula donat.* Ter-
 tullianus l. i contra Marcionem: *Facta per errorem
 miseris Deus omnia donat.* Dracontius infra vers. 605
 simili verbo: *Largitur peccata reis sine voce rogatus.*

557. Scilicet vel Juda miser, si sperasset, veniam
 a Deo habuisset. *Juda* ita etiam effertur a Prudentio
 Dittoch. vers. 155, ut contra G. sanium in comment.
 probavi: quod more Latinorum fit, et ut ul. ina cor-
 ripiatur.

558. Nomen jam habet *Deicidium*, seu *Christici-
 dium*. Sed ante Judam certe non habuit. Vide l. iii,
 vers. 262, ubi de suicidio loquens ait Dracontius:
Hoc facinus nec nomen habet.

559. *Nihil* per synæresin monosyllabum: vel scri-
 be *nil*. *Veniale* vox Macrobbi, Ammiani, Sidonii.

560. Mihi placet lectio codicis *Judicioque suo*. Sed
 cum in mss. sæpe *judicium* et *indicium* confusa sint,
 non nemo suspicabitur legendum *Indicioque suo*.
 Arntzenius Miscellan. cap. 5 in Aratore præfert cum
 editione Aldi et Basileensi *Indicio tali*: quia, inquit,

delator fuit Judas. Sed in Aratore etiam sensus po-
 stulat *Judicio*: sic enim ait l. 1, vers. 141 seq., *Cri-
 menque retractans Judicio tali permisit membra furori,
 Aeris ut medio communi poneret hosti Debita pœna lo-
 cum.* Id autem Judas fecit *judicio suo*, non *indicio*,
 quo Salvatorem detulit. Sedulius l. iv, al. 5, *Se quo-
 que morte petit, tanquam tunc sanior esset, Cum scelus
 ulcisci præcurreret.... Lenior ira quidem tanto pro
 crimine culpæ, Cunctorum cui nulla foret par pœna
 matorum.* Dracontius simili modo lib. iii, vers. 42,
Judicio punita suo mens semper avara Dat pœnas. Ait
 ergo Dracontius Judam credidisse, nul um sibi lo-
 cum esse veniæ, et hoc suo *judicio* veniæ subtractum
 manus sibi intulisse. Utitur verbo Matthæi cap. xxvii,
 vers. 5, *Et abiens laqueo se suspendit*, et Lucæ Act.
 apost. cap. 1, vers. 25, *De quo prævaricatus est Ju-
 das, ut abiret in locum suum.*

561. *Ad colla pependit* pro *e collo* vel *collo pepen-
 dit*. Libr. 1, vers. 259, *Ad ramos infixa.* Pro *redditur*
malle reddidit.

562. *Vix tandem justus*, hoc est vix tandem spe-
 ciem aliquam justitiæ præ se tulit, non quod justus
 revera fuerit, sed quod avarus esse desiit. *Vix tan-
 dem* refertur ad tempus. Cicero in Famil., init. ep.
 9, *Vix tandem legi litteras dignas Appio.*

563. Non ægre feram, si legas *obiit semet ultore*,
 producta ultima in *semet* ratione cæsurae.

564. Judas, ut ex Matthæo constat cap. xxvii, vers.
 5, *Laqueo se suspendit*: Lucas I Act. ap., vers. 18,
 addit: *Et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt
 omnia viscera ejus.* Patres et interpretes diversas
 inierunt rationes, ut id quo pacto acciderit expli-
 carent. Alii narrant corporis pondere ramum cui
 hærebat inclinasse, et alicujus ope a more tunc li-
 beratum, non multo post hydropisi correptum cre-
 puisse. Alii referunt ex arbore qua pendebat oppor-
 tune ad aliquo fuisse ereptum, et deinde e sublimi
 loco præcipitem se egisse, quo viscera diffusa sunt.
 Alii censent, vita jam functum, in cloacam projectum
 crepuisse. Alii opinantur Judam desperatione ada-
 ctum et quasi strangulatum corruisse prorum, et se
 præcipitasse et disruptum fuisse. Oecumenius in Acta
 tenet Judam, confracto laqueo, quo suspensus erat, me-
 dium crepuisse, quæ est hæc ipsa sententia Dracon-
 tii. Papias, ab Oecumenio allegatus, scripsit Judam
 ad impietatis exemplum tunc in hoc mundo perman-
 sisse: qui ita corpore inflatus fuit, ut progredi n n
 posset, et a curru denique compressus crepuit. Vide
 Gronovium Exercitat. academ. de pernicie et casu
 Judæ; Calmetum in Diction. Biblic. verb. *Judas*, Dis-
 sertat. Andree Austen de genere mortis Judæ, et
 Diatribam Joannis Wagnæccii de suspendio Judæ.

565 Viscera fusa fluunt, hinc cor crudele patescit, A
Funestatque diem de corpore tabe madenti.

Legimus, innumeras veniam meruisse ca-
[tervas

270 Judæa de gente reas, mortisque minis-
[tros

Optima perpetuæ sumpsisse hæc munera vitæ,

570 Quorum Paulus erat caput exstans grande ma-
[lorum:

Et tamen ipse fuit legis post crimina doctor;
Martyrium Stephano qui fecerat, inde recepit,
Et meruit plenam, quam contulit ante, coro-
[nam,

In se vera Dei confirmans verba probavit:

575 Hoc patietur homo, quod quisquam fecerit ulli.

Sed bonus excepit, quod tunc male fecit ini- B
[quus,

Quod populos, gentesque docens convertit
[eundo

Per mare, per terras, ut Christi nomen ado-
[rent,

Gentilesque deos, et cordibus idola pellant,

580 271 Mars cadat ex animo, pereant Saturnus
[et Arcas

Juppiter, atque Venus, Titania, Juno, Cupido,
Vel quicumque dii ficti sermone vetusto

Credantur nil posse, simul nihil esse proben-
[tur.

Solus ubique Deus, rerum fons, conditor, et
[spes,

585 Idem semper eris, quod et es, quod et ante
[fuisti,

Nil addens, minuensve tibi crescentibus annis.

Tempora mutantur, te nunquam sæcula mutant,

Qualem prima dies, talem simul ultima noscet.

Cum te non caperent cœli, terræque, fretum-
[que,

590 Aeris et spatium, modico te corde reponis

SCRIPTURA COD. VAT.

565. V. fusa huic cor c.

569. Sumpsisse munera.

580. Saturnus et aras.

582. D. ficto s.

585. Eris quod es, quod et a.

590. Ac. is et spatium.

NOTÆ

565. Alio modo corrigi potest mendum, videlicet
Viscera fudit humi cor et crudele patescit.

567. Certum videtur plures e Judæis qui mortem
Christi procuraverant, aliosque e gentilibus qui eam
intulerant, veniam a Deo fuisse consecutos, cum pro
eis Dominus in cruce pendens oraverit et exauditus
fuerit pro sua reverentia, ut ait Apostolus ad Hebr.
cap. v, vers. 7. Vide Arnoldi abbatis Bonæ-Vallis C
tractat. de Septem Verbis Domini in cruce in Bi-
blioth. Patrum.

569. Lib. III, vers. 455, *Quæ nos æternæ speramus
munera vitæ. Sumpsisse munera non cohæret cum
mëtro: hinc sumpsisse hæc munera, aut venisse ad
munera, vel mortisque ministri Optima perpetuæ sum-
pserunt munera vitæ, vel sumpsisse præmia vitæ, pro-
ducta ultima in sumpsisse ob prædictionis sequentis.*
Sedulius, l. I, vers. 540, *Aurea perpetuæ capietis
præmia vitæ.*

570. *Exstans* per pleonasmum, vel significat *super-
eminens*. Paulus caput eorum dicitur qui Ecclesiam
et Jesum Christum in membris suis perdere et extin-
guere conabantur. Vide epist. I ad Timoth., cap. I,
vers. 13, et Act. apost. cap. VIII et XXII.

572. Recte prima in *Stephano* corripitur, quæ ta-
men eadem minus bene in Elegia producit vers.
171, nisi legendum sit, ut puto, *Ante alios Stephanus*.
Verbum *facere* amplissimæ significationis est, et pro
D *afferre* cum dativo ponitur, ut *facere alicui medicinam,
remedium, perniciem, mortem*. Ex martyrio Stephani
Paulus martyrium recepit, quia illius precibus ad
fidem Jesu Christi conversus est, pro qua martyrio
coronatus est.

573. Fortasse alludit ad nomen Stephani, quod
Græce coronam significat.

575. Intellego cap. VII Matth., vers. 2, *In quo enim
judicaveritis, judicabimini, et in qua mensura mensi
fueritis, remetietur vobis*. Quæ sententia multis aliis
in locis sacræ paginæ refertur. Nec dissimile est
quod ait Apostolus ad Ephes. cap. VI, vers. 8, *Scien-
tes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum,
hoc recipiet a Domino*.

576. Martyrium quod iniquus intulerat Stephano,
excepit ipse bonus.

577. Paulus gentium doctor nuncupatur. Damasus
carm. 7, *Gentibus ac populis jussus prædicere vicia*.

579. *Idola* media correpta, ut in Eleg. vers 96,
Cum Dominum norint, idola vana colunt. Sic semper
idola efferunt Prudentius, Arator aliique innumeri
Christiani poetæ. Rationem hujus consuetudinis red-
di in prolegom. ad Prudentium num. 208.

580. Arcas fuit filius Jovis ex Calisto, quam postea
Ursam majorem in cœlo fecerunt poetæ, ut Ar-
cada Arctophilaca seu Booten. Hoc loco adjectivum
videtur *Arcas*, ut Jupiter Arcas dicatur, quia natus
est in Arcadia, ut multi asserunt; alii in Creta ma-
lunt. Poterit etiam accipi Arcas pro Mercurio, qui
natus est in Cyllene Arcadiæ monte, adeoque a mul-
tis Arcas et Arcadius dictus est. Silius absolute pro
Mercurio Arcada posuit l. v, silv. 1, vers. 107.

581. *Titania* est Diana, soror Solis, qui *Titan* di-
citur. Ovidius lib. III Met., vers. 173, *Dumque ibi
perluitur solita Titania lympha*; et l. IV. Fast. vers.
943, *Cum Phrygis Assaraci Titania fratre relicto*: ubi
aliqui legunt *Tithonia*.

582. Lib. III, vers. 514, *Conficti sermone Dei*, etc.

583. *Proben'ur*, ut supra vers. 26 dixi.

584. Deus spes, ut dictum in nota ad vers. 1 hu-
jus libri.

585. Lib. III, vers. 523, *Qui sæcula mutat, Nec
mutant hunc sæcla tamen, quia, quod fuit, hoc est,
Hoc erit æternus*. Eleg. vers. 8, *Idem semper eris,
qui es modo, vel fueras*.

590. Hoc ipsum est quod canit Ecclesia de Dei-
para: *Quem cœli capere non poterant, tuo gremio con-
tulisti*, ut animadverti ad vers. 92, ubi similis est
sententia: *Sed non capiendus ab isdem*. Inter car-
mina Damasi poem. 2. et post carmina Claudiani:
*Mortalia corda Artificem texere poli, mundique subimo
Pectore: qui totum late complectitur orbem, Et qui
non spatiis terræ, non æquoris undis, Nec capitur cœlo,
parvos confluit in artus*. Vide etiam hymnum Fortu-
nati, *Quem terra, pontus, æthera, etc*. Quod autem
ait Dracontius, *Modico te corde reponis Pectoris hu-
mani*, figurate loquitur cum multis Patribus, ut in-
nuat, B. Virginem prius mente quam utero conce-
pisse. Notandum est multas hujusmodi locutiones
figuratas e poetis Christianis præsertim desumptas
in officio ecclesiastico retineri, ut in Responsorio
quinto Circumcisionis: *Confirmatum est cor Virginis,
in quo divina mysteria, angelo nuntiante, concepit*: et

272 Pectoris humani, conceptus mente fideli. A
 Exaudis, quod lingua tacet sub corde loquaci,
 Ante futura vides, penes et te nulla futura,
 Sint licet, Omnipotens, præsentia cuncta vi-
 dentur,
595 Aut transacta magis nobis ventura creantur.
 Sic peccaturos homines tu Spiritus auctor
 Antevidens primum medicinam, sancte, parasti,
 Quam faceres hominem : indulgentia prompta

273 Prævenit, et facinus venia præcedit ini-
 quum.
 600 Christus enim datus est nobis, spes una sa-
 lutis,
 Qui nos'ra hic peccata lavet plus amne cruoris:
 Et licet ipse serat maculas et crimina nostra,
 Immaculatus adest tamen agnus, et unicus
 hæres
274 Semper viventis, semper victurus et ipse.
 605 Largitur peccata reis sine voce rogatus

SCRIPTURA COD. VAT.

595. *P. nes t. n.*596. *Qui peccaturos.*598. *Quam faces h.; dubie prompta.*599. *Perunit et f.*601. *Nostra huic peccata.*605. *Scribitur immaculatus, et obscure tamen.*

NOTÆ.

ibidem ex hymno abecedario Sedulii : *Domus pudici pectoris Templum repente fit Dei, Intacta nesciens virum Verbo concepit filium.* Contra errorem asserentium Deiparam corde, non utero, concepisse, consule quæ notavi ad Prudentii Apotheos. vers. 583, *Virginitas, et prompta fides Christum bibit alvo Cordis, ubi nunc occurrit legendum ex conjectura bibit alto Cordis, quamvis bene etiam est alvo; nam sequitur : et intactis condit paritura latebris.*

591. S. Leo serm. 1 de Nativit. Domini, c. 1, *Virgo regia Davidicæ stirpis eligitur, quæ sacro gravidanda fetu, divinam, humanamque prolem prius conciperet mente quam corpore.* Vide notam ad vers. 89 hujus libri, ubi versibus seqq. declarat Dracontius veram Christi conceptionem in utero Deiparæ: *Virgineos intrasse sinus dignatur, et album Terrarum, cœlique capax.*

592. C' amor cordis tacente lingua explicatus est lib. 1, vers. 568.

593. Forte *An'e futura fides, potius tibi nulla futura, Sint licet, Omnipotens.*

594. Forte *Scilicet, Omnipotens.* Deo præsentia omnia sunt, etiam quæ nobis futura aut jam transacta sunt. Solet scilicet æternitas comparari puncto seu centro, quod unum simul pluribus lineis ad peripheriam ductis coexistit. Potest tamen de Deo recte ad humanæ mentis captum verbum præteriti et futuri poni. Augustinus tractat. 99 in Joan. num. 5, *Quamvis enim natura illa immutabilis non recipiat fuit et erit, sed tantum est... tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas et nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus et fuit, et erit, et est, etc.* Vide Raynaudum Theolog. Natur., dist. 7, quæst. 1, art. 7, ubi fuse æternitatem explicat.

595. Infra vers. 752, *Vel cui cuncta patent, per quem sunt omnia quot sunt, Et transacta simul, quæ sunt quandoque futura.* Videtur esse sensus: Deo cuncta præsentia, aut potius transacta videntur, quæ nobis ventura sunt. Vel lege *Et transacta simul, et quæ ventura creantur.* Ponitur ventura creantur pro creabuntur, vel creantur, intelligitur de æterna rerum prædefinitione et divina providentia.

597. Lib. 1, vers. 743, *Pietate medelam Impendisti, sancte, tuam medicamine nullo.*

598. Lib. 1 vers. 88, *Sic indulgentia pœnam Prævenit.*

600. Sic Ecclesia in Nativitate Domini canit: *Christus natus est nobis.* Epist. 1 ad Thessalon. cap. v, vers. 9 seq.: *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis.* Theologi nonnulli docent Christum prædestinatum fuisse, ut finem omnium, quæ Deus creaturus erat, ante prævisum peccatum originale: alii post prævisum peccatum originale, sed ante prævisa peccata aliorum hominum actualia. Dracontius videtur docere, prius

(scilicet ratione et modo nostro concipiendi) prædestinatum fuisse Christum, quam decreta esset hominis creatio. Sed verius puto Dracontium non tam subtili ratiocinatione hoc argumentum pertractasse, ac solum asserere Christum ab æterno prædestinatum fuisse antequam homo crearetur: adeoque indulgentia et venia in hac Christi prædestinatione reatum et facinus præcedunt.

601. Forte *Qui nostra peccata lavet*, producta ultima in nostra ratione cæsura, nam *hic*, aut *hæc*, aut *huic* abundat. Vide vers. 511, *Quo mens nostra sacri mundabitur imbre cruoris.*

602. Joann. cap. 1, vers. 29, *Vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Recte Dracontius *serat maculas*; hoc enim est *tollit*, scilicet fert, portat. Ep. 1 Petri cap. 11, v. 24, *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Cap. LIII Isaïæ, vers. 4, *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit... Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum... Et quasi agnus coram tondente se obmutescet... Et iniquitates eorum ipse portabit... Et ipse peccata multorum tulit.* S. Joannes Evangelista in ep. 1 eodem illo suo verbo usus est, cap. 11, vers. 5, *Et scitis quia ille apparuit; ut peccata nostra tolleret, et peccatum in eo non est.* Christus igitur quodammodo peccata mundi ab hominibus abstulit, et supra se tulit, sive in corpore suo pertulit.

605. Sæpe in sacris Litteris Jesus Christus agnus vocatur; quod a veteribus Christianis in multis adhuc exstantibus monumentis et imaginibus expressum apparet. De hoc Salvatoris cognomine mira doctrina, et sublimi quadam theologia disputat Ludovicus de Leon, Augustiniani ordinis theologus in primis gravis et elegans in aureo opere Hispanico de nominibus Christi: quem, vehementer dolui, cum olim vidi in quibusdam mss. schedis pessime habitum, quasi monstra doceret, a theologo scilicet alieujus nominis, ut nostra sunt tempora, sed pretii sane exigui, nisi quod privatâ sua judicâ theologica, nugis caioris referta, magno pretio ipse aestimabat. Christus etiam dicitur unicus hæres Patris ex psal. 11, vers. 8. Prudentius hymn. 12 Cath., vers. 81, *Summo Patri Hæres creatur unicus.*

604. Deus vivens phrasi sacrae Scripturae dicitur, ut distinguatur a falsis diis gentilium, qui vere mortui sunt. Hieronymus l. in Comment. in Matth., c. 16: *Petrus ex persona omnium apostolorum profitetur: Tu es Christus Filius Dei vivi. Deum vivum appellat ad distinctionem eorum deorum qui putantur dii, sed mortui sunt.* Æternitas Filii declaratur, qui semper victurus ipse est, imo est ipsa vita.

605. *Largitur*, condonat, ut v. 556, *Donatque reatum.* Tacitus Annal. 11, cap. 70, *Injurias reipublicæ largiretur;* hoc est, ne condonaret injurias reipublicæ illatas.

Pectoris affectu, secreta mente, fide, spe.
 Cum sit ubique Deus, semper præstare pa-
 [ratus,
 Tardius accipimus heu! nostro corde morati.
 Oderunt pia vota moras, festinus adoptat,
 C10 Ut præstet, si quæ nos purget causa morandi.
 Arbitrio posuit clemens Deus omnia nostro,
 275 Libera mens hominum est peccare, aut
 [v' vere sancte,
 Libera vota dedit, quando sperare velimus,
 Credere si placeat, facile est nam posse mereri.

A 615 Credidit Abraham, Dominoque est factus ami-
 [cus.
 Confectus senio, membris marcentibus ævo,
 Inter avos atavosque fuit, sed prolis egenus,
 276 (Haud soboles Ismael erat) frustra que
 [maritus
 Officii genitoris iners; algente vapore
 620 Germinis exstinctus cecidit genitalibus ignis,
 Et secundus amor, quem jam subduxerat ætas,
 Nec solus steriles retinebat marcidus artus.
 Femina deterius præmortua membra trahebat

SCRIPTURA COD. VAT

607. Cum fit ubique.
 608. H. nostra corda m.
 610. Ut præstet quam nos quò purget causa mereri, B
 sed quam ambigue.
 612. Vivere sanctæ.

616. M. remeantibus ævo.
 618. At soboles impubes e.
 622. M. astus.
 623. D. pro mortua membra.

NOTÆ.

606. De oratione cordis vide libr. I, vers. 567 seq.

607. Præstare pro prodesse, vel potius pro præstare beneficia.

609. S. Ambrosius libr. II Comment. in Luc., cap. 1, num. 19, *Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia*. Dracontius lib. I, vers. 11, *Et pia vota Dei*.

610. Versus non solum obscurus, sed etiam mendosus. Puto, misericordiam Dei commendari, qua etiam sero ad se conversos recipit.

611. Libertas indifferentis, qualis a SS. Patribus explicatur. Et ut totum hunc locum simul sub oculos ponamus, Dracontius gratiam Dei, libertatisque arbitrium ita exponit. Deus semper præstare gratiam paratus est. Apocal. cap. III, vers. 20, *Ecce sto ad ostium et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum*. Quod autem homines gratiam hanc non recipiant, aut tardius accipiant, eorum culpa est, qui proprio corde, seu voluntate morantur. S. Thomas quæst. 14 de Verit. art. 11, ad primum: *Hoc enim ad divinam providentiam pertinet, ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem, dummodo ex ejus parte non impediatur*. Ex quo patet quod qui accipiunt, donum Dei accipiunt: quamvis enim liberum sit homini gratia prævento vivere sancte, tamen si sancte vivit, donum hoc Dei est, qui voluntatem præparavit, ut bene viveret. Deus enim, cum stat ad ostium et pulsat, primam gratiam confert, sine qua voluntas sancte vivere non potest. Deus autem ita gratia sua præveniens hominem, odio habet hujus moras et resistantiam: sed cum nolit mortem peccatoris, exspectat ut convertatur auxilio gratiæ prævenientis adjutus. Semper justificationis exordium in adultis a Dei præveniente gratia per Christum Jesum, qui datus est nobis spes una salutis, sumendum est, sed ita ut homines libere cooperentur gratiæ, cum peccare possint eam rejiciendo. Synodus Tridentina, sess. 6, cap. 5: *Ut qui per peccata a Deo aversi erant per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem eidem gratiæ libere assentiendo, et cooperando disponantur, ita ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, QUIPPE QUI ILLAM ET ABJICERE POTEST, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit: unde in sacris Litteris cum dicitur: Convertimini ad me, et ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: Convertenos, Domine, ad te et convertemur, DEI NOS GRATIA PRÆVENIRI CONFITEMUR*. Libera ergo vota quæ habet homo, sperandi, quando velit, credendi, si placeat, ut ait Dracontius, nihil sunt aliud nisi ipsa voluntas hominis gratia Dei supernaturali

excitata et præventa, quam potest abjicere, si velit, aut ei assentiri, si placeat. Et hic quidem est actus primus, sive potentia voluntatis proxime expedita ad credendum. In ipso vero actu secundo bonæ supernaturalis operationis voluntas adjavatur a Deo non solum simultaneo generali concursu, sed et maxime influxu physico gratiæ supernaturalis, sive hæc gratia cooperans re distinguatur a gratia præveniente; ut multi docent, sive non distinguatur, ut alii malunt. Bona enim operatio ita homini libera est, ut simul donum Dei sit ratione gratiæ excitantis et adjuvantis.

614. Duplicem sensum habere possunt hæc verba: *facile est nam posse mereri*; vel facilis est potentia merendi, vel facile est mereri potentiam, scilicet credendi. Primus sensus huic loco congruit. Sumitur vero mereri pro accipere, obtinere, ut sæpe alias a Dracontio. Vide libr. I, vers. 156. Cum vers. 608 de bona voluntate, dixerit, *Tardius accipimus*, nunc ait, facile esse mereri seu accipere dona Dei, quia voluntatis nostræ gratia præparata est consentire, adeoque sic consentiendo pœnitentiæ donum accipere. Quasi dicat, pœnitentia non res aliqua difficilis, et extra nos posita est: eam enim dat nobis Deus sine voce rogatus pectoris affectu, secreta mente, fide, spe.

615. Ep. ad Roman. cap. IV, vers. 5, *Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam*, ex Genes. cap. XV, v. 6. Vide Prudentium in præfat. Psych.

616. Lego membris marcentibus, ut v. 622, *Retinebat marcidus artus*.

617. Abraham in ea ætate erat ut avus atavosque esse potuisset: erat ergo quasi unus ex avis atavisque. Sic dicitur *esse inter mortuos, esse in senioribus*; et Græco more *esse in sanctis* pro esse sanctum, seniore, mortuum.

618. Posset aliter restitui *Non hæres Israel erat*. Sed retineo *soboles* ex ep. ad Roman. cap. IX, vers. 7: *Neque qui semen sunt Abraham, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen*. Conjici posset *Ismael impubes erat*, correpta ultima in *impubes*, ut in *fames*, et similibus apud Prudentium: sed sensus minus commodus redditur.

619. *Iners* cum genitivo Nævius libr. I Bell. Pun. apud Macrobius l. VI Saturn., cap. 5. Vapor pro calore, ut passim apud alios, et infra v. 631, *Fecundus per membra vapor discurret utrique*.

623. Lego præmortua, quo verbo utuntur Ovidius, Livius, Suetonius, alii. Vel lege *emortua* ex ep. ad Roman. cap. IV, vers. 19, *Nec consideravit corpus suum emortuum...* et *emortuam vulvam Saræ*: quo vocabulo Plautus etiam, Pliniusque utuntur.

Spes generis recidens, et vis materna peracta. A
 625 Augebat spem sola fides, *præsumptio simplex*.
 Frigida progeniem senibus natura negarat.
 Flebile conjugii portabant nomen inane;

277 Spes tantum juvenilis erat, crescentibus
 annis.

Affuit his prolem spondens cum gente nepo-
 [tum.

630 Non hos certa fides, nec spes incerta fefellit.
 Fecundus per membra vapor discurrit utrique,
 Dulcior et gelidis irrepsit flamma medullis,
 - Miranturque senes redivivo fomite venas
 In sobolem caluisse suas : animatus anhelat.

635 Inter membra puer vinetus compagibus arctis.
 Intumuere sinus rugis pereuntibus alvi,

Dum tantum sit mater anus paritura prophie- B 650
 [tam :

Et sterilis, fecunda parens miratur, et hæret,

SCRIPTURA COD. VAT.

624. Prius erat *revidens*, factum *recidens*.

625. *Augebat spes sola fides presum . . . deest re-*
liquum.

626. *Natura negaret.*

630. *Nos hos certa.*

631. *Discurrit utrique.*

633. *Senes redivivo somite v.*

634. *In sobole caluisse.*

635. *Arctis, non clare.*

Sic uterum crevisse suum, tenerasque puellas
 640 Consultit, et trepidans tanquam nova nupta re-
 [quirit.

Sæpe verecundos faciunt nova gaudia vultus.
 Fruetus honestatis datus est de ventre pudor-
 [ris.

278 Sic licet unius genitor post sæcla creati,
 Gentibus et populis tamen est pater unus
 [origo.

645 Omnis arena maris, vel flamma sidera cœli
 Æquantur numero benedicti germinis apte.
 Nam cui terra datur, et cœli sancta parantur,
 Rectius æquatis geminis hinc inde elementis.

Sara, socerque simul Dominum petiere ro-
 [gantes,

650 Illa virum meruit stabilem post funera septem,
 Hic visum, fugiunt cum paupertate tenebræ,
 Et gemino capit orbe diem, reducesque sereno

NOTÆ.

624. De verbo *recido* vide l. i, v. 105, et l. ii, vers.
 156. Cogitabam *vis materna perempta*, ut *membra*
præmortua. Sed *peracta* videtur probum, ut apud Sta-
 lium l. xi, vers. 746, *Viresque peractas*, hoc est, con-
 sumptas, exhaustas.

625. Suppleo *præsumptio simplex*, nam libr. iii,
 vers. 248, *fides præsumptio simplex* dicitur : *Impendat*
quid pura fides, præsumptio simplex. Ponitur *præ-*
sumptio pro fiducia, et utroque loco de Abrahami
 fide sermo est. Judith cap. ix, vers. 17, *Exaudi me*
miseram deprecantem, et de tua misericordia præsum-
mentem. Spartianus in Adriano cap. 2 : *Habuit autem*
præsumptionem imperii mox futuri ex fano, etc. Plinius
 l. ix, ep. 3, *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui*
bonæ mansuræque samæ præsumptione perfuitur, cer-
tusque posteritatis cum futura gloria vivit. Posset legi
Augebat spes sola fidem, præsumptio simplex : verum
 tam fides quam spes *præsumptio* recte dicitur.

626. Forte *negabat*.

627. Sterilitas dedecori erat apud Hebræos, ut
 notum est. Paulinus carm. de S. Joanne Baptista : *Sed*
quod in opprobrium matrum posuere priores, Prole
carens, sterilem duxerat mœsta senectam. Flebile inane D
 duo adjectiva uni substantivo apposita, de quibus
 multa alii commentatores poetarum.

629. Genes. cap. xvii, vers. 1 seqq., *Apparuit ei*
Dominus, dixitque ad eum. . . Et ex illa (Sara) dabo
tibi filium, etc.

630. Certâ fides erat, quia certo futurum id credi-
 dit Abraham : spes vero incerta dicitur, quia *contra*
spem in spem credidit, ut ait apostolus Paulus ad
 Rom. cap. iv, vers. 18.

632. Medullæ prius *gelidæ* erant. Sed, me non in-
 vito, leges *Dulcior egelidis*, hoc est quæ flamma ipsa
 gelu amiserant. Catullus carm. 46 ad seipsum : *Jam*
ver egelidos refert tepores.

633. Verius videtur *redivivo*, quam *recidivo*. Vide
 notam ad v. 558 lib. i. Etsi autem grammatici vete-
 res *recidivus* et *redivivus* eadem fere significatione
 agnoverint, tamen probabile est scriptores antiquio-
 res semper dixisse *redivivus*, ex quo depravatè factum

fuerit *recidivus* pro renacenti, recurrenti ac redi-
 vivo.

634. Libr. i, vers. 262, *Animantur, anhelant*. Melius
 videtur *In sobolem quam in sobole*.

637. Forte *Cum tantum*, hoc est, tam magnum.
 Fuit Isaac patriarcha et propheta, cui scilicet Deus
 promissa posteritatis augendæ renovavit, Genes. cap.
 xxvi, vers. 24, qui etiam prophetæ partes egit, cum
 Jacob benedixit, et post Jacob Esau.

639. *Puellas* vocat puerperas aut quæ jam pepere-
 runt. Horatius l. iii, od. 22, *Quæ laborantes utero*
puellas. Sexcenta alia sunt hujusmodi exempla, ex
 quibus id colligi potest, puellas dictas feminas in ea
 ætate qua liberis operam dare possunt.

643. Forte *Scilicet unius*. Bene tamen est *Sic licet*.
 Abraham licet genitor unius, post sæclum, vel lon-
 gum temporis spatium generati, tamen pater est gen-
 tibus, et populis, etc. *Post sæcla* fortasse imitatione
 Virgîlii lib. viii, v. 508, *Sed mihi tarda gelu, sæclis-*
que effeta senectus Invidet imperium.

645. Genes. cap. xxii, v. 17.

646. Lib. iii, vers. 163, *Benedicti lata propago* de
 eodem Isaac. Forte *benedicti germinis Isaac*; sed *apte*
 est retinendum : nam ait *apte æquata* duo elementa
 numero bene licet germinis, cælum et terram quia,
 cui terra datur, cælum etiam paratur.

647. *Cœli sancta*, ut *legis sancta* l. i, v. 624. *San-*
ctum ponitur etiam pro templo.

649. In codice scribitur *Sarra*. Eodem die orabant
 Sara Raguëlis filia, et Tobias senior, postea socer
 Saræ, et ut refertur cap. iii Tob., vers. 24, *In illo*
tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu
gloriæ summæ Dei. Historia hæc toto eo libro narra-
 tur, et satis pervulgata est.

651. Tobias filius simul cum uxore divitias at-
 tulit.

652. *Orbes* simpliciter pro oculis, ut apud Pruden-
 tium ac plures alios veteres. Lib. i, vers. 345, *Orbe*
micant gemino, etc., et rursus l. iii, vers. 262, *gemino*
orbi. Ovidius l. i Amor., el. 8, *Et gemino lumen ab*
orbe venit.

Lumine sunt acies post nubila crassa micantes. A
 David adulterii facinus homicida peregit,
 655 Sed scelus agnoscens culpas impune fatetur,
279 Sic reus et veniam sceleri sub voce me-
 [retur
 Credulus, et Domini famulus post, atque fide-
 [lis,
 Attestante Deo, cœlesti voce vocatus,
 In tantum ut regem faceret post crimina datum
 660 Ex eadem muliere virum, cui tempore partus
 Omnia concessit merito genitoris amati.
 Fleverat Ezechias : sub puncto temporis uno,
 Et prece primori vitam, et tria lustra mere-
 [tur.
 Murmure sub tacito sterilem desfleverat Anna
 665 **280** Materiem ; fecunda redit per vota priora, B
 Et non est ultra vox expectata secunda.-
 Hi solas fudere preces, jejunia nulla,

Nam nec tempus erat longum, quo vota pia-
 [rent,
 Cum nec plena fuit cunctis poscentibus hora,
 670 Qua votum meruere suum pietate Tonantis
 Quod vetus, atque novum duo Testamenta lo-
 [quantur,
 Millia tot subito veniam meruisse reorum,
 Pro quibus una semel vox est, aut nulla pre-
 [cata.
 Exegit quid plena fides, et credula, dixi.
 675 Quid non credentes mereantur, dicere cura
 [est.
 Incurrit culpam sancti pater ille Joannis,
281 Pontificis loca sacra tenens, magnusque
 [sacerdos,
 Credere cunctatus Domini promissa Tonantis,
 Angelico senior monitus sermone repente.
 680 Mox vindicta datur per longa silentia linguæ,

SCRIPTURA COD. VAT.

655. *Lumina sunt.*657. *F. post statque fidelis.*665. *Et prece primo dicavit et t. l. m.*667. *Hi sola fudere.*675. *Dicere curæ.*

NOTÆ.

655. Eleg. vers. 159 de eodem David : *Confessus facinus veniam pro clade meretur Noxius impune*, etc. Vide l. i, vers. 54. Agnoscens David scelus, confessus illud est, quia fieri vix potest, ut homo serio gravitatem criminum perpendat, quin ea detestetur.

656. Forte *veniam sceleris. Sub voce*, quia statim ac dixit, *Peccavi Domino*, Nathan reposuit, *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*, ut narratur Reg. I. C II, cap. xii, vers. 13.

657. Interpungi potest *meretur, Credulus*. David Dei servus sæpius vocatus est post adulterii crimen remissum, ut in Veteri Testamento sacerdotes et prophetæ famuli Dei appellari solent; ex quo ad Christianos, peculiari ratione Dei servitio addictos, eadem vox defluxit. Sed de David verbum *fidelis* pronuntiatum post id temporis in sacris Litteris non inuenio; laudes vero quæ illi tribuuntur hoc ipsum sonant.

659. De hac phrasi *In tantum ut* vide comment. ad Prudentium vers. 153 Hamart. Reperitur ea quidem in Vulgata lib. I Reg., cap. i, vers. 6, *In tantum, ut exprobraret*; sed non idcirco minus a bonis linguæ Latinæ scriptoribus cum decore adhibetur.

660. *Muliere* tertia producta, ut in epist. vers. 161, *Insuper et Salomon eadem muliere creatus*. Sic v. 111, lib. iii, *arietem, et muliere* hoc l. ii, v. 133. *Eadem* est dissyllabum contractis per synæresin duabus primis, ut *Una eademque via* in ablativo apud Virgilium.

661. Arbitror, scribendum *merito genitoris amato*, scilicet Salomoni amato genitoris meritis. Reg. lib. II, c. xii, vers. 24 seq., *Quæ genuit filium, et vocavit nomen ejus Salomon, et Dominus dilexit eum. Misitque in manu Nathan prophetæ, et vocavit nomen ejus Amabilis Domino* (Jedidiah), *eo quod diligeret eum Dominus*.

662. Lib. IV Reg., cap. xx, vers. 4, *Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii*, etc. *Hæc dicit Dominus . . . Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas, et ecce sanavi te . . . Et addam diebus tuis quindecim annos*. Hinc versum depravatum restitui. Posset etiam legi *Et prece proferrî vitam ad tria lustra meretur*. Sed melius est *Et prece primori*, ut v. 665, *Per vota priora*, et v. 675, *Pro quibus una semel vox est, aut nulla precata*. Eadem enim est sententia.

664. *Murmur* de oratione quæ submissa voce fit

sæpe dicitur. In officio Isidoriano sabbato sancto in oratione ad benedicendos diacones : *Ut in omnibus tuorum beneficiorum sentientes benedictionem lucernæ cereique immurmurent*. Hoc loco clarior vox aut etiam cantus exprimitur. Vide comment. ad Prudent. præfat. l. i contra Symmach., vers. 36. De hac Anna, matre Samuelis, l. I Reg., cap. i, vers. 13, *Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius movebantur, et vox penitus non audiebatur*.

665. Nonne melius *sterilem desfleverat Anna Matricem?* Lib. I Reg., cap. i, v. 5, *Dominus autem concluserat vulvam ejus*. Pro receptaculo fetus in feminis matrix ponitur a Vegetio l. i Rei veter., cap. 5, et Plinio l. xxvii, c. 10, ubi tamen Harduinus legit *arteriam pro matricem*.

668. *Vota* hic sunt preces : *piarent* est veluti *satisfacerent*. Propertius l. iii, el. 17, al. 18, vers. 17 : *Nam quid Medæ, referam, quo tempore matris Iram natorum cæde piavit amor?*

669. *Cum pro quandoquidem* cum indicativo apud Ciceronem aliisque bonos auctores occurrit.

670. *Votum* etiam sumitur pro re quæ desideratur, ut hoc loco. *Meruere*, obtinere, ut sæpe alias.

671. Dracontius poetam agit qualem describit, sibi que optabat Claudianus Mamertus in Carm. contra poetas vanos ad collegam : *His precor, his potius studiumque, operamque legendis, Scribendisque vove : cane grandia cœpta Tonantis, Scribe creatarum verbo primordia rerum, Et chaos ante diem, primæque crepuscula lucis, Quæque dehinc variis elementa per omnia sæclis Dicta, vel acta Deo per sancta volumina disces, Quæ docuit tabulis legalibus indita Moses, Aut evangelici quæ lex Nova Testamenti Signat, operata prius retegens mysteria Christum. Tunc te divinum vere memorabo poetam*. Vides poema Dracontii descriptum.

674. Forte *Exegit quod plena fides* : sed melius quid, ut vers. seq.

675. Forte *dicere quæram*, vel *dicere curo*, vel *dicere cur est?* vel *dicere curæ est*, aut *cura est*, ut loquitur Plautus. *Mereri* commune est ad præmium et ad pœnam.

676. Eleg., v. 39, *Liquit et antistes verus pater ille Joannis*, etc.

679. Fortasse distinguendum *sermone* : *repente Mox vindicta datur*, ut dicitur *subito repente* : vel *repente* refertur ad *credere*. Vide Lucæ cap. i.

Donec ventris onus bis quinis mensibus actis A
Fundatur de ventre puer sub sorte beata.

Tu, Deus omnipotens, rerum cœlestis origo,
Tu pius, et clemens, et consolator habetis,

685 Tempore tristitiæ major defensio pressis.

Erigit elisos, relevat tua dextra jacentes,
Confovet abjectos, et semper pascit egentes,
Pocula larga parans sitientibus alma ministrat.

Nescius irarum monitis, non clade coerces

690 Peccatum, sine clade reos clementior audis

282 Ante preces, veniaque juvas; non ira
[furorem

Excitat, ut jubeas vel juste occidere fontes.

Plus pius es quam justus: agis non ergo severus,

Errantes punis, sed mitis corrigis omnes
695 Sub pietate bonus, pœnæ cessante flagello.

Et quoties commotus eris, placidissimus exstas,
Nil immite jubens, levis est sententia cœli:

Rex pie, supplicium cunctis revocabile dictas,

283 Ut, si peccantes agnoscant corde rea-
tus,

700 Et damnent meliore animo delicta priora;

Sint, quibus ignoscas, sed non semel ista re-
[laxas,

Sæpius indulgens, ostendens limina mortis,

Et revocans a morte truci, quos culpa pre-
[mebat

Faucibus inferni raptas inducere formas.

SCRIPTURA COD. VAT.

682. Tundatur de.

684. Consolator herilis.

685. Pressis, dubiè.

688. Scriptum est arva; ad marg., alma.

689. Videtur scriptum coercens.

691. Preces veniale jubens non.

B 692. Prius sortes; correctum fontes.

695. Bonus pœnæ cessante.

697. Nil in mente jubens, lenis e. s. c.

700. Et damnet m.

702. Videtur correctum indulges ex indulgens.

704. Raptos; supra raptas.

NOTÆ.

681. A. G. Ilius l. iii, cap. 16, ex veterum medicorum et philosophorum sententia docet, gigni hominem septimo rarenter, nunquam octavo, sæpe nono, sæpius numero decimo mense, eumque esse hominem gignendi summum finem, decem menses, non inceptos, sed exactos. Aliquando tamen octavo mense, atque undecimo etiam natum hominem ex Varrone refert.

682. Fundi appositè dicitur de partu facili, et non laborioso. Libr. ii, vers. ultim., Sub sorte piorum.

685. Libr. i, vers. 729, Spes, et defensio pressis. Pro oppressis ponitur pressis, quod verbum ad animum quoque transfertur, sed addi solet mœrore, luctu, aut aliquid hujusmodi.

686. Libr. i, vers. 741, Elevat elisos, et l. ii, vers. 722, Erigit oppressos. Psal. cXLV, vers. 8, Dominus erigit elisos.

687. Psal. cit. cXLV, vers. 7, Dat escam esurientibus.

688. Alma fortasse est dextra, aut alma pocula: et intelligi id potest de manna et coturnicibus. Libentius tamen legam Pocula larga parans sitientibus, atque ministrans.

689. Libr. i, vers. 83, Ostentis ventura monens, etc. Libr. iii, vers. 16, Justitiæ monitor, sed plus pietatis amator. Libr. ii, vers. 490, Ut terrore domet potius quam clade profanos.

690. Supra vers. 555, Clementius audit. Paulinus earm. 6 de S. Joanne Baptistâ: Quanta Dei pietas, quamque exorabile numen! Pœnituisse sat est. Auctor carminis de Laudib. Domini: Tu casti rectique tenax, et flectere leges Post crimen facilis. Scribebat hic auctor sub Constantino, et ex tempore quo floruit et styli similitudine subit animum suspicari eum distinctum non esse a nostro Juvenco. Uterque Constantini laudibus carmen claudit. Sic ille: At nunc tu dominum mcritis, pietate parentem, Imperio facilem, vivendi legem magistrum, Edictisque parem, quæ lex tibi condita sancit, Victorem, lætumque pares mihi Constantinum, Hoc meis s. fetu terris nihil ante dedisti, Nec dabis; exæquent utinam sua pignora patrem. Juvenco vero: Hæc mihi pax Christi tribuit, pax hæc mihi sæcli, Quam fovet indulgens terræ regnator opertæ Constantinus, adest cui gratia digna merenti. Qui solus regum sacri sibi nominis horret Imponi pondus, quo justis dignior actis Æternam capiat divina in sæcula vitam Per dominum luc's Christum, qui in sæcula regnat. Sic mss: Vat., alii paulo aliter.

691. Antea vers. 486, Veniale minatur: sed hoc

loco verius puto veniaque juvas, quam veniale jubens.

695. Sæpe de hac sententia actum. Paulinus poem. ultim. fere iisdem verbis: Corripiensque tamen veniam dabit omnibus unam, Remque novam dicam, nec me dixisse pigebit, Plusque pius, quam justus erit: ubi superflua videtur conjunctio in plusque pius, ac fortasse legendum: plus pius est quam justus erit. Victorinus de J. C. Deo et homine: Magis indulgentia semper, Quam vindicta placet.

694. Libr. i, vers. 95, Corripit errantem, nec punit morte repente.

C 695. Libr. i, vers. 455, Continua bonitate pius. In Eleg. vers. 188, Commodus Augustus vir pietate bonus.

696. Placidissimus exstas pro es, ut vers. 731, Solutus enim Dominus, Dominum qui non habet, exstat. Sed potest etiam accipi pro eminere, prominere, quæ propria ejus verbi significatio. Sententia deprompta ex Habacuc cap. iii, vers. 2, Cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Pro irato commotus Virgilius l. i Æn., vers. 126, Graviter commotus. Ita etiam Suetonius, Claudianus et alii.

697. Libr. i, vers. 544, Exurgit censura Dei pietate severa.

698. Vide l. i, vers. 31 et 91. Supplicium dicit revocabile, ut contra munus Dei irrevocabile. Libr. i, vers. 605, Manet irrevocabile munus; et Juvenco l. i, vers. 74, Quare promissis manet irrevocabile donum.

701. Sed pro imo ponitur, aut pro et, ut l. iii, vers. 17, Celsior excelsis specie sed pulchrior omni. Cum ponitur pro imo, sæpe additur etiam aut et. Cicero Attic. l. iii, epist. 15, Hic mihi primum meum consilium defuit, sed etiam obsuit, quanquam id aliter ab aliis editum est. Val. Flaccus lib. v, vers. 391, In te animos, sed et omnia nostra repono. Simpliciter Phædrus l. iv, fab. 17, Odore... sed multo replent.

702. Supra vers. 514, Lethique vias, et limina mortis. Libr. i Reg., cap. ii, vers. 6, Dominus mortificat, et vivificat, deducit ad inferos, et reducit. Deuteron. c. xxxii, vers. 59; Tob. cap. xiii, v. 2.

703. Supra vers. 422, Eripitur de morte truci.

704. Sensus videtur esse, quos culpæ eo pertrahant, ut animas suas faucibus inferni inducerent, sive inferrent. Exprimit verba Sapient. cap. xvi, vers. 13: Tu es enim, Domine, qui vitæ et mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis, et reducis. Raptus usurpatur pro violenta et immatura morte præreptus, ut apud Statium lib. ii, silva 1, vers. 208, Hic finis raptus. Potest etiam intelligi ra-

705 Hi soli pereunt, semper quos esse profanos.
Constiterit, sine fine mali peccare volentes.
Criminis et pœnæ limes semel unus habetur.
Et poteris servare malos pius usque senectam,

284 Ut damnare simul horrenda piacula nos-
[sent,

710 Et venam sperare tuam, sed major habetur
Hic ratio, nam impune diu peccare nocen-
[tum

Si fuerit permissa manus, turbata repente
Mens insontis erit, mox pœnitet esse mode-
[stum,

Optaturque nefas, et plus pia turba nocetur,

SCRIPTURA COD. VAT.

712. Si fuerat permissa, et videtur scriptum præ-
missa.

ptatas, seu tractas formas. Equidem formas pro ani-
mis non reperio quis dixerit. Suspicio Dracontium,
qui sæpe veterum verbis loquitur, respexisse ad Vir-
gilium l. vi, v. 614, *Inclusi pœnam expectant : ne
quære doceri, Quam pœnam, aut quæ forma viros, for-
tunave mersit.* Servius vero formam exponit regulam,
quod ad nos nihil attinet.

705. Vide l. i, vers. 93 seqq.

707. Libr. i, vers. 118, *Lux noctis limes, et umbræ.*
Sententia hujus loci est, pœnam non sequi nisi eum,
qui in eodem crimine perseverare voluerit, aut dam-
nare scelera sua noluerit.

708. *Usque sæpe præpositioni ad* conjungitur, quæ
tamen nonnunquam omittitur, ut iterum l. iii, vers.
607, *Sit virtus usque senectam,* et alibi. Ex sacra Scri-
ptura colligitur impios plerumque ad senectutem
non pervenire. Psal. lrv, vers. 24 : *Viri sanguinum
et dolosi non dimidiabunt dies suos.* Psal. lvii, vers.
10 : *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnium,
sicut viventes, sic in ira absorbet eos.* Cap. xv Jobi,
vers. 32 : *Ante quam dies ejus impleantur, peribit.*

712. Retineri poterit *Si fuerat,* tempus pro tem-
pore, ut in Eleg. vers. 294, *Quæ fuerat pietas?* Sed
verius est *Si fuerit.*

713. Nulla alia conjectura ad sanandum locum
corruptum opportunior occurrit, quam *mox pœnitet
esse modestum.* Hoc vocabulum *modestus* varia signi-
ficatione sæpe adhibere Dracontium, animadverti in
prolegom. num. 156. Quæstio proponi potest cur Deus
impios quosdam, antequam convertantur, vita privet,
alios diutius in criminibus vivere permittat, ut deni-
que convertantur antequam e vita decedant : cui
quæstioni aliud responderi nequit, nisi justa et in-
scrutabilia esse Dei judicia. Verum Dracontius im-
pios cum impiis non confert, sed de impiis qui ante
senectutem moriuntur, quærit cur Deus eos, cum ad
senectam usque conservare possit, ut ad bonam
frugem se recipiant, ante id tempus de medio tollit.
Sunt certe scelerati aliqui homines, qui etiam cum
ad senectutem pervenerint, non proinde meliores
evadunt, imo gravioribus criminibus obruuntur. Sed
sunt alii qui, si diutius viverent, converterentur. De
his ergo respondet Dracontius primum oportere ut
improbi non d'u permittantur impune peccare, ne
malo sint exemplo bonis; deinde non brevem mo-
ram concedi peccatoribus, ut veniam obtineant, si
velint. Ecclesiastes cap. viii, vers. 11 : *Etenim quia
non profertur cito contra malos sententia, absque ti-
more ullo filii hominum perpetrant mala.* Lege Lori-
num in comment. ad hunc loc. Eodem pertinet quod
dicitur psal. ix, vers. 2, *Dum superbit impius, incen-
ditur pauper;* et cap. xvii Jobi, vers. 8 : *Stupebunt
justi super hoc; et innocens contra hypocritas suscita-
bitur.* Etsi autem, ut vers. seq. additur, *tenebit justus
viam suam, et mundis manibus addet fortitudinem,* ta-

A 715 *Improba quam rabies, atque improba vota fa-
[tigant.*

285 *Quid quod et erranti mora non brevis esse
[probatur,*

*Servaturque diu veniæ, si desinat audax
Illicitum tentare nefas? nam gaudia cælo
Conversus dat quisque reus; sibi quisque me-
[delas*

720 *Arbitretur homo, culpas sub voce relinquit.*

*Vox tua cum sileat, tua sed sententia clamat.
Erigis oppressos humiles, sternisque superbos,
Tu captivorum rumpendo noxia vincula,
Colla levas attrita jugis cervice soluta,*

715. *Mox penitens se moderatum.*

716. *Videtur scriptum quidquidet.*

NOTÆ.

B men negari nequit, aliquos prospera improborum
felicitate permoveri, ut viam virtutis deserant. Eu-
ripides in Dictye : *Jam sæpe vidi, sæpe et indigne tuli
Bonos sequentes moris exemplum mali.* Sophocles in
Alete : *Malos profanis prosatos genitoribus Florere
rebus prosperis visu grave, Stirpem bonorum rursus
ingenio probo Malis subactos cladibus mersos premi.
Disponere aliter cura debuerat Deum Mortalium res :
nam pios decuit palam Bona largitate consequi cœle-
stium, Contra scelestos paria criminibus suis Supplicia
aperte luere dis ultoribus : Ita res secundas nemo ja-
ctaret malus.* Claudianus vero in hac mentis agita-
tione pro divina providentia sic concludebat libr. i
contra Rufinum, initio : *Abstulit hunc tandem Rufini
pœna tumultum, Absolvitque deos. Jam non ad culmina
rerum Injustos crevisse queror; tolluntur in altum, Ut
lapsu graviore ruant.*

716. Usus hujus verbi *probatur* expositus est in
nota ad vers. 26.

C 718. Errantem veniæ diu servari probat, quia
gaudia dat cælo, quisquis convertitur. Lucæ cap. xv,
vers. 10 : *Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis
Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.*

719. Primum *quisque* sumi potest pro *unusquisque*,
sed secundum *sibi quisque* medelas accipi debet pro
quisquis, quicumque; quam significationem ejus nomi-
nis confirmavi in comment. ad Prudentium hymn. 7
Cath., vers. 216. Hæc est altera ratio cur brevis cen-
senda non est mora, quæ erranti conceditur, quia fa-
cilis est pœnitentia, ac spatio temporis exiguo peragi
potest, scilicet cum supernaturalis gratiæ auxilio.

720. *Arbitretur* est *arbitrando sibi quærat, adjudicet,
expendat.* Pro *requirit* rectius puto *relinquit;* nam re-
quirimus quæ abesse ægre ferimus. Sententia eadem
est ac vers. 656, *Sic reus et veniam sceleri sub voce
meretur.* Confer etiam lib. iii, vers. 240 seq. Isaiaë
cap. xxx, vers. 19 : *Plorans nequaquam plorabis : mi-
serans miserebitur tui : ad vocem clamoris tui, statim ut
audierit, respondebit tibi.* Fabricius in comment. poe-
tar. Christ. advertit Alcimum in *arbitris* secundam
produxisse : sed cum muta et liquida sequantur, jure
suo usus est Alcimus, quo eodem in *arbitretur* utitur
Dracontius.

721. *Sed hoc loco pro tamen* ponitur notanda signi-
ficatione.

722. Confer vers. 686. Tertullianus lib. i, *Oppressis
veniam dare promptus, solvere vinctos.* Psal. cxlvi, v.
6 : *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem
peccatores usque ad terram.* Vide etiam cant. cum Dei-
paræ *Magnificat.*

723. Psal. cxlv, v. 7 : *Dominus solvit compeditos.*

724. Prudentius in præfat. Psych., *Attrita bovis
colla, et hymn. 1 Perist., Attrita colla gravibus cir-
culis.*

725 Et proceres servire facis, famulosque jubere, A
 Paupertate, jubes, opulentos turpis egestas
 Urgeat, et ditas opibus bene largus egentes.
286 Ima levas, et celsa premis, præsumpta
 [coercens
 Atteris, et tenues adjecto robore firmas,
 730 Jura potestatis retinens sub nomine vero,
 Solus enim Dominus, Dominum qui non habet,
 [exstat;
 Vel cui cuncta patent, per quem sunt omnia,
 [quot sunt,
 Et transacta simul, quæ sunt quandoque su-
 [tura.
 Qui dedit elysios justis, et tartara pravis,
 735 Qui placidis, sævisque jubet procedere solem,
 Et lunam, stellasque vagas, et sidera cuncta, B
 Imperat et pluvias nullo discrimine fundi.

Nec ratione caret pietas generaliter una,
 Mercedem justis, injustis munera nobis.
 740 Prorogat, ut vel sic nos convertamur ad illum:
 Illectos donis, non pœnis mutat. adactos.
287 Exspectat pia vota Deus, non thura re-
 [quirit,
 Victima sola placet purgatæ mentis honestas.
 Nec tamen expensis, sed puro corde litandus.
 745 Pectore contritos, genibus cum pectore flexos,
 Suppliciterque suos pandentes fletibus *actus*
 Exaudit: nam si quis erit miseratus egentis,
 Texerit et nudos, inopes defenderit, insons,
 Contentusque suis, alienis non inhiarit,
 750 Si impetrare velit, velut impetrare meretur,
 Effectus faciles oratio pura reportat,
 Quam non impugnat cujusque precatio tristis.
288 Et fortasse juvat pauper, peccata relaxat

SCRIPTURA COD. VAT.

727. *Vestiat et ditet o.*
 728. *Præsumpta coactus, sed præsumpta ambiguit.*
 732. *Cuncta parent: non clarum est quæ sunt, vel quot sunt, vel quod sunt.*
 737. *D. fundit.*
 746. *Suppliciterque suos pandentes fletibus... deest*

postremum verbum.

750. *Si imperare velit velut imperet ita meretur; sed imperet obscurum est.*

751. *Reportet, supra reportat.*

753. *Scriptum est juvat: pauper p. et pauper in nexu litterarum.*

NOTÆ.

726. Ex cantico B. Virginis, et alio Annæ lib. I Reg., cap. II.

728. *Præsumpta*, hoc est superba, audacter confidentia, significatione ævi sequioris, ut *præsumptor, præsumptio*. Vide vers. 365.

730. Supra vers. 237, *Jura potestatis retinens super omnia solus*.

731. *Exstare et constare* a Lucretio pro *esse* interdum usurpari, notat Giffanius in Indice. Confer vers. 696 hujus libri, et vers. 247 lib. III, et Eleg. vers. 15⁶.

733. Similia occurrunt supra v. 594 seq., ubi æternitas explicatur.

734. *Elysios*, subaudi *campos*. Sic *elysios* simpliciter ponunt Martialis, Lucanus et alii. Frequentius *elysium* neutro genere dicitur, aut *elysius* adjective cum substantivo expresso.

735. Ex Matth. cap. v, vers. 45. Plura in hanc sententiam Prudentius lib. II contra Symm., vers. 780 seqq., *Non nego communem cunctis viventibus usum Aeris, astrorum, etc.* Ad isis nostrum comment. in eum locum, et not. ad vers. 598, lib. I Dracontii. Lib. I, vers. 456, *Placidus* opponitur etiam *cruento*, aut *sævo*.

737. Posset retineri *fundit* cum hac distinctione *sidera cuncta Imperat, et pluvias. Imperare lunam, stellas, ut imperare naves, pecuniam, tributa, arma, præsertim si legas sidera cælo Imperat: aut intelligendum est imperat procedere. Sed planior et verior est lectio quam ascripsi.*

740. Gregorius Magnus lib. XVI Moral., cap. 12: *Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis sua dona non denegat, ut aut benignitatem conditoris erubescant, et ad bonitatem redeant, aut redire omnimodo contemnent, inde illic gravius puniantur, etc.*

741. Lib. I, vers. 741, *Et consolatur adactos Luctibus*. Ita convertimur ad Deum, ut Deus nos mutet, seu convertat. Vide notam ad vers. 611.

742. Isaïæ cap. xxx, vers. 18: *Propterea exspectat Dominus, ut misereatur vestri, et ideo exaltabitur parcens vobis.*

745. Ex psal. L, vers. 18: *Quoniam si voluisses sacrificium, etc.* Vide comment. ad Prudentium hymn. 10 Per., vers. 346.

746. Forte *suos plangentes fletibus actus*. De hoc nomine *actus, actus* dixi in comment. ad Prudentium hymn. 2 Cath., vers. 107. Ponitur pro actione etiam a Cicerone, Quintiliano, Lucano, Claudiano aliisque antiquis, et supra a Dracontio vers. 268, *Tennimus actu Plectibili*.

747. *Miseratus* admittit genitivum, ut infra vers. 762. Sed hoc loco bene esset *miseratus egentes*, ut postea *nudos, inopes*.

750. Cogitabam *Si imperitare velit, velut imperitare meretur*. Verum neque id neque aliud quod edidi, penitus mihi placet.

752. *Tristis* poterit referri ad *cujusque*, scilicet precatio alicujus infelicis aut mœrentis. *Precatio* vero hoc loco sonat imprecationem, quamvis sæpius præ simplici obsecratione ponatur: nisi malis intelligere *precatioem tristem*, ut ita clarius imprecationem significet. Imprecari aliis malum in vindictam damni ab ipsis illati nullo modo licet. Vide Suarium tom. II de Relig. lib. I, cap. 19. Deum vero nonnunquam istiusmodi imprecationes exaudire, colligitur ex historia quam narrat S. Augustinus serm. 322, al. 34, de Diversis, et lib. XXII de Civit., cap. 8. Quin audimus Salvianum lib. VII de Providentia? *Jam vero illud: cujusmodi, aut quam grave, genere quidem dispar, sed iniquitate non dispar, nisi hoc dispar forte, quia majus? Proscriptiones dico orphanorum, viduarum afflictiones, pauperum cruces, qui ingemiscunt quotidie ad Deum, ac finem malorum imprecant, et quod gravisimum est, interdum vi nimie amaritudinis etiam adventum hostium postulantes, aliquando a Deo impetrant, ut eversionem tandem a barbaris in commune tolerarent quam soli a Romanis antea toleraverant.*

753. Relaxare peccata dixit etiam Dracontius vers. 305 Eleg. Interpungi etiam potest *Quam non impugnat cujusque precatio tristis, Et fortasse juvat. Pauper peccata relaxat Pastus, et indutus*. Scilicet quam oratio oppressorum non impugnat, imo fortasse juvat. Tob. cap. IV, vers. 11: *Quoniam elemosina ab omni*

- Pastus et indutus, viduæ, pupillus et æger, A 765
 755 Et defensus inops plus, quam seīs, quærere
 [possunt.
 Vestibus, expensis, epulis de more Tabitha
 Expendebat opes, miseris alimenta ministrans.
 Nunquid ad annorum numerum cuiuscunque mo-
 [desta
 Addidit, et vitam longum produxit in ævum?
 760 Et meruit tamen ipsa jacens post funera vitam
 Amisam reparare suam, testantibus illis,
 Queis proprias fundebat opes miserata ro-
 [gantum,
 Petrus enim medicus fuerat, medicina catervæ
289 Paupertatis erant; cœlis extorsit egestas,
- Quod voluit. Nos turba rapax calemus egenos,
 Conferimusque nihil : forsān spoliāmus avari
 Pauperiem, si forte ferat quodcunque decorum,
 Exspectamus adhuc, det pauper xēnia nobis,
 Afferat et prædam potius : de nobile pauper
 770 Jam modo dives eget, cui confert indiga dextra,
290 Non sibi mendicans, quod diviti, usibus
 [addit.
 Quidquid agamus ad hæc sceleris, fraudisque,
 [dolique
 Supplicio dignum, differunt punire benignus,
 Ut, si poeniteat, magis indulgere paratus;
 775 Qui facit angelicas flamma crepitare cohōr-
 [tes.

SCRIPTURA COD. VAT.

755. Inops plus quam suum quærere : obscure B
 quam.
 756. Epulas de morte davita.
 757. E. opus m.
 758. Scriptum apparet nunquam pro nunquid.
 762. Qui proprias.
 767. Decorem, supra decorum.
 768. Adhuc de paupere servia nobis : non care pu-
 pere.
 769. Afferat et præda potiatur de nobile pauper.
 771. Divitibus : correctum divitis.

NOTÆ.

peccato et a morte liberat. Orationes pauperum quan-
 tum prosint, explicat Chrysostomus homil. 21 in cap.
 IX Act. apostol.

755. Forte plus quam das, reddere possunt, vel
 plus quam vis.

756. Forte Vestibus, et tunicis, epulis ex Act. apost.
 cap. IX, vers. 39 : Et circumsteterunt illum (Petrum)
 omnes viduæ flentes, et ostendentes ei tunicas et vestes,
 quas faciebat illis Dorcas. De nomine Græco Dorcadis,
 quæ Tabitha Hebraice vocatur, vide Gifanium Ind.
 Lucret. verbo Dorcas. Similis mutationis exempla
 etiam nunc sunt in usu, ut cum Quercetanus appella-
 tur is qui Hispanice dicitur De la encina, aut Siliceus,
 qui Guigeno.

759. Similis phrasis lib. III, vers. 286, Et vitam
 longo produceret ævo.

761. Testantibus pro obtestantibus, invocantibus :
 aut etiam pro præsentibus, testificantibus.

762. Arator lib. I de eadem Tabitha, vers. 857,
 Mansuras fundebat opes. In appendice 1 ad carmina
 S. Damasi pag. 245, Hæc mihi cura fuit nudos vestire
 petentes, Fundere pauperibus quidquid concesserat
 annus.

764. Vis orationis et precum egregie expressa. In
 sacris Litteris similes sunt sententiæ. Sc Exodi cap.
 XXII, vers. 10, Dominus Moysi oranti dicebat : Di-
 mitte me, ut irascatur furor meus contra eos. S. Hie-
 ronymus ex Ezechielis cap. XIII, vers. 5, colligit,
 quod Dei sententia sanctorum precibus frangitur, quod
 in comment. ad eum locum nervose confirmat.

765. Salvianus more suo hæc ita graviter declamat D
 l. IV de Provid. : Quotusquisque enim juxta divitem
 pauper aut intactus, aut tutus est? Si quidem persua-
 sionibus præpotentium, aut sua homines imbecilli, aut
 etiam seipsos cum suis pariter amittunt, ut non immerito
 de utrisque personis sacer sermo testatus sit (Ecclj.
 c. XIII, vers. 23). Venatio leonis onager in eremo, sic
 pascua sunt divitum pauperes. Quamvis tyrannidem
 hanc non pauperes tantum, sed pene universitas pati-
 untur generis humani. Quid enim omnium aliud dignitas
 sublimium quam proscriptio civitatum? Aut quid aliud
 quorundam quos taceo præfectura quam præda? Nulla
 siquidem major est pauperum (forte populorum)
 depopulatio quam potestas. Aliæ editiones multum
 variant.

768. Hic et sequens versus insanabiles videntur :
 medicinam, quæ opportuna mihi occurrit, attuli.
 Xenia sunt quælibet munera mitti solita ab amicis,

a clientibus, ab aliis, ut videri potest in libro Mar-
 tialis, qui Xenia inscribitur. Prima brevis est, sed
 producitur etiam a Græcis poetis, et posteriori ævo,
 ad annum scilicet 1314, producta est ab Adolpho
 quodam in fabulis contra mulieres apud Leyserum
 Histor. poet. med. ævi : Xenia multa Paris castæ donat
 mulieri. Posset conjici pauper det serica nobis : nam
 sericum et serica in plurali numero pro veste serica
 usurpantur.

769. Non solum, ait Dracontius, xenia a paupere
 petimus, sed etiam prædam; quia divites bona paupe-
 rum, a quibus munera exigunt, quodammodo prædan-
 tur. Cicero v in Verrem, al. lib. III, cap. 50, Maximos
 quæstus prædasque fecisse. Dracontius libr. III, v. 75 :
 Aut qui aliena rapit prædo temerarius audax, Cujus fa-
 cta gemens plangit spoliatus egenus? Hi nam sunt quos
 sola juvant convivia prædæ. Cap. I Isaiæ, vers. 23 :
 Principes tui infideles, socii furum : omnes diligunt
 munera et retributiones. De xeniis vero id lege civili
 cautum est D. libr. I, tit. 16, leg. 6 : Non vero in to-
 tum xeniis abstinere debet proconsul, sed modum
 adjicere : neque morose in totum abstineat, neque avare
 modum xeniorum excedat.

770. Libr. III, vers. 59, Bene dives egenus, Semper
 avarus inops, pauper sub divite nummo.

771. Pulchre et vere dictum, quasi pauperes non
 sibi, sed divitibus, qui omnia undique contradunt,
 mendicent. Vel propter hos solos versiculos dignum
 maxime erat hoc Dracontii carmen, quod non lateret
 diutius.

772. Aliqui viri docti improbant ad hæc, vel adhuc,
 et in Cicerone, Sallustio, Tacito et aliis antiquis ubi
 id reperitur, reponunt adhuc. Sed cum optima exem-
 plaria exhibeant ad hæc, temere id mutabitur in ad-
 huc. Consulè Vossium de Analog. l. IV, c. 21.

773. Clementia Dei, supplicium differentis, aliis in
 locis laudata est, ut l. I, vers. 50 et seqq.

774. Forte Ac, si poeniteat. Deus vocat homines ad
 poenitentiam, quia non vult mortem peccatoris, sed
 magis ut convertatur et vivat.

775. Bonitas Dei erga homines commendari vide-
 tur, quod eos ad poenitentiam invitet et exspectet,
 cum malos angelos in æternum ignem conjecerit.
 Vide vers. 470 et seqq. : Inde magis mens nostra rea
 est, quod pœna secuta est Cæestes famulos. Crepitare
 flamma pro ardere cum al quo sonitu. Tibullus l. II,
 eleg. 5, vers. 81 : Ut succensa sacris crepitet bene lat-
 rea flammis. Plinius l. XXXI, cap. 7, de calce Tragææ

- Nam pia turba Dei sunt spiritus igneus omnis: A
 Quamvis ipse Deus se prodidit igne loquaci,
 291 Cum jubar ignitum Domini rubus asper
 [haberet,
 Et lacrymas populi pro libertate gementis
 780 Diceret ante suum Deus ascendisse tribunal.
 Se tamen asseruit sublimibus alma potestas
 Descendisse polis, ut quæ captiva jacebat,
 Libera turba foret, domini victura superstes.
 Mox sua promissor perfecit verba fidelis,
 785 Excussoque jugo deduxit per mare Rubrum,
 Candida dux fuerat nubes, flammæque columna;
 Fluctibus æquoreis gemina de parte ligatis,
 In scopulum pelagi jam non latrantibus undis,
 Transierat salsos ponti sine remige fluctus,
 790 Et pedibus siccis iter est navale peractum. B 805 Quid pius, aut humilis, quid et impius, atque
 Laudavere Deum populus de morte natantum,
 Sexus uterque Deo magnis in laude choreis
 Certatim resonant, et palmis tympana pulsant,
 292 Et ce'brant, vincente Deo, saltando
 [triumphum.
 795 Non gladiis, jaculisque datis, missisve sagit-
 [lis
 Gens oppressa perit; sed tantum surgere jussa
 Arma elementa Deo, nullum fusura cruorem;
 Et tamen innumeras faciunt sine sanguine mor-
 [tes.
 Una eademque die populis datur ecce duobus
 800 Ira furens, pietasque simul: sine nubibus ulis
 Diluvio periere gravi, splendente sereno.
 Omnibus ostendit Domini sententia lata,
 Quid peccata creent, quid justis vita meretur,
 Quid bona simplicitas, quid noxia vota repor-
 [tent,
 Quid pius, aut humilis, quid et impius, atque
 [superbus,
 Quid ferus, aut mitis, quid clemens, quidve
 [cruentus,

SCRIPTURA COD. VAT.

776. *Igneus omnes.*
 777. *Quamvis et ipse Deus.*
 778. *Dubie asper haberet.*
 781. *Asseruit merito sis alma.*
 782. *Captiva jacebant.*
 785. *Et uterque jugo d. p. m. r.*
 789. *Transierat salsos p.*
 796. *Sed tantum fugere jussa.*
 799. *Datur esca duobus.*
 802. *Ostendit domum sententia.*
 806. *Mitis, qui id clemensve cruentus, sed quidquid non clarum est.*

NOTÆ.

- et Acanthio: *In igne nec crepitat, nec exsilit.* Sic *flamma crepitans* et similia. Sed qua ratione crepitare flamma possunt angeli, qui sunt *Corporis experies terreni ponderis omnes*, ut ait Dracontius vers. 461? C
 Huic difficultati responderi potest ex vers. seqq., quod potestati Dei subjectus est ignis, quo scilicet possit etiam spiritus puniri, et quod ipse Deus igne crepitanti apparuit in rubo, quia igne uti potest ad puniendum et ad bene faciendum. Ex vers. seq. explicatio alia verior eruitur, ut nunc dicam.
 776. Videtur omnino legendum *omnis pro omnes*: nam *igneus* poscit *omnis*, et *spiritus* ratione metri in singulari est. Ex hoc versu aperte colligitur sermonem esse de bonis angelis, qui sunt pia turba Dei, et igni comparantur. Psal. cxi, vers. 4: *Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem.* Quæ verba in ep. ad Hebr. cap. i, v. 7, repetuntur, sed *oro ignem urentem est flammam ignis*, et additur vers. 24: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium nisi propter eos, qui hereditatem capiunt sanctis?*
 777. Fortasse *Quid quod et ipse Deus.* Ignem symbolum esse divinitatis, ex multis sacræ Scripturæ locis ostenditur. *Ignem loquaci*, quia in igne loquebatur Deus. Vide comment. ad Prudentii Dittochæum, vers. 29. Sic enim inscripsi ex veteribus editis et mss. opus quod alii Enchiridion aut Diptychon vocant: de quo Dittochæi titulo etsi plura dixerim, tamen addendum est nonnullos putare Dittochæum appellari a *διττός* et *χαιος*, quia *probatis* exempla ex duplici Testamento complectitur. Auctor mihi est Nicolaus du Mortier Etym. sacr.
 778. Libr. i, vers. 615, *jubar* tribuitur igni. Exodi cap. iii, vers. 2, verba sunt: *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi*, etc.
 781. Passet scribi *asseruit merito bis alma*, vel *merito sic*, sed quo sensu? pro *sublimibus* bene etiam esset *excelsis*. Si legere velis *merito sic alma*, intelligere poteris rationem reddi a Deo cur sic in rubo apparuerit.
 782. Ex d. cap. iii, vers. 8, *Descendi ut liberarem*, etc.
 785. *Domini* inteligo Pharaonis, cui Israel serviebat. Supra vers. 166 de eode prodigio: *Israelitarum plebi, que facta superstes Vindice naufragio*, etc. *Superstes* cum genitivo vers. 51, *Mundique superstes*. Alcimus l. v prope finem: *Inspector cladis propria, gentisque superstes*.
 785. Forte *Eriptosque jugo deduxit*.
 788. *Latrantibus undis*, frequens id poetis. Confer vers. 160 et seqq. hujus libri.
 789. Forte *Transierant*.
 791. Exod. cap. xiv et xv, Sapient. cap. x, vers. 20: *Et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudavere pariter*.
 795. Tympanorum diversa fuere genera, ut videri potest in Antiq. explic. Montfauc. tom. III. Quædam bacillo pulsabantur, alia digitis, aut palmis. Ovidius iv Fast., vers. 542, *Et feriunt molles taurea terga manus*. Lucretius l. ii, vers. 618, *Tympana tenta tonant palmis*. Catullus carm. lxxiii de Nupt. Pel. vers. 261, *Plangebant alii proceris tympana palmis*.
 794. *Saltando*, ut paulo ante *choreis*. Exodi cap. xv, vers. 20: *Cum tympanis et choris*. Chorus est multitudo canentium vel saltantium aut canentium simul et saltantium.
 798. *Mortes* in plurali usitatum ab aliis, sed notandum præsertim cum verbo *facio*.
 801. Claudianus de bello Getic., v. 49, *Splendere serenum*. De hoc verbo *serenum* vide notam ad vers. 586, l. i.
 804. *Simplicitas* pro innocentia, ut ex opposito *noxia vota*. Vide vers. 69 Eleg. Cap. xx Genes., vers. 5: *In simplicitate cordis mei, et munditia manuum mearum feci hoc*. Sic *simplex*, *simpliciter* pro innocenti, innocenter in sacris Litteris.
 805. *Humilis*, ut superbo opponitur, vox Christianorum scriptorum, ut Prudentii et æqualium. Forte *atque humilis*.
 806. Forte *quid clemens, quidque cruentus*, aut *quidve cruentus*.

Dapsilis, et largus, qu'd prædo, aut raptor ava- A
[rus.

Agmina condemnant mores, atque agmina pur-
[gant.

SCRIPTURA COD. VAT.

07. *Quid prædæ aut raptor.*

NOTÆ.

807. *Dapsilis*, Græca vox, *largus*, *copiosus*: ea utun-
tur Plautus, Columella, Apuleius, Dionysius Cato in
Distich. moral., alii. *Lego prædo* pro *prædæ*, ut l. III,

vers. 75: *Aut qui aliena rapit prædo temerarius audax.*
808. *Redit ad id quod dixit vers. 418, Segregat
Omnipotens merita.*

LIBER TERTIUS.

293 Luminis æterni, lunæ lux, lucis origo, B
Orbis, et astrorum, jubar ætheris, aeris auctor,
Pax elementorum, naturæ conditor, et fons,
Sideris innumeri numerus quem non latet
[omnis,
5 Nomina dans astris, et stellas curibus aptans,
Immotosque jubens septem constare triones:
294 Axe licet volvente polos, stant sidera
[pigna.
Qui numeras cunctas, quas præfert littus, are- 20
[nas,
Per freta cuncta maris totum quas continet
[æquor.
10 Quævis nosse Deum, quia condidit omnia solus,
Quis dubitet? Quod nosse jubes, cœlestia norunt,

Quod tu scire velas, ignorant omnia cœlo.
Missa cadunt, hiemesque cident comitante fra-
[gore,
Verberis ignoti volitant per inane flagella,
15 Et rutila radians crinitum missile flamma
Justitiæ monitor, sed plus pietatis amator,
Celsior excelsis, specie sed pulchrior omni,
Virtutum virtus, dulcedine dulcior omni,
Lucidior luce, vel lumine clarior omni,
20 Editor omnipotens, sed non tamen edite ab
[ullo,
Qui placidos pluviis das descendentibus imbres.
295 Sic annona datur cunctis animantibus
[esca,
Et na ura parens per tempora cuncta ministrat,

SCRIPTURA COD. VAT.

6. *Immobilisque jubes.*
7. *Polos stent s.*
8. *Quas præfert l.*
9. *Per freta cuncta maris totum factura quæ . . .*
desunt litteræ extremæ.

C 11. *N. Jubet c.*
14. *Ignoti violant per.*
15. *Et rutila ut radians.*
19. *Lucidus o. . . . vel l. c. o.*
21. *Das discedentibus imbres.*

NOTÆ.

1. *Sol lumen immensum* dicitur libr. I, vers. 221.
Hoc etiam loco sol intelligi potest in verbis *Luminis
æterni*. Tertullianus de Deo l. IV, *Profundæ lucis
origo Fons vitæ*, etc. Mar. Victor in præfat. ad Genes.,
*Tu vita, et genitor vitæ, luci que profundæ, Tu lux
vera, Deus, tu rerum causa, vigorque*. Dracontius l. I,
vers. 131, *Initium factis lucem dat lucis origo*. Missale
Isidorianum sabbato sancto in oratione ad benedi-
cendum lucernam: *Domine Deus noster, unici luminis
lumen, fons luminis lumen, auctor luminum*. Mero-
baudes de Christo: *Nunc genitus, qui semper eras,
lucisque repertor*.

2. *Jubar ætheris*, ut l. I, vers. 615, igni tribuitur
jubar, et l. II, vers. 778, *Jubar ignitum*.

3. De elementorum concordia vide l. I, vers. 142
et seqq.

4. Libr. II, vers. 472, *Sideris innumeri*, quod ibi
de angelis dictum. Libr. I, vers. 219, de stellis,
Agminis innumeri.

5. Libr. I, vers. 218, *Cuisibus aptavit*, videlicet
stellas. Fortasse legendum *das, aptas, jubes*. Sedu-
lius initio libr. I, *Qui stellas numeras, quarum tu
nomina solus, Signa, potestates, cursus, loca, tempora
nosti*.

6. Virgilius l. III *Æn.*, vers. 518, *Postquam cuncta
videt cælo constare sereno*. Septem triones immoti
dicuntur constare, quia semper videntur. *Pigri et ino-
cidui* ab aliis poetis vocantur, cujus rei ratio ex vers.
seq. intelligitur, *Immobilisque*, aut *immobilesque* me-
tro adversatur.

9. Non satis percipitur quid velit Dracontius di-
cere: sed non longe videtur fuisse a sententia quam
supplevi

10. Scientia divina eodem arguendi modo laudata
etiam est l. I, vers. 500 seqq. *Cui cuncta patescunt,
Et merito, quia cuncta facit, fecitque jubendo*.

11. *Cœlestia* pro angelis, vel pro omnibus quæ sunt
in cælo, ut vers. seq. explicatur. Videtur id petitum
ex Marc. cap. XIII, vers. 32: *De die autem illo vel
hora nemo scit neque angeli in cælo, neque Filius, nisi
Pater*.

13. *Missa* flagella, ut arbitror.

14. *For. e ignoti vacuum per inane*.

15. *Missilia* sunt quævis arma, quæ jaciuntur seu
mittuntur. Sermo est, ut puto, de cometa quo homi-
nes terrentur. Confer v. 60 et seqq. l. I.

D 16. Repete dicta l. I, vers. 60, l. II, v. 689, aliis-
que in locis.

17. *Excelsa* libr. II, v. 204; l. I, v. 456, *Et culmine cel-
sior omni*. Fortasse legendum *specie vel pulchrior, vel sed*
ponitur pro *et*. Vide notam ad vers. 701 libr. II. Loc.
cit. l. I in Vat. codice pariter legitur *Simplicitate
bonus, sed culmine celsior omni*: quæ scriptura, col-
lata cum aliis Dracontii locis, videtur anteferenda.

21. Fortasse *Qui placidas pluviis das discedentibus
auras*. Sed retinendum potius *pluviis et imbrès* per
hendiadyn, unum per duo. Libr. I, vers. 452, *Im-
briscris semper pluviis absentibus uber Cespes*. Sic
Tertullianus de Judic., *Tempora secundant pulchris
Dei munera donis*. Paulinus eodem modo poem. 52
natal. 16, *Multa mihi variis tribuisti munera donis*:
quamvis enim aliqui inter *munus* et *donum* discrimen
hoc ponant, quod *munus* est *donum cum causa*,
tamen hoc discrimen a plerisque negligitur, nec cu-
ratur certe a Tertulliano et Paulino.

Sic plumis vestitur avis, sic frondibus herbæ, A 30
 25 Sic calamos nutrita seges stans armat aristis,
 Et tunicis vestita ceres pubescit adulta.
 Sic viridis flavescit ager sine semine jacto :
 Creditor extorquet sub vomere fenus arator,
 Usura præstatur edax, centesima grandis

296 Redditur, ac parens votis credentis avari
 Debitor exoptat millesima reddere luera.
 Non exactorem pudor inficit, aut dolor ullus
 Afficit exactum : contraria vota duorum
 Conveniunt, solusque dolet captator iniquus
 35 297 Annonæ, pretiique vorax, inimicus amicis,

SCRIPTURA COD. VAT.

25. *Armat aristas.*
 28. *C. subvenire fenus a.*
 29. *Præstator edax.*

50. *Redditur atque placet vota reddentis avarus.*
 52. *Pudor imprimit aut.*

NOTÆ.

24. Vide not. ad vers. 255 l. 1.

25. Vide not. ad vers. 254 l. 1. Fortè legendum *Sic calamis nutrita seges stans armat aristas.* Sed scriptura textus comprobatur ex eleg. vers. 231, *Segetes viror armat aristis.*

26. *Ceres pro grano ipso frumenti videtur poni. Pubesco transferri eleganter solet ad herbas et plantas.* Cicero de Natur. Deor. l. 1, c. 2 : *Cœlique mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubescant,* et l. 11, c. 19 : *Pubescunt, maturitatemque assequuntur, quæ oriuntur e terra.*

27. Posset conjici *Sic viridis florescit ager.* Sed Dracontius adhuc sermonem habere videtur de segete, qua ager primum virescit, postea flavescit, et Virgilium imitatur ecl. 4 vers. 28, *Molli paulatim flavescet campus arista. Sic flava ceres, flavum arvom, flaventia culta, flavæ spicæ.* Columellæ l. x, vers. 311, *Sed cum maturis flavebit messis aristis,* ubi aliqui legunt *flammebit* : sed libentius legerem *flavescet* ex Virgilio. *Sine semine jacto,* quia, cum a Deo seges educata est, nullum jactum fuit semen. Legi etiam posset *Sic viridis flavescit ager : sic semine jacto Creditor extorquet,* etc. Quod magis cohæret cum versibus seqq. In scriptura codicis, quam retineo, sententia fortasse similis est ei quam explicat auctor incertus de laudibus Domini sub Constantino : *Utque humana salus securum duceret ævum, Sponte salutare de cespitate surgitis herbæ : Has Pater ipse serit nutu, non vomere dives.*

28. Colonus comparatur creditori, qui fenus exigit ab arvo. Ambrosius Hexaem. l. 111, c. 8, num. 35, *Feneratum terra restituit quod accepit, et usurarum cumulo multiplicatum :* et l. 111 de Offic., c. 6, *Fecunda terra multiplicatum reddit quod acceperat, fidelis ager feneratos solet restituere preventus.* Cicero de Senect. cap. 15, *Terra nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fenoere.* Vide notam Gronovii.

29. Sic restitui scripturam depravatam, ut sensus sit agrum optare reddere maximam usuram. Lucretius l. 1, vers. 181, *Hinc usura vorax, avidumque in tempora fenus ; alii in tempore fenus.* Sic *usura edax.* Centesima usura est in qua unum pro centum singulis mensibus solvitur, hoc est singulis annis duodecim pro centum. Hæc erat usura gravissima, aliæ erant minores. Seneca l. vii de Benef., c. 10, *sanguinolentas* vocat centesimas. De usuris centesimis exstant observationes Jo. Frid. Gronovii.

30. Fortasse ex Virgilio proœm. *Æn.*, *Ut quamvis avido parerent arva colono.*

31. Cum hic debitor sit ager, dubium oritur cur dicatur exoptare reddere millesima luera. Nam millesima usura est in qua unum pro mille singulis mensibus penditur : quod exiguum sane fenus est, nempe duodecim pro mille singulis annis. Quod autem ager optet usuram magnam reddere ex v. 33 colligitur : *Contraria vota duorum Conveniunt.* Existimo ergo, millesima hæc luera esse ultra usuram centesimam : nam erant apud Romanos, qui centesimis non erant contenti, et alia luera majora expetebant. Cicero ad Attic. l. v, ep. ult. : *Clamare omnes qui*

aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo (usura usuræ) contentus non esset : alii, nihil stultius. Mihi autem impudens magis quam stultus videbatur. Nam aut bono nomine contentus centesimis erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat.

32. *Pudor inficit,* ut l. 1, vers. 342, *Totos rubor inficit artus : nisi malis legere pudor impedit.*

33. *Exactus* pro eo, a quo exigitur pecunia, nove dictum videatur, ac fortasse d'esset nunc exemplum veteris scriptoris, nisi A. Gellius illud nobis conservasset l. xv, c. 14, ubi exscribit verba Q. Metelli Numidici : *Socios ad senatum questum flentes venisse, sese pecunias maximas exactos esse ; et Cæcili : Ego illud minus nihilo exigor portorium : quod A. Gellio Græca figura dictum videtur.* Contraria vota coloni et agri sunt, quia accipere et reddere contraria inter se sunt, et plerumque creditor optat exigere, debitor renuit reddere. Conveniunt vero vota, quia ager optat reddere, et colonus accipere.

34. Opportune in eos invehitur, qui annonam comprimunt, ut carior fiat, et pretium eorum arbitrato crescat. *Incettatori* vocant Itali. Mirum caruisse, nisi fallor, Latinos veteres nomine proprio quo pestiferos hos homines appellarent. *Dardanarios* ignota vocis origiue ab Ulpiano et Paulo in Digestis appellatos invenio. Monopolium aliue vitium est. Suetonius de Tiberio cap. 71 refert illum sermone Græco abstinuisse maxime in senatu, adeo quidem ut monopolium nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Monopolia non omnia ejusdem generis sunt. Agunt de his theologi morales. Vide Molinau de Just. et Jur. tract. 2, disp. 345, ubi de recondentibus ac asservantibus merces in tempus caritatis disserit. Dracontius in tota hac disputatione contra captatores annonæ sententias et verba S. Ambrosii expromit. Sic enim Ambrosius l. 111 de Offic., c. 6 : *Et alius ait : Captans pretia frumenti maledictus in plebe (Proverb. cap. 11) . . . Cur ad fraudem convertis naturæ-industriam et indulgentiam? cur invides usibus hominum publicos partus? cur populis minuis abundantiam? cur affectas inopiam? cur optari facis a pauperibus sterilitatem? Cum enim non sentiant beneficia fecunditatis, te auctionante pretium, te condente frumentum, optant potius nihil nasci, quam te de fame publica negotiari. Ambis frumentorum indigentiam, alimentorum penuriam, uberis soli partus ingemiscis, fles publicam fertilitatem, horrea frugum plena deploras . . . Latrocinium hoc, an fenus appellem? . . . Lucrum tuum damnum publicum est Legisti, quemadmodum hunc frumentarii pretii captatorem exponat in Evangelio Dominus Jesus? Nesciebat quid faceret, quasi ei alimenta deessent, hærebat in ambiguo. Non capiebant horrea annonam, et ille se egere credebat.* Locus ab Ambrosio allegatus Proverb. cap. xi, vers. 26, sic habet in Vulgata : *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis : benedictio autem super caput vendentium.*

35. *Vorax,* ut vers. 29, *usura edax,* et notandum vorax pretii cum gignendi casu, vel pretii captator est vorax, hac distinctione captator iniquus Annonæ pretiique vorax.

Omnibus adversus, populis insonitibus hostis. A 50
 Nam sua damna vocat mundi compendia pulchra,
 Nil opibus propriis quacunque ex parte minutis.
 Exstinctam dolet esse famem, bene dives egenus,
 40 Semper avarus inops, pauper sub divite nummo
 Æstuat, et custos alieni ruris, et auri,
 Judicio punita suo mens semper avara
 Dat pœnas, animi quæ sedem nescit amare :
 298 Diligit hæredem, cui servat cuncta fidelis.
 45 Nec bona præsentis hic tantum perdere vitæ
 Contingit miseris : perdunt bona cuncta futura.
 Nunquid eris pius, alme Deus, jam morte per-
 [empto?
 Illi quippe, magis qui proditur impius in se,
 Et sibi, vel cunctis solatia tota negavit?

Nos exempla docent damnati divitis, ingens
 Pauperis et requies, qui post sua membra beatus
 Abrahæ portante sinu per sæcla quiescit.

299 Divitis exstincti tormenta exspectat ege-
 [stas,

Immitiesque vias alterna sorte rependit.

55 Serica quem tenuis, quem mollia lina gravabant,
 Qui solet æstivum membris sudantibus ostrum
 Poscere, deposito contractus murice denso,
 Cujus et in digitis non sedit crassius aurum,
 Et licet exiguæ non ferret pondera gemmæ,
 60 Inter anhelantes tormenta ultricia flammæ
 Supplicium crudele luens exæstuat ardens,
 Et tolerat, poscitque rogans, ardente palato,
 Ut gelidum digito mereatur lingua liquorem.

SCRIPTURA COD. VAT.

37. Vocat compendia pulchra mundi.
 39. Exstincta modulet esse.
 41. Æstuat et custos alieni thuris adoret : prius erat
 extuat pro æ tuat.
 43. P. animique sedem.
 44. Diligat h.

B 49. Tota negabit.
 50. Non exempla decent d.
 55. Serica que tenuis quod m.
 56. Membrisque sudantibus.
 59. Inferret : correctum ferret.

NOTÆ.

39. Libr. II, vers. 770, *Jam modo dives eget*, etc.
 40. *Sub divite nummo*, ut l. I, v. 317, *divitis auri* :
 de quo epitheto dixi ad eum locum.
 41. Distingui potest *sub divite nummo*, *Æstuat et*
custos. Juvenalis sat. 14, vers. 302 : *Tantis parta ma-*
lis cura majore, metuque Servantur : misera est magni
custodia census. Ecclesiastes cap. VI, vers. 2, de ava-
 ro : *Nec tribuit ei potestatem Deus ut comedat ex eo,*
sed homo extraneus vorabit illud. Plena est sacra Scri-
 ptura hujusmodi sententiis contra avaros : pleni
 scriptorum gentilium et Christianorum libri.
 43. *Sedem animi* vocat corpus, quod amare nescit
 avarus, qui bona sua hæredi servat, cum ipse sor-
 dide vivat.
 44. Avarus, qui corpus suum non diligit, diligit
 hæredem. Columbanus in ep. ad Hunaldum ex Dra-
 contio hæc : *Divitias cumulans, dum sese nescit amare,*
Plus amat hæredem, servat cui cuncta fidelis. In P.
 Syri Minis, vers. 60, *Avarus, nisi cum moritur, nil*
recte facit.
 48. *Impius*, hoc est crudelis, non pius, seu non
 clemens. Libr. I, vers. 277, *Impia terribiles producit*
terra leones. Vide Eleg. vers. 70.
 50. Libr. II, vers. 304, *Multorum nos sæva docent*
exempla priorum. Hoc l. III, vers. 96, *Abrahæ doceant*
jam nos exempla parentis. Forte legendum *divitis igni*.
 51. Notanda phrasis *post sua membra*, post obitum,
 post membra relicta.
 52. Videtur accipere *sinum* pro gremio Abrahæ,
 ut multi explicant, delatum fuisse Lazarum in sinum
 Abrahæ, tanquam dilectum filium in utras et sinum
 patris. Paulinus poem. 17 ad Nicetam, vers. fin. :
Tunc, precor, nostri nimum memento, Et patris sancti
gremio recumbens, Roscido nobis digito furentem Dis-
cute flammam. Verba Lucæ sunt cap. XVI, vers. 22 :
Et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Maldonatus
 observat, eum qui in conviviis proximus cuique esset,
 in ejus recumbere sinum ; ex qua consuetudine locum
 hunc exponit. Communi usu receptum est, ut sinus
 Abrahæ dicatur locus subterraneus, in quo Abraham
 cum aliis sanctis Patribus ante resurrectionem Chri-
 sti quiescebat : et hanc quoque sententiam et expli-
 cationem verba Dracontii admittunt. Julianus To-
 letanus l. II Prognost., cap. 3 : *Sinum Abrahæ requiem*
Patris, vel secretum quietis, seu etiam paradysum si-
gnificare, multiplicium doctorum sententiis definitum

esse non ambigo. Paulo aliter id legitur in editione
 Matritensi, quam eminentissimus cardinalis Lorenza-
 na, sæpe a me laudatus, nunquam tamen satis pro
 meritis laudandus, ad exemplar editionum Duacenæ
 et Lipsiensis adornavit. Secutus ego sum membranas
 veteres, quas ad manus habeo, sæculo XII non poste-
 riores, ut censeo : quibuscum editionem Matritensem
 contuli. Dolendum utique est, codicem ms. hujus
 operis, quem unum, ut videtur, habebat Hispania,
 in monasterio Cisterciensium nuncupato *de la Espina*,
 anno 1731 incendio absumptum fuisse. Eum codicem
 viderat Ambrosius Morales.

53. Manu Dracontii scriptum puto *tormenta spectat*,
 producto *a* in *tormenta* ob sp. dictionis sequentis. Sed
 retineri potest scriptura codicis : nam *exspecto*, vel
expecto, pro *specto* aliquando ponitur, ut exemplis
 probavi ad vers. 356 l. I, *Ac procul exspectat virides*
jumenta per agros. Hac significatione nonnulli scri-
 bendum censeant *exspecto*.

54. Ad imitationem Virgilii libr. VI, vers. 121,
Alterna morte redimit.

55. Fortasse *Serica quem vestis, quem* : vel in *se-*
rica tenuis intelligendum est *vestis*.

56. Imitatio et explicatio Juvenalis sat. I, vers. 28
 seqq. : *Crispinus, tyrias humero revocante lucernas,*
Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, Nec sufferre
queat majoris pondera gemmæ.

57. *Contractus* mollitiem divitis notat. Purpura
 densa et graviore deposita, poscebat æstate aliam te-
 nuem et leviolem. *Ostrum* et *murex* nonnulli distin-
 guuntur : sed a scriptoribus passim pro eadem re
 promiscue usurpantur.

58. De æstate adhuc sermo est qua divites neque
 anulum aureum graviorem, nec pondus gemmæ lecti
 exiguæ sufferre valent.

60. *Anhelantis* et *anhelus* epitheton ignis a Dra-
 contio sæpe adhibitum. Vide prolegom. num. 157.

61. *Crudelis pœna* dixit Ovidius l. II Met., vers.
 612. *Crudele supplicium* hoc loco est durum, grave
 et nunquam liniendum. Libr. I, vers. 548, *Pœna mori*
crudelis erat.

62. Fortasse *Nec tolerat* : nam *tolerare* est patien-
 ter ferre. Cum vero antea dixerit *non ferret pondera*
gemmæ, recte nunc ait *et tolerat*, hoc est verpetitur,
 suffert.

- Sed negat hoc immane chaos, crudele profun- A
[dum.
- 65 **300** Dividit inter aquas, et sæva incendia
[mortis,
Quæ sine fine manent, et stant sub perpete nexu.
Et miser hic, qui dives erat, non vixit egener, 85
Vestibus indutus Tyriis processit, et ostro,
Delicias convexit edax, reus inde vocatus,
70 Pauperibus miseris quod trux alimenta negabat.
Nam sibi dives erat dapibus conviva repletus.
Si tales damnare decet sub perpete pœna,
Qui sibi, non aliis proprium defendere curant,
Quid passurus erit, qui nec sibi præstitit unquam, 90
75 Aut qui aliena rapit prædo temerarius audax,
Cujus facta gemens plangit spoliatus egenus?
Hi nam sunt, quos sola juvant convivia prædæ, B
Gutturis, et ventris curam sine laude ferentes,
301 Ignari, quia quisquis erit præsentis amator
80 Vitæ, animæque suæ, non diligit ille, sed odit.

Contemptor vitæ magis hic servator habetur.
Nil opus est præferre Deo : sententia prisca
[est,
Summum crede nefas animam præferre pudori.
Quam sit grande nefas animam præferre datori,
85 Demere dum liceat, quidquid dedit, et cui con-
[fert?
Ergo Deum si corda colant, et mens venere-
[tur.
Nil opus est præferre Deo, Deus omnis amor sit
Ante animam, simul et vitæ præsentis amorem
Postponat mens pura Deo, totamque salutem
90 Rejiciat, contemnat opes, patrimonia damnet,
Et securus erit vitæ melioris amator
Temporibus sine fine datis, sine limite perpes.
302 Quod spectat finem, fragile est, totumque
[caducum.
Quam sit insipiens contemnere velle pe-
[renne,

SCRIPTURA COD. VAT.

68. Scriptum videtur, præcessit.
73. P. defendere c.
76. Gemens plaudit s.
77. Conviva prædæ.
79. Ignaris quia.

86. Si vera colunt.
88. Ante animamque simul.... desunt cætera.
90. Obscure patrimonia.
92. Dati sint limite perpes : dubie perpes.

NOTÆ.

64. Lucæ cap. xvi, vers. 26 : *Inter nos et vos chaos magnum firmatum est.* In hymno ad vespas Ascensionis qui S. Ambrosio ascribitur, *Perrumpis infernum chaos.* Potest etiam interpungi *chaos, crudele, profundum.* Sed melius est *crudele profundum*, ut C Lucretius alique *profundum* pro profunditate, seu altitudine usurpant.
65. *Aguas*, hoc est sinum Abrahamæ, ex quo refrigerium dives postulabat.
66. Æternitas pœnarum clarioribus verbis asseri nequit. Vide l. ii, v. 498, *Sub perpete nexu*, hoc est carcere æterno, ut inferi vocantur l. ii, v. 555.
69. *Convexit*, undique ad se traxit a *conveho*. Seneca de Consol. ad Helviam cap. 9, *Undique convehunt : omnia nota fastidienti gulæ.* Plerumque divites delicias undique convehunt, quia, ut ait Juvenalis sat. 11, vers. ult., *Voluptates commendat rarior usus.*
70. S. Gregorius part. 2 Pastor., admonit. 22, de his avaris : *Tot enim quotidie perimunt, quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt.... Neque enim dives in Evangelio.... aliena rapuisse, sed infructuose propriis usus fuisse perhibetur.*
71. Claudianus in Fescenn., sive od. 1 in nupt. Honor., *Epulisque jam repleto.* Conviva est, qui convivium præbet : dives igitur hic sibi conviva dicitur. D
75. Vix intelligi aut recte explicari potest *proprium defendere curant.* Restitui *defundere* aut *diffundere* : nam *defundo* et *diffundo* in mss. confusa sunt, et pro eodem accipi solent : adeoque ex *defundere* error manavit *defendere*. Libr. ii, v. 762, *Quæis proprias fundebat opes.*
75. Ambrosius l. iii de Offic., c. 3, *Quod si non licet non dare, quomodo detrahere licet?... Servorum tamen occultis furta, divitum rapinæ publicæ.*
76. Nonne melius, *Cujus furta gemens plangit?*
77. Vide l. ii, vers. 769.
78. *Forte sine laude gerentes.* *Sine laude* dedecus innuit, ut *illaudatus* apud Virgilium, de quo verbo videndus A. Gellius l. ii, cap. 6.
80. Ex Joann. cap. xii, vers. 25 : *Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Quod Matthæus, Marcus et Lucas uno ore confirmant.
83. Ex Juvenali sat. 8, vers. 85, integer versus desumptus.
84. Iterum vers. 131 eadem sententia.
85. *Forte et quod confert.*
86. *Forte Ergo Deum sic corda colant.*
88. Supplevi ex vers. 79 seq. Si quid alii melius afferant, ultro accipiam. Synesius ex depravatis scriptorum veterum codicibus id commodi erui volebat, ut ingenia ad aliquid simile tentandum exercerentur. Cum enim in Dione sive de vitæ suæ instituto versus finem commemorasset, codices Dionis quos habebat corruptos esse, addidit : *Ita cum id quod ad narrationis seriẽm deest, intelligentia supplere atque atterere cogitur, neque subjecta habet oculis omnia, ad simile aliquid audendum per sese fit exercitior, eoque consuescit, ut ab aliis non pendent, sed intra seipsam contineat. Etenim corrupti isti libri mentem, quæ oculis præsit, desiderare videntur. Hoc ipsis etiam adolescentibus Pythagoræ doctrina percipiebatur, partim ut unuscujusque indolis periculum faceret, partim ut exercitationis id loco esset.* Quantum vero ipse Synesius valeret ingenio in hujusmodi exercitationis genere, lege, si placet, in nota ad vers. 409. Interea animadvertere te velim, quam antiquum sit, codices corruptos inveniri, atque eorum supplementa excogitata fuisse. Utinam in his operibus quæ ad nos pervenerunt ea supplementa internoscere liceret!
92. *Perpes*, scilicet perpetuus amator melioris vitæ.
93. *Spectat* pro *expectat*, vox Plauti est, et Ciceroni tribuitur, ut contrario modo *expecto* pro *specto* supra ad vers. 53 expositum. Cæterum hoc loco *spectat* pro *aspicit*, *respicit*, stare potest.
94. Conje at aliquis *Insipiens quàm sit*, ut ita melius metro consulat. Sed præterquam quod hujusmodi monosyllaba apud veteres communem quantitatem mihi videntur habuisse, in *sit* peculiaris est ratio, cur produci valeat : nam *sit* factum est ex *siet*. Cicero in Orat. cap. 47, *siet plenum est, siet imminutum, licet, utare utroque.* Lucretius, Terentius, Plautus passim *siem* et *sies* utuntur. Vide Gifanium Indic. Lucr. tii. Arator l. i, vers. 976, in editis habet : *Sed totum sit ut ipse Pater*, sed in duobus codicibus bibliothecæ

95 Et modico quæsisse die peritura repente,
Abrahæ doceant jam nos exempla parentis,
Qui natum senior susceptum tardius unum
Spe cito contempsit, jussus produxit ad aram,
Aptavitque neci nimia pietate cruentus;
100 Nudato mucrone pater, ferus ille sacerdos
Stabat in officio jam jam feriturus amatum,
Et pius immitis, non tristis fronte doloris,
303 Non lacrymis undando genas, non ungui-
[bus ora
Dilacerans: lamenta silent, et verbera cessant.
105 Nato peccati pietas securâ minatur
Exitium: sine morte truci pro funere nati
Sic solum exhibito nata est immensa propago.
Hostia grata jacens, et victima mente quieta

A Displicuit, placuitque simul, quia corde fideli
110 Et pater obtulerat, nec natus vota negabat.
Mox pater omnipotens arietem subrogat aris
Hostia præstatur non orbatura parentes.
Si deus ullus erat Saturnus falcifer unquam,
304 Hoc faceret, puerosque neci subduceret
[omnes,
115 Annuâ quos pietas flebat miseranda parentum.
Heu! non orbaret dilecto pignore patres,
Qui planctus, mortesque facit per vota rogatus.
Num verus Deus est, munus qui majus ademit,
Quam præstare potest? Cui natos præstitit un-
[quam?
120 Nam Deus omnipotens, verus Deus, omnia
[præstans,

SCRIPTURA COD. VAT.

104. Dilatans lamenta: fuit cessant, correctum **B** apparet.
cessant.

105. Non dat peccatoribus pietas s. m.

106. Sine morte crucis pro.

107. Omnino desideratur hic versus: sed lacuna

116. Pignore natos.

117. P. montesque facit per sera rogatus.

118, 119. Nescio sed minus est a quo deplangit ademit Quam præstare potest.... deest reliquum.

NOTÆ.

Vaticanae, altero Palatino num. 1716, altero Vaticano num. 1665 scriptum a prima manu invenio, *Sed totum sit ipse Pater*, supra vero, ut in editis: sed prima lectio verior est. Capella cum observasset prisca corripere solitos *it et et*, et alia finita in *t*, censuit hæc omnia esse communia. Vide Ricciolium part. 4 P. os., reg. 6.

95. Modico pro brevi. Vide notam ad vers. 751, lib. 1.

96. Confer v. 56 cum nota.

98. Contempsit, hoc est abiecit, deseruit. Infra v. 414, *Natos contempsit, et Urbem*, Sic Virgilius l. iv Georg., vers. 404 de apibus: *Contemuntque favos, et frigida tecta relinquunt*. Sic sperno pro abjicere post Ennium Prudentius Psych. vers. 149, *Perfida signa abicit, monumentaque tristia longe Spernit*. In Dracontio distingui poterit *Spe, cito contempsit iussus, produxit ad aram*.

99. *Pietas* pro clementia sæpe a Dracontio ponitur; sed hoc loco sonat religionem et obedientiam erga Deum, quæ nimia, scilicet magna, recte dicitur. *Nimius* pro multus, plurimus, hyperbole est etiam scriptoribus ethnicis haud ignota, ut *nimis* pro *valde*. Hoc et seqq. verbis oppositiones fiunt Dracontio familiares *pietate cruentus, nudato mucrone pater, ferus sacerdos, feriturus amatum, pius immitis*.

101. *Stabat* constantiam denotat, et dicitur hoc verbum de militibus qui in acie certamini se paratos exhibent. Grammaticorum regula est, *ferio* carere præterito, et supino. Servius tamen ad l. vii Æn., vers. 498, dixit *feriturus*, et Charisius l. iii in verbis defectivis præteritum *ferii* et supinum *feritum* verbo *ferio* adjudicat. In veterioribus scriptoribus exempla non comparent.

105. *Undando* ponitur cum accusativo pro inundando. Ita eo verbo utuntur Statius et alii.

104. *Verbera*, ut vers. præc. *non unguibus ora Dilacerans*. Ictus qui in lamentis et planctibus fiunt *verbera* sæpe dicuntur. Vide notas ad vers. 377 seq.

105. *Lego Nato peccati pietas securâ*: neque enim alia conjectura certior occurrit. *Pietas securâ peccati*, hoc est, sine timore peccati. Ovidius l. xii Met., vers. 499, *Sint tua vota, licet, dicit, securâ repulsæ: Elige, quid voveas*. Vide not. ad v. 164 et 438.

106. *Lego sine morte truci*, ut l. ii, vers. 705, *Et revocans a morte truci*.

108. *Victimâ* est major, ut vitulus. *hostiâ* minor, ut agnus. Sæpe tamen unum pro altero ponitur. Etiam

gentiles observarunt hostias quæ vehementius reluctassent diis non placuisse: *quæ autem stetisset oblata, hanc volenti numini dari existimabant*. Hinc noster (Virgilius), *Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aras*. Hæc Macrobius lib. iii Saturn., cap. 5, quæ in videre juvabit.

109. Deo *displicuit, placuitque*, videlicet noluit Deus innocentem victimam immolari, et utriusque patris ac filii voluntatem approbavit. Hujusmodi oppositionibus, ut dixi, plenus est Dracontius. *Corde fideli*, ut Alcimus l. i, paulo post initium: *Cui mente Impendat famulam longævo in tempore vitam*.

111. *Tertâ* in *arietem* brevis est, sed producitur, quia tres breves concurrunt, ut in *muliere* sæpius factum a Dracontio. Vide notam ad vers. 455 et 660 lib. ii. Statius produxit etiam tertiam in *arietibus* lib. ii Theb., v. 492, al. 490: *Apparet aut celsam crebris arietibus urbis*. Nonnulli dicunt tertiam cum secunda per synæresin conjungi, ut ita primâ produci possit. Sed ob solam synæresin primâ produci non debet; aliud est, cum secunda tanquam consonans pronuntietur: tunc enim primâ producitur, secunda vim habet consonantis, et tertâ corripitur, ut in *ariete* pes dactylus fieri solet.

115. Commodianus Instruct. 4, *Saturnusque senex, si Deus, quando senescit? Aut si Deus erat, cur natos ille vorabat Terroribus actus? sed quia Deus non erat ille, Viscera natorum r. bie monstru sumebat*. Vide quæ notavi in comment. ad Prudent. l. ii contra Symmach., vers. 296, *Cædibus infantum fument Saturnia sacra*. Commodianus de filiis Saturni loquitur, quos is devorabat; Prudentius et Dracontius de aliorum infantibus qui Saturnaliorum diebus festis ante adventum Herculis in Italia immolabantur, quæ mos in Africa longo tempore invaluit. *Falcifer* cognomen proprium est Saturni, de quo Macrobius l. i Saturn., c. 7 et 8. Nonnemo *falcigerum* vocat. Falx Saturno tribuitur, quod agriculturam homines docuerit, aut quod tempus indicet, quo omnia metantur.

114. *Neci subduceret*, ut l. i, v. 668. *Subductus morte*, et vers. 557 ejusdem l. i, *subducitur impete mortis*. Quare *neci* positum pro *nece* puto, ut v. 552, *Et solitus gaudere neci*.

116. *Forte pignore matres*. Verum *patres* pro *patre* et *matre* rectum est. Sic positum videtur ab Ovidio iv Met., vers. 61, *Sed vetuere patres*, et plura sunt exempla in veteribus inscriptionibus, præsertim apud Gruterum, ut pag. 692, num. 1, *M. Justinus Secundi-*

Non cupit insontum mortes, vitasque nocentum A
 Non cito consumit, veniæ dum cuncta res rvat.
 Nam quod Isac jussit *collum submittere cultro*;
 Non crudelis erat concessum, auferre parenti
 125 Per patris tam grande nefas, aut jura probare
 305 Censuit amborum; non est tentator ha-
 [bendus,
 Aut ignarus erat, quem mens humana lateret:
 Cum ratione jubet fieri, quæcunque jubebit.
 Sed voluit monstrare Deus, qua mente rogetur,
 130 Qualiter omnipotens se vult, et jussit amari.
 Ostendit cunctis, ut nil præponier unquam
 Debeat æterno Domino, qui cuncta creavit,

Cujus amore pio sunt contemnenda pericla,
 Vel quæcunque placent animis, et quidquid
 [amatur.

135 305 Si jactura fiat, præstat compendia
 [damnum,

Temporis exigui si sint dispèndia vitæ,
 Semper at æternæ felicia lucra dabuntur.
 Nec nudo sermone decet promittere tanta.
 Quid pater Abraham, quid Isac meruisse le-
 [guntur?

140 Horum posteritas replevit gentibus orbem.
 Barbaries nec sola datur de germine justo,
 Et Romana manus hocce est de sanguine fusa.

SCRIPTURA COD. VAT.

125. Non quod Isaac jussit.... alia desunt, et quod B
 obscurum est.

128. Fieri quacunque j.

129. Deus qua mente; sed qua videtur esse quia.

151. Nil præponeret unquam.

152. Qui ambigue.

153. Prius videtur fuisse pericle.

135. Sic jactura fiat.

157. S. et æ.

158. Videtur scriptum præmittere.

159. Quid Isaac m.

140. P. replebit g.

142. Manus hoc deest de s.

NOTÆ.

nus, et Primania (al. Primana) Marcellina Patres am-
 missione ejus (filii) orbat.

121. Clementia Dei similibus verbis laudata est
 l. i, vers. 50 seqq., ac passim alibi. Vide lib. iii, v.
 657 seqq.

125. Primam in Isac corripuit etiam vers. 159, sed
 produxit v. 155.

124. Auferre, hoc est ad auferendum, vel ut aufer-
 ret, ut *facilis cedere*, et similia. Deus non decreverat
 Isaac, quem ipse concesserat, auferre parenti per
 parricidium ab hoc committendum: nec tamen vo-
 luit experiri et tentare utriusque voluntatem, quasi
 ignarus esset mentis humanæ. Ratione quidem per-
 motus jubet Deus fieri quæcunque jubet. Qua ergo
 ratione jussit Isaac immolari? ut nobis exemplo
 Abraham monstraret, quo pacto velit amari, ut nihil
 ipsi unquam præponatur.

126. Genes. cap. xii, vers. 1, dicitur, *Tentavit
 Deus Abraham*, quod repeitur Judith cap. viii, vers.
 22, et ad Hebr. cap. xi, vers. 17. Dracontius ergo hæc
 verba explicat ad sensum Ep. cath. Jacobi cap. i,
 vers. 15: *Nemo, cum tentatur, dicat quoniam a Deo
 tentatur: Deus enim intentator malorum est; ipse au-
 tem nemine n tentat.* Dupl x tentatio distinguitur,
 altera quæ decipit, aut in fraudem inducit, altera quæ
 probat. Prima Deo nullo modo convenit, altera ita
 Deo convenit ut non probeat quasi voluntatis huma-
 næ inscius, sed ut homini occasionem merendi præ-
 beat, eum virtutibus exerceat, atque exemplo bono
 alios confirmet. S. Julianus antistes Toletanus lib. i
 Antikeimenon, num. 57, se quæstionem proponit et
 resolvit: *Quomodo in Deuteronomio* (cap. xiii, vers.
 5) *Moses dicat: Tentat vos Dominus Deus vester: et e
 contra Jacobus apostolus prædicet: Deus neminem
 tentat? Responsio. Duas esse tentationes, in Scripturis
 sanctis solet intelligi: una quæ decipit, altera quæ pro-
 bat. Secundum eam quæ p obat dictum est: Tentat vos
 Dominus Deus vester. Secundum eam vero quæ decipit,
 Jacobus apos olus prædicat: Deus neminem tentat.* Hu-
 jus operis editionem vidi parum cognitam, Colonie
 ex officina Eucharii Cervicorni 1540, in tres libros
 divisam, ex codice vetustissimo bibliothecæ Fulden-
 sis, ut in præfatione testatur Henricus Sachsus,
 cui opus ipsum alicubi afflictum est, quod anonymum
 prodierit. Andreas Schottus verum auct rem primus
 indicavit, quod in editione Matritensi eminentissi-
 mus cardinalis Lorenzana novis documentis confir-
 mavit. Hoc Juliani opus plerique in duos tantum li-
 bros partiuntur.

131. Lego præponier usitata paragoge, sed libra-
 rio tamen ignota. Redit ad sententiam vers. 82 Nil
 opus est præferre Deo.

134. Prudentius in præfat. Psychom., vers. 5:
*Senile pignus qui dicavit victimæ, Docens, ad aram
 cum litare quis velit. Quod dulce cordi, quod pium,
 quod unicum, Deo libenter offerendum credito.*

135. Forte Si jactura fuerit, vel siet. Vide notam
 ad vers. 505 lib. ii, Compendia et damna inter se
 confert etiam supra vers. 37.

C 137. Lego Semper at æternæ: nec superfluum est
 semper, nam semper æternæ idem est ac sempiternæ.

140. Rectius est replevit: nam replebit eo vitio
 scriptum videtur quo b pro v, et contra in mss. sæpe
 reperitur.

141. Novum est a Romanis barbariem et barbariam
 dictam omnem regionem præter Italiam, et Græciam,
 et gentes quæ hujusmodi externas regiones incole-
 bant.

142. Forte hoc est. Germen justum, ex quo barba-
 ries et Romana manus pacis amatores et immites
 prodierunt, est Isaac. Ab ejus primo filio Esau gen-
 tile genus originem ducit, a filio minore Jacob Israe-
 litæ orti sunt. Sed verumne est, Romanos ex Esau
 originem trahere? Sententia quidem hæc est Dracon-
 tii, sed quam difficile sit probati auctoribus confir-
 mare. Mahometani narrant Esau, quem Ais vocant,
 filium fuisse Romæ, ex quo Græci Romanique impe-
 ratores prognati sunt. Orientalum traditio est, sub
 Abdone Hebræorum judice Idumæos (qui sunt Esau
 posteri) in Italiam coloniam duxisse, ex qua Latini
 et Romuli repetenda est origo. Alii ex Tzepho nepote
 Esau ex filio, comite Aneæ, ut fabulantur, proge-
 nitos Romanos fingunt. Fazellus lib. viii Decad. prior.
 de reb. Sicul., cap. unic., duas inscriptiones Chal-
 dæas affert quæ olim Panormi legebantur. Earum
 altera marmoreo saxo insculpta erat, et Gulielmo
 secundo rerum potente ab Abramo genere Dama-
 sceno Latine sic versâ est: *Vivente Isaac filio Abrahæ,
 et regnante in Idumæa, atque in valle Damascena Esau,
 filio Isaac, ingens Hebræorum manus, quibus adjuncti
 sunt multi Damasceni, atque Phœnices, profecti in
 hanc triangularem insulam sedes perpetuas locaverunt
 in hoc amœnissimo loco, quem Panormium nominave-
 runt.* Altera inscriptio in vetustis quadratisque saxis
 insculpta, quibus veteris urbis porta quam Patitelli
 appellant est excitata, sic ab homine Syro anno 1470
 Latine reddita fuit: *Non est alius Deus præter unum
 Deum. Non est alius potens præter eundem Deum.*

307 Dat major gentile genus germanus, et A
[hostis,
Et minor eduxit, qui munera pacis amarent.
145 Subjiciat quisquam. Sanctorum vera propago
Pacis amatores merito, justeque creavit.
Nunquid et immites, qui gaudent sanguine fuso,
Debuerat proferre simul feritate] cruentos?
Hæc illum responsa doment, faciantque silere,
150 Non agnoscit iners animi, rationis egenus,
Tempora quod mundi rebus sunt capta duabus:
Aut pax est, aut bella fremunt, quodcunque
[duorum
Alterutrum mox tempus habet, nec tertia res
[est,
Tempora quæ teneat. Dedit ergo tempora prin-
[ceps B
155 308 Omnia perpetuo generi manifestius Isaac.

Ætatem mundi retinens descendit origo,
Continuans dominata manet per sæcula mundi.
Nec tempus retinet tantum, spatiatur in orbem,
Qua profert, tollitque diem sol, luminis index,
160 Qua nescit lustrare polos, qua flammeus urit,
Imperat et pelago; cœlum possedit origo.
Sancta prophetarum, tenet et loca magna pio-
[rum
Omnia possedit benedicti lata propago.
Sed nec solus erat, quem spes segura futuri
165 Egregie faceret præsentem tempere vitam.
Ignea tres pueros fornax exceperat ardens
Nomine pro Domini; sed mox tepuere calores,
309 Frigidus ignis erat, gelidis incendia
[flammis
Mirantur cecidisse, simul non fervor anhelat
170 Torridus, aut adytum lambemat flamma camini.

SCRIPTURA COD. VAT.

144. *Eduxit quod munera pacis amantes.*
148. *Proferre dubie.*
149. *R. domant f.*
151. *C. duobus.*
152. *Aut pax aut bella fremunt quodcunque duorum;*
sed quodcunque obscure.

154. *Tempora quæ teneant.*
155. *Perpetui generi.*
159. *Qui profert.*
160. *Polos quam flammeus.*
162. *Distinguitur tenet: et.*
170. *Torridus aut adytum.*

NOTÆ.

Neque est alius victor præter eundem, quem colimus Deum. Hujus turris præfectus est Saphu, filius Eliphar, filii Esau, fratris Jacob, filii Abraham, et turri quidem ipsi nomen est Baich: sed turri huic proximæ nomen est Pharat. Hinc etiam repeti posset origo Romanorum ex Esau. Videri potest Calmetus in Diction. Bibl. verbo Esau, qui hujusmodi fabulas a Judæis confictas affirmat, ut nomini Romano odium creent; quas tamen a nonnullis Christianis auctoribus adoptatas fuisse miratur.

144. Sic melius visum est restituere, quam scripturam codicis conservare.

145. Forte *Suscipiat quisquam*. Sensus idem est; reponat quisquam.

146. *Juste pro jure, legitime*, recte ponitur. *Merito iusteque quasi merito jureque, merito et jure.*

147. Genes. cap. xxvii, vers. 40, Isaac ad Esau: *Erit benedictio tua: Vives in gladio*. Quamvis autem Israelitæ bellorum etiam gloria claruerint, sed multo magis commercio atque artibus pacis. Esau, prout primogeniti jura vendidit et amisit, figuram refert Israelitarum, quibus Christum profiteri nolentibus in regni cœlestis hæreditate successerunt gentiles ad fidem Jesu Christi conversi. Idem vero Esau, ut sanguinolentus erat, typus est gentilium, qui immites et feritate cruenti erant, ac fuso sanguine gaudebant.

149. *Illum*, scilicet qui *subjecit*, et reposuit: *Sanctorum vera propago*, etc.

150. *Iners* cum genitivo, ut l. ii, vers. 649. Prudentius hymn. 10 Cath., vers. 82, *Quam sit rationis egenis Mordax et amara medela*.

151. *Fortes sunt apta duabus*: sed retinendum *capta* pro occupata.

155. Eleg. vers. 257, *Tempora sunt pacis, vel tempora certa cruoris. Otia tempus habent, militiæque labor*. Hinc supra legendum *sunt capta*, et vers. seq. *Tempora quæ teneat*. Sensus hoc loco est, quodcunque tempus habetur vel tenetur ab alterutro eorum, vel a pace, vel a bello.

154. *Princeps* pro Deo, ut l. ii, v. 31. Vide notam.

157. Poterit interpungi *descendit origo Continuans, dominata manet*. De verbo *continuo* vide notam ad vers. 559 l. i. *Dominata* poterit esse passivum do-

minata per sæcula, quod tamen minus probo. *Sæcula mundi* aliquando Dracontius vocat *sæcūla absolute*, ut l. i, vers. 622, *Post sæcūla resurgere vitæ*.

159. *Profert orientem* indicat, *tollit occidentem*, ut vers. seq. duo poli et zona torrida indicantur. De vocabulo *index* lege not. ad l. i, vers. 114.

160. Infra vers. 305, *Qua flammeus axis*. Drepanius de cereo paschali: *Qua flammeus orbem Sol agit, occidui qua meta secunda dici est, Et qua prima patet reditura janua lucis*.

161. Distinguit inter originem Esau et Jacob: hujus proli cœlum et loca magna piorum, sinum scilicet Abrahæ concedit, non vero alteri, nisi postquam gentiles in locum Israel successerunt, fidem Jesu Christi amplexi.

165. *Benedicti*, hoc est Isaac, ut ex vers. seq. colligitur. Vide Genes. cap. xii, vers. 18, et lib. ii, vers. 646, *Æquantur numero benedicti germinis apte*.

164. *Secura futuri*, id est certa vitæ futuræ obtinendæ: nam *securus* cum genitivo varios habet usus. Aliquando securus est negligens, et is qui curam deposuit aliquando est certus rei obtinendæ, aliquando tutus et sine timore alicujus rei. Lucanus l. viii, vers. 784, *Securus veniæ*, ut hoc loco *secura futuri*. Vide notam ad vers. 105 et 438 hujus libri.

166. *Ignea ardens* duo adjectiva unī substantivo apposita.

167. Nomen Domini sæpe in sacris Litteris ipsum Deum significat, et majestatem ejus denotat. Inde Christiani nomen Christi confiteri, et pro nomine Christi pati dicebantur in Actis veteribus. *Tepuere* hoc loco est *deserbuere, calorem remiscent*. Lucanus l. iv, vers. 284, *Paulatim cadit ira ferox, mentesque tepescunt*. Martialis l. ii, ep. 4, *Te conviva leget mixto quicunque, sed ante, Incipit positus quam tepuisse calix*. Congeruntur plures oppositiones, quales Dracontio familiares esse jam observavi, *tepuere calores, frigidus ignis, gelidis flammis, fervor torridus non anhelat*.

169. De fervore *anhelante* vide notam ad l. i, vers. 26.

170. Forte *ast adytum* pro *aut*: nam videtur indicari quod cum tres pueri illæsi essent *in medio camino ignis ardentis*, viros illos qui in tornacem eos

Crinibus ign'is jejuna alimenta recusat
 Fastidita fames, rejecto fomite pingui,
 Non fuit ignis edax : quem roris spiritus afflans
 Imbrifer exstinxit, mitissimus angelus intrans,
 175 Cujus erat similis divinæ prolis imago.
 Non vestis flammata viris, non crinis adustus,
 Flamma nec extremæ læsit vestigia plantæ,
 310 Conculcata licet toties gradientibus illis.
 Illæsos pueros expavit Persa tyrannus :
 180 Egrediantur, ait dominum confessus eorum

A Plenius, atque suum solium jubet omnis adoret
 Parthicus, imperio subjectus regis, et aulæ.
 Sæva Daniele rabies, atque ora leonum
 Non tetigere pium, cui destinat insuper escam
 185 Magna Dei pietas, jejuno utroque leone.
 Quis petit, et vixit venator inermis arenam?
 311 Amphitheatrales qui non tremuere fu-
 [rores,
 Cum crepitante sono productus verberat auras,
 Longius assistens Massylum ex arte lacessit,

SCRIPTURA COD. VAT.

171. A. recusant.
 176. Non ventis flammata.
 177. Prima nec.
 178. Illis, pro diversa scriptura illic.
 181. Plenus atque suum solum jubet omnis adoret ;
 sed omnis non clare.

185. Utroque leonem.
 186. I. harena.
 187. Obscure qui.
 188. S. productor verberet a.
 189. A. mansilum ex.

B

NOTÆ.

miserant, interfecit flamma ignis, ut narratur cap. III Daniel., vers. 23 et vers. 47 : *Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, et erupit, et incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis.* Ac conjecturæ locus est, legendum *Mirantur cecidisse, sinu non fervor anhelat Torridus, ast aditum,* etc. Nam apud Danielelem legitur *in medium fornacis ignis ardentis, in medio camino ignis ardentis, in medio flammæ, in medio ignis,* quod sinu recte exprimitur. Non tamen dissimulabo lambo pro tactu levi et innoxio flammæ interdum accipi : ex quo incerta redditur lectio et conjectura, aut aliud verbum quærendum pro *lambebat*.

171. Crines non solum cometis et stellis tribuuntur, verum etiam igni. Val. Flaccus l. I, vers. 205, *Protulit ut crinem densis luctatus in extis Ignis.* Sic coma ignis apud Senecam in *OEdip.* vers. 514, Albinovanum ad Liviam vers. 256, Catullum carm. 60 nuptiali vers. 77 seq. cum nota Vulp. Possit etiam intelligi de crinibus trium puerorum non igni combustis, sed splendentibus in morem ignis. Prima explicatio verior est. Infra enim sermo est de crinibus puerorum. De verbo *ignio*, et *ignitus* vide comment. ad Prudent. hymn. 10 Perist. vers. 1078.

172. Conjeciat aliquis *Fastiditque famem*, ut flamma jejuna recusaverit alimenta, et fastidierit famem. Lectio codicis eo pertinet, ut fames ignis jejuna recusaverit fastidita alimenta. Quadrat in hunc locum quod sanctus Basilus homil. 1 de laudibus jejunii tres hos pueros in fornace ignis illæsos amianto comparat.

173. Daniel. cap. III, vers. 50 : *Et fecit (angelus) medium fornacis quasi ventum roris flantem.*

175. Loc. cit. Daniel. vers. 92 : *Et species quartæ similis Filio Dei.*

177. Loc. cit. vers. 50 : *Et non tetigit eos omnino ignis.* Mendum ergo clarum est *prima* pro *flamma*.

181. *Plenus* confessus est Dominum, quia antea quidem confessus illum fuerat, cum Daniel interpretatus illi fuit somnium, sed non ita plene, ac postea, cum tres pueros e fornace egredi jussit. Prius dixerat Daniel. cap. II, vers. 47 : *Vere Deus vester Deus deorum est, et Dominus regum, et revelans mysteria.* Postea vero Daniel. cap. III, vers. 96 seqq. ait : *A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus et lingua, quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misac, et Addenago, dispereat, et domus ejus vastetur : neque enim est alius deus qui possit ita salvare.... Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus et linguis qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa ejus, quia magna sunt, et mirabilia ejus, quia fortia; et*

regnum ejus regnum sempiternum, et potestas ejus in generationem et generationem. Quibus hi Dracontii versus dilucide explicantur. Atque suum pro atque ejus, videlicet Domini.

185. Prima in *Danielem* corripitur, duæ sequentes producantur, quod in hujuscemodi nominibus propriis exterorum absurdum non est. Plerique duas primas corripiunt, aut ex secunda et tertia synæresin faciunt.

185. Sic l. I, vers. 556 : *Magna Dei pietas.* Sed quid est *jejuno utroque leone*? nam leones erant septem. Suspicio *utrinque leone*, vel *jejuno ventre leonum*. Non enim judico explicationem idoneam exprimi posse ex cap. XIV Daniel., vers. 31 : *Porro in lacu erant leones septem, et dabantur eis duo corpora quotidie, et duæ oves : et tunc non data sunt eis, ut devorarent Danielelem,* quasi Dracontius innuat leones utriusque cibi jejunos fuisse. Forte respicit ad picturas veteres, quibus Daniel inter duos leones exhibetur. Suspicio cujusdam est legendum *Magna Dei pietas. Jejuno utroque leonem Quis petit et vixit venator inermis arena?*

186. Sensus est quis inermis venator cum feris luctatus est, qui non fuerit occisus? Simili phrasi Exod. cap. XXXIII, vers. 20 : *Non enim videbit me homo, et vivet.* Ut venatio dicitur non solum de ferarum per nora et agros persecutione, sed etiam de spectaculo venatorio, ita etiam venator sumitur pro bestiario, qui cum feris pugnat in amphitheatro. Bestiarii alii, qui mercede conducebantur aut ultro se offerebant, armati in arenam descendebant, alii ob scelera ad bestias damnati, his inermes objiciebantur.

187. Claudianus de Mallii consulatu vers. 298, *Perfossique ruant, populo pallente, leones.*

188. *Productus* venator, bestiarius. Lucanus l. IV, vers. 708, *Fatalis arenæ Muneribus non ira vetus concurrere cogit Productos.* Sic etiam histriones in scenam produci dicuntur. Poterit tamen retineri *productor* pro magistro, qui producit feram, et sollicitat ad pugnam crepitante sono, aut flagello. Martialis de Spectac. ep. 21 : *Sollicitant pavidum rhinocerotam magistri,* etc.

189. *Massylum*, videlicet leonem, vel melius pro *Massylorum ex arte.* Virgilius l. VI, vers. 59 : *Penitusque repostas Massylum gentes.* Statius l. II, silv. 5, *Occidis, altarum vastator docte ferarum, Non grege Massylo, curvaque indagine clausus.* Grex *Massylus*, grex venatorum gentis *Massylæ* sive in Numidia, sive in Libya prope Getulos. Pro Mauritanis passim ponuntur. Quod si vers. præced. legas *productor*, interrogatio eidem apponi poterit : et hoc versu incipiet nova periodus *Longius assistens*, scilicet vena-

190 Lintea fluxa trahens : venabula longa tenen- A
 [tur
 Poplite subnixo, duro sub pelle lacerto,
 Inguinibus strictis, nudato pectore sursum?
 312 Cum residens caveis inter spectacula festa
 Vota facit populus, valido ne bestia morsu
 195 Sanguinis humani sanie perfusa madescat.

Quando duos pariter suscepit arena leones,
 Præsidio si porta fugæ spatiosior obstet.
 Clausa, patensque simul bisseño cardine verso,
 313 Hinc vir adest, atque inde fera, stan.
 [unus ad unum.
 200 Hinc armata manus ferro, hinc dentibus ora.
 Et tamen auxilio supra caput imminet alter,

SCRIPTURA COD. VAT.

190. Longa tenenti.
 192. Inguinibus strictis nudato pectore visa; sed
 visa, an jusa, dubium est, nec clarum pectore.
 195. Scriptum redens, correctum recidens.
 194, 195. Vota facit populis, ne valida bestia nota

Sanguinis ab o..... desiderantur cætera.
 197. Præsidio si capta fugæ spatiosior orbis.
 199. Hinc vir adest atque vir fera stans unus ad
 unum.

NOTÆ.

tor quem antea nominavit. Venatores longe stantes
 feras provocabant, ut cum impetu incurrerent et fa-
 cilis eluderentur.

190. Cernere adhuc licet bestiarios in antiq. Ex-
 plic. Montfauconii tom. III, part. 2, libr. IV, cap. 8,
 ubi e pictura Nasoniani sepulcri repræsentatur venatio
 leonum in septo : venatores sunt inguinibus strictis,
 et ex zona lintea nonnihil demissa fluunt : brachia
 nuda ostenduntur. Sed nec venabula gerunt, nec
 sagittas, ac solum prægrandibus clypeis armati ap-
 parent. Diversæ igitur erant venandi rationes. Et a
 Dracontio quidem venator ita exhiberi videtur, ut alia
 manu linteis fluitantibus feram lacesseret, alia ve-
 nabula teneret. Venabulum proprium venatorum telum
 est. Vide Martialem l. XIV, epigr. 30 et 31, Si
 dejecta geres longo venabula rostro, Hic brevis in gran-
 dem cominus ibit aprum. De cultro venatorio loquitur.
 Scripsi tenentur, quod clarius videtur. Si retineas
 tenenti, id cohærebit cum lacerto.

191. Poplite submisso dixit Ovidius Metam. l. VII,
 vers. 191, et Valer. Flaccus l. VI, vers. 245. Sed
 melius hoc loco est subnixo, quia poples terræ niti-
 tur, ut venator feram irruentem excipiat. Forte dura
 sub pelle; sed bene etiam est duro lacerto.

192. Forte scribendum nudato pectore supra, aut
 nudato pectore dextro. Idem usus exprimi videtur a
 Juvenali sat. 1, vers. 23, Cum tener uxorem ducat
 spudo. Mævia Tuscum Figat aprum, et nuda teneat ve-
 nabula mamma. Nam feminas in arenam descendisse
 constat, quod satyra dignum censet Juvenalis.

193. Caveis, quia triplex erat cavea, ima, media,
 summa.

194. Verum puto valido ne bestia morsu : nam mor-
 sus de bestiis passim dicitur. Lucretius l. V, v. 1521,
 Morsibus affixæ validis atque unguibus uncis. Expo-
 nit Dracontius vota populi precantis, ne venator a
 fera dilanietur, ut vers. 201, Morsibus illis ne bestia
 membra jacentis Vexet, et horrorem faciat dilecta vo-
 luptas. Ac negari nequit interdum hæc fuisse vota
 populi, ut homo victor contra feram evaderet. Sed
 scriptores veteres Christiani hanc crudelitatem Ro-
 manis objiciebant, quod ex miserabili et cruenta
 hominum morte voluptatem caperent. Vide quæ ob-
 servavi ad Prudentium l. II, contra Symm. vers.
 1098. Christianorum imperatorum ætate, cum gla-
 diatorius ludus sublatus jam erat, sed perseverabat
 adhuc venatio ludicra, Cassiodorius l. V Variar., ep.
 42, hunc ludum crudelem et sanguinariam volupta-
 tem vocat, et de venatore seu bestiario ait : Volu-
 ptatem præstat sanguine suo, et infelici sorte constri-
 ctus festinat populo placere, qui eum non optat evadere.

197. Locus sane difficilis cui aliqua medicina, si
 fieri possit, succurrendum. Dracontius eo tendit ut
 ostendat in amphitheatro contra duos leones venato-
 rem unum quamvis armatum stare non posse, nisi
 alius venator auxilium ferat. Hinc enim colligit Da-
 nielem inermem sola mirabili Dei virtute ab ore leo-
 num fuisse liberatum. Difficultas solum hæc est,
 quænam consuetudo veterum in amphitheatrali ve-

natione indicetur his versibus : Præsidio si capta fu-
 gæ spatiosior orbis Clausa patensque simul bisseño
 cardine verso. Primum lego si porta pro si capta :
 nam versus sequens ad portam aliquam refertur,
 quæ proinde in hoc versu nominari debet. Pro orbis
 lego obstet : nam aliquod verbum requiritur, ut cæ-
 teris vocabulis sensus reddatur, et obstet sententiæ
 congruit, scilicet si obstet præsidio fugæ. Sed porta
 spatiosior qua ratione fugæ obstare potest? Id versu
 seq. explicatur.

198. De diversis ostiis quæ erant in amphithea-
 tro sermo hic est. Cassiodorius libr. V Var., ep. 42,
 de amphitheatro Titi loquens ait : Alii tribus, ut ita
 dixerim, dispositis ostiis paratam in se rabiem pro-
 vocare præsumunt, in patenti area cancellosis se posti-
 bus occultantes, modo facies, modo terga monstrantes,
 ut mirum sit, evadere, quos ita respicis per leonum un-
 gues, dentesque volitare. Hæc ostiola ad nos pertinere
 non puto. Propius ad rem nostram faciunt, quæ
 libr. III Variar., ep. 51, de circo Augusti et ludo
 quadrigarum verba faciens habet : Bissenæ quippe
 ostia ad duodecim signa posuerunt. Hæc ab hermulis
 funibus demissis subita æqualitate panduntur. Ex qui-
 bus verbis Scaliger Lect. Auson. l. I, cap. 25, ex-
 ponit versus Ausonii : Ostia quot pro parte aperit stri-
 dentia circus, Excepto medium quod patet ad sadium.
 Omnia illa duodecim ostia aperiebantur simul miro
 artificio, automata machinatione hermularum, sive
 sigillariorum, ut explicat Scaliger. Lipsius cap. 8 de
 Amphitheatro censet partim subterraneos cavos
 fuisse in quibus feræ recondentur, partim deposi-
 tas eas fuisse in caveis sub interiore porticu, e qua
 portulæ et aditus plures pertinent in arenam, quæ
 in Romano Titi amphitheatro non tam clare patent :
 omnia enim ruinis aggesta et obruta, sed clarissime
 Veronæ cernuntur. Ex his caveis feræ cum impetu
 in arenam mittebantur, et post pugnam iterum in
 eas immittebantur. Seneca de ira : Curriculi rota-
 rumque versata facies leonem redigunt in caveam. Eadem
 portas intelligit Statius libr. II, silv. 5, de leone man-
 sucto : Stat cardine aperto Infelix cavea, et clausis cir-
 cum undique portis, Hoc licuisse nefas pavidi timere
 leones. Itaque Dracontius, hunc morem respiciens,
 ostia duodecim bisseño cardine expressa commemora-
 rat, quæ miro artificio simul omnia paterent, ut le-
 ræ e caveis egrederentur, ac illico clausæ manerent,
 ne in caveas sese reciperent.

199. In fera producitur a ob st dictionis sequentis.
 Conjiciebam stant unus ad unum, vel stat unus ad
 unum, producto stat ob rationes quas attuli ad
 vers. 94.

200. Ferrò, hinc cum hiato, præsertim quia aspi-
 ratio vim consonantis apud veteres aliquando habe-
 bat. Venustus est istiusmodi hiatus in penthemimeri.
 Martialis de Spectac. epigr. 27, de Carpophoro
 pugnante cum bestiis : Hæc armata manus Hydræ
 mors una fuisset.

201. Plures in arenam venatores descendebant,
 ut mutuam opem sibi ferrent. Martialis loc. cit.

Morsibus illis ne bestia membra jacentis
Vexet, et horrorem faciat dilecta voluptas.

Quis, rogo, tam sævas rabies compescere
[vindex

205 **314** Armatus præsumpsit homo? clarissimus

[ille
Alcides, quem monstra ferunt domuisse ne-
[fanda,

Qui virtute polos meruisse est dictus, et astra,
Vix unum exstinxit captum per colla leo-
[nem,

Si tamen huic verax per sæcula fama locuta
[est.

210 Sed hic plena fides hominis pietate To-
[nantis

Exegit virtutis opus, miracula summa.

Ille Dei famulus fuerat, non sorte Dianæ,

315 Quæ solet insontum fuso gaudere
[cruore,

Sanguinis humani nunquam satiata, catervis

215 Hospitibus cæsis, humana tabe madescens

Taurica per Colchos crudelis virginis ara.

SCRIPTURA COD. VAT.

203. Et honorem faciat.

205. C. illo.

212. Non forte Dianæ.

NOTÆ.

epigr. 23, *Hunc leo cum fugeret, præceps in tela cucurrit.* Tam certo ictu venabula dirigebat Carphorus (ait Martialis), ut feræ illum fugerent, et ita præcipites, ut in aliorum venatorum tela incurrebant, quasi minus timerent ab aliis interfici quam a Carphoro.

202. *Illis*, ut Horatius l. ii, sat. 1, vers. 77: *Fragili quærens illidere dentem, Offendet solido*, et Lucretius l. iv, vers. 1073: *Dentes illidunt sæpe labellis.*

203. Voluptas peculiari quadam significatione spectacula significat. Adis comment. ad l. ii Prudentii contra Symm. vers. 1125, et hymn. 6 Perist. v. 66, et notas Petri Brossei ad Cassiodorum l. v Variar., ep. 42.

204. *Suspisor compescier unus.* Id saltem intelligi debet. Revertitur Dracontius ad Daniëlem, qui solus inter septem leones rabida fame exagitatos victor evasit, quamvis inermis. *Sævas rabies* pro leonibus sævis quos fames fatigabat. Virgilius libr. ix, vers. 63, *Collecta fatigat edendi Ex longo rabies*, et libr. ii Æn., vers. 556, *Quos improba ventris Exegit cæcos rabies*. Daniel. cap. xiv, vers. 31: *Porro in lacu erant leones septem, et dabantur eis duo corpora quotidie, et duæ oves: et tunc non data sunt eis, ut devorarent Daniëlem.* Hinc tentari possit *Quis, rogo, tam sævas rabies compescere septem.*

208. Auctor de laudibus Herculis inter Claudiani opera de hoc Nemæo leone: *Selisque lacertis Grandia corripiens eliso guttura morsu, Imbellem fractis prosternis faucibus hostem.* Quippe vulneribus leo ille confici non poterat, ut mythologi tradunt. Hoc primum Herculis facinus ponit Apollodorus libr. ii de deor. Orig.

209. Forte hæc, vel hoc pro huic.

210. *Sed* producitur ob aspirationem vocis sequentis. Vide vers. 200 et notam ad vers. 94 de hujusmodi monosyllabis, quæ communi quantitate esse prædita videntur. Fidei tribuitur hoc miraculum Daniel. cap. vi, vers. 23: *Eductusque est Daniel de lacu, et nulla læsio inventa est in eo, quia credidit Deo suo.*

211. *Virtus* de miraculis in sacris Litteris dicitur, ut notavi ad libr. ii, v. 114, *Ut faceret virtutis opus.* Hoc autem loco virtutis nomen recte etiam ponitur, quia propria quadam significatione virtus athletic tribuebatur. Prudentius hymn. 4 Per. vers. 101, *Noster, et nostra puer in palæstra Arte virtutis, fideique olivo*, etc. Etsi autem diversi erant ludi athletarum, gladiatorum et venatorum, nihilominus etiam gladiatoribus et venatoribus virtus eodem sensu ascribitur.

212. *Sorte Dianæ*, intelligo *ministerium Dianæ*, phrasi ex sacris Litteris, et usu Israelitarum petita: nam sacerdotes et levitæ munus serviendi templo sortiebantur per vices. Juvencus l. i, vers. 43, *Sed*

cum sorte adytis, arisque inferret odores Zacharias. Nonnulli ediderunt *forte*, sed *sorte* vera est lectio, quæ duobus antiquissimis codicibus Vaticanis confirmatur. Paulo ante ait Juvencus vers. 38, *Zacharias, vicibus cui templum cura tueri*, quod eodem pertinet. Confer Barthium l. xi Advers., cap. 12. Erat igitur Daniel famulus Dei viventis, ut eum vocavit Darius, non ministerio, aut tutelæ Dianæ addictus. Neque sine certa ratione mentio Dianæ fit: non enim solum venatio rustica, sed et ludicra in tutela Dianæ erat. Martialis de Spectac. epigr. 12, *Inter Cæsareæ discrimina sæva Dianæ*: ita vocat venationem ludicram. Claudianus de Consul. Mallii vers. 291, *Amphitheatrali faveat Latonia pompæ*. Cassiodorus libr. v, ep. 42, *Spectaculum tantum fabricis clarum, sed actione deterrimum, in honore Scythicæ Dianæ repletum, quæ sanguinis effusione gaudebat.* Vide Mazochium Comment. in Campani amphitheatri titulum cap. 5, et Petrum Tassinum de Anno sæcul., et Lud. sæcul. part. 1, cap. 8.

214. Sic interpungo. *Satiata* cum genitivo. Silius l. iv, vers. 437, *Titanum bello satiatam sanguinis hastam.* Ovidius libr. vii Metam., vers. 808, *Tutus eram jaculo: sed cum satiata ferinæ Dextera cædis erat, repetebam frigus et umbram.* Postea *catervis hospitibus cæsis*, ut Lucanus libr. v, vers. 11, *Hospes in externis audivit curia tectis.* Multi alii *hospes* adjective ponunt. Neque invitus legerem *catervis Hospitium cæsis* in genitivo plurali pro *hospitum*, ut *hæreditatum, civitatum.* Severus in Ætna vers. 127, *Quod si diversas emittat terra canales Hospitium fluviorum*: ubi tamen nonnulli aiunt *hospitium* esse accusativum, ut canales sint *hospitium fluviorum.*

216. *Taurica*, quia Diana in Taurica Chersoneso (nunc *la Crimea*) colebatur, cui Tauri, populi Scythiæ Europææ, hospites suos immolabant. Ovidius l. iv Trist., eleg. 4, vers. 63, *Nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira Cæde pharetratæ pascitur ara deæ.* Juvenalis sat. 15, vers. 114, *Mæotide Sævior ara Ægyptus: quippe illa nefandi Taurica sacri Inventrix homines (ut jam quæ carmina tradunt Digna fide credas) tantum immolat.* Scite etiam virginis mentio facta. Athanasius Contra gentes num. 25, *Scythæ enim, qui Taurici dicuntur, virgini suæ sic appellatæ (Dianæ) naufragos, et quoscunque ex Græcis ceperunt pro hostiis jugulant.* Per Colchos, qua regio Colehorum patet. Colchis *Mengrelia* nunc dicta inter Pontum Euxinum ad occidentem, et Iberiam ad orientem. Olim omnes qui littora Ponti Euxini incolebant hospites immolabant, atque idcirco ab antiquis Pontus *AXENUS*, inhospitalis, dictus fuit postea *Euxinus* sive hospitalis. Crudelitas vero aræ Dianæ in Taurica Chersoneso comprehendebat etiam Colchos. Thoas enim rex fuit Tauricæ Chersonesi, cui Colchi subjecti erant. Ovidius l. iii Ex Ponte eleg. 2, vers. 59, *Regna Thoas habuit Mæotide cla-*

Petrus apostolico digne subnixus honore, A
Discipulus Domini, crucis almæ signifer et
[dux
Gentibus innumeris positus sub lege fideli,
220 **316** Retia post pelagi vilissimâ piscis
[aquosi
Præco Dei solers, et veri dogmatis index,
Janitor æthereus, vel primus in orbe sa
[cerdos,

Temporibus nostris Christo regnante tonan-
[ter,
317 Quanta, docens populos, turbis miracula
[fecit,
225 Impendens Asiæ nulla mercede salutem,
Europæque simul nixus virtute magistri?
Et ne Roma diu nesciret munera Christi,
Hanc, Paulo comitante, petit, pia jussa sequendo.
Exorans precibus Magum per celsa volantem

SCRIPTURA COD. VAT.

221. *Prego Dei.*223. *Nostris; ad marg. placidis.*228. *Jussa secundo.*229. *Exorat precibus magnum per.*

NOTÆ.

rus in ora, *Nec fuit Euxinis notior alter aquis.* Hygi-
nus, fabul. 261, narrat Orestem cum Pylade Col-
chos petiisse, ac captum ut Dianæ Tauricæ immo-
laretur, occiso Thoante, simulacrum Deæ sustulisse.

217. Petrus cæteris apostolis præfertur, ejusque
principatus clare astruitur. *Crucis almæ signifer, dux
gentibus innumeris positus sub lege fideli, præco dei
solers, veri dogmatis index, janitor æthereus, primus
in orbe sacerdos, Domini vices agens.*

219. Potestas regendi omnem Ecclesiam, Petro,
ejusque successoribus concessa, his verbis clare
exprimitur. Cum enim necessario agnoscendus sit
dux aliquis in terris, gentibus innumeris, scilicet
universæ Ecclesiæ positus ad fidei depositum custo-
diendum, quisnam alius hic dux esse potest, nisi
Petrus ejusque successor Romanus pontifex? Hoc
antiquitatis testimonium pro cathedra Petri et per-
petuæ Hispanorum erga sedem apostolicam Roma-
nam venerationis argumentum, denuo prolatum e
tenebris, libenti animo innumeris aliis adjungimus,
parvam scilicet guttam Oceano, sed nonnullius tam-
en pretii additamentum, neque prorsus indignum, C
quod honori, meritis, incomparabili virtuti, immor-
tali nomini SS. D. N. PII VI Domini vices agentis
consecremus.

220. Post vilissima retia aquosi piscis pelagi.
Virgilius libr. iv Georg., v. 235, de Pleiade: *Aut
eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi Tristior hibernas
cælo descendit in undas.* A Dracontio piscis aquosus
dicitur, quia extra aquas vivere nequit.

221. Tertullianus de Judic. Dom., *Præconesque
Dei (horrendum) sæpe fugastis.* Noe præco justitiæ
appellatur a S. Petro Ep. II, c. II, vers. 5, *Veri dog-
mat s index* elogium magis peculiare Petri est, ut
vers. 159, *Sol luminis index.* Vide notam ad I. I,
vers. 114.

222. Hilarius Comment. in cap. xvi Matth.,
num. 7: *O beatus cæli janitor, cujus arbitrio claves
æterni aditus traduntur.* In hymno SS. apostolorum
Petri et Pauli ad vesp., qui Elpidi uxori Boethii
tribuitur: *Mundi magister, atque cæli janitor.* Alcu-
nus carm. 81, *Piscator quondam, cæli nunc janitor
almus.* Victorinus de Jesu Christo Deo et homine:
*Petro sublime locutus: Claves sume poli, cujus tu
janitor esto.* Strabo Carmine de S. Petro: *Janitor
æthereæ recludens gemina vitæ.* Editor notat mendum
esse in *gemina.* Corrigam *limina.* Eadem ratione
claviger dicitur Petrus in hymno laudum omnium
sanctorum: *Summique cæli claviger.* Apud ethnicos
cæli janitor erat Janus.

225. Inepte in ms. aliquis emendabat *Temporibus
placidis.* Probum est *Temporibus nostris,* nempe
temporibus nostræ Christianæ religionis. Hactenus
exempla credentium ex Veteri Testamento Dracon-
tius posuit, nunc ex historia ecclesiastica Petrum
principem apostolorum miracula ex fiducia in Deum
operantem proponit. In Missali Mozarabico missa
celebratur de S. Martino, in cujus Oratione post
nomina sic legimus: *Hunc etiam virum quem celicolis*

ammirandum martyribus adgregatum etatis nostre
tempora protulerunt: *jubeas auxilium nostris ferre
temporibus.* Lesleus in elegantibus doctisque notis;
Hinc patet, ait, quam vetustus fuerit in Hispania
cultus S. Martini, et quam vetusta sit hæc missa. Sed
ut facile credam, vetustum esse in Hispania cultum
S. Martini, et vetustam missam, ita minime credo,
hanc orationem scriptam fuisse ea ætate, aut sæculo,
quo Martinus obiit. Nam *ætas nostra, tempora nostra*
opponuntur antiquioribus temporibus, quibus multo-
rum sanguine martyrum Ecclesia nobilitabatur: quo
sensu etiam post unum et alterum sæculum apposite
ea oratio conscribi et recitari potuit, qua tempora
pacis Ecclesiæ *tempora nostra* dicuntur, nisi etiam
in hac oratione *tempora nostra* de temporibus reli-
gionis Christianæ malis accipere. In Dracontio expli-
catio patet ex sequentibus verbis, *Christo regnante
tonanter:* retineri enim potest *tonanter,* cum simi-
libus adverbis alibi utatur Dracontius, ut dixi pro-
legom. num. 135. Non tamen ægre feram, si legas
tonante.

226. *Simul pro similiter* novum non est. Cicero Verr.
2, al. act. I, c. 4: *Cujus prætura urbana ædium sacra-
rum fuit, publicorumque operum depopulatio: simul in
jure dicundo bonorum, possessionumque contra omnium
instituta additio et condonatio.* Petrus nixus virtute
magistri ex Act. apost. c. 5 v. 12 et seqq. *Aut nos
quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fece-
rimus hunc ambulare?* etc.

228. *Paulo comitante,* non quod Romam eodem
tempore Petrus et Paulus advenerint, sed quia simul
in hac urbe commorati fuerunt, cum Petrus longe
ante Paulum venisset.

229. Primam in *magus* antiquiores corripuerunt.
Nihilominus restituo *Magum,* quod tanquam nomen
proprium Simoni attributum libere a Dracontio, et
more suo producta prima effertur. Accedit exemplum
Sedulii in dedicatione ad Theodosium Augustum, *In-
sidias regis, Magorum præmia doctos Discipulos.* Qui
versus auctoris veteris certe sunt, sed multi negant
Sedulii esse. Quod attinet ad historiam Simonis Magi
a Dracontio descriptam, ea quidem vulgo satis nota
est et ab idoneis auctoribus olim tradita: Arnobio
lib. II contra Gentes, Constitutionum apostolicarum
scriptore, Lucifero Calaritano aliisque legatis Libe-
rii pontificis ad Eusebium Vercellensem scribentibus,
Cyrillo Hierosolymitano catechesi 6 Illuminatorum,
Eusebio lib. II Hist. eccles. c. 12, Epiphano hæresi 24,
Augustino lib. de Hæres., Theodoro lib. I Hæretic.
fabul. cap. 1, Maximo Taurinensi serm. 5, olim S.
Ambrosio ascripto, Dungalo in fine Responsion., Isi-
doris, Hispalensi, et Pelusiota, Sulpicio Severo, Basi-
lio Seleuciensi, Philastrio, Paciano, Petro Chrysolo-
go, innumerisque aliis Christianis, ut ethnicos præ-
teream Suetonium et Dionem, qui non quidem aperte,
sed aliquo tamen modo idem factum innuunt. Non
omittam commune totius Ecclesiæ Gothicæ suffra-
gium, quæ in festo SS. apostolorum Petri et Pauli
hanc historiam commemorabat, ut legitur in Missali

250 **318** Simona mendacem sternit, spectante Ne- A
[rone. 255
Ficta Dei proles nimia est collapsa ruina.
329 Sic imitatore sed non imitabilis ignis,
Fulmina mentitum, perculsum fulmine vero

Sacrilegum cecidisse ferunt Salmonea regem.
255 Ecce, quid alma fides exegit ab arce Tonantis,
Ut vitas, mortesque daret sermone fideli.
Mors cita, vita redux, verbo mandante, recurrit.
Naturæ famulatus adest servire paratus,

SCRIPTURA COD. VAT.

232. Sic imitarem sea non.

233. P. culmine vero.

234. Salmonia regna.

235. Quid, vel quod.

238. N. famulatur adest.

NOTÆ.

Isidoriano post Sanctus : *Christe Fili Dei, qui nebula magice artis in Symonis præsumptione prestigia apostolice concertationis veritate prodita destruxisti. Quem frustra celorum ascensum aeris mollitionibus appetentem decepta demonum inlusionem jactantia altius extulit gravius elidendum*, etc. Eidem sententiæ confirmandæ accedat nunc Dracontius. Verum opiniones quædam historicæ, ut satis per se liquet, sua sidera habent sua tempora. Doctrinæ nunc exquisitum genus viget multa, olim stabilita, negandi, plura in dubium revocandi. Ac mecum sæpe quærere soleo quid causæ sit cur nunc historiæ quædam tanquam aperte falsæ rejiciantur, quæ olim a majoribus nostris pro certis habebantur. An novæ aliquæ rationes inventæ sunt, quæ eos latuerint? Nullæ omnino in plerisque hujusmodi rebus. An acutius nos videmus? Vellem, id ita esset, nisi eo jam impiorum quorundam hominum audacia processisset, ut sacrosancta omni religionis christianæ dogmata licenter convellere conentur. Sed, ut ad Simonem Magum redeam, ejus volatum et casum nuper adversus criticas recentium quorundam observationes Cajetanus Golt brevi sed docta diatriba asseruit, quæ in Diario ecclesiastico Romano anni 1787, num. 4 et 48, tota neque immerito inserta est. Hoc eodem in argumento erudite etiam versatus est, et Cotelierium nervose refutavit Lesleus in notis ad Missale Mixtum, sive Isidorianum pag. 578 et seq. Vide etiam Fogginium de Itin. rom. S. Petri, et Philippum Laurentium Dionysium sacr. basil. Vatic. Monum. pag. 198.

230. Sedulius lib. III, al. I. IV, vers. 115, eadem quantitate *Simonis* nomen protulit: *Stagna petit parvæ sedens in Simonis alno*. Alii primam et secundam corripunt, alii utramque producunt. Petrus Aurorarius in libris Machabæorum cum Dracontio et Sedulio facit: *Simonis ut natos perimat cum patre, laborat*. Ex ms. Vat. id profero. In codice Dracontii scribitur *Symona*, ut in Missali Isidoriano.

231. Simon Magus Samaritæ gentem magicis artibus et præstigiis adeo illuserat, ut pro virtute Dei haberetur. Act. apost. cap. VIII, vers. 10: *Cui auscultabant omnes a minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magis suis dementasset eos*. Deinde vero sacro baptismate suscepto cum potestatem conferendi Spiritum sanctum pecunia emere voluisset, repulsamque tulisset ab apostolo Petro, multis Orientis provinciis peragratis, Romam venit, ubi se Christum esse comminisceretur, et ad Deum, quem patrem suum jactabat, se evolaturum palam edicebat. Exstant adhuc ex quodam ejus libro verba apud S. Hieronymum in Matth. XXIV, quibus de se dicebat: Ego sum sermo Dei, ego sum speciosus, ego paracletus, ego omnia Dei. His de causis a Dracontio appellatur *ficta Dei proles*. An autem a Romanis pro deo unquam habitus fuerit, nondum liquet. Ex S. Justino multi referunt, jussu senatus honori Simonis Magi statuam in insula Tiberina erectam fuisse hac adjecta inscriptione: *SIMONI DEO SANCTO*, sive *SIMONI SANCTO ET DEO*. Justinum deceptum fuisse ex aliqua statua et inscriptione quæ Semoni Sanco Deo Fidio posita fuerit, simile vero non videtur: sed multi tamen viri critici verissimum

id esse arbitrantur. Huic controversiæ causam potissimum dedit lapis ad Tiberis ripam sæculo XVI effossus cum hac epigraphe, quam ex epistola Julii Jacobonii ad Muretum anno 1574 data subjicio:

SEMONI
SANCO
DEO . FIDIO
SACRUM
SEXTVS . POMPEIVS . S. P. F.
COL . MVSSIANVS
QVINQVENNALIS
DECVR
BIDENTALIS
DONVM . DEDIT.

Repertus fuerat lapis paulo ante quam Jacobonius litteras ad Muretum daret. Hanc inscriptionem non Simonem Mago, sed Semoni Sanco, seu Sango deo Sabino positam fuisse, nunc omnes consentiunt; sed tum cum effossus est lapis, multi secus sentiebant. « Vix me heri vespere (inquit Jacobonius) a quorundam hominum conventu honeste dissolvi, quibus obfirmato animo asseverantibus, lapidem nuper ad Tiberis ripam effossum, Semoni Sanco Deo Fidio inscriptum, Simonem illum Magum designare, cum omnino ipse adversarer, ludibrio omnibus ac despectui esse cœpi. Cumque de quodam Fidio Sango vel Sanco legisse me aliquando affirmarem, Semonesque terrenos deos antiquitus fuisse appellatos, tum magis a quibusdam irridebar, qui Sancum Sabina lingua Magum Semonemque, quam Simonem Hebraice dici malebant. » Sententiam Jacobonii multis confirmavit Muretus. Revera præter scriptores veteres, apud quos mentio Semonis Sanci sæpe occurrit, nonnulli sunt lapides eidem inscripti apud Gruterum et alios; sed nonnunquam legitur *Sancto* pro *Sanco*, et *Semopatri* aut *Semipatri* pro *Semoni*. Nihilominus statuam quam Simonem Mago dedicatam se vidisse Romæ testatur Justinus, nunquam existisse affirmare non auisim. Justinus auctoritatem tuentur Calmetus in dissert. de Simone Mago, Fogginius de Roman. S. Petri Itin., Travasa, Grotius, Mazochius, alii.

232. Contrahit narrationem Virgilii l. VI, vers. 585: *Vidi et crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammam Jovis, et sonitus imitatur Olympi. Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans Per Graium populos, medicæque per Elidis urbem Ibat, ovans, divumque sibi poscebat honorem. Demens, qui nimbos, et non imitabile fulmen Ære, et cornipedum cursu simularat equorum. At pater omnipotens densa inter nubila telum contorsit (non ille faces, nec fumea lædis Lumina) præcipitemque immani turbine adegit*. Vide Claudianum in fin. l. II contra Rufinum.

236. *Vitas* ex versu 225 et seq., et libr. II, vers. 756 et seqq., ubi Tabithæ e mortuis resurrectio describitur. *Mortes* Simonis Magi, Ananiæ et Saphiræ Act. apost. cap. V.

238. *Lego Naturæ famulatus*. Cicero l. III Offic., cap. 33, *Quam miser virtutis famulatus servientis voluptati! Famulatus et paratus sibi consonant, ut in versibus Leoninis, quod in multis versibus optimorum poetarum casu aliquando factum occurrit. Figurata vero ponitur. Naturæ famulatus pro natura famulans Possent etiam legi servire paratæ.*

320 Obsequitur, Dominique vices cognoscit A
[agentem.
240 Exigit hoc simplex spes, vox pia, vota fidelis.
Omnia nam constat precibus cito posse mereri,
Vivere quos libuit sub tali tramite vitæ.
Quod si cuncta velim miracula currere solers,
Non mihi sufficient mortalis tempora vitæ,
245 Multa licet maneant sub quovis limite longo.
Sed ne forte legat hæc carmina nostra profanus,
Quem lateat lex sancta Dei, nec credulus ex-
[stet,
Impendat quid pura fides, præsumptio simplex ;

Nec tamen æternum modico pro tempore quærat,
250 **321** Et neget, Abraham tantum fecisse bea-
[tum,
Vel quoscunque docet sancta Scriptura fideles :
Historias currant Danaum, gentisque Quirinæ.
Qua pro laude sua, vel qua pro regno alieno,
Mentibus infectis animosæ cladis amore,
255 Ausi omnes scelerare manus de morte suo-
[rum,
Aut certe de strage sua. Menecea Creontis
322 Status ostendit, qui fuso sponte cruore,
Ut pater orbatus furiarum regna teneret,

SCRIPTURA COD. VAT.

240. Hoc semper spes sors pia.
241. Prius in codice, Vivere quos, postea Omnia nam.
245. Qui si cuncta.
245. M. sub quo vis milite longo : prius erat longo.

249. Dubium præ an pro ; obscurum etiam quærat.
253. Quid pro l. s. v. quid.
255. Aut si omnes.
257. Ambiguit quia pro qui.

NOTÆ.

240. Sic ex conjectura. *Simplex spes*, ut vers. 248, *Præsumptio simplex*. Vide notam ad vers. 625 libr. II. Non deerit tamen, cui magis arrideat scriptura codicis *Exigit hoc semper spes*. Pro *vota fidelis* recte aliquis coniecit *vita fide'is*, hoc est ad Christianam fidem exacta. Non male. *Sors pia* sustineri posset ex nota ad vers. 212. Pro *vota fidelis* non male esset *sermo fidelis*, ut vers. 236. *Suspicebar bucca fidelis*. Martialis l. I, epigr. 42. *Bucca loquax* dixit : et undenam Itali Hispanique *bocca*, et *boca* dicunt os, nisi a *bucca*? *Exigit* est perficit, ut vers. 211, *Exegit virtutis opus*. Horatius l. III, od. ult., v. 1, *Exegi monumentum ære perennius*. Quanquam hoc versu *exigit* potius ponitur pro obtinet reposcendõ et exigendo, ut vers. 235, *Ecce, quid alma fides exegit ab arce Tonnantia*.

241. Vide notam ad vers. 720 l. II.

242. Libr. I, vers. 12, *Pro certo tramite vitæ*. Trajectio horum versuum visa fuit necessaria : nisi legas *vota fidelis*. *Vivere quem libuit sub tali tramite vitæ*. *Omnia nam constat precibus cito posse mereri* : passive mereri.

245. *Currere* pro *percurrere*, ut vers. 252, *Historias currant Danaum*. Dixi de hoc usu verbi *curro* ad Prudent. hymn. 12 Perist., vers. 52, *Currere stadium, mare curritur* apud antiquiores invenitur.

247. *Nec credulus existet*, nec credat. *Existet* pro *sit*. Vide notam ad v. 731 l. II.

248. *Impendat*, conferat, ut libr. I, vers. 744 et vers. 550 hujus libri, *Exhibet, impendit, præbet*. Hoc autem loco pro *insumat*, *ponat*, *laboret* poterit accipi : sed prima significatio confirmatur ex Eleg. vers. 165 et 191. *Præsumptio simplex* quid sit, explicui ad vers. 625 l. II.

249. *Nec tamen quærat profanus* : vel corrige *Et tamen*, nempe pura fides æternum modico pro tempore quærit. *Modico* pro *exiguo*, ut alibi dictum. Ep. II ad Cor., c. IV, vers. 17 : *Id enim, quod in præsentia est molen meum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*.

250. *Tantum fecisse*. Cicero Verr. IV, al. lib. II, cap. 54 : *Ne miremini qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit*.

252. *Quirinus* nomen Romuli non ignotum. Illud dubium an pro Romano adjective dici possit : nam in Horatio quidem, Propertio et Ovidio adjective invenitur, sed mutant nonnulli, et legunt *Quirini* in genitivo. Hic Dracontii locus confirmat, adjective poni posse *Quirinus*. Si repugnes, eadem facilitate qua in aliis hic quoque emendabis *gentisque Quirini*. Conjectura non mala est *currat*, scilicet profanus

Sed defendi potest *currant*, quasi ex uno ad omnes profanos oratio convertatur.

253. Secundum *quid* obscurum est in nexu litterarum. Putabam *Quid pro laude sua, vel quid pro regno alieno Mentibus infectis animosæ cladis amore*. Nempe *quid fecerunt?* Aut ita, ut periodus continuaretur usque ad *ausi?* cum interrogatione, cui responderent sequentia *Omnes scelerare*, etc., videlicet *Quid ausi?* aut *Quid ausi omnes?* *Scelerare manus*, etc. Præfero scripturam quam edidi ex conjectura. *Qua, qua* geminatum significat *partim, partim*, vel *cum, tum*. Infinita sunt exempla. Plautus Trin. IV, 3, 35 : *Leges mori serviunt, mores autem rapere properant qua sacrum, qua publicum*. Livius lib. II, cap. 35. *Usique sunt qua suis quisque, qua totius ordinis viribus*. Legerem etiam libenter *Qui pro laude sua, vel qui pro regno alieno*, scilicet alii pro laude sua, alii pro regno alieno. Nam idiotismus linguæ Italicæ et Hispanicæ similis est *Chi, chi, Quien, y quien, Alius, alius*; qui idiotismus ex phrasi Latina ortus videtur. *Qui, et qui*, quæ sequiori ævo invaluerit. Dracontium vero scripsisse *qui, vel qui*, inde etiam suadet quod Virgilium lib. VI imitatur, ubi crimina damnatorum recensens ait vers. 621 : *Vendidit hic auro patriam.... hic thalamum invasit natæ*, et postea subjungit, *Ausi omnes immane nefas*, ut Dracontius vers. 255, *Ausi omnes scelerare manus*, etc.

254. *Mentibus infectis amore*, corruptis, et quasi veneno imbutis.

255. *Suorum* sine alio nomine Cicero ad Attic. lib. XIV, epist. 12, *Octavius, quem quidem sui Cæsarem salutabant, Philippus non*. Dracontius suos consanguineos maxime intelligit, ut ex allatis exemplis colligitur. Infra vers. 327, *Oratricesque suorum*. Hæc significatione Livius lib. I, cap. 58 : *Lucretiam sedentem mæstam in cubiculo inveniunt : adventu suorum lacrymæ abortæ*.

256. *Certe* videtur poni pro *etiam*, imo, ut ex vers. 262 colligitur. Status, aliique scribunt *Menecea* prima correpta; secunda producta, tertia et quarta correptis lib. X, vers. 611, *Sentitque Menecea posci*. Dracontius licentia in his nominibus propriis sibi familiari utitur. Meneceus, Creontis Thebanorum regis filius, cum oraculum editum fuisset, *Cadât generis quicumque novissimus existat Viperei : datur hoc tantum victoria pacto*, se gladio percussit, et de muris urbis præcipitem dedit. Rem narrat Status lib. X.

258. Creon ad Meneceum : *Ne perge meos orbare penates*. Status loc. cit. *Furiarum regna*, quia Creon frater Jocastæ erat, socer Oedipi, et hujus regni hæres fuit, ut paulo post narratur.

Thebanos proprio perfudit sanguine muros. A
 260 Si consanguineos scelus est jugulare propin-
 [quos,
 Est furiale nefas in se convertere ferrum.
 Hoc facinus nec nomen habet, sed nemo pro-
 [fecto
 Miretur hominum tam sæva piacula gentis.
 Non aliter potuit sceptrum transire profanum
 265 Ad successores, quod gesserat OEdipus un-
 [quam.
 Jam ferus ipse Creon Iocastæ proximus hæres,
 323 Et germanus erat : quasi lex est ipsius
 [aulæ
 Criminibus, lacrymisque ducum sua regna di-
 [care.

Codrus Apollinæ tripodis responsa requi-
 [rit :
 270 Accipit infelix, alieni causa triumphæ ;
 Vestibus indutus famuli petit arma tyranni,
 Nam cui bella negant, fecerunt iurgia mortem :
 In dubiis mors est inopem simulare tyranno.
 AUSA LEONIDÆ, nocturnaque bella legantur.
 275 324 Castra inimica petens invasit nocte si-
 [lenti,
 Et fuit una cohors tantum munita tenebris.
 Nox erat umbo viris, manus hæc confusa pe-
 [riculis,
 Spe mortis præsumpta suæ; qui luce repulsa
 Millenos petiere viros spernendo salutem.
 280 Invadunt populos, obscura strage cruentant,

SCRIPTURA COD. VAT.

259. S. mures.

260. Vulgare pro jugulare.

261. Et f. nefas visæ c. f.

265. Gesserat hidipus u.

268. Ambiguum dicari, an dicare sit scriptum.

B 269. Responsa rescivit.

271. Famuli post arma.

272. Fecerunt viria mortem.

278. Dubium qui, an quæ, an aliud sit legendum.

NOTÆ.

259. Statius loc. cit. *Sanguine tunc spargit turre,*
et mœnia lustrat.

262. L. b. II, vers. 558, de Juda : *Sed memor in-*
fandæ tamen et sine nomine culpæ. Martialis furorem
 crimen hoc vocavit lib. II, epigr. 80, *Hostem cum fu-*
geret, se Fannius ipse peremit. Hic, rogo, non furor
est, ne moriari, mori? Seneca epist. 58, Sic mori,
vinci est. Constantiam non nemo desiderat in Seneca,
 quod nihilominus Catonem, qui seipsum occiderit,
 ne in manus Cæsaris deveniret, laudaverit. Sed for-
 tasse Seneca in diversa causa se occidendi discrimen
 aliquod reponeret. A Dracontio gravitas crimi-
 nis denotatur, quod nomine caret, quasi infandum, C
 et quia raro committitur. At nostra ætate hoc faci-
 nus et *suicidii* nomen habet, et frequentissimum est;
 nec defuerunt impii, et amentes homines, qui tam
 immane nefas laudibus fuerint persecuti.

265. *Sæva piacula*, ut lib. I, vers. 559; lib. II,
 vers. 401. *Hominum* magis referendum est ad nemo
 quam ad *gentis*. Nemo hominum tam sæva piacula
 ejus gentis miretur.

265. OEdipus, filius Laii Thebanorum regis, et
 Jocastæ. Ignarus patrem interfecit, et matrem in ma-
 trimonium duxit; inde oculos sibi eruit, exsulque
 voluntarius Athenas concessit.

266. *Iocastæ* quadrisyllabum est. Hæc propter ne-
 fas, et quia Eteocles et Polyneices, ejus ex OEdipo fi-
 lii, mutuis se vulneribus consecerant, manus sibi
 intulit. Creon regnum, post Laii obitum a se occu-
 patum, OEdipo, quod Sphingis ænigma solverat, si-
 mulque Jocastam in matrimonium tradiderat. Occisa
 Jocasta, tanquam hujus hæres successit Creon. Con-
 ferendus est cum aliis Hyginus fab. 66 et 67, nam
 implicata est apud veteres scriptores tota hæc nar-
 ratio sive fabula.

269. Pro *rescivit* lego *requirit*, seu *petivit*. Horatius
 lib. III, od. 19, vers. 2 : *Codrus, pro patria non ti-*
midus mori. Justinus lib. II, cap. 6 : *Atheniensium*
eo tempore rex Codrus erat, qui et responso Dei et
præceptis hostium cognitis, permutato regis habitu pan-
nosus, sarmenta collo gerens, castra hostium ingredi-
tur. Ibi in turba obsistentium a milite, quem falce astu
vulneraverat, interficitur. Cognito regis corpore, Do-
rienses sine prælio discedunt. Adde Valer. Maximum,
 lib. V, cap. 6 Alii Thraces, alii Laconas pro Doriensibus scribunt.

270. Poterit etiam interpungi *Accipit : infelix,*
alieni causa triumphæ. Nominativus appositus est cau-

sa. Vide vers. 507 similem nominativum.

272. Forte *Et cui*, vel *Tum cui*. In *viria* lego *jurgia*
 ex Virgilio eclog. 5, vers. 11, *Aut Alconis habes lau-*
des, aut jurgia Codri. Sic enim plerique Virgilium
 exponunt de rege Atheniensium : quanquam fortasse
 nomen pastoris Codrus apud eum est.

273. Forte *Indubia mors est*, aut *Indubie mors est*.
 Sententia est inopiam simulatam mortem attulisse,
 nisi malis explicare, inopiam regibus pro morte esse,
 vel mortem afferre.

274. Prælium Leonidæ ad Thermopylas contra
 Xerxis exercitum ab aliis alio modo narratur. Dra-
 contius Diodorum Siculum lib. XI Histor. secutus
 ducem videtur qui refert universos Lacedæmonios,
 qui duce Leonida ad Thermopylas pugnarunt et oc-
 cubuerunt, numerum quingentorum non superasse.
 Tum addit : *Hi imperio obsequentes conferto sub no-*
ctem agmine in castra Persarum irrumpunt. Barbari,
quibus improvisum hoc et repentinum, magno cum tu-
multu ac sine ordine e tabernaculis concursant, et
quia copias Trachinio adjunctas perisse, omnesque
Græcorum exercitus sibi incumbere opinantur, con-
sternati trepidant. Magna igitur a Leonidanis Persa-
rum strages edita, majorque ab ipsis inter sese Persis,
dum hostem ab amico non dignoscunt. Nam quia nulla
per noctem veri cognitio, et pavor totis inalescebat
castris, non mirum, sædam tunc hostium cædem fuisse
commissam. Mutuis enim cædibus grassantur, nec illa
rerum conditio certi quid explorari sinit : propterea
quod nec ducis imperium, nec tesserae inquisitio, nec
certus animorum status esset. Herodotus die prælium
commissum tradit. Justinus lib. II narrat prælium
a principio noctis in majorem diei partem tractum.

278. Justinus loc. cit., *Ut qui sciant se pugnare*
non spe victoriae, sed in mortis ultionem. Præsumpta
pro præsumens, ut vers. 728 lib. II. Verba hæc qui
luce repulsa vix ullum idoneum sensum habere pos-
sunt, nisi intelligamus, Spartanos post solis occa-
sum prælium aggressos. Eodem modo legi poterit
quæ (cohors), luce repulsa, etc.

279. *Millenos* indefinite positum pro multis milli-
 bus virorum.

280. *Populos*, quia ex innumerabilibus gentibus
 Xerxis exercitus constabat. Justinus refert, Xerxem
 septingenta millia de regno armasse et trecenta mil-
 lia de auxiliis. Diodorus lib. XI refert hunc titulum
 Lacedæmoniiis qui ad Thermopylas occubuerunt in-
 scriptum; *Myriades quondam repulere hic Marte du-*

Dum nescit quem quisque ferit, cui quisque A
[repugnat,
Obtruncat socium, carum prosternit amicum,
Amputat ignarus fratrem, jugulatque propin-
[quum.

Dum pater obscura defensus nocte putatur,
285 Sic ibi procubuit nati pietate peremptus.

Viveret, et vitam longo produceret ævo,
Ni sobolem genitor nimix pietatis haberet :

325 Fœdere namque reus punitur crimine
[sancto.

SCRIPTURA COD. VAT.

281. *Dum nescit quæcunque ferit quicunque repugnat* : obscure quicunque.

285. *Fratrem jugulatque p.*

284. *O. defensi n. p.*

285. *Sic ubi procubuit.*

Nec reor, esse nefas Persis occidere patres,
290 Quos sua jura probant thalamis asciscere ma-
[tres.

Ara Philenorum Libycas possedit arenas.

326 Portio telluris fratrum concessa furori,
Solis adusta rotis, nigris infecta venenis,
Ignibus æthereis, gelidis obsessa cerastis,

295 Inter serpentum glaciés, atque aeris æstus
Ignorat mutare vices per tempora tellus,
Puniceum retinens ingenti sole ruborem.

287. *Hi sobolem, in nexu litterarum haberet.*

288. *Fœdera : nam rerum punitur crimine sancto.*

292. *Portio telluris concessa . . . desiderantur ex-*

B trema verba.

NOTÆ.

centas Mille quater Pelopis de regione viri. Omnes demum eodem loco post immensam illam Persarum stragem cecidisse, in alio elogio sepulchrali apud eundem Diodorum innuitur lib. cit. *Dic, hospes, Spartæ, quod nostra hic ossa quiescunt, Dum patriæ leges fortiter exsequimur.*

281. Ex Diodori verbis ad vers. 274 ascriptis facile hæc intelliguntur.

284. Non invenio apud hujus belli historicos peculiare aliquod factum, quo pater a filio extinctus dicatur. Dracontius, ut opinor, ex verisimili narrat in ea rerum perturbatione, qualem Diodori verbis ad vers. 274 descripsimus, patrem aliquem a filio fortiter et pie, quippe pro patria, pugnante, imprudenter occisum; sed obscura mihi adhuc est hæc narratio, præsertim cum corruptus sit versus 288.

286. Similia verba lib. II, vers. 759.

287. Supra vers. 99 de Abraham filium immolatur: *Aptavitque neci nimia pietate cruentus.*

288. Quid Dracontii manu scriptum fuerit non assequor: et tamen scribo *Fœdere namque reus*, scilicet pater, qui in eadem causa erat in qua filius, adeoque fœdere hoc reus, ut filius est parricidio reus, punitur crimine sancto, nempe crimine quod cum nimia pietate erat conjunctum. Vide I. II vers. 469, *Facinus quos inquinat, urget.* Prudentius in Hamartigenia de vipera quæ a catulis, intra uterum perumpentibus latera, occiditur, ait vers. 597, *Æstuat interno pietatis crimine mater*, quia pietas est, quod fetus patrem, in coitu a matre peremptum, ulciscitur, crimen vero, quod matrem occidit. Eodem sensu Dracontius, *Punitur crimine sancto.*

289. Ex historia Persarum id petitur. Herodotus lib. I, cap. 157: *Suum autem patrem, aut matrem aiunt neminem unquam occidisse: verum quotquot horum forte acciderunt, omni necessitate excussa, hos tandem deprehensos tradunt aut subdititios, aut spurios. Quippe verisimile nequaquam videri aiunt, ut is qui verus parens sit a proprio filio interimatur:* Vide Barnabam Brissonium lib. II de Regno Persarum, pag. 197, qui accurate de his agit.

290. Brissonius loc. cit., pag. 213, probat jus fuisse apud Persas matres in matrimonium sibi asciscere ex Philone in lib. de Special. Leg., Tertulliano Apologet., Minucio, Catullo, Diogene Laertio, Strabone. Pura addunt Wowerus et Elmenhorstius ad Minucium: *Jus est apud Persas misceri cum matribus.* Incestas hujusmodi nuptias Alexandrum, Dario victo, inhibuisse, auctor est Plutarchus in lib. de ejus Fortuna. Sed Theodoretus, Contra Græcos orat. 9 de legibus, affirmat connubia matrum, sororum, filiarum, quæ apud Persas ex Zaradæ instituto permittebantur, audita, et accepta religione Christiana, abolita fuisse. c Persicæ, inquit, nationes, quæ jam pridem Zaradæ legibus utebantur, matrum, sororum,

filiarum connubiis susque deque commixtæ, remque justissimam arbitrantes id quod erat facinus injustissimum, audita piscatorum lege, atque accepta, Zaradæ leges ut iniquitatem maximam conculcarunt, evangelicamque temperantiam protinus amplexæ sunt. Fortasse Alexander inhibuit ejusmodi incesta matrimonia, et post Alexandrum Persæ veterem morem renovarunt. Eusebius lib. VI, c. 8, Præpar. evang., addit eos, etiamsi e Perside exierint, hanc consuetudinem incestorum connubiorum retinere.

291. Alii *Phyleni* scribunt, alii *Philæni*; alii, ut in codice Vat., *Phileni*. Historia multorum litteris consignata est. Valerius Maximus lib. V, cap. 6: *Cum inter Carthaginem et Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit utrinque, eodem tempore juvenes mitti, et locum in quem ii convenissent, finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum Carthaginensium duo fratres nomine Phileni perfidia præcurrere, citra constitutam horam maturato gressu in longius promotis terminis. Quod cum intellexissent Cyrenensium juvenes, diu de fallacia eorum questi, postremo acerbitate conditionis injuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque, sic eum finem ratum fore, si Phileni vivos se ibi obrui passi essent; sed consilio eventus non respondit: illi enim, nulla interposita mora, corpora sua his terra operienda tradiderunt. Hæc fere eadem Sallustius de Bello Jugurth., qui addit: *Carthaginenses in eo loco Philenis fratribus aras consecraverunt.* Nomen loco hæsit *Ara Philenorum*: de quo videndus Mela lib. I, cap. 3, de Africa Minori. Intelligitur ergo quid velit Dracontius. Phileni fratres, eo facto quo aras de suo nomine dictas promeruerunt, Libycas arenas Carthaginensibus possidendas consecuti sunt.*

293. Sallustius loc. cit., *Ager in medio arenosus erat, una specie: neque flumen, neque mons erat qui fines eorum discerneret.* Pro hoc agio pugnatum est.

294. Opponit ignes æthereos gelidis cerastis: quod repetit vers. seq. Isidorus I. XII Orig., cap. 4: *Omne autem venenum frigidum est, et ideo anima quæ ignea est, fugit venenum frigidum.* Hinc *frigidus anguis, gelidum venenum*, et similia. Lucanus lib. IX, v. 716, de aspide: *Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem;* et v. 864, de serpentibus in genere: *Calidæque vapore Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes.*

296. Lucanus lib. IX de Libyâ, v. 455. *Tem eries vitalis abest . . . et immotis annum non sentit arenis.* Inter humanæ vitæ commoda ponitur *mutare vices.* Alcimus initio I. 1, *Temporibus sortita vices.* Auctor carminis de Laudibus Domini sub Constantino: *Et vice jucunda mortalibus addere fructum.* Confer eleg. vers. 247, *Alternant elementa vices, et tempora mutant.* Lib. II, vers. 54, alia significatione dictum, *Ac mutant elementa vices, nempe invertant.*

297. Fortasse alludit ad nomen *Punicus, Phœni-*

Illic securi spatiantur ubique chelydri,
 Defendit quos flamma nocens, quos terra per-
 [usta
 500 **327** Tot desertorum, quorum sub jure tenen-
 [tur.
 Quid facerent fratres, si florea rura petissent,
 Si tellus fecunda foret nimis ubere glebæ?
 Aut si vipereis non esset noxia tellus
 Flatibus, et nullas mandarent sibila mortes?
 305 Nonne pererrantes issent, qua flammeus axis,
 Extendit qua zona polos rubicunda colore,
 Aut hiemis glacies æterno frigore tristis
328 Semper anhelantis torpet ignara vapo-
 [ris?

A Hæc plaga germanos nunquam prohiberet eun-
 [tes,
 310 Limite sed posito niveas mensura pruinas
 Finderet, et Scythicas retineret tracta palu-
 [des,
 Quæ Romanus amor patres implere coegit,
 Dicere, si valeam, vero sermone probabo.
 Optima nam vindex exempla, ac pessima Bru-
 [tus,
 315 Horror amorque novus, civis pius, impius au-
 [ctor,
 Jure pater patriæ, natis et regibus hostis,
 Atque pudicitia læsæ castissimus ultor

SCRIPTURA COD. VAT.

298. Scribitur *celidri*.
 299. *Nocens quos nulla potestas*.
 300. *Et sibi sertorum quorum*.
 301. *Si florea jura p.*
 302. *Foret minus ubere*.
 305. *Nonne ver exinos i*

B 308. *A. torpens i.*
 314. *Et squaticas r. tacta p.*
 312. *Obscure patres.*
 314. *Bruchus pro Brutus.*
 315. *Honor amorque novus cujus pius impius auctor.*
 317. *Castissimus auctor.*

NOTÆ.

ceus, et *Phœnicus* : nam *Punicus* pro *Puniceo* seu rubicundo reperitur, et *Phœnicus* color non procul abest a puniceo. Nomina vero sunt Carthaginensium *Phœnices*, *Pœni*, *Punici* : INGENITI SOLE, ut Lucanus l. ix, vers. 452, *Sub nimio projecta die, vicina perusti Ætheris exurit messes*. Alii, *sub nimio porrecta die*.

299. Ita emendavi ex conjectura. Posset etiam *nocens, et arena perusta*. Lucanus l. ix, vers. 757, *Famam dipsas habet terris adjuta perustis*; et infra vers. 865, *Tu quisquis Superum commercia nostra perosus, Hinc torrente plaga, dubiis hinc syrtibus orbem Abrumpens, medio posuisti limite mortes, Per secreta tui bellum civite recessus Vadit, et arcani miles tibi conscius orbis Claustra petit mundi*. Ex quo alia conjectura oritur *nocens, terræque recessus, Et desertorum*.

300. *Sub jurē tenerent* dixit Dracontius l. i, vers. 572.

301. Simile illud Lucani libr. i, v. 96, *Nec pretium tanti tellus, pontusque furoris Tunc erat : exiguum dominos commisit asylum*. Virgilius l. iv *Æn.*, vers. 311, *Quid, si non arva aliena, domosque Ignotas peteres?*

302. Lego *nimis pro minus* : nam hæc in mss. sæpe confunduntur. Lucanus vers. 869 libr. ix : *Impatiens me solum cereris, cultore negato, Damnasti*.

304. Lucanus loc. cit., vers. 756, *Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes, Ante venena nocens, scilicet basiliscus*. Dracontius serpentes quaslibet intelligit. Libr. i, vers. 289, de serpente : *Atra venena nocens misera e flatibus oris, Et subito sparsura graves per simla mortes*. Notanda etiam est phrasi *mandarent sibila mortes*, cujus simile exstat exemplum in Juvenali sat. 10, vers. 52 : *Cum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, et Mandare suspendium alicui* in Apuleio libr. ix *Metam.*, vers. fin.

305. Hoc etiam loco scriptura misere depravata multis conjecturis ansam præbet. Sententia est Philenos, si de uberiori terra obtinenda dissensio orta fuisset, libenter peragrâtuos fuisse mundi partes quaslibet, sive quæ sub zona torrida solis æstum patiuntur, sive quæ perpetua glacie rigent sub utroque polo. Legat aliquis *Nonne per Euxinos issent* : sed quo sensu id explicabitur? Melius videretur *Nonne per extrema ivissent*, vel *Nonne peregrini ivissent*. Legere malo *pererrantes*, quia id clarius est, quamvis a scriptura cod. remotius. *QUA FLAMMEUS AXIS* zonam torridam innuit, ut vers. 160 de sole, *Qua nescit lustrare polos, qua flammeus urit*.

306. Distinctius explicatur zona torrida. Suspiciatur aliquis *Ostendit qua zona polos*, in sphaera scilicet recta. Sed Dracontius fortasse respicit Virgilium l. vii, vers. 226 : *Et si quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui*. Plaga solis iniqui, extenta in medio quatuor plagarum est zona torrida. *Extentam* vero in Virgilio est extensa, et in Dracontio *extendit zona polos* idem sonat ac zona extensa est cælo. Poterit autem legi, *Extendit ubi zona polos*.

307. Pulchre explicatur perpetuum frigus quo sub polis tellus vel unda premitur. Ovidius ii, ex Ponto, epist. 7, vers. 65 : *Tristior ista Terra sub ambobus non jacet ulla polis*.

308. *Anhelantis vaporis* phrasi Dracontio familiari, ut dixi prolegom. num. 157.

309. Quid lacerent fratres, ait Dracontius, si florea rura petissent? I-sent etiam ad plagam, quæ septentrioni subjecta jacet, si opus esset. At, inquit, hæc plaga liberum ipsis cursum relinqueret, ut sine rivali a pruina septentrionis mensura regni acquirendi ad Scythicas usque paludes protraheretur. Adeo regio tristis est, et nulli invidenda!

310. Virgilius libr. xii, vers. 898, *Limes agro positus, litem ut discerneret arvis*

311. Legi posset *tuta*, sed melius est *tracta* pro *protracta*, ut *tractum bellum, tracta comitia*. Mæotis palus sinus est maris supra Pontum Euxinum, cui Mæotæ, Scythiæ Europææ populi, nomen fecerunt. Columella l. viii, cap. 8, *Scythica stagna Mæotidis eluant*. *RETINERET*, occuparet. Lucretius l. iv, v. 415, *Terrarum millia multa, Quæ variæ retinent gentes, et sacra ferarum*.

315. Duplex interpungendi ratio occurrit, *Dicere si valeam, vero sermone probabo*, ostendam, etc., vel *Dicere, si valeam, vero sermone probabo*, experiar dicere, si possim.

314. *Exempla pro exemplum*, ut Sedulius l. v, vers. 22, *Et grata suis exempla relinquens* : quam loquendi rationem illustravit Wopkensius ad Minucii verba : *Cogitanti imperia terrena, quibus exempla utique de cælo*.

315. Forte *Terror, amorque novus, civis pius, impius altor*. Brutus exemplum fuit horro- ris in filios, et amoris erga patriam. Libr. i, v. 552, ex ms. Vat. restitui *altor* pro *auctor*, quod in editis legebatur. Hoc etiam loco melius videtur *altor*, sed retineri potest *auctor*, nempe auctor filiorum vitæ et mortis, ut vers. 529.

Post regale nefas, quon castæ gessit adulter, **A**
329 Invasor thalami genialis, prædo pudoris.
 320 Quod scelus admisit, postquam fera regna tyranni
 Expulit, et gemino perstrinxit consule Romam,
 Annua festivis disponens fascibus acta?
330 Regia bella gerens, naturæ bella peregit,
 Membra cruore suo perfudit ab hoste reversus
 325 Consul, et in sobolis vertit pia colla secures
 Hostibus aptatas, funesta fraude profanas,

Civibus hostiles, oratricesque suorum.
 Ibat in exsequias juvenum exsecranda senectus,
 Unus erat vitæ natorum, et funeris auctor.
 330 Hoc scelus admissum tam sævo crimine non
 [est.
 Dulcis amor patriæ, qui patrem fecit amarum,
 Aut fecit non esse patrem jam prole perempta.
 Pro quibus arma tulit, hoc se qui pignore privat?
331 Alter erat senior, qui natam perculit ense,

SCRIPTURA COD. VAT.

318. Scribitur caste pro castæ.
 319. Jam maritalis genialis prædo pudoris.
 320. S. amisit, p.
 325. Consulet et sobolis.

331. Patriæ, et qui in nexu litterarum.
 333. Pro quibus arma tulit hostes qui pignore probent:
 magis probent videtur quam probet.
 334. Qui natum perculit.

NOTÆ.

318. Suspicio quod castæ ingessit, ut vers. 374, *In-*
gessit pietas inimica dolorem. Injuriam regiam, scelus
regium vocat Livius libr. I. Post nefas quod gessit
 Tarquinius, filius Tarquini Superbi, regis Romano-
 rum, adulter castæ, scilicet Lucretiæ. Tacitus l. III
 Annal., cap. 24, *Adulterosque earum* (filix ac neptis)
puniuit. Potest etiam intelligi quod castæ gessit adul-
 ter, hoc est castæ Lucretiæ ingessit. *Dux Romanæ*
pudicitix Lucretia vocatur a Valerio Maximo l. VI,
 c. 1.

319. In *Jam maritalis genialis* lego *Invasor thalami*
genialis. Infra vers. 484. *Invasit thalamos,* et de
 eodem violento stupro vers. 506, *Post maculam*
thalami. Virgilius l. VI, vers. 625, *Hic thalamum*
invasit natæ. *INVASOR* verbum est Aurelii Victoris,
 Constantini imperatoris, et æqualium. *Thalamus ge-*
niialis, qui in nuptiis in honorem Genii sternitur.
 Cicero pro Cluentio cap. 5 : *Lectum illum geniale,*
quem biennio ante filix suæ nubenti straverat, in eadem
domo sibi ornari, et sterni, expulsa atque exturbata
filia jubet. Vide comment. ad vers. 256 libr. I Pruden-
 tii contra Symmach., *Jam gravidæ fulcrum geniale*
paratur. Arnobius absolute libr. IV dixit, *Genialibus*
alienis insultare; ubi alii legunt *genitalibus alienis.*
 Paulo ante Arnobius dixerat *genialis lectuli expugna-*
tionem. In Dracontio expende num melius sit *Jure*
maritali genialis prædo pudoris, hoc est quasi jure
 maritali, vel *Atque maritalis genialis prædo pudoris,*
 hoc est genialis prædo pudoris maritalis, vel *jam*
matronalis genialis prædo pudoris. Ovidius de eadem
 Lucretia libr. II Fast. vers. 828, *Et matronales eru-*
buere genæ. Macrobius in re alia l. V, cap. 17 : *Regina*
non solum de penetralibus reverentiæ matronalis edu-
citur, sed et per urbem mediam cogitur facere discursus.

320. Orosius l. II, cap. 5 : *Anno post Urbem condi-*
tam 244, Brutus, primus apud Romanos consul, primum
conditorem et gemque Romæ non solum exæquare par-
ricidio, sed et vincere studuit : quippe duos filios suos
adolescentes, totidemque uxoris suæ fratres Vitellios
juvenes, revocandorum in Urbem regum placito insimul-
atos, in concionem protraxit, virgis cecidit, securique
percussit. Sarisberiensis l. V, cap. 11 de Nugis curia-
 lium, rationes affert quibus Brutus a scelere possit
 excusari, sed concludit : *Brutum deliquisse consen-*
tiam facile, eo quod excesserit medicina modum.

321. *Perstrinxit,* valde strinxit, quia, ut refert
 Livius l. II cap. 1, *jurejurando adegit, neminem Romæ*
passuros regnare. Eodem pertinet quod ibidem ait
 Livius : *Liberatis autem originem inde magis, quia*
annuum imperium consulare factum est, quam quod
deminutum quidquam sit ex regni potestate, numeres.

322. Fascibus virgarum, quibus alligata erat secu-
 ris, usi etiam erant Romæ reges. Idem honos ad
 consules transiit, et ad alios magistratus, sed præci-
 pue ad consules, ita ut pro ipso consulatu sæpe fa-
 ces ponantur, atque hoc sensu festivi dici possunt. Acta

sunt commentarii, quibus res gestæ perscribebantur,
 notato nomine consulum sub quo acciderant.

323. *Naturæ bella,* quia filios contra naturæ im-
 pulsum et jus occidit.

324. *Ab hoste reversus,* intelligo postquam Tarqui-
 nios expulerat : nam Livius, ante bellum quod a
 Tarquiniis imminabat, conjurationem filiorum Bruti
 aliorumque nobilium adolescentium pro Tarquinio
 rege conflam refert.

326. *Fraus legis* apud Jurisconsultos est cum sit,
 quod lex fieri noluit, sed non vetuit. Hoc autem loco
 melius *fraus* accipitur pro damno, ut apud Horatium
 carm. Sec., vel pro scelere. Cicero pro Rabirio cap.
 9 : *Nam si C. Rabirius fraudem capitalem admisit,* etc.
 Sic alibi *impiam et inexpiabilem fraudem* dixit.

327. *Oratrices,* ut Ovidius l. XIII Metam., vers.
 500 : *Exitium Trojæ, nostrique orbator Achilles.*

328. *Exsecranda senectus,* figurate *exsecrandus se-*
nex. Emphasis habet *Ibat in exsequias,* nam *ire in*
aliquem est aggredi aliquem tanquam hostem. Virgi-
 lius l. IX, vers. 425 : *Simul ense recluso Ibat in Eu-*
ryalum. Poetarum peculiaris est phrasis *ire exsequias*
 pro *ire ad exsequias,* *prosequi exsequias.* Terentius
 Phorm. V, 8, 37 : *Exsequias Chremeti, quibus est com-*
modum ire, hem, tempus est. Aliter jam tempus est.
 Ovidius l. II Amor., el. 6, vers. 2 : *Occidit, exsequias*
ite frequenter aves, Ite, præ volucres. Silius libr. XV,
 vers. 394 : *Vos, ite superbæ Exsequias animæ, et cine-*
rem donate supremi Muneris officio.

331. Virgilius libr. VI, vers. 822, de eodem Bruto :
Infelix, utcunque serent ea fata minores : Vincet amor
patriæ, laudumque immensa cupido.

333. Quod haec dicit, *Hoc scelus admissum*
tam sævo crimine non est, etc., videtur esse excusa-
 tio Bruti ab aliquo proposita, cui respondet Dracon-
 tius, *Pro quibus arma tulit, hoc se qui pignore privat?*
 vel *tulit hic, se qui pignore privat?* vel *Pro quibus*
arma tulit? hostes quos pignore privat? Brutus, cum
 filios suos occidebat, pro quibus arma tulit? Cur
 non potius pro suis quam pro aliis? Quod si dicitur
 pro patria ipsum arma tulisse, quos hostes filius pri-
 vabat? Nam se, qui certe hostis non erat, privabat
 liberis. Hæc videtur esse ratiocinatio Dracontii, ut
 colligat, Brutum a scelere liberari non posse. Verum
 patriam nobismetipsis cariorem esse debere non
 propterea negandum est. Peccavit igitur Brutus, sed
 quia, ut aiebat Sarisberiensis, *medicina modum ex-*
cessit.

334. Historiam Virginii, Virginiam filiam occidentis,
 pluribus persequitur Livius libr. III, cap. 44, seqq.,
 paucis Orosius libr. II, cap. 15 : *Maxima Appii Clau-*
dii libido auxit invidiam, qui, ut Virginiam virginem stuprum
inferret, prius servitutis causam intulit ; quamobrem
adactus Virginii pater dolore libertatis, et pudore de-
decoris, protractam ad servitutem filiam in conspectu
populi pius parricida prostravit. Hæc occasione, lebs

355 Quando dolens genitor planctus de pignore fecit. A
Prævenit affectus, ne corde premenda libido
Tolleret ingenti cum libertate pudorem.
Causa pudicitiae naturæ jura diremit,
Libertatis amor vicit pietatis amorem.

340 Immemor hinc generis factus, non immemor
[Urbis,
Sanguinis oblitus fecit de patre novercam.
Virginis eximiae pater impius esse recusat,
Ne sit avus famuli, pondus ditionis honestas
332 Extimuit; formido fuit lasciva voluptas,
345 Illicitosque thoros obsceno crimine captos
Horruit iratus: gemitus, vincente dolore,
Fudit virginei truculentus funeris hæres.
Libertatis opus solatia planctibus egit.
Militis armati tantum potuisse dolorem,

350 Mirantur populi; quia captus amore pudoris
Hostis erat generis, prolis mors, sanguinis hau-
[stor.
Quid Torquata manus? nato pro laude peri-
[clum
Intulit ostendens, quæ sit censura parentis.
Nam neque culpa fuit. Patriæ pugnando trium-
[phum
355 Vulneribus dedit ille suis, quibus hoste perempto
333 Contigit exstingui, tanquam superata ju-
[ventus.
Quamvis nemo sua stravit post bella cohortes,
Reliquias cladis gladio feriente necavit.
Addo, quod invictum, dantemque ex hoste
[tropæa

B 360 Mœnibus eripuit patriæ de clade duelli.

SCRIPTURA COD. VAT.

336. *Perimit affectus ne corde: dubium premenda; an probanda, an aliud.*
339. *Amor vincit p.*
340. *Non immemor orbis.*
341. *Patre ambigue.*
343. *Avus famulus p.*
345. *I. choros o.*

346. *Horruit iratos gemitus virtute dolores Fundit virginei.*
348. *Scribitur plantibus.*
350. *Miratur: obscure quia.*
351. *Sanguinis hostis.*
358. *R. gladiis gladio fervente necabit.*
359. *Videtur scriptum addo quod invictum.*
360. *Mœnibus ereptis p.*

NOTÆ.

Aventinum montem occupavit, et Appium Claudium, aliosque decemviros abdicare se magistratu coegit.

335. Planctus Virginii et quærelas sceleris Appii Claudii ad milites exponit Livius loc. cit., cap. 50.

336. Forte *Affectus perimit*. Sed *Prævenit affectus* e re videtur esse. Nam Virginii, cum videret filiam in servitutem M. Claudii et stuprum A. Claudii decemviri rapi, veniam ab hoc postulavit percontandi nutricem coram filia, verusne ipse pater esset: qua venia data, a lanio cultro arrepto, *Hoc te uno quo possum, ait, modo, filia, in libertatem vindico*. Prævenit ergo affectio paterni animi, ne Appii Claudii libido pudorem filiae cum libertate tolleret.

338. Supra vers. 323: *Naturæ bella peregit*. Posset accipi *diremit pro rupit*: sed melius pro *divisit*, nam Dracontius libertatem Virginiae, et patris amorem tanquam naturæ jura considerat, ut ex vers. seq. patet.

340. Lego *immemor Urbis*. Sic Livius libr. viii, cap. 7, de Manlio Torquato, cædem filii decernente: *Meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublicæ mihi, aut mei, meorumque obliviscendum sit*.

341. De infamia qua novercæ laborant, dictum ad vers. 324 lib. ii.

343. Cum Appius Claudius inique decrevisset, Virginiam in servitutem sui clientis M. Claudii vindicandam esse, filii Virginiae etiam pro servis habiti fuissent. Honestas ergo Virginii extimuit pondus servitutis.

346. Alia conjectura hæc reformari possunt *Horruit: iratus gemit, naturæque cruorem Fudit Virginiae truculentus funeris hæres, Libertatis honor solatia planctibus egit*.

347. Suspicio *Virginiae*; sed non male est *virginei*, quia patri solatio erat quod filia corrupta non fuisset. Val. Maximus l. vi, cap. 1, *Virginii... deductam in forum puellam occidit, pudicæque interemptor, quam corruptæ pater esse maluit*.

348. Sensus est, Virginii solatium suis planctibus ex libertate, quæ consecuta est decemviratu abolito, cepit: vel Virginium solabatur, quod injuriam servitutis a filia repulisset. Poterit alio modo interpungi *Fudit, virginei truculentus funeris hæres Libertatis opus, solatia planctibus, egit*, ut solatia sit accusativus appositus. Vide vers. 114 lib. ii, et vers. 214 libr. hujus, *Exegit virtutis opus*. Infra vers. 415 occurrit *Libertatis opem*; sed hoc loco opus opportunius est.

350. Forte *qui captus*.

351. Bis *hostis* non placet. Lego igitur *sanguinis haustor*, nempe sanguinis sui in filia. Virgilius l. vi, vers. 855, *Projice tela manu, sanguis meus*. Ab *haurio haustor* dixit Lucanus. *Haurire cruorem, sanguinem*, usitatum est.

352. T. Manlius Torquatus consul, cum ejus filius contra edictum, quamvis prospere, adversus Metium provocantem pugnasset, illum securi feriri jussit. Livius l. viii, cap. 7; Orosius l. iii, cap. 9, aliique multi.

353. Paulo post vers. 431, *Pro laude periculum Intulit*. Utrobique *periculum* pro interitu. Arnobius l. i, paulo post initium: *Terrarum validissimis motibus tremefactæ nutant usque ad periculum civitates*.

355. *Vulneribus suis*, quæ ipse inflixerat. Virgilius l. ii *Æn.*, vers. 436, *Vulnere tardus Ulyssi*.

355. *Tanquam superata juvenus*, perinde ac si juvenis hic filius Torquati superatus fuisset. *Juventus* simili figura; ac vers. 328, *Exsecranda senectus*. Livius loc. cit. *Præceptum ad id certamen agitur, quo vinceret, an vinceretur, non multum interesset*.

357. Forte, *nemo suas*.

358. *Necavit*. Quisnam? Torquatus pater, an nemo? Hoc secundum magis probo. Cum T. Manlius, consulis filius, Geminium Metium, qui equitibus Tusculanis præerat, singulari certamine vicisset, nemo tamen post hujus duellum cohortes Latinorum stravit, aut reliquias cladis necavit, adeoque edictum consulum maxima ex parte observatum est. Nihilominus Manlius pater filium morti addixit. Forasse autem Dracontius intelligit Manlium filium vulnere aliquo fuisse a Metio affectum; nam vers. 355 ait, *Vulneribus dedit ille suis*. Hoc posito, *reliquias cladis* explicare possumus Manlium filium, quem pater necavit. Livius Manlium vulneratum non indicat. Vide notam ad vers. 360.

359. Livius loc. cit., *Spoliisque lectis ad suos re- vectus, cum ovante gaudio turma in castra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit; ignarus fati futurique, laus an poena merita esset, Ut me omnes, inquit, pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto*.

360. Lego *eripuit*. Sensus est: filium de clade duelli reversum occidit, patriamque eo privavit. Hæc comprobatur interpretatio; *reliquias cladis* esse ipsum

Quis, rogo, dux pœnas uaquam est victoribus A
 [ausus?
 Aut quis adoratum, populo laudante per urbes,
 Inter victrices audax post bella cohortes,
334 Atque triumphales post horrida prœlia
 | currus
365 Percuteret sublime caput, lamenta triumphis
 Jungeret, et lætis misceret tristia rebus?
 Oppressit votiva dolor, festiva recedunt,
 Publica funereo turbantur gaudia luctu.
 Pœnituit vicisse ducem, cui gloria mortem
370 Intulit, et miles bellorum prospera flevit.
 Dum lueret victor pœnas virtutis honestæ,

Maxima justitium victoria grande paravit,
 Vindicat hostiles gemitus fera dextra parentis,
 Sanguinis ingessit pietas inimica dolorem,
375 335 Barbara quem rabies hostili cuspede
 [missa.
 Pullati proceres, vadimonia nulla fuissent,
 Crinibus effusis lacerasset pectora palmis
 Illustris matrona dolens, plebeia lacertos,
 Scinderet ungue secans vultus pia turba mo-
 [destos.
380 Ut quondam Iliades fleverunt Hectora matres,
 Nympharum ceu turba suum tunc planxit Achil-
 [lem,

SCRIPTURA COD. VAT.

361. *Princeps inique est victoribus ausus*: ambigue B
inique scriptum.
362. *Aut quis adoratur p.*
367. *Votiva dolo f.*
369. *P. vicisse ducem.*
372. *M. justitiæ v.*: dubie grande.

373. *H. genitus f. d. parentis.*
374. *S. ingressit p.*
376. *Prius fuisset; supra fuissent.*
378. *Scribitur plebea.*
380. *Fleverunt pectora matres.*

NOTÆ.

juvenem Manlium. Poterit etiam ex conjectura legi
Addo, quod invictum, dantemque ex hoste trophea (sup-
 ple *necavit*), *Mœnibus erepta patriæ de clade duelli,*
 videlicet quibus ornaretur patria, vel *erecta patriæ.*

361. Forte scriptum est *princeps unquam victoribus ausus*, sed nullus eruitur sensus, nisi corrigas *Quis, rogo, dux princeps tale est victoribus ausus? Audere talia* Virgilii, Ovidii et aliorum est. Cum dativo *audere vim* dixit Tacitus l. XII Annal., cap. 55: *Vim cultoribus ac oppidanis... audebant.* Idem l. II, cap. 40: *Nec Tiberius pœnam ejus palam ausus, in secreta palatii parte interfici jussit.* Poterit ergo restitui *Quis, rogo, dux pœnas unquam est victoribus ausus? Quis unquam dux militem pœna affecit, quod vicisset?*

367. *Votivus* significat id quod ad votum spectat, adeoque ea quæ ex voto in testimonium accepti beneficii fiunt, votiva appellantur: quæ significatio ab hoc loco aliena non est. Sed posteriori ævo votivum sumebatur etiam pro jucundo, grato, et quod ex voto succedit. Prudentius hymn. 2 Per., vers. 330, *Votiva mors est martyri.* Adde Trebellium Pollionem, Apuleium et horum æquales.

368. Livius loc. cit.: *Tum libero conquestu coortæ voces sunt, ut neque lamentis neque execrationibus parceretur, spoliisque contectum juvenis corpus, quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest, exstructo extra vallum rogo cremaretur.*

370. Prudentius Psych. vers. 695 dixit *prospera nostra.* Lucanus l. V, vers. 781, *prospera belli*, et l. VII, vers. 107, *prospera rerum.*

372. *Lego justitium*, quod erat juris dicendi intermissio, et aliorum munerum cessatio ob luctum publicum. Vide comment. ad Prudentium hymn. 5 Cath., vers. 80, *Arcis justitium triste tyrannicæ.* Ad totum hunc Dracontii locum illustrandum maxime facit descriptio justitii in Consolat. Albinovani ad Liviam: *Mæsta domus plangore sonat: cui figere lætus Parta sua dominus voverat arma manu. Urbs gemit, et vultum miserabilis induit unum: Gentibus adversis formositas illa, precor. Incerti clauduntque domos, strepitantque per urbem; Hic illic pavidæ clamque palamque dolent. Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges, Aspicitur toto purpura nulla loco. Dique latent templis, etc.*

373. Hostes gemuerunt ob occisum Metium: sed hos gemitus vindicavit, ultus est parens occisoris, extincto filio.

374. Pietas inimica sui sanguinis dolorem Romanis ingessit, quem ingessisset barbara rabies, hostili cuspede missa. Pietas Manlii erga patriam inimica

fuit sui sanguinis in filio. Vide notam ad vers. 551.

375. Livius cuspidis etiam mentionem facit: *Cum infestis cuspidibus concurrissent*, etc.

376. Juvenalis sat. 3, vers. 213, *Pullati proceres; differt vadimonia prætor.* Prudentius hymn. 7 Jejunant., vers. 151, *Squalent recincta veste pullati patres.* Proceres in luctu publico lugubrem et atram vestem sumebant. Vadimonium est sponsio sistendi se iudicio ad certam diem; quod in justitio et luctu publico differebatur. *Fuissent* mutatio temporis pro *fuerunt*, ut vers. seq. *lacerasset* pro *laceravit*, vers. 379 *scinderet* pro *scidit*. Facilis esset restitutio *vadimonia nulla fuerunt*, *Crinibus effusis laceravit pectora palmis*, *Conscidit ungue secans vultus pia turba modestos.* Sed temporum modos varie poetæ Christiani transponunt, ut ostendit Barthius lib. XLII Advers., c. 24, exemplo Prudentii, et lib. XXII, c. 6, exemplis scriptorum Christianorum cadentis ævi; lib. vero XXIX, cap. 16, probat hunc fuisse modum, moremque loquendi antiquis bonis scriptoribus usitatum.

377. Doloris indicia in feminis plangentibus. Petronius Satyr. cap. 3, *Funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentia plangere.* Confer. vers. 752 l. I.

378. Brachia et lacertos etiam in fletu percutere frequens erat. Ovidius lib. IX Met., vers. 635, *A pectore vestem Deripuit, planxitque suos fribunda lacertos.* Lucanus l. II, vers. 37: *Scissa genas, plinctu livalentes atra lacertos.* Claudianus lib. II, de Rapt. Pros., vers. 248, *planctuque lacertos Verberat.* Quo loco Barthius plura similia colligit, et ab aliis antea hunc veterum morem non observatum existimat.

379. Antea vers. 103, *Non unguibus ora Dilacerans.* Ovidius l. III Trist., eleg. 3, vers. 51, *Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos.* Alibi *Sauciat ungue genas.* Dracontius videtur ita distinguere ut illustrium matronarum proprium fuerit lacerare pectora; plebeiarum, lacertos; gentis modestioris, vultum. Alii passim hæc omnia cuilibet hominum classi attribuunt.

380. Homerus in fine Iliados. Albinovanus in Consol. ad Liviam aliis quidem exemplis, sed simili forma, *Sic flevit Clymene, sic et Clymeneides altæ*, etc.

381. *Nympharum*, puto, virginum filiarum regis Lycomedis, cum inter eas habitu femineo Achilles delitescens, detectus ab Ulysse est, et ad bellum Trojanum ductus. Statius in Achilleide unius Deidamiæ planctus commemorat. Fortasse intelligendus est planctus Tethidis matris Achillis, aliarumque Nereidum, quibus vere congruit nympharum nomen.

- 336** Ut Brutum planxit mœsta cum plebe se- **A**
 [natus,
 Non ætas, non sexus erat, qui funus acerbum
 Non gemeret reputando suum.: Torquata pro-
 pago
 335 Sic est plancta diu scelere prostrata parentis.
 Scævola flammipotens dextram contemnere
 [dignus
 Constituit punire manum, licet ipse fefellit,
 Non manus, audaces animos: plus præstitit
 [error;
337 Ut sine morte ducis vir tantum laudis
 [haberet.
 390 Non Romana nurus doluit per bella maritum,

SCRIPTURA COD. VAT.

386. *F. dextræ c.*
 387. *Licet in se f.*
 389. *Et sine.*

- Non genitor natum planxit, non nata parentem,
 Non orbata parens deflevit funera nati,
 Non Germanorum mortes flevete sorores.
 Nec bellum pax ulla ligat, pretiumve redemit:
 395 Una manus bellum tantum compressit inermis.
 Quid? Romanus eques vasto telluris hiatu
 Præcipiti jactu demersus sponte per umbras
 Curtius ingemuit, cum vivum terra cadaver
 Sorbuit, armato deterrens funere manes?
 400 Fortis, et incolumis populo mirante sepultus
 Vir galeatus adhuc ferrato corpore visus
338 Inter tartareas sic descendisse tenebras.
 Pallida gens Erebi, pœnarum portio tristis,
 Tertia sors, quæ lucis inops damnata laborat.
- B** 397. *I. dimersus s.*
 398. *Quum vinum terra.*
 404. *Sors qua lucis inops*

NOTÆ.

382. Intellego Brutum, de quo dictum est vers. 314 seqq. Nescio vero an sermo sit de funere filiorum quos securi feriri jussit. Sic enim Livius lib. II, cap. 5: *Stabant deligati ad palum nobilissimi juvenes, sed ab cæteris, velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos, miserebatque non pœnæ magis homines quàm sceleris quo pœnam meritè essent: illos eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Junia, patres, plebem, quidquid deorum hominumque Romanorum esset, induxisse in animum, ut Superbo quondam regi, tum infesto exsuli proderent.*

385. Livius lib. VIII, cap. 12, *Ita bello gesto, præmiis, pœnaque pro cujusque merito persolutis, T. Manlius Romam rediit: cui venienti seniores tantum obviam exiisse constat: juventutem et tunc, et omni vita deinde aversatam eum exsecratamque.* Clarius Orosius I, III, cap. 9, *Manlius quamvis victor, occursum tamen nobilium juvenum Romanorum, qui legitime exhiberi solet, triumphans parricida non meruit.* Addit Val. Maximus lib. IX, c. 5, *Miseri sunt æqualis nimis aspere puniti.*

386. Arnobius lib. III, prope medium: *Flammipotens Vulcanus fabricetur his enses. Dracontio flammipotens est flammam potens sustinere.* Poetæ libere similia nomina, ut *ignipotens, bellipotens, etc.*, usurpant. Notatum tamen est Ovidium vix unquam tali genere nominum compositorum usum fuisse. *Dignus* cum infinitivo sæpe jungitur: hoc loco *dignus contemnere* idem est ac *dignus qui contemneret*, quoniam audax et temerarius fuit: vel eo sensu quem Val. Maximus exprimit lib. III, cap. 5: *Perosus enim, credo, dexteram suam, quod ejus ministerio in cæde regis uti nequisset, injectam foculo exuri passus est.*

387. Suspiciabitur aliquis *licet ense fefellit*; sed præstat legere *licet ipse fefellit, Non manus.* Mutius puniebat manum, quod in cæde regis errasset. Martialis lib. I, epigr. 22: *Dum peteret regem decepta, satellite dextra, Injecit sacris se peritura focis... Major deceptæ fama est et gloria dextræ, Si non errasset, fecerat illa minus.* Reponit Dracontius; non dextra erravit, quæ revera perculit quem petivit, sed ipse Mutius, qui per errorem existimavit scribam regis esse ipsum regem, vel certe dubitans ictum peregit. Livius lib. II, cap. 12: *Ibi cum stipendium forte militibus daretur, et scriba cum rege, sedens pari fere ornatu multa ageret, eum milites vulgo adirent, timens (Mutius) sciscitari uter Porsena esset, ne ignorando regem, semetipse aperiret quis esset, quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obruncat.*

389. Val. Maximus loc. cit., *Urbi se cum æternæ*

gloriæ cognomine scævola reddidit: sic dictum a manu sinistra qua una postea utebatur.

390. Porsena Mutii audacia et patientia, nec minus suo periculo permotus, ultro pacis conditiones tulit Romanis. *Nurus* pro quavis femina præsertim conjugata satis usitatum. *Per bella*, propter bella, bello occisum, aut in periculo constitutum. *Per* pro propter Plautus, Plinius et alii usurpant.

396. Distingui etiam poterit *Quid Romanus eques? Vasto, etc.*, sine alia interrogatione.

397. Lib. II, vers. 497, *Præcipiti jactu quas, etc.* Tertullianus usus est verbo *dimersus*, sed frequentius est *dcmersus*: et in simili re Horatius lib. III, od. 16, vers. 11, *Concidit auguris Argivi domus ob lucrum. Demersa excidio.* Vates Argivus est Amphiaras, qui terræ hiatu absortus est, ut mox dicam.

398. Forte *Curtius insiluit*, scilicet si hæc dicantur sine interrogatione. Sed *ingemuit* sumptum videtur ex Statio lib. VII, in fine, de Amphiarao: *Respexitque cadens cælum, campumque coire Ingemuit.* Dracontius negat, ingemuisse Curtium, cum interrogat *Quid?.... Ingemuit? Vivum cadaver* oppositio, de qua lib. I, vers. 648.

399. Ex conjectura legi poterit *deterret*, ut nova periodus incipiat in *Armato*. Si retineatur *deterrens*, id refertur ad *cadaver*. Imitatio est Statii initio lib. VIII de Amphiarao demerso: *Armato turbavit funere manes.*

401. Livius lib. VII, cap. 6, rem hanc sive fabulam (ipse enim dubitat) narrat. Cum oraculi responsum fuisset voraginem in medio foro apertam solum ea re qua plurimum populus valeret, expleri posse, Curtius interpretatus id arma virtutemque esse, equo quam poterat maxime exornato insidens, armatus se in specum immisit.

403. *Pœnarum portio*, quasi hæreditas, ut vers. seq. *sors*. Epitheton *tristis* proprium est inferorum: ex quo *Acheron* quasi sine gaudio. Itaque in S. Augustino de Genes. ad lit. lib. XII, c. 54, num. 66, legendum est, originem nominis Græci inferorum sonare, *quod nihil suave habeant, non vero quod nihil in se habeant.* Julianus Toletanus lib. II Prognost., cap. 5, verba Augustini profert, et in codice ms., quem ego contuli, habet *nihil suave*; quod etiam editio Lipsiensis expressit. Et sensus ipse id postulat: præcedunt enim hæc verba: *Inferiora sunt omnia tristiora. Unde et in Græca lingua origo nominis quo appellantur inferi, pro eo quod nihil suave habeant, resonare perhibetur.* Idem fere sonat ὄδης.

404. Vide notam ad lib. I, vers. 67, *Tertia sors Erebi*; et 469, *Præsensit pietatis inops.* Lucretius lib. III, vers. 1026, *Lucis egenus Tartarus.*

- 405 Credidit, Alcidem prædam repetisse secundam, A
Aut alium vatem casus revocasse sinistros,
Amphiaræ, tuos, quem perfida vendidit uxor.
Quid Romana fides? Legatio Punica misso
Consule testatur. Reditu promissa fidei
- 410 ~~339~~ Regulus implevit, horrendæ mortis amator,
Otia contemnens, magnum cum plebe senatum
Compulit infelix ad inexorabile pactum,
Captis lege data, pœnarum ut vincula ferrent.
Immemor uxoris natos contempsit, et Urbem,
- 415 Libertatis opem nec ferrea vincla tenebant.
Captivum tum forte ducem jam liber agebat
Inter patricios, prætores, atque tribunos

- 340 Plebis adorandæ, domuit quæ viribus
[orbem.
Institit occidi, ne esset post bella superstes
- 420 Hostis Elissæus, quem par fortuna tenebat
Cum duce Trojugenum : qui pacta luce re-
[versus,
In sua membra turens, tormentis intulit artus,
Pervigil exstingui gavisus lumine nudo,
Ut plus terreret Tyrios de morte minaci,
- 425 Quam gladiis, cum bella daret, pugnamque
[cieret :
Mox senis emeritum formidavere cadaver.
Intemerata fides ad quæ fera bella Saguntum

SCRIPTURA COD. VAT.

408. Quid Romana fides legatio Punica missus. B
409. Hic versus incipit cum T, et nihil aliud habet.
411. Oda constituens m.
415. Captis lege data pœnarum in viscera ferrum.

414. Et urbes.
418. Obscure que : scribitur adorande.
420. Scribitur Eliseus.
421. T. qui tempora luce : dubie qui.

NOTÆ.

405. De Herculis descensu ad inferos dictum ad lib. I, vers. 71. Eum describit Seneca in Hercul. Fur. Confer etiam notam ad lib. II, vers. 559. Antonius de Escobar et Mendoza in Præloquio de stylo sacræ Scripturæ observat, per imitationem Scripturæ citare fabulas gentilium, ut Titanum, Centaurorum, Coeyti, noctis Orci filia, Arturi et Orionis, non quod fabulas approbet sacer textus, sed ut modo loquendi vulgi sese accommodet. Relege notam ad lib. II, vers. 559.

407. Cum in fatis esset, ut si vates Amphiaræus ad bellum Thebanum iret, non inde reverteretur, ab ejus uxore dono monilis aurei corrupta proditus est, et ad bellum perductus, in quo dum fortiter pugnaret, terræ hiatu cum quadrigis absumptus est. Vide Hyginum fab. 75, et Statium in fin. lib. VII et init. lib. VIII Theb.

409. Synesio aliquo mihi nunc opus esset ad hunc locum restituendum. Nam Synesius in Dione, sive de vitæ suæ instituto utilitatem, quæ ex libris depravatis supplendis percipi potest, exponit, et de se ita libere profitetur : *Ego vero apud alium quemlibet neminem, sed apud te tamen ex rei veritate gloriabor. Sæpenumero libri calamitatem expectandam non esse censeo, ut mihi boni aliquid contingat : sed sublatis oculis me ad ipsum opus exerceo, ne momento quidem intermittens, sed pro re nata suggerens, et perinde ac si legerem, quidquid consequens esse videtur, a me excogitatum annectens. Deinde ea quæ dicuntur cum iis quæ scripta sunt confero, ac memini me sæpius eundem non modo sensum, verum etiam sermonem assecutum : alias sententiam ipsam solerter ita conjectatus sum, ut si quid verborum dissideret, id tamen mirifice ad operis coagmentationem esset excogitatum. Quod si sensus diversus esset, nihilominus libri illius auctori congruebat : et is erat, quem, si in animum incidisset, nequaquam contemneret.... Ita mihi Deus animum indidit, tractabile quoddam expressorum in verbis ac moribus conceptaculum. Quod si in depravatis libris animi attentionem exercere contendissem, ad eam perfectionem tentantis habitum natura deduxisset. Ego quidem similiter tentavi, et locum, ut potui, supplevi ex conjectura. Possis etiam interpungere legatio Punica, misso Consule, testatur? Reditu, etc. Celeberrimum est hoc M. Atilii Reguli factum. Florus lib. II, cap. 2 : *Vivus in manus hostium venit fortissimus imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere fractus est, nec legatione suscepta. Quippe diversa, quam hostes mandaverant, censuit, ne pax fieret, nec commutatio captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo si e carce-**

ris seu crucis supplicio deformata majestas. Carthaginiensibus juraverat, si captivi eorum redditi non forent, ad eos se rediturum. Val. Maximus lib. I, cap. 1, num. 14.

411. Censuerat Regulus, ne pax fieret, neu captivi commutarentur. Contempsit ergo otia sua, et patriæ. *Otia pacem indicant, et bello opponuntur. Eleg. vers. 258, Otia tempus habent, militiæque labor. Virgilius lib. VI, vers. 815, Otia qui rumpet patriæ, etc.*

415. Sic restituo ex verbis Flori

414. Supra vers. 540, *Immemor hinc generis. Contemnere pro abjicere, deserere, ut vers. 98 de Abrahamo, qui natum spe cito contempsit.*

415. Suspiciabitur aliquis legendum *Libertatis opus*, ut alibi, *virtutis opus, pietatis opus*, et hoc lib. vers. 548, *libertatis opus*. Sed bene hoc loco est *opus pro auxilio, viribus, potentia et facultate juvandi*. In Eleg. vers. 167, *Ipse inimicorum Salomon non colla poposcit, Dum peteret Dominum, sed sapientis opem.*

416. Suspicio *Captivum tum sorte ducem*. Regulus jam liber, si captivos reddendos censuisset, aut si regredi nolisset, agebat ducem captivum, se pro duce captivo gerebat. Vel sensus hic est : dux qui captivus erat, jam libertate gaudebat Romæ, sed occidi voluit ne Carthaginienses captivi redderentur.

419. *Insisto pro persisto* cum infinitivo exemplo optimorum scriptorum Ciceronis, Nepotis, Livii.

420. *Elissæus* vel potius *Elissæus* pro Carthaginiensi sæpe a Silio ponitur. Infra vers. 500, *Urbis Elissææ.*

421. *Par cum duce* pro *par ac ducem*. *Par* cum ablativo et præpositione *cum* bene Latinum est. *Trojugenæ* Romani a Trojanis ortum ducentes. Juvenalis sat. I, vers. 100, *Ipsos Trojugenas* vocat nobiles Romanos. Livius lib. XXV, cap. 12, ex veteri carmine : *Annem Trojugena Cannam Romane fuge.*

422. *Tormentis intulit artus*, dedit se in tormenta.

423. A. Gellius lib. VI, cap. 4, ex Tiberonis historiis sic narrat mortem Reguli : *In atras et profundas tenebras eum claudebant; ac diu post, ubi erat visus sol ardentissimus, repente educebant, et adversus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant, palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant.*

424. *De superfluum* est, ut apud alios. Vide notam ad vers. 409. Addit Florus loc. cit., *Imo his omnibus admirabilior, quid aliud quam victus de victoribus, quia Carthago non cesserat, de fortuna triumphavit?*

425. *Dare bella* pro *inferre, facere*, ut *dare stragem, perniciem, dolorem.*

426. *Pulchre emeritum cadaver*, quod plene suo munere functum fuerat.

- Compulit, atque iamem, vel sæva incendia A
[mortis?
Annibal inclusis, nullo surgente reatu,
430 Præter quod fuerant humanæ gentis amici,
341 Crimen amicitiam reputans, pro laude
[periculum
Intulit, et pœnas exegit ab urbe fideli,
Perfida quas lueret sub justo vindice turba.
Intoleranda semel toleravit mensibus octo,
435 Quæ nec sponte fidem violat, nec clade coacta:
Victa caterva tamen, gladios ut vinceret hostis,
Incendit patriæ populum cum mœnibus urbis,
Et sibi dat cum morte faces, securâ sepulcri
Pocit ab igne neces, hostis sua mira trium-
[pho
440 342 Subducens, et colla jugo: rogos omnibus B
[unus, 455 343 Quæ nos æternæ speramus munera vitæ.

SCRIPTURA COD. VAT.

429. A. inclusos n.
451. Crimen amicitiae r.
432. Impulit et.
433. Justo iudice turba.
435. Qui nec sponte ridens violat n. c. c.
436. Victa catervæ a me gladios.
437. Incendit patriæ populis cum m. u.
438. Fuges pro faces.
441. Hæc mœnia sunt patria, et tumulus cinis omni-
bus ignis.
442. Signum... reliqua desiderantur.
446. H. venia indonare suevit.
448. Invenire magis.
449. Quam vellis p. v. sic tamen illa.
450. Libera conspirans flammis.
452. Qui ambigue.
453. Nec pavor est dominantis. . alia desunt.
454. Mentibus ingenuis ne... hic etiam versus sic
mutilus est.

NOTÆ.

428. Vers. 65, Sæva incendia mortis.
429. Rursus vers. 508, *Ut rea procubuit, nullo surgente reatu!*

450. Facile ad communioem Latine loquendi usum hæc revocari possent *Præter quam quod erant*. Sed in scriptoribus hujus ævi nonnullæ phrases sunt retinendæ etiam sine exemplo antiquiorum, quæ notam bonæ Latinitatis præ se ferunt, et veriores inde magis probantur, quia linguæ vulgares, a Latina profectæ, similem loquendi modum retinent. *Præter quod* perinde est ac *præter id quod*. Non dissimili sensu Plautus Pers. III, 1, 87: *Virgo atque mulier nulla erit quin sit mala, Quæ præter sapiet, quam placet parentibus*; et Terentius Heaut. I, 1, 7: *Quod mihi videre præter ætatem tuam Facere, et præter quam res te adhortatur tua*. In Dracontio scribi pariter posset *Præter quam fuerant*. Sed Vossius, de Construct. scem. cap. 26, ostendit recte dici *præter quod* pro *præter illud quod* exemplo Cæsaris de Bello Gall. lib. I: *Frumentum omne, præter quod secum portaturi erant, comburunt*, et Ciceronis epist. 3, lib. v, ad Attic., *Nullas enim (litteras) adhuc acceperam, præter quæ hinc semel in Trebulano redditæ sunt*.

432. Ver. u 352, *Nato pro laude periculum Intulit*. Hic ergo *Intulit*.

433. *Malo sub justo vindice*. *Judex* et *vindex* in mss. sæpe confunduntur.

434. *Semel pro omnino*; quæ penitus intoleranda erant, gens fidelis mensibus octo toleravit. Cicero ad Attic. lib. XIV, epist. 13: *Etenim ille (Antonius), quoniam semel induxit animum, sibi licere quod vellet, fecisset nihilominus me invito*. Poterit etiam accipi pro una vice, ut significetur, neque exiguo tempore fuisse tolerabilia quæ octo mensibus Saguntus toleravit.

436. Expende num melius *Victa caterva tamen, clades ut vinceret hostis*: nam hæc duo verba in ms. alibi etiam sunt inter se commutata.

437. Paulo post vers. 445 iterum *Cum mœnibus urbis*.

438. *Putabam cum morte fugam*; sed magis e re videtur *faces*, quæ scilicet rogo deserviant. *Secura sepulcri*, nil curans sepulcrum. Ovidius lib. I Trist., eleg. 1, vers. 49, *Denique securus-famæ, liber, ire memento, Nec tibi sit lecto displicuisse pudor*. Statius vero alia significatione lib. XII, vers. 780, *Vade, atra dature Supplicia, extremique tamen secure sepulcri*, hoc est deposita cura sepulcri, quod certo habebis. Consule notam ad vers. 105 hujus libri.

439. *Sua mira*, ut Plautus dixit *nimia mira, tanta mira*.

440. Cyprianus in carm. Sodomæ: *Tota rogos regio est*.

443. Lib. I, vers. 697: *Et saxa fluescunt In cineres*. Horatius lib. IV, od. 13, vers. ult.: *Dilapsam in cineres facem*. Alcuinus carm. 178 vet. ed. dixit *In cineres solvens mœnia*.

444. Si Saguntini Annibali se subiecissent, non propterea metuere debuissent juga, seu crudelitatem Romanorum, cum iterum Saguntum recepissent, ut vers. 451 enucleatius exponitur.

445. Ex Virgilio I. VI, vers. 855, *Parcere subjectis, et debellare superbos*.

446. *Urget debellare*. Horatius lib. II, od. 18, vers. 20, *Marisque Baiis obstrepentis urges Submovere littora*. Suetus trisyllabum, ut vers. 665, *sueta*. Fortasse legendum *et hortatus veniam implorare suevit a suo*.

448. Mutatio numeri non infrequens est scriptoribus; sed præcipue locum habet, cum ex numero singulari nominis, multitudinem comprehendens, ad numerum pluralem fit progressus. *Cui dent senatus*, senatores, Romani.

452. *Sed veniam* metuens, quia committere nolbat, ut venia digna censeretur. Neque immerito legas *quia libera erat, servire recusat*.

453. Sic supplebam ex conjectura.

455. Vide I. II, vers. 569. Tertullianus lib. de Judic. Dom., vers. fin., *Sic quoque cœlestis capietis munera vitæ*.

Sed ne forte viris tantum data verba puten-
 [tur,
 Et quasi sexus iners fragili sub corpore mollis
 Laudis opus metuens, ne sit sibi fama super-
 [stes
 Tormentis, sequitur quæ vita æterna, recu-
 [set
 460 Plurima dona Dei, laudis mala femina summæ
 Materiem retinere potest; audacius illis
 Deprensus nihil est, animos de crimine su-
 [munt,
 344 Datque nimis grandem mulieribus ira
 [furorem.
 Unde igitur furiale nefas assumere possunt,
 465 Inde pios animi rapiant sub pectore motus,

SCRIPTURA COD. VAT.

456. V. putantur.
 458. Laudis honos m. n. sit tibi fama s.
 459. Tormentis quæsitam vita æterna recuset: du-
 bium an quæsitam, an quæsitam.
 460. Femina sume, supra summe.
 462. Scribitur deprehensus.
 465. Grandem vulneribus ira.

456. Dare verba interdum significat decipere, quasi inaniter promittere; sed aliquando tamen idem est ac verba facere. Arator l. II, vers. 40, *Antiochi dictam de nomine visitat urbem Paulus, et extemplo properat dare verba catervis*. Val. Flaccus l. VII, vers. 251, *Talia verba dabat*. Dracontius iterum in Eleg. vers. 48, *Ne mutilante sono verba ligata daret*. Sic Virgilius *dicta dare*, Ovidius *sortem dare*. Vide Barthium l. IX Advers., cap. 9, et Withovium Specim. Gunth., pag. 96.

457. Eleg. vers. 218, *Femina sexus iners*.

458. Ita locum insigniter depravatum corrigo, ut sensus hic sit: ne feminæ metuentes, ne superstes sit earum fama tormentis, quibus succedit vita æterna, recusent plurima dona Dei, aut nullum bonum opus aggrediantur, sciendum est feminas multis Dei muneribus præditas esse, quibus ad summam laudem eniti possint. Ut enim audacius illis deprentis nihil est, ita, si velint, pios animi motus ad quævis ardua virtutum opera tentanda possunt concipere.

460. In mala femina cernere licet dona Dei, sive ingenitas quasdam virtutes naturales, quæ materiem summæ laudis præbere possunt. Præterea affectionibus animi seu passionibus naturalibus, quæ ad malum inclinant, tam feminæ quam viri bene et ad bonum uti possunt. Augustinus lib. XIV de Civit. Dei, cap. 9: *Apud nos juxta Scripturas sacras sanctamque doctrinam cives sanctæ civitatis Dei in hujus vitæ peregrinatione secundum Deum viventes, metuunt cupiuntque, dolent gaudentque. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent*. Vide Nic. Lancicium de Indic. et gradib. Profect. in virt. cap. 4, num. 9.

461. Ex Juvenali sat. 6, vers. 284: *Nihil est audacius illis Deprensus iram, atque animos a crimine sumunt*: et vers. 97 de eisdem feminis: *Fortem animum præstant rebus quas turpiter audent*; et vers. 457: *Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil, Cum virides gemmas collo circumdedit, et cum Auribus extensis magnos commisit elenchos. Intolerabilius nihil est quam femina dives*. P. Syrus in Mim. vers. 456, *Malo in consilio feminæ vincunt viros*.

465. Idem Juvenalis sat. 10, v. 328, *Mulier sævissima tunc est, Cum stimulos odio pudor admoret*. Mar. Victor in epist. ad Salmonem abbatem: *Ista quidem Salmon, sunt nostri crimina sexus. Sed levis est vestra viticrum morbus in urbe, Si non feminei*

Et faciant, quod honesta decet, quod fama pu-
 [doris
 Exigit, et vitæ prodest sub laude futuræ.
 Judith Holofernem castissima finxit amare,
 Castra ducis metuenda viris ingressa virago.
 470 Inter belligeros fremitus, et tela cruenta,
 Inter et ensiferas sævo sub Marte catervas
 Ingreditur vestita fide, vestita pudore,
 Et quod tanta manus non est aggressa viro-
 [rum,
 Nocte sub obscura perfecit femina sola,
 475 Et duce truncato viduavit castra tyranni.
 345 Quæ caput apprensus proceris portavit
 [ad urbem:
 Civibus una dedit cum libertate triumphum.

B 464. I. furie n.
 466. Et faciunt q.
 468. Ludit Olofernem.
 471. Ensiferæ s. s. m. catervæ.
 476. Videtur scriptum caput ad patrem, sed patrem non clare: proceres pro proceris.

NOTÆ

magis exarsere furores. Ante diem, Salmon, tenebris nox humida condet, quam possim mores hujus percurrere turbæ. Lego mulieribus, tertia producta, ut l. II, vers. 133 aliisque in locis.

464. Lego furiale nefas, ut vers. 261, *Est furiale nefas*.

465. Fortasse animi capiunt. Sed rapiunt majus aliquid innuit, quasi per vim, cito, festinanter sumunt, arripiunt. Cicero l. III de Orat., c. 40, in verbis Ennii: *Vive, Ulysses, dum licet: Oculis postremum lumen radiatum rape*, id expendit: *Non dixit, cape, non, pete: haberet enim moram sperantis diutius esse sese victurum*.

466. Lego faciant, ut vers. præced. rapiant. Feminas enim Dracontius ad virtutem hortatur. Conji- ciebam quod honos doceat, quod. At defendi potest quod honesta decet, scilicet quod decet honestatem. Honestum sumitur pro honestate. Cicero l. I Offic., cap. 5, *Facies honesti si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ*. Lucanus l. II, vers. 389, *Justitiæ cultor, rigidi servator honesti*.

467. Vita sub laudē futura est vita beata.

471. Statius l. IV, vers. 321, *Et ensiferas inter potes ire catervas?*

472. Vide Alcimum de Virginit. v. 407: *Hinc pudor, inde fides, internis fortior armis*, etc., et Paulinum poem. 23, natal. 8, *Induit alma fides*, etc.

474. Cap. XIV Judith, vers. 16, *Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor*.

475. Virgilius l. VIII, vers. 571, *Tam multis viduasset civibus urbem*. DUCE TRUNCATO ex libro Judith cap. XIII, vers. 10: *Et evoluit corpus ejus truncum*; et cap. XIV, vers. 4: *Et intenerint eum truncum*, etc. Paulinus carm. 23, natal. 8: *Barbara truncato victrix duce castra fugavit*. Apollinaris Sidonius in Eucharist. ad Faustum vers. 51: *Quique manum Judith ferientem colla Holofernæ Juvisti, exciso jacuit cum gutture truncus*.

476. Sic melius, quam *apprensus* vel *adprentens*. In singulari proceris, ut Juvenalis sat. 8, vers. 26: *Agnosco procerem: salve, Getulice, seu tu Silanus*. In Capitolino cap. 2 Maximin. Casaubonus et plerique legunt *procer*. dissentiente tamen Salmasio. Negarunt grammatici antiqui in singulari usurpari *procer*, sed potior mihi est auctoritas Juvenalis, imo et solius Dracontii.

Femineo mucrone perit dux fortis et audax, A
 Quem non bella domant, domuit promissa vo-
 [luptas,
 480 Hæc sperata licet, non est perfecta libido:
 Et certæ noctis pœnas persolvit adulter,
 Impollutus adhuc nullo sub crimine facti.
 Semiramis dulces, Nino viduata marito,
 346 Invasit thalamos et regnum prolis ama-
 [tæ.
 485 Exhibet infelix incesto pectore matrem,
 Et sibi socrus erat filii turpissima conjux:
 Bella diu gessit juvenem mentita sub armis.
 Quis neget iratæ Tomyris crudelia bella
 Cum duce Persarum Cyro sub laude peracta?
 490 Ultrix facta sui post tristia funera nati,
 Dum regale caput dimissum sanguine multo B
 Clausit in utre cruor, quem mens furiata dolore

Fuderat, innumera juvenum cervice recisa.
 Casta quod Evadne fecit Capaneia conjux,
 495 Dum post sulfureos jaculati fulminis ictus
 Ignibus appositis arderent ossa mariti,
 Conscendit mox viva rogos, viduamne voca-
 [mus,
 Quæ simul infernas cum conjuge venit ad um-
 [bras?
 347 Dives Dido fugax, extincti conjugis
 [ultrix,
 500 Urbis Elisææ perfectis mœnibus ample,
 Ipsa pyram manibus propriis construxit, et
 [aram,
 Quam pedibus furiata suis conscendit, et arsit.
 Impulit ad flammam accurrere funere vivo
 Aut amor Æneæ, aut venientis terror Hiar-
 [bæ.

SCRIPTURA COD. VAT.

483. *Femina prima ducum uno viduata marito.*
 488. *Neget exgrite Tamiris.*
 493. *Cervice recissa.*
 498. *Infernam c. c. venit ad urbem: pro urbem
 prius aliud fuerat.*

499. *Prius uroem, correctum ultrix*
 501. *Contruxit ut aram.*
 503. *A. funera viva.*
 504. *Æneæ veniens aut terror*

NOTÆ.

479. *Promissa voluptas*, quam sibi ipse promiserat, ambiguo responso Judithæ deceptus. Cap. xii, vers. 13: *Quæ ego sum, ut contradicam Domino meo?* Judith invitabatur aperte ad cœnam, occulte ad flagitium: apertum verborum sensum secuta, se Holofernis obsequio paratam ostendit: Holofernes tectum alium verborum sensum spectabat. Nonnulli putant Juditham Holoferni legitimum matrimonium promisisse; quæ tamen interpretatio minus verbis et menti Dracontii congruere videtur.

481. *Certæ noctis*, sibi constitutæ, quam certo sibi promiserat. Nox sæpe pro ipso vetito concubitu ponitur. In Anthologia Latina tom. IV edit. Pisaur., pag. 502: *Dum noctis pretium tuæ requiro*, quod epigramma inter alia Martiali ascripta legitur. Prudentius l. i contra Symmach., vers. 145: *Hoc pretium noctis persolvit honore Liber*. Sic passim loquuntur Cicero, Horatius, Ovidius, Statius, Plautus, Terentius, alii. In plurali num. Juvenalis sat. 1, vers. 37: *Qui testamenta merentur Noctibus*.

482. *Impollutus* verbum Taciti et posterioris ævi.

483. In scriptura codicis corrupta omnino legendum puto *Semiramis* et *Nino*, quorum certe fit mentio. Nec refert quod alii in *Semiramis* primam corripiant et secundam producant, et primam in *Nino* brevem faciant: nam Dracontius alique ejus æquales in nominibus propriis liberiores erant. Prudentius in *Ninivite* a *Nino* primam similiter produxit vers. 431 hymni 7 Cath.: *In Ninivitas se coactus percito*. Simili modo Theodulfus Aurelianensis in versibus præfixis fronti Bibliorum: *Ninivis et vitam nomine mundus habet*. Alii in *Ninive* primam corripunt, secundam producant.

484. *Invasit thalamos*, etc., vide notam ad vers. 349. Justinus l. i, cap. 1, de Semiramide, *Simulat se pro uxore Nini filium, pro femina puerum... Magnas deinde res gessit, quarum amplitudine, ubi invidiam superatam putat, quæ sit, fatetur... Ad postremum cum concubitum filii petisset, ab eodem interfecta est*.

486. Mater est socrus conjugis filii. Semiramis igitur, quæ filii conjugium affectabat, sibi erat socrus.

488. Forte *Quis neget orbata Tomyris*. Alii scribunt *Thamiris*. De ea Val. Maximus lib. x, cap. 9: *Caput*

Cyri abscissum in utrem humano sanguine repletum dimitti jussit, exprobrans illi insatiabilem cruoris sitim, simulque pœnas occisi ab eo filii sui exigens. Herodotus l. i, cap. 214, eandem historiam refert, quamvis multa alia de exitu Cyri narrari fateatur.

489. *Alii primam in Cyrus* producant.

491. *Putabam demersum*; sed Val. Maximus verbo *dimitti* in eadem re usus est.

492. *Clausit in utre cruor*, quod tantus fuerit cruor, ut caput cooperuerit et quasi clausit.

494. Hyginus, fabul. 256, inter castissimas numerat Evadnen conjugem Capanei. In *Capanea* lego *Capanea conjux*. Statius l. xii, vers. 545, *Ausa ante alias Capanea conjux*.

495. Capaneus ad Thebas periisse dicitur fulmine percussus. Vide Statium in fin. l. x. *Jaculatus* passive in Lucano reperitur.

497. Hyginus, fabul. 243, Statius in fine Thebaidos, *Conscendit*, ut vers. 502.

499. Dido, Elissa etiam, seu Elisa vocata, cum Pygmalion ejus frater Sichæum conjugem obruncasset thesauris hujus inhians, Tyro clam aufugit, effossis et asportatis secum thesauris. Omnia ergo hujus versus verba notandam habent significationem: *dives, fugax, ultrix conjugis extincti*

501. Scriptura codicis *pyram construxit, ut aram*, aliquo pacto defendi potest, sed non videtur vera. *Contruxit* pro *construxit* error clarus est.

502. Supra vers. 497, *Conscendit mox viva rogos*. Virgilius l. iv, vers. 646, de Didone: *Conscendit furibunda rogos*.

503. *Funere vivo*, ut vers. 398, *vivum cadaver*, l. i, vers. 648, *funera viva*, et vers. seq. *vitali in morte*. Simile oxymorum est in Victorino de J. C., *Vim patientis hominum vitali morte sepultus*. Dido gladio se ipsam occidit, sed in pyra, qua ejus corpus comburendum erat.

504. Macrobius Saturn. l. v, cap. 47, commemorat, ita eleganter a Virgilio amores Didonis fuisse digestos, *ut fabula lascivientis Didonis, quam falsam novit universitas, per tot tamen sæcula speciem veritatis obtineat, et pro vero per ora omnium volitet*. Justinus, l. xviii, Hiarbam regem Mauritanie sub belli denuntiatione nuptias Didus petisse refert. Regina vero, *pyra in ultima parte urbis exstructa, velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias missura, multas*

505 Quid formosa nurus, populo spectante, pu- A
[dica
Post maculam thalami Lucretia casta peregit,
Quam tulit infelix, alieni poena pudoris?
348 Ut rea procubuit, nullo surgente reatu:
Concidit ense suo, mansitque superstes adulter,
510 Qui solus feriendus erat mercede pudoris.
Millia femineis numerantur ubique catervis
Exempla scelerum modicæ vel laudis amore:
Aut certe fecere pie pro numine vano
349 Conficti sermone Dei, quem fabula men-
[dax
515 Extulit, et miseros incassum orare coegit,
Unde nihil lucri, sed vitæ damna tulere,

Cum sit nemo Deus, nisi noster ubique tremen-
[dus;
Omnia præcepti solo sermone creantur
Ipsius imperio, per quem sunt cuncta per
[ævum.
52) Ecce Deus verus, de quo nil fingitur, in quem
Fabula nulla cadit, quem nunquam verba,
[diserti
Exornant, aut sorde notant, cui tempora nil
[dant,
Aut relevant, currente die: qui sæcula mutat,
Nec mutant hunc sæcla tamen, quia, quod fuit,
[hoc est,
525 Hoc erit æternus: qui præsens constat ubique,

SCRIPTURA COD. VAT

514. Dei quos f.
515. Incassum adorare coegit.
516. Nihil Christi sed.
522. Aut forte rotant cui.
525. Aut recolunt c.

B 524. Sæcula nec tamen desunt alia, sed illico
integer versus ponitur *Nec mutant hunc*, etc., adeo-
que *Sæcula nec tamen* initium mendosum est versus
hujus *Nec mutant*

NOTÆ.

hostias cædit, et sumpto gladio pyram conscendit, at-
que ita ad populum respiciens, ituram se ad virum, sicut
præceperant, dixit, vitamque gladio finivit. Non desunt
tamen qui Virgilio narrationem testimoniis veterum
velint confirmare: quam opinionem refellit Rucæus
initio comment. l. iv *Æneid*.

505. Livius l. i, cap. 57, de Lucretia: *Tum forma,
tum spectata castitas incitat*. Lucretia nuntium ad
patrem et ad virum miserat, ut cum singulis fideli-
bus amicis ad se venirent, quibus præsentibus Tar-
quinii facinus narravit, et cultro se confodit.

507. *Tulit*, abstulit. Virgilius eclog. 9, vers. 51:
Omnia fert ætas, animum quoque. Vel *tulit*, supra se
tulit, ut pro ea mortem subiret, phrasi ecclesiastica,
ut dictum ad vers. 602 l. ii: *Et licet ipse ferat macu-
las et crimina nostra*. ALIENI PŒNA PUDORIS est casus
appositionis, ut vers 270: *Accipit infelix, alieni causa
triumphi*. Fuit ergo Lucretia sibi pœna alieni dede-
coris. *Pudor* metonymice ponitur pro dedecore,
præsertim ex illicito concubitu permanente. Ovidius
Heroid. ep. 11, vers. 79, *Irruit, et nostrum vulgat
clamore pudorem*. Justinus l. iii, cap. 4, *Ex his nati
ob notam materni pudoris Parthenii sunt vocati*.

508. Vide supra vers. 429.

510. *Mercede pudoris*, ut vers. 507, *pœna pudoris*.
Pro pœna, aut supplicio *merces*. Livius l. xxxix, cap.
55, *Debuisset gravem temeritatis mercedem statui*.

511. *Femineis catervis*, in femineis catervis. For-
tasse *femineæ catervæ* legendum. Feminarum indo-
lem et ingenium simili elogio persecutus est Fridericus
Furius Cæriolanus in opere quod inscribitur
Bononia, lib. ii, pag. 281 seq., *Quid enim si superiores
et laudabiliores viris inveniuntur? Legè omnes
omnium ætatum annales et historias, cognosces feminas
castas, pudicas, etc., quæ ita in omni virtutum genere
eminuerunt, etc. Nolo recensere Semiramim, Lucre-
tiam, etc. Quid tibi multa millia virginum, conjugum
et viduarum memorem? Hoc vero est discrimen inter
Cæriolanum et Dracontium, quod hic feminas ad
veræ virtutis laudem adhortatur, ille ita ratiocinatur,
ut concludat lectionem versionis vulgaris sacrorum
librorum sine ullo discrimine omnibus esse conce-
dendam: ex quo intelliges quam inepte in Catalogo
Bibliothecæ Hulsianæ tom. IV, pag. 337, hic liber
Cæriolani collocatus fuerit in classè eorum qui de
Roma et statu ecclesiastico, sive ditione Romani
pontificis agunt, perinde quasi descriptionem civita-
tis Bononiæ contineret, cum *Bononia* inscriptus fuerit,
quia dialogum explicat inter Cæriolanum et Bono-*

niam Siculum, theologum et rectorem Lovaniensem.
En titulum operis rari: *Friderici Furii Cæriolani
Valentini Bononia, sive de Libris sacris in vernaculam
linguam convertendis libri duo ad Franciscum Bovadil-
lium Mendozium cardinalem Burgensem. Basileæ per
Joannem Oporinum. Ex officina Michaelis Martini
Stellæ, 1556, mense Martio, in-8*. Nescio vero an ma-
gis ridicula sit allucinatio hypercritici Baylii, qui in
Diction. verb. *Furius* affirmat Federicum Furium
nomine Cæriolani vocatum fuisse, quia natus fuerat
Valentiæ; allegatque Nic. Antonium, quem ait scri-
pisse incolas regni Valentini vulgo appellari *Seriots*,
et hac de causa Furium cognominatum *Seriolanum*.
Accipe verba Nic. Antonii, quæ exscripsit etiam
Baylius: «*Federicus Furius Seriolanus (vulgari appel-
latione Valentini gentis, ex cujus regni urbe prima-
ria oriundus erat, SERTOL dictus) non alio aptiori
potest elogio commendari, etc. His, ut vides, solum
innuit Nic. Antonius, Federicum ex vulgari suo co-
gnomine Seriol sibi fecisse nomen Seriolanus. Cæte-
ram cognomina ejus hæc duo erant Furio Ceriol.*
Quædam de ejus genere et familia ex Actis beatif.
et canoniz. B. Nicolai Factoris, alia de munere histo-
rici regii, quod gessit, ejusque scriptis historicis ex
præfatione Joannis Matallii ad libros Hieronymi Oso-
rii de rebus Emmanuelis Lusitaniæ regis adderem,
nisi hic locus alienus esset.

515. *Pie*, opus quod pietatis aliquam speciem præ-
se ferret: nam vera pietas *pro numine vano* nulla est.

514. Forte *Conficti sermone Deum, quos*, vel *Fictio-
rum sermone Deum, quos*. Lib. ii, vers. 582, *Vel qui-
cunque Dei ficti sermone vetusto*.

516. *Lego lucri pro Christi*; nullus enim est sensus
Unde nihil Christi.

518. Lib. ii, vers. 59, *Quem ipse repente jubens solo
sermone creasti*.

521. Forte *verba diserta*.

522. Sic ex conjectura legi potest, nisi malis aut
forte notant, aut *sorte notant*. Sed *notare sorde* recte
dicitur. Cicero pro Quinti., in fine: *Ne is . . . dede-
core, macula, turpissimæque ignominia notetur*.

523. Forte *Aut minuunt*, ut l. ii, vers. 586, *Nil ad-
dèns, minuensve tibi*; vel *Aut demunt*, ut Eleg. vers.
9: *Nil addit demitque tibi tam longa vetustas*. Scribo
relevant, quia *relevare* ponitur etiam pro *minuere*. Pli-
nius in Paneg. cap. 19. Vide not. ad vers. 540, l. i.

524. Lib. ii, vers. 587, *Tempora mutantur te nun-
quam sæcula mutant*.

Omnia cum tollat, minuatque volatile tempus, A
350 Incrementa Deus, vel decremēta recu-
 | sat;
 Idem semper erit, nunquam mutabilis ævo,
 Qui cum sit dominus, se vult tamen esse pa-
 | rentem.
 530 Exhibet, impendit, præbet, testatur, adoptat
 Nos genitos vocitare suos: nos ergo fideles
 Vivere debuimus, tanquam factoris imago,
 Quos deceat factura Dei pietate magistra.
 Rex pie, bellantum comitata potentia supplex
 555. Fit, quodcunque jubes: effectus jussa sequun-
 | tur.
 Stat famulans natura Deo, constructa elementis,
 Nescia, quid jubeas, donec præcepta repente
 Audiat, et Domino citius parere laborat, B

Exsultans jussisse sibi, gavisā ministrat,
 540 **351** Perficit injuncta placido sermone jubentis,
 Et rerum natura parens famulata tremiscit
 Per quem celsa poli, tellus, mare, sidera con-
 | stant,
 Et gestit servire pavens. Quota portio rerum
 Nos sumus audaces, ut contempnamus acerbe
 545 Imperium cœleste truces? præcepta sequatur
 Nostra, Deique simul, qui vult, sua vota venire.
 Cum nos jussa Dei fieri contempnimus ultro,
 Nec sumus ignari, quid sit fas, quidve nefastum,
 Gens scelerata sumus, nil de pietate merentes.
 550 **352** Quorum primus ego plus quam peccator
 | habendus.
 Quando fatebor enim, scelerum simul esse
 | reatum

SCRIPTURA COD. VAT.

526. *Omnia qui tollit, minuitque v. t.*
 536. *Stans famulans.*
 539. *E. vixisse s. g. ministra.*

543. *Et gessit servile pavens.*
 545. *I. c. truces pacare loquetur: correctum loquatur.*
 546. *Venire; ad marg. est mereri.*

NOTÆ.

526. *Minuitque volatile tempus* in scriptura codicis, ut vers. 525, *Qui sæcula mutat*. Ovidius lib. x Met., vers. 519, *Labitur occulte, fallitque volatilis ætas*. Suspicio *Omnia cum tollat, minuatque volatile tempus, Incrementa Deus*, etc. Illud mihi certum, Columbanum in ep. ad Hunaldum hunc versum expressisse: *Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus*, quem versum aliis Dracontii immixtum refert: adeoque conjecturam meam sequi volo.

528. Eleg. vers. 7, *Omnia permutans, nullo mutabilis ævo, Idem semper eris*.

529. De patris nomine quo Deus vult vocari, consule notam ad l. i, vers. 81.

530. De verbo *impendo* pro *confero* vide notam ad vers. 248. *Adoptare* peculiari significatione est aliquem in filii locum assumere, proprio nomine imposito. Hinc additur, *Nos genitos vocitare suos*. Deus enim nos in familiam suam nomenque filiorum suorum per gratiam adoptat. Fortasse etiam *adoptat* sumitur pro *optat*.

531. *Genitus* substantive pro filio. Vide comment. ad Prudentium hymn. 5 Cath., vers. 157. Joannis ep. 1, cap. iii, vers. 4: *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et simus*. Chrysostomus hom. 14 in Matth., *Patrem se magis quam Deum voluit dici, ut nobis magnam fiduciam daret ad petendum*. Dracontius in fin. l. iii, *Obses sermo tuus nostro nam corde tenetur; Quo te promittis nimia pietate parentem*.

532. Vide lib. i, vers. 538, *Species hominis, cœlestis imago*.

533. *Factura* pro opere facto et creatura sæpe ponitur a scriptoribus Christianis. Confer comment. ad Prudentium Apoth. vers. 304. Hoc loco potius sonat ipsam actionem, sive compositionem, quo sensu Plinius et Gellius ea voce utuntur. *Pietate magistra, ut luce magistra, ritu magistro*, qualia multa in poetis reperire licet.

534. Lib. ii, vers. 698, eodem modo: *Rex pie*. Obscura sententia et fortasse mendosa scriptura. Tentabam *Rex pie, bellantum cui tota potentia supplex, Fit, quodcunque jubes*. Vel *Rex pie, bellantum comitata potentia, semper Fit quodcunque jubes*.

539. *Ministrat* eo sensu quo l. i, vers. 227: *Quæcunque ministrant*. Forte *Exsultat jussisse sibi, gavisā ministra Perficit*. Sedulius l. i, vers. 222, al. 257: *Nempe creatori, cujus quæcunque videntur, Seu quæcunque latent, et rerum machina serva est, Omne suum*

famulatur opus, sequiturque jubentis Imperium, quocunque trahit sententia nutus. Cellarius edidit et rerum machina sermo est. Sed Wopkensis in Miscell. crit. restituit ex aliis libris *serva est*, et mox conjicit *sequiturque jubentis Imperii, quocunque trahit sententia nutum*.

541. *Tremisco* cum accusativo Virgilius et alii. In multis veteribus libris scribitur *tremesco*, atque ita etiam legitur in codice Vat., sed communior scriptura est *tremisco*.

C 542. *Celsa poli*, ut l. ii, vers. 3, *celsa polorum*.

543. Sic restituo. Gestit servire pavens natura, nam eadem gavisā ministrat, et famulata tremiscit, quibus verborum oppositionibus sæpe utitur Dracontius. Cogitabam *Cui gestit servire pecus*. QUOTA PORTIO, quanta portio. Lucretius l. vi, vers. 650, *Et videas, cœlum summæ totius unum Quam sit parvula pars, et quam multesima constet, Et quota pars homo sit terræ totius unus?*

545. In mendo cubat hic locus. Hemistichium vers. seq. invenio apud Alcuinum, Dracontii sæpe imitatore, carm. 179, quod monostichis constat, et inter alia habet, *Impleat ipse Dei, qui vult, sua vota venire*, nempe impleat Dei vota, qui vult sua sibi vota succedere: quanquam mihi potius placet opinio Canisii, qui in append. tom. I Var. lect. hoc carmen S. Columbano ex quodam ms. attribuit, cujus ex epistola ad Hunaldum nonnulli versus huc sunt allati. In recenti editione Alcuini inter opera dubia hoc carmen relatum est. Locum correxi, ut potui, non ut desideravi. Vellem, medicinam tulisset noster Petrus Chacon, de quo Nicius Erythræus in Pinacotheca: *Omnino habebat hoc, ut in sanandis veterum librorum plagis nemo ipso melius medicinam faceret, adeo ut auctorum eorundem animi, ut somniavit Pythagoras, immigrasse in ipsum, suamque eidem de iis rebus, quæ erant in quæstione, sententiam quodammodo aperuisse viderentur*.

D 547. Nullum erit peccatum metri, si legas *facere contempnimus*.

548. Lib. ii, vers. 267, *Nos improba turba, Quamvis justitiam noscentes temnimus actu Plectibili*.

550. Imitatio Apostoli I ad Tim., cap. i, vers. 15, *Quorum (peccatorum) primus ego sum*. Tota hæc confessio Dracontii quo pertineat, fuse disputatum fuit in prolegomenis cap. 15.

551. Forte *scelera simul, atque reatum Pectoris, et carnis?* vel *scelerum numerum, atque reatum*.

- Pectoris, et carnis? non si mihi ferrea vox sit, A
Ora tot exsurgant, quot dentes ossibus albert,
Aut mihi sint linguæ, quantos caput omne
[capillos
555 Pectinat, explebo numerum sine fraude fidelem.
Sed satis est dixisse reum sub crimine cuncto.
Quod tua jussa vetant, solus peccasse fatebor,
Omne, quod horrescis, non me fecisse negabo.
Quid prodest cuicumque nefas celare peractum,
560 Cum iudex, et testis ades Deus unus, et idem?
Sacilega quasi mente putem, non omnia nosse,
353 Aut aliquid nescire Deum. Sibi fraude
[nocebit
Mens mea quod reticet, cum, si confessio
[simplex
Indicet admissum, venia sperata sequetur. B
565 Qui negat, ipse sibi veniam jam sponte negavit.
Ergo ego confiteor miseranda mente reatum
Plenum, grande malum, non uno crimine
[partum.
Nam scelus omne meum numeros superabit
[arenæ

SCRIPTURA COD. VAT.

554. Q. capit o.

562. Deum cui fraude.

569. Scribitur lictoris.

579. D. elementa n.

583. Obscure inimicus.

NOTÆ.

552. Auctor incertus de Laudibus Domini sub Constantino: *Non ego ferratō te gerer si viscera muro, Ferrea vox, linguæque forent mihi mille canenti*, etc. Virgilius lib. vi, vers. 625, *Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox*, etc. Sic passim poetæ ethnici et Christiani difficultatem singillatim explicandi rem aliquam solent exprimere. Quod autem Dracontius hunc versum, et non raro alios verbo monosyllabo concludit, rectene id fiat, controversum est inter aliquos. Labbeus in Nov. Bibl. mss., pag. 68, ex bibliotheca Gabrielis Naudæi citat anonymi dialogum, *An recte versus monosyllabis verbis claudatur, et quibusnam, adversus Thomam Corream*, qui Bononiæ libros de eloquentia, elegia et epigrammate scripserat. Præstantissimorum poetarum exempla patent omnibus.

555. Virgilius lib. xii, vers. 36, *Campique ingentes ossibus albert*.

554. *Quantos pro quot usitatum bonis Latinitatis auctoribus, Senecæ, Propertio, Statio, Claudiano, aliis.*

555. *Pectinare* verbum Plinii et Apuleii. David sec'era sua capillis capitis sui comparabat psalmo xxxiv, vers. 15, *Comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui, ut viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei*. Dracontius hyperbolem longius protrahit.

556. *Reum*, scilicet me. *Cunctus* in singulari apud Virgilium, Ciceronem ac plures alios occurrit, ut *cunctus orbis, a cuncto populo*.

558. *Horresco* cum accusativo Virgilius, Statio, Val. Flaccus.

560. Jerem. c. xxix, vers. 25.

564. Vide l. i, vers. 497 seqq., *Sacrilegos*, etc., et v. 531 seqq. ejusdem l. i.

562. *Lego sibi pro cui*: nam etiam cum interrogatione cui fraude nocebit *Mens mea quod reticet?* non satis expeditus est sensus. Joan. ep. I, c. i, vers. 8 seqq., *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.... Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra*. Lib. III Reg., c. viii, v. 46 seqq.

- Littoris, et pelagi vincent mala nostra liquo-
[res.
570 Non puto diluvium tantos punisse reatus,
Quantos ipse gero culparum pondere pressus.
Flumina me scelerum rapiunt, quatiuntque
[procellæ,
Et peccatorum torrens simul obruit unda;
354 Me delictorum merserunt fluctibus amnes,
575 Usque animam venit unda meam, gravis horror
[aquarum.
Hei mihi! quod facinus non uno tempore gestum.
Ut mea facta luam, tempus convenit in unum.
Nunc ubi sit pietas, ubi sit miseratio prisca,
Aut tua quo, Domine, clementia nota recessit?
580 Oblitusne mei es? precor, obliviscere ne me,
Omnipotens, sed facta mea: gravor undique
[pressus,
Vincla ligant, tormenta domant, consumit
[egestas;
Ludibrium generis, dolor omnibus, atque ini-
[micus
Factus, et exutus magna de parte bonorum,

563. *Forte quod si*. In codice scriptum est *cum si*. Potest accipi *cum* pro *quando* adversative. Martialis l. vii, ep. 83, *Certior in nostro carmine vultus erit*. Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Vivet, Apuleum cum morietur opus. Videlicet morietur imago picta Cæcilii Secundi, sed non vultus ejus in carmine meo expressus.

564. *Admissum* pro scelere Livius, Tacitus, alii. Non male esset *venia sperata sequatur*. Sed defendi potest *sequetur* cum *quum*, ut nunc dicebam.

565. *Qui negat*, nempe crimina, admissum scelus.

568. In codice est *superabit*, non *superavit*, ut vers. seq. *vincent*, videlicet si numerare velim scelera mea, superabunt arenam littoris, vincent undas pelagi. In sacris Litteris sæpe magna aliqua multitudo arenæ maris comparatur. Theodulfus Aurelianensis lib. iv, carm. 4, vers. 296: *Ipsæ Deo, fateor, peccamina multa peregi, Quæ superant numero temet, arenâ maris, Et pluvie guttas, maris undam, sidera cæli, Herbarum frutices, germina cuncta soli. Hæc sunt, ærumnas ego cur sim missus in istas, Esse nec ut debent sunt mala tanta mihi*.

570. Verbis ex sacra Scriptura petitis exaggerate sua crimina Dracontius fatetur. Hermannus Hugo in Piis desideriis lib. i, carm. 11, in hanc sententiam exponit verba psalmi lxxviii, v. 16, *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum*, etc.

575. Psal. xvii, vers. 5: *Torrentes iniquitatis conturbaverunt me*; et psal. xxxvii, vers. 5: *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*.

575. Ex citato psalmo lxxviii: vers. 2, *Intraverunt aquæ usque ad animam meam*. Ovidius Trist. lib. ii, vers. 101: *Nec mihi pars nocuit de gurgite parva, sed omnes Pressere hoc fluctus, oceanusque caput*.

581. Inter sententias P. Syri Mimi vers. 825: *Res optima est, non exstirpare sceleratos, sed scelera*. Prosper epigr. 8: *Denique committunt homines mala crimina semper, Dat spatium, ut pereant crimina, non homines*. Et epigr. 44: *Legem spernentes odit cum legis amator, Non homines odit, sed reprobat quod agunt*.

584. *Forte Fractus et exutus*. Vers. 593, *Quem sic fregere dolores*.

585 Crinibus intonsus, pannis squalentibus usus; A
 Notus et ignotus desunt, abiere parentes,
 Me quibus impendi, mox didicere propinqui,
 Vel quicumque fuit, subito discessit amicus.
 Agmina servorum fugiunt, tempore clientes,
 590 **355** Nec doluere meam tanta sub clade rui-
 [nam :
 Irascente Deo, solatia cuncta negantur.
 Hoc superest, ut vita cadat, nisi parcere
 [mitis
 Jussèris afflicto, quem sic fregere dolores.
 Punisti errantem, nunc jam miserere fatentis.

595 **356** Pœnitet en peccasse nimis, jam parce
 [flagello :

SCRIPTURA COD. VAT.

587. *Et q. i. m. didicere p.*

592. *S. vita ut c.*

594. *M. fatenti.*

596. *Actis, supra actus.*

597. *Accipe q.*

599. *Corde fruentis.*

602. *Fundo divine.*

605. *Supplicii scelerum peccans licet acrius uri.*

585. Habitus reorum apud Romanos vulgo notus, coma intonsa, vestis obsoleta et squalens.

586. Similia sunt in psal. xxxvii. *Parentes pro consanguineis accipio* significatione jam tunc usitata, quæ ad vulgares linguas postea permanavit. Hieronymus lib. ii contra Rulinum sub init., *Nisi forte parentes militari, vulgarique sermone cognatos, et affines nominat.* Hoc certe sermone locuti sunt Capitolinus, Lampridius, Curtius, Julius Firmicus, ut alios sequioris ævi omittam, nonnullos etiam antiquiores, quorum tamen non certa est sententia.

587. Sustineri potest *Et quibus impendi* : nam *impendo* pro conferre, præbere, ponitur a Dracontio vers. 530. Verius tamen puto *Me quibus impendi*.

589. Euripides in *Alceste* vers. 208, *Non enim omnes famuli bene volunt dominis, Ut benevoli accedant in malis.* Oportet ut magna fuerit Dracontio servorum copia. De origine servorum pulchre Alcimus ratiocinatur lib. iv, ubi agens de diluvii tempore ait : *Nam servos nondum dederat natura vocari, Nec dominos famulis discernere noverat ordo, Nam primus maculam servili nomine sensit Hujus natorum medius, qui sorte cachinno Detectum periit misero spectamine patrem, Materiamque sui risit deformior ortus, Et plus jam turpis nudato simplice nequam.* Quod postquam sanctus potuit cognoscere Noe, *Natum germanis famulum dedit : inde repertum est Tale jugum, cuncti nam semine nascimur uno. Servitii causam certe fecisse reatus Cernitur, et liber peccans fit crimine servus. Si rursum nexu famulus stringatur honesti Natales faciens sibi met, jam nobilis hic est.* Sic ex vet. edit. Moltheri, ubi legitur *Distectum pro detectum*, Romanorum divitiæ cum in aliis rebus, tum in magno servorum numero sitæ erant. C. Cæcilius Claudius Isidorus servorum quatuor millia sedecim testamento reliquisse dicitur, quamvis civili bello multas opes perdidisset. Crassus solos architectos et fabros in servis habebat ad quingentos. Seneca de *Tranquill. Animi* cap. 8, *Feliciorem tu, inquit, Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiolem esse Pompeio? Numerus illi quotidie servorum, velut imperatori exercitus, referebatur.* Vide Lipsium in not. et lib. ii, cap. 15, de magnit. Rom. Quod ergo non solum servos, sed etiam agmina servorum Dracontius memorat, satis innuit, se fortunæ bonis abundasse, aut etiam e viris primariis unum aliquem fuisse. Id ipsum hoc loco verbum *clientes* indicat. Lib. ii, vers. 310, *Nobilium plures decepti fraude clientes.*

Nam nequeo tolerare miser tot cladibus actus.
 Aspice, quæso satis, precibus ne clauderis
 [laures
 Nostris, sancte, tuas, qui das præcepta beni-
 [gnus,

Ira hominis cum sole cadat de corde furentis,
 600 Et veniam nox ipsa ferat : qui præcipis, ut sit,
 Fac fieri, quod et ipse jubes, miserere rogantis,
 Et lacrymas intende meas, quas fundo diurne :
 Tristis, et extenso prostratus corpore plango.
 Me miserum ! qui tanta fero, cui tanta parasti
 605 Supplicia scelerum : merear licet acrius uri,
 Munere percipiam Domini, redeunte favore,
 Quidquid amara dies et tempora dura tulerunt.

B 606. *Munerâ percipiam d. Scribitur percipiam.*

607. *Dies tempus quodcunque derisit.* Post hunc versum in ms. ordo versuum hic est. *Quidquid amara - Obsessamque - Et sontem - Interpres mentis - Atque voluntatis - Verbere distinctas - Omne nefas - Dentibus adduntur - Lucem redde, et alii, ut hic eduntur usque ad Ut bene verba, post quem sequitur Accedunt humeris, et alii, ut hic repræsentantur.*

NOTÆ.

590. Supra vers. 585 ait *dolor omnibus* ; cur igitur nunc, *Nec doluere*, etc. Discrimen hoc est quod hoc versu *Nec doluere* ingratus animus servis, clientibus, amicis, propinquis objicitur, quod non ita Dracontii sortem doluerint, ut remedium aliquod, quantum in ipsis esset, saltem consolatoriis verbis afferrent. At versu 585 affirmat se ludibrium generis factum, dolorem omnibus, atque inimicum, quia ex suo casu ut ludibrium, sic dolor in familiares redundare debuit. Doluerunt ergo non sortem Dracontii, sed suum damnum, vel si sortem Dracontii dolebant, se non dolere fingebant, pro inimicis se gerentes.

591. Eleg. vers. 29, *Irascente Deo, mentes mutantur, et artus.*

593. Ovidius l. iii *Trist.*, eleg. ult., vers. 33, *Ingenium fregere meum mala. Sic frangi dolorè, molestia, cura, et similia.*

594. Scriptum puto *miserere fatentis*, ut vers. 601, *miserere rogantis*, et alibi etiam cum genitivo. Defendi tamen potest *miserere fatenti*. Corippus l. ii, vers. 402, *Dominus servis miseratus egenis.* Diomedes l. i edit. Putsch., col. 294, ut Latinum agnoscit *miserere tibi*, ac sunt exempla in Hygino, *Declamat. Quintiliani* et aliis.

595. *Parce flagello*, abstinere a flagello, ut *parce metu*.

598. *Sancte de Deo*, ut vers. 661. Vide notam l. i, vers. 744. Sic Juvencus, Prudentius, alii loquuntur.

D 599. Eleg. vers. 155, *Ne sol cadat intrans*, etc. Ex Apostolo ad Ephes. cap. iv, vers. 26 : *Sol non occidat super iracundiam vestram.*

600. Forte *qui præcipis hoc sic*.

602. *Et lacrymas intende*, ut l. i, vers. 746, *Spes hominum intendens.* Pro *diu*, aut *omnibus diebus*, aut *diurne positum diurne.* *Diurnum* proprie est quod ad diem pertinet, ut *nocturnum* quod ad noctem. Sed pro diurno usurpari posse diurnum, quibusdam Ciceronis locis ostenditur, quamvis nonnulli malint legere *diurnum*.

603. Habitus supplicantium et orantium. Cicero pro Ligario cap. 5 : *Quod nos domi petimus precibus et lacrymis prostrati ad pedes.* Subit etiam animum conjectura de supplicio nervi, quo corpora extendebantur et prosternebantur : id tamen minus placet.

607. *Tulerunt pro abstulerunt.* Vide notam ad vers. 507 ; vel lege *Quidquid amara dies, quodcunque et tempus ademil.*

357 Lucem redde, precor, qui tempora sub- A
 [trahis Iob -
 Aspera, restituens quidquid analus hostis ade-
 [mit;
 610 Arida qui reparas antiquis mortibus ossa,
 Quæ membris rediere suis, clamante propheta,
 Atque homines factura jubes reptare, cruoris
 Humor ut absumptas intraverit ante medullas.
 Nascuntur venæ, jam nervis membra ligantur,
 615 Jam tegit ossa cutis, multos distenta per artus;
 Quærun't colla caput, constringit guttura cer-
 [vix,
 Verticis eximii replentur et ossa cerebro;

Inde duces oculi gemmato lumine vibrant,
358 Et palpebra tegunt luces, mundantque
 [fenestras :
 620 Scena capillorum, fundens a fronte coronam,
 Tempus, et omne caput vestit de crine deco-
 [rum,
 Atque supercilium gemino supereminet orbi.
 Naribus abductis duplex data semita vento,
 Et geminæ rubere genæ, lanugine malæ
 625 **359** Crispantur revirentis adhuc post ossa se-
 [nectæ
 Mortua temporibus multis, olimque sepulta.
 Ordine muratum dentes cinxere palatum,

SCRIPTURA COD. VAT.

608. *Lucito redde procul qui tempora subtra Hiob; B*
 ad marg. *precor pro procul.*
 612. *F. jubent reptante cruore.*
 615. *Humor ad a.*
 615. *C. multas distenta per artes.*
 616. *G. cervis.*
 618. *O geminato l.*

619. *Et palpebra tegunt lucis mandantque fenestras.*
 620. *Sceva capillorum funde a fronte coronam.*
 625. *N. obductis duplex d.*
 624. *G. rubere g.*
 625. *Crispantur ventis adhuc p. o. s.*
 627. *O. muratum d.*

NOTÆ.

608. Hi versus in codice turbati et transpositi videntur. Eos ita collocavi, ut orationi et sententiæ congruere censeam. Forte legendum *Lucida redde, precor*. Exemplo Jobi, quo utitur, multa se amisisse Dracontius innuit.

610. Visio Ezechielis cap. xxxvii : *Et dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus.... Erant autem multa valde super faciem campi, siccæque vehementer... Vaticinare de ossibus istis, et dices eis : Ossa arida, audite verbum Domini.*

612. Forte *Atque homines factura juvant, reptante cruore, vel Atque homines factura jubes replere cruorem.*

615. Humorem medullis tribuit, ut l. i, vers. 652, *Venasque ciens, udansque medullas*. Isidorus l. xi Orig., cap. 1, *Medullæ appellatæ, quod madesfaciant ossa, irrigant enim, et consortant*. Ossa igitur arida, quæ factura homines erant, prius intus medullis instruantur.

614. Ezechielis cap. cit. : *Et ecce super ea nervi, et carnes ascenderunt, et extenta est in eis cutis desuper*. Cicero libr. ii de Natur. deor., cap. 55 : *Quid dicam de ossibus? quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent.... Huc adde nervos, a quibus artus continentur.... qui sicut venæ et arteriæ a corde tractæ, et profectæ in corpus omne ducuntur*. Celsus l. ii, c. 10, *Iuncta enim est vena arteriis, his nervi*.

616. Ezechiel cap. cit. : *Factus est autem sonitus, prophetante me, et ecce commotio; et accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam suam*. Colli pars anterior est gula, posterior cervix.

617. *Vertex est ea pars, qua capilli capitis colliguntur, et in qua cæsaries vertitur*. Isidorus l. xi Orig., cap. 1.

618. Cicero l. ii de Natur. deor., *Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent*. In codice est *geminato* minus recte. Vide l. i, vers. 255 et 345. *Vibrant pro micant*.

619. Cicero cap. 57, l. ii de Nat. deor., *Palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum.... aptissime factæ, et ad claudendas pupillas (al. pupulas), ne quid incidat, et ad aperiendas.... Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum.... Latent præterea utiliter, et excelsis undique partibus scipiuntur*. Confer Ambrosium l. vi Hexaem., cap. 9, et Isidorum l. xi Orig., cap. 1, cum notis Grialis. Coniciebam in Dracontio *Et palpebra tegit luces, munitque fenestras*. *Palpebra* in singulari numero dixit Celsus l. v, cap. 26, sect. 25. In neutro genere *palpebrum* dici testatur Nonius cap. 5,

Palpebrum genere neutro consuetudo dici vult, palpebræ femin. Ex quo retineri potest Et palpebra tegunt luces : tum pro mandantque legendum est potius mundantque fenestras. Pro oculis ponit luces, ut Ovidius, Statius, Rutilius et alii. Neque ab hac significatione longe abest Cicero in Arato vers. 96, Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco, quamvis proprie de stellis loquatur. Fenestras pro oculis pariter usurpavit Prudentius Hamart. vers. 870 : Impediuntque vagas obducto humore fenestras. Vide comment. ad eum Prudentii locum. De oculis mystice exponunt nonnulli verba Jeremiæ c. ix, vers. 21, Quia ascendit mors per fenestras nostras, et Isaia c. lx, vers. 8, Qui sunt isti qui, ut nubes volant et quasi columbæ ad fenestras suas? Quod si legas mundantque fenestras, id ex Isidoro l. xi Orig., cap. 1, explicari potest : In summitate autem palpebrarum locis, quibus se utraque clausæ contingunt, exstant adnati ordine servato pili, tutelam oculis ministrantes, ne irruentes (al. irruente sorde) facite injurias excipiant, et ex eo noceantur, ut pulveris, vel cujuscunque crassioris materis arceant contactum, aut ipsum quoque aerem concidendo mitificent, quo tenuem atque serenum faciant visum.

620. *Scena* proprie significat tentorium, tabernaculum, umbraculum ex frondibus : hinc translate *scena capillorum*. Ovidius l. xiii Met., vers. 718 : *Coma plurima torvos Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat*.

621. Sæpius in plurali dicitur *tempora*, et hoc etiam loco dici posset *Tempora, et omne caput*. Verum *tempus* in singulari significat etiam utrumque tempus. *Omne caput* pro totum caput, ut supra vers. 554, *Quantos caput omne capillos*. *Capilli vestis capitis* sunt, ut constat ex nota ad vers. 344, l. i, *Facti, ut et decorem præstent, et cerebrum adversus frigus muniunt, atque a sole defendunt*, ut tradit Isidorus l. xi Orig., cap. 1.

622. Libr. i, vers. 345, *Orbe micant gemino de oculis, et l. ii, vers. 652, Et gemino capit orbe diem*. Vide notam.

625. *Lego Naribus abductis*, quasi separatis et recedentibus, ut duplex via pateat.

624. Vide l. i, vers. 342 et 395, quibus in locis ruboris tribuitur. Plinius l. xi, c. 57, sect. 58, de genis : *Pudoris hæc sedes : ibi magis ostenditur rubor*.

627. *Lego muratum*, quæ vox est Vegetii. *Muratum* nihil hoc loco significat, *muratum* apposite exhibet dentes tanquam muros quibus cingitur palatum.

Ut bene verba sonent, ipsis modulanti- bus, ora : A
 Obsessamque donant densata repagula linguam,
 630 Et sontem factura latet, sermonibus oris
 Interpres mentis, secreti pectoris index,
 Atque voluntatis tacitæ, vel cordis imago
 Verbere distinctas spargit per murmura voces,
 Omne nefas, atque omne bonum dictura lo-
 [quendo:
 635 Dentibus adduntur rubicundo labra flabello.
360 Accedunt humeris remorum more lacerti,
 Brachia junguntur, vola nascitur, et manus
 [omnis.

SCRIPTURA COD. VAT.

628. Et bene.
 629. R. lingua.
 630. Et pontem factura jacet sermonibus oris.
 632. E. . . . tantis tacitæ vel cordis imago : sic
 mutilus est hic versus.

628. Eleg. vers. 47, Tacitæ modulamina linguæ.
 Cicero libr. II de Nat. deor., cap. 59 : Deinde in ore
 sita lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderate
 profusam fingit et terminat : quæ sonos vocis distinctos
 et pressos efficit, cum et ad dentes et ad alias partes
 pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent
 dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis qui ad ner-
 vos resonant in cantibus.

629. A. Gellius I. I, cap. 15 : Ulysses contra Ho-
 merus, virum sapienti facundia præditum, vocem mit-
 tere ait non ex ore, sed ex pectore. . . . petulantiaque
 verborum coercendæ vallum esse oppositum dentium,
 luculente dixerit, ut loquendi temeritas non cordis tan-
 tum custodia, atque vigilia custodiatur, sed et quibus-
 dam quasi excubiis in ore positissæpiatur. Homerica
 de quibus supra dixi hæc sunt : Ἄλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε
 μέγλην ἐκ στήθεος ἴη, Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγῃ
 ἔρκος ὀδόντων. Ast ubi jam magnam fudit de pectore
 vocem, Dentis claustra tui vox qualis, nata, reliquit.

630. Forte Et sontem factura latet recessibus oris.
 Vide notam ad vers. 57 libr. I, ubi sermo est de lin-
 gua mala.

632. Ambrosius I. VI Hexæm., cap. 9 : Quid est
 igitur os hominis, nisi quoddam sermonis adytum, fons
 disputationis, aula verborum, promptuarium volunta-
 tis. Plura ibi Ambrosius de mirabili structura corpo-
 ris humani.

633. Avitus libr. I, vers. 87 : Flexilis arctatur re-
 cavo sic lingua palato, Pressus ut in camera pulsantis
 verbere plectri Percusso resonet modulatus in aere
 sermo.

635. Propertius, I. II, eleg. 18, v. 59, produxit
 primam in flabellum. Et modo pavonis caudæ flabella
 superbi; sed corripuit Ovidius III Amor., el. 2, Quos
 faciant nostra mota flabella manu. Ubi tamen alii
 legunt, Quos faciat nostra mota tabella manu; uti
 etiam alio in loco flagello, vel tabella pro flabello,
 ne in flabello corripatur prima. Sed plerumque
 istius modi correctiones fiunt non tam auctoritate ve-
 terum exemplarium, quam præjudicata opinione
 editorum. Labra, ut lingua, non male flabello, quo
 scilicet ventus excitatur, comparari possunt. Cicero
 pro Flacco cap. 23 : Cujus lingua, quasi flabello sedi-
 tionis, illa tum est egentium concio ventilata. Eugenius
 Toletanus in præfat. ad sua carmina : Nec metuas
 libris æmula flabra tuis, qui versus in codice Vat.
 Alexandr., num. 1560, sic legitur : Nec vereare li-
 bris æmula flabra tuis.

636. Ex Celso I. VIII, cap. 1 et 10, brachium est
 membrum hominis a cubito ad manum. Reliqua pars
 a cubito ad humerum a Celso dicitur os humeri, sive
 humerus, ab aliis lacerti : nam humerus frequen-

Unguibus armantur digiti sub dispare forma,
 Curvis spina latus complectitur aspera costis,
 640 Pectora circumstant crates, jugulique ligantur.
 Cætera membrorum currit propago per artus,
 Usibus, officiis aptantur cuncta ministra,
 Ædificant hominem longæ fragmenta ruinæ.

361 Ante tamen quam membra forent com-
 [page ligata,

645 Jam prior auris erat, quæ audivit verba Tonantis.
 Persarum dominus timuit post regna bubul-
 [cum
 Inter prata pecus, qui post regnavit in arce.

635. Dentibus aduritur r. l. f.

B 644. Compago ligata.

646. Persarum timuit post regna bubulcus : deest
 dominus, aut simile verbum.

647. Pecus si post.

NOTÆ.

tius pars illa vocatur a qua lacerti et brachia deper-
 dent.

637. Prudentius Apoth. v. 859 : Nunquid manus
 articulatim Est digesta Dei? nunquid vola? nunquid et
 ungues Claudere flexibiles?

639. Spina, series vertebrarum in dorso, unde
 Hispanis espinazo. Ovidius I. VIII Met., vers. 804,
 Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis, Ventris erat
 pro ventre locus, pendere putares Pectus, et a spinæ
 tantummodo crate teneri.

640. De crate vel cratibus pectoris vide comment.
 ad Prudentium, v. 891 Apoth., et hymn. 3 Per.,
 vers. 148. Juguli sunt duo ossa, claviculæ dicta, quæ
 sunt supra summas costas unde collum incipit : nec
 male legeres jugulisque ligantur. Vide Heisterum
 Comp. anatom. num. 144. Huic toti descriptioni cor-
 poris humani plenius intelligendæ utile cum præmis
 est opus, quod paucis ante annis prodiit : Tabulæ
 anatomicae ex archetypis egregii pictoris Petri Berretini
 Cortonensis expressæ, et in æs incisæ. Alteram hanc
 editionem recensuit, nothas iconas expunxit, perpetuas
 explicationes adjecit Franciscus Petraglia philosophiæ
 et medicinæ professor. Romæ, 1788.

641. Propago translate est progenies, quo sensu
 prima corripitur solet : proprie est ramus vitis, aut
 alterius arboris, qui in terram demittitur, ut reno-
 vetur actis radicibus, qua significatione prima pro-
 ducitur. Hanc significationem ad ossa hominis reno-
 vata transfert Dracontius.

642. Forte cuncta ministrant, Ædificant. Cæterum
 ministra adjective probum est exemplo Ciceronis,
 Lucretii, Ovidii et aliorum.

D 644. Melius compage ligata, quam compago ligata.
 Vide lib. I, not., vers. 346 et lib. II, vers. 84, Indui-
 tur compage Deus, structura ligatur Ossibus. Com-
 pages, et compage apud poetas Christianos sæpe oc-
 currit.

645. Pulchre : nam commotio ossium facta est
 antequam membra singula formarentur, sed non po-
 terant commoveri, ut voci Domini obedirent, nisi
 eam audirent : quod perinde est ac si dicas audiri
 Deum etiam sine aurium ministerio. J. ann. cap. v,
 vers. 25 : Venit hora, et nunc est, quando mortui au-
 dient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent... Qui in
 monumentis sunt, audient vocem Filii Dei.

646. Supplevi dominus, ut constet versus et sen-
 sus. Eadem historia non dissimilibus verbis renar-
 ratur in Eleg. vers. 31 seqq., ex Daniel. cap. IV, vers.
 30 seqq.

647. Pecus, bos : nam vers. præc. ait, Timuit post
 regna bubulcum, et in Eleg. factum bovem aperte
 dicit : Erravit per prata vagus... Et qui homo bos

Me, rogo, jam repara sub libertate solutum, A
 Clade, catenarum ferrato pondere pressum.
 650 Sit vitæ requies, animæ sint otia fessæ,
 Sit secunda quies, sit nox cum munere noctis,
 Sit fortuna redux, sit virtus usque senectam,
 Sit venerandus honos, et quidquid vita preca-
 [tur,
 Aut amissa dolet, totum pietate reforma.
 655 **362** Nosco, quid iratus, vel quid mitissimus
 [ipse
 Des, pater: adverto, non est formido salutis,
 Sed veniam sperare licet. Res ipsa probavit,
 Quod vivus sum: mortis inops pietate reservor,
 Non ira, nam si Domini gravis ira fuisset,
 660 Non me differres, subita sed morte necares,
 Ne peterem veniam, quam nunquam, sancte, B
 [negasti,

Aut ut non essem prorsus, cui parcere posses.
 Servatum reparare jube pietate sueta,
 Ut merear cantare tuas per carmina laudes.
 665 Quamvis nemo tua præconia congrua dixit,
 Aut unquam dicturus erit: nam formula laudis
 Temporibus tribus ire solet, tu temporis ex-
 [pers,
 Nunquid habes, Deus, ante tuum? vel post
 [cadit in te?
363 Si laudator abest, narrator plenus at
 [esset:
 670 Sed quis opus narrare tuum sermone valebit?
 Suspexisse Deum satis est de corde trementer,
 Et lacrymis, precibusque piis veneranter adire.
 Sint reduces vires, mens sana in corpore sano,
 Sit mihi longa dies felici tramite vitæ,
 675 Sit secunda domus, felix numerosa propago.

SCRIPTURA COD. VAT.

650. A. sunt otia.
 654. Aut amissa dolent i.
 655. Dubium, quod, an quid.
 657. Speraret licet.
 659. Non iram nam.

662. Pro cui videtur qui.
 668. Dubium, nunquid, an nunquod.
 669. Plenus adesset.
 673. Sint reduces tenuis m.
 675. Sit homo vel perlex felix.

NOTÆ.

fuera. Nabuchodonosor post septem annos, sive tem-
 pora bonæ menti redditus est, et regnavit in arce,
 hoc est in aula Babylonis. Libr. i, vers. 739: *De-
 jicit elatos, et mergit ab arce superbos.* Vide comment.
 ad Prudentium, hymn. 5 Cath. vers. 80: *Arcis ju-
 stitium triste tyrannicæ.*

650. Suspicio hos quinque versus trajiciendos esse
 post vers. 672, *Et lacrymis.*

651. *Munere noctis*, somno. In fabulis nox est
 mater aut nutrix somni. Euripides in Oreste vers.
 174, *O veneranda, veneranda nox, Dans somnos La-
 boriosis hominibus.*

652. Fortunæ reducis templum Romæ erectum
 erat: cui multi lapides nummique inscripti adhuc
 exstant. Dracontius veteris sui status fortunam re-
 ducem a Deo petebat et sperabat: ethnici numen
 Fortunæ tribuebant, quod etiam Juvenalis in fine
 sat. 10 reprehendit. *Usque senectam*, ut dixi ad vers.
 708 lib. II.

653. *Forte et quidquid vota precantur, Aut quæ
 amissa dolent.*

654. Possis legere *Amissumve dolet*, ut melius
amissum cohæreat cum *quidquid*. At *quidquid* vim
 pluralis numeri habet. Propertius lib. IV, eleg. 5, in
 fine, *Quisquis amat, scabris hoc bustum cædite saxis.*
 Dracontius in Eleg. vers. 15: *Quidquid agunt homi-
 nes, bona, tristia, prospera, prava.*

656. *Formido* est metus vehementior, quique diu
 permanet, et horrorem conjunctum habet: quo sensu
 formido salutis amittendæ a spe veniæ removetur.

658. *Inops* hic rebus applicatur quibus egemus:
 hoc loco *inops mortis* est a morte exemptus, nondum
 mortuus. Nec perperam interpunges *Quod vivus sum
 mortis inops, pietate reservor.*

660. Adis lib. I, vers. 29 seqq. Eodem enim iden-
 titem revolvitur Dracontius, ut Dei clementiam
 commendet.

661. *Sancte*, ut dixi ad vers. 598.

662. Vide num melius *prorsus, qui poscere possem.*

663. *Sueta* trisyllabum, ut vers. 446.

664. Confer lib. I, vers. 749, *Ut valeam memorare
 tuas hoc carmine laudes.* Quod autem Dracontius nunc
 petit, ut Deus servatum repareret ad divinas laudes
 cantandas *per carmina*, non tam hoc carmen præsens
 innuit quam alia. *Per* denotat modum; aut idem est
 ac *carminibus cantare.*

665. Non male esset *nemo tibi præconia congrua.*
 De hoc vocabulo *congruus* dixi ad Prudentium Cath.
 hymn. 11, vers. 110. Latinius est *congruens.*

666. Tria tempora orandi Deum mane, vespere et
 meridie explicui ad Prudentium hymn. 3 Cath., vers.
 86.

667. Eleg. vers. 5, *Et temporis expers.*

668. *Ante et post* more substantivi ponuntur. Vide
 de hoc argumento lib. II, vers. 732 seq. Prosper
 epigr. 41, *Nec serum aut properum sibi sentit in or-
 dine rerum, Cui cuncta assistunt acta et agenda simul.*
 Quod epigramma est de providentia Dei et in aliis
 editionibus septimo loco ponitur.

669. *Plenus at esset* melius ex conjectura mihi vi-
 sum quam, *plenus adesset.*

671. *Trementer* posset mutari in *trementi*; sed reti-
 nendum est etiam sine exemplo. Sic vers. seq. *veneranter
 adire.* Vide prolegom. num. 135.

672. *Veneranter*, dictum de hoc adverbio lib. I,
 vers. 4. Adde Theodulfum Aurelianensem lib. I,
 carm. 13: *Annua sic etiam veneranter festa canamus.*

673. Mendum in codice aliis conjecturis ansam
 præbet, ut *Sint reditus tenues*, vel *Sic victus tenuis.*
 Præfero *Sint reduces vires*, quia vere fractæ erant
 Dracontii vires, ut ex vers. 593 liquet. Eugenius
 Toletanus in oratione ad Deum carm. 1, l. 1, *Sit comes
 alma salus, et sufficientia victus, Absint divitiæ,* etc.
 Paulinus in precatone ad Deum carm. 5, *Sim tenui
 victu.... Non animo doleam, non corpore.* Alia verba
 Dracontii desumpta sunt ex Juvenali sat. 10, vers.
 356, *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.*

674. Paulinus in precatone matutina ad Deum
 poem. 4: *Exaudi, si justa precor, ne sit mihi tristis
 Ulla dies, placidam nox rumpat nulla quietem.*

675. Ad hujus versus restitutionem alias con-
 jecturas indicabo: *Sit domus, atque uxor felix, nume-
 rosa propago. Sit sine labe domus, felix. Adsit læta
 domus*, quod postremum hemistichium Paulini est in
 precatone matutina, qui pergit, *epulisque alludat
 inemptis Verna satur, fidusque comes, nitidusque mi-
 nister, Morigera et conjux, charaque ex conjuge nati.*
 Ex eodem Paulino in precatone secunda conjicias
 in Dracontio *Sim genitor semper, felix.* Paulinus ha-
 bet *Et semper genitor sine vulnere nominis hujus.* Ve-
 teres felicitatis genus ducebant plures habere libe-
 ros. Ovidius lib. 6 Metam., vers. 153, de Niobe: *Ne*

364 Sit sine tormentis post corpus vita futura, A
Et requies animæ, qua mox purgata quiescat.
Judicio, Deus alme, tuo detur inde triumphus,

Inter odoratos flores et amœna vireta
680 Ad nemus æthereum veniam, sedesque beatas,
365 Et grates exceptus agam de fasce malorum,

SCRIPTURA COD. VAT.

677. Qua nox purgata.

679. Adoratos, supra odoratos.

680. Quamvis ad æternum venit s. v.

681. Et gratias exceptus agam ex fasce malorum.

NOTÆ.

genus amborum, magnique potentia regni Sic placuere illi, quamvis ea cuncta placerent. Ut sua progenies; et felicissima matrum Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset. Contempsit enim Latonam, quia, ut aiebat, Huc natas adijce septem, Et totidem juvenes, et mox generosque, nurusque. Quærite nunc, habeat quam nostra superbia causam.... Illa duobus Facta parens: uteri pars est hæc septima nostri. Sum felix, quis enim neget? Hæc autem superbia causa fuit cur in saxum cum liberis converteretur, ut fingunt mythologi. Juvenalis non probat, hujusmodi vota fieri ab hominibus, ut secunda sit uxor, sat. 10, vers. 350, Nos animorum Impulsu, et cæca, magnaque cupidine ducti, Conjugium petimus partumque uxoris: at illis Notum, qui pueri, qualisque futura sit uxor. Nihilominus numerosa soboles in Veteri præsertim Testamento. tanquam virtutis præmium repræsentatur, ut in psal. cxxvii, vers. 3 seq., Uxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filii tui, sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. Præterea Dracontius non tam Deum rogare videtur, ut multitudinem liberorum ipsi concederet, quam ut numerosa proles, quam jam habebat, felix esset. Nam de ejus filiis accipio quod ait Eleg. vers. 283, Si ipse ego peccavi, quænam est, rogo, culpa meorum, Quos simul exagitat frigus, inopsque fames?

677. Ignis purgatorius non obscure innuitur. Egre-
gia sunt quæ in hanc sententiam Julianus Toletanus
lib. II, c. 10 Prognost. ex Juliano Pomerio affert: Spi-
ritus illi, qui nec tam perfectæ sanctitatis hinc exeunt,
ut ire in paradysum statim post depositionem suorum
corporum possint, nec tam criminoſe ac damnabiliter
vivunt, aut ita in suis criminibus perseverant, ut cum
diabolo et angelis ejus damnari mereantur. Ecclesia
pro eis hic efficaciter supplicante, ac pœnis medicina-
libus expiati corpora sua cum beata immortalitate reci-
pient, ac regni cœlestis facti participes, in eo sine ullo
defectu suæ beatitudinis permanebunt. Sequor mem-
branas veteres alibi laudatas.

678. Intellego iudicium extremum, ut vers. 548,
lib. II, Iudicio venturus erit post sæcla futuro. In de-
tur prima corripitur, ut in demus lib. I, vers. 361.
Vide notam et adde Ademarum in acrosticho apud
Mabillonium in Analect. t. I, p. 418: Xenia Adema-
rus dederim tibi talia cur mox Rite tuum scire est, unde
reposco detur.

679. Describitur paradysus cœlestis imitatione re-
rum, quas sensu percipimus. Paulinus poemat. 55 de
Obitu Celsi vers. finem vocat æterna vireta. Tertul-
lianus de Iudicio Domini, Ire per antiquum semper flo-
rentia regna, Promissas per opes, per semper amœna
vireta. Helpidius, Histor. Vet. et Nov. Test., Sacra-
nemoris Domino per amœna vireta Felix latro duce,
hospitium vitale meretur. In appendice 9 ad carmina
Damasi, pag. 244: Inde per eximios paradysi regnat
odores, Tempore continuo vernant ubi gramina quevis.
Auctor incertus de Bebiani Baptismo: Ætherii secreta
poli, sedesque beatas... Narrat et ætherii cœleste ne-
mus paradysi. Virgilius lib. VI, vers. 638, de campis
Elysiis: Devenere locos lætos, et amœna vireta Fortu-
natorum nemorum, sedesque beatas, quem locum, ut
vides, imitatur Dracontius.

680. Forte Ad nemus æternum. Paulinus poem.
37 ex ep. ad Severum ad picturam martyrum: Inter
floriferi cœleste nemus paradysi. Hinc melius videtur
Ad nemus ætherium. Libr. II, vers. 447: Lucis ad

ætherios tractus. Tertullianus de Iudic. Dom.: Et
nemora alta tenent florenti tempore cœlum.

681. Simili modo orationem suam concludit Euge-
nius: Cumque suprema dies mortis patefecerit urnam.
Concede veniam, cui tollit culpa coronam. De hujus-
modi precibus plura congeſsi in prolegom. ad Pru-
dentium, cap. 19. Adde versus Engelmodi episcopi
ad Rathbertum abbatem tom. IX Bibl. Patrum, part.
2, pag. 897, Coloniae, 1618: Cum rex altithronus mun-
dum discreverit urna Iudicii... Sed tu, sancte, pre-
cor mediis te oppone periculis, Auxiliisque pio defendens
rore misellum, Fumificos pœnæ placidus compesce va-
pores. Forte Auxiliisque pio. Fascis malorum sunt dæ-
mones et impii æterno igni damnati. Isaias c. xxiv,
vers. 22: Et congregabuntur in congregatione unius
fascis in lacum et claudentur ibi in carcere. Matth. cap.
xiii, vers. 30: Colligite primum zizania, et alligate ea
in fasciculos ad comburendum: et vers. 40: Sicut
ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit
in consummatione sæculi. Hieronymus ad cap. cit.
Isaiæ: Hos igitur principes, qui suum non servaverunt
gradum, congregabit Dominus in die iudicii, quasi in
uno fasce pariter colligatos, et mittet in lacum infer-
ni... juxta illud quod ait Dominus (Matth. cap. xxv):
Ite in ignem æternum, etc. Putant aliqui damnatos pro
varietate scelerum in varios fasces esse colligandos,
ut avari colligentur cum avaris, luxuriosi cum luxu-
riosis, etc. Dicam hoc loco quod multis aliis dixisse
potui, nec debet omnino omitti. Dracontius aliique
primi Christiani poetæ ita sæpe argumentum suum
tractant, ut cum puro Latino sermone utantur, tamen
phrases et sententias ipsas sacræ Scripturæ venuste
inserant et accumulent: quod iis qui gustu litteraturæ
ecclesiasticæ præditi sunt, valde jucundum accidit,
aliis qui doctrinam sacram parum callent, aut ne cal-
lere quidem curant, vehementer displicet, quod non
doctas fabulas et argumenta rerum, qualia in fabula-
toribus ipsi legunt, poetæ nostri sectentur. At in Vir-
gilio Gellius, Macrobius et alii, si quid ex veteri au-
gurum disciplina, aut jure pontificio inveniebant scite
depromptum, summis laudibus efferebant. Cur igitur
in poetis Christianis sublimem theologiam et recon-
ditam sacrarum Litterarum doctrinam non mirabi-
mur? Utar exemplo quod hic locus offert. Dracontius
extremum diem iudicii ita repræsentat, ut ex una
parte, sinistra scilicet, consideret malos tanquam uno
fasce colligatos, quia et inter se confusi et igni præ-
parati sunt. Ab hoc fasce excipi, seu eximi rogat et
addi insonti populo. Sancti sunt populus electus Dei
psalmo cxxviii, vers. 14: Hymnus omnibus sanctis
ejus, filiis Israel, populo appropinquantis sibi. Passim
populum suum Deus Israel vocat, et in Israel electos
ad vitam æternam quæ etiam sors justorum dicitur.
Psal. cxxiv, vers. 3: Quia non relinquet Dominus vir-
gam peccatorum super sortem justorum. Et Dracontius
l. II, vers. 682, Sub sorte beata. Sors erat portio hæ-
reditatis quæ cuique obtigerat apud Hebræos. Vide
notam ad vers. 212. Justorum autem ipse Deus est
hæreditas. Psal. xv, vers. 5: Dominus pars hæredita-
tis meæ et calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem
meam mihi. Hæc restitutio fit justis, cum Deo post
obitum fruuntur, sed plene tunc fiet cum post resur-
rectionem animo et corpore erunt beati. Contrario
modo se habet sors impiorum. Ecclesiasticus cap. vi,
vers. 4: Anima enim nequam disperdet, qui se habet,
et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem
impiorum, videlicet in vœnas æternas impiis præpa-

682 **366** Additus insonti populo sub sorte niorum.

NOTÆ.

ratas. De eadem impiorum portione, seu sorte Jobus cap. xxiv, vers. 18: *Maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, et usque ad inferos peccatum illius.* Quem ad locum multa in hanc sententiam disserit Corderius.

682. Mentio populi in extremo judicio explicando scite, et ex eadem sacrarum Litterarum plena cognitione, quam proxime dicebam, facta est. Julianus Toletanus l. iii Progn., c. 54: *Ecce ait Psalmista: Advocabit cœlum desursum et terram, ut discerneret*

A populum suum. Quid est quod dicit, discernere populum suum, nisi per judicium separare bonos et malos, tanquam oves ab hædis: nam oves tunc statuet a dextris, hædos autem a sinistris. Locus a Juliano allegatus est psalmi xlix, v. 4. Plura alia sub styli acumen subeunt: sed prætermittenda sunt, nam et ea quæ protuli fortasse abundant, et sætietati lectorum medendum est, si fieri possit, cum plerique nunc sint, quibus jure versiculum Martialis lib. xi, initio, accommodes: *Libros non legit ille, sed libellos.*

DRACONTII SATISFACTIO

AD

GUNTARIUM REGEM WANDALORUM

DUM ESSET IN VINCULIS

367 Rex immense Deus, cunctorum conditor, B 5

[et spes,

Quem timet omne solum, qui regis igne po-

[lum :

Sidera, flamma, dies, quem, sol, nox, luna fa-

[tentur

368 Auctorem, dominum sæcula cuncta

[probant :

Principio, seu fine carens, et temporis expers,

Nescius alterni, nec vice functus agis

Omnia permutans, nullo mutabilis ævo,

Idem semper eris qui es modo, vel fueras.

Nil addit, demitque tibi tam longa vetustas :

10 Omnia tempus habent, nam tibi tempus abest.

Qui mentes hominum, qua vis, per singula ducis,

Et quocumque jubes, dirigis ingenia.

VARIÆ LECTIONES.

1. Sirm., *Rex æterne Deus, auctor, rectorque serenus.* Cum Sirmondiano codice consentit codex Azagrensis, ubi discrepantiam inter eos non exprimo. Textus scripturam codicis Vaticani repræsentat.

2. Sirm., *quem tremat o.*

5. Hic versus et sequens desunt in Sirm.

8. Sirm., *Posthac s. e. q. e. m. v. fueris.* Azagr., *noster pro posthac.*

9. Sirm., *nil confert d.* Azagrens., *nil addit d.*

11. Sirm., *Tu m. h. quamvis per s. d.*

12. Sirm., *Effingisque bonis candida corda viris.*

NOTÆ.

1. Hoc initium expressit Eugenius Toletanus in oratione ad Deum: *Rex Deus immense, quo constat machina mundi.* Sic enim potius legendum quam *Rex Deus, immensi quo constat machina mundi.* Videsis prolegom. num. 66. Dracontius sæpe phrases et sententias Carminis de Deo in hanc Elegiam transfert, quarum nonnullas indicabo. Lib. ii, vers. 584: *Solus ubique Deus, rerum fons, conditor, et spes.* Confer notam ad l. ii, v. 1.

2. Melius fortasse videatur *Quem tremat omne solum* cum Sirm. Sic lib. ii, vers. 151: *Tu Deus es quem terra tremat,* et l. iii, vers. 511: *Et rerum natura parens famulata tremiscit.* Sed cum in codice Vat. legatur *timet*, hoc potius manu auctoris scriptum credendum est. *Qui regis igne polum*, ut l. i, vers. 224, *Qui sovet igne pio cœlum*, etc. Vide notam ad vers. 25 l. i.

3. Rivinus ita ut editum est distinguendum ait. Sirmondus interpunxerat *Sidera, flamma, dies, quem sol, nox.* Hoc argumentum in libris de Deo sæpius est pertractatum. Vide l. i, v. 3 seqq., cum notis.

5. Lib. iii, vers. 667: *Tu temporis expers.* Dudo Decanus S. Quintini in præfat. ad l. i Actor. Normanniæ ducum: *Exors principii et sine fine manens.* Fortasse legendum *Exors principii es, et sine fine manens.* In primo certe versu ejus poematis mendum est, quod obiter corrigam: *O trinum specimen, tria summa, virgo Deus unus: lege tria summa, vigor Deus unus.* Desumpta enim verba sunt ex primo versu præf. 1 Apoth. Prudentii: *Est tria summa Deus, trinum*

C-specimen, vigor unus. Idem Dudo lib. iii, p. 102: *Qui tria summa manet, trinum specimen, vigor unus.* Dracontius seu pro et usurpat. Vide Dig. lib. xxxiv, tit. 2, leg. 31.

6: *Alterni et vice varietatem et vicissitudinem denotant.* Infra vers. 247: *Alternant elementa viçes, et tempora mutant.*

7. Lib. iii, vers. 523: *Qui sæcula mutat,* et vers. 528: *Idem semper erit, nullo mutabilis ævo.*

8. Rivinus ex conjectura pro *fueris* legerat *fueras*, quod revera in nostro codice exstat. Lib. ii, vers. 585: *Idem semper eris, quod et es, quod et ante fuisti.*

9. Lib. ii, vers. 586: *Nil addens, minuensve tibi.*

10. *Nam pro vero, autem,* aliquando ponitur, ut si dicas *Omnia tempus habent, sed tibi tempus abest.* De hoc usu particulae nam Forcellinus, cui propemodum accedit Tursellinus de Partic., dum eam anteoccupationi inservire tradit.

11. *Quamvis* in Sirmondo ineptum est. Vat. recte, *qua vis.*

12. Non video cur interpolator, omisso egregio Dracontii versu, alium effinxerit. *Dirigere ingenia* est hominum mores, indolem, dirigere, ducere. Amplificat enim, quod vers. præc. dixit. Dracontii sententia est, a Deo esse omnia quæ homini accidunt, prospera et adversa: homines esse bonos Deo adjuvante, malos permittente. Neque obest verbum *jubes*: nam etiamsi id accipere velis de jussu Dei ad actiones bonas et illicitas, eodem sensu proferri id potest quo lib. II Reg., cap. xvi, vers. 10, de Semei dici-

369 Qui facis iratus, homines contraria A
[velle,

Propitiusque jubes, ut bona cuncta gerant.

15 Quidquid agunt homines, bona, tristia, pro-
[spera, prava,

Hoc fieri admittunt ira favorque Dei.

Hæc tua verba probant Moseo dicta prophetæ,

370 Quod duraturus cor Pharaonis eras.

Sic mea corda Deus, nostro peccante reatu

20. Temporis immodici, pellit ad illicita.

VARIÆ LECTIONES.

13. Sirm., *Qui facis iratus homini contraria bella.* Azagr., *iratos homines.*

14. Sirm., *cuncta gerat.* Azagr., *cuncta regnent.* In Vat. est *gerat, supra gerant.*

15. Hoc distichum in duo dividitur a Sirm., *Quidquid agunt homines, bona, prospera, sancta, modesta, Te faciente, fiunt quo bona cuncta fiunt. E contra adversa, probrosa, maligna, inhonesta Tu fieri pateris;*

qui mala nulla facis.

16. Scribitur in Vat. *ammittunt, et favor.*

17. Sirm., *Hæc tua lex docuit Moyse præscripta notante.* Azagr., *Mose.*

18. Sirm., *Cum perduratum cor Pharaonis ait.*

19. Sirm., *Sic me lingua, Deus lingua patrans eatum,* Azagr., *sic mea corda Deus.*

20. Sirm., *Noxia culpa ligans traxit ad illicita.*

NOTÆ.

ur: Dominus enim præcepit ei ut malediceret David. Dracontius enim non tantum sententias, sed et verba ipsa a sacris Litteris persæpe mutuatur.

13. Sirmondi scriptura, sive interpolatoris correctio longe abest a Dracontii acumine. Deus, ait Dracontius, cum iratus homini est ac vult illum punire, facit eum velle sibi contraria ac nocitura. Hæc autem voluntas hominis, qui rem sibi nocituram appetit, sæpe nullum habet admixtum crimen. Quod si hujusmodi actio seu voluntas scelere infecta sit, etiam tunc sit a Deo non volente, sed permittente peccatum; quo tamen ut ejus etiam effectis, utitur ad hominem cui iratus est puniendum.

14. In Sirm. *gerat* refertur ad hominem vers. præc. Sed cum in Vat. vers. præc. sit *homines*, necessum est *gerant*. Deus jubet homines, quibus propitius est, opera bona ipsisque profutura facere. Fortasse legendum est *Propitiusque juvas*. Primam in *propitius* produci posse, ostendi in prolegom. ad Prudentium, n. 205.

15. Juvenalis sat. 1, vers. 86: *Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas.* In hoc disticho patet quam mutatum Dracontium nobis ejus interpolator reddiderit. Dracontius affirmat; omnia regi divina providentia, bona, tristia, prospera, prava, quæ vel favore Dei, vel ira proveniunt: nempe bona, prospera favore, tristia, prava ira. Sibi ubique constans l. 1, vers. 18, ait: *Omnia quæ veniunt, bona, gaudia, tristia, acerba, Descendunt ex arce Dei, de sede Tonantis.* Quod vero nunc ait *prava*, intelligit adversa, distorta. Vide l. 1, vers. 561. Quamvis autem *prava* explicare velis scelerate facta, tamen Dracontius caute adhibet verbum *admittunt*, quod favori Dei volentis, et iræ ejusdem permittentis convenit. Interpolator distinctius voluit exponere ea quæ Deus tanquam auctor facit, et ea quæ solum permittit, et virtutes ac vitia, quod Dracontius omisit, diserte commemoravit. Rivinus in Sirmondi versibus legit *Tu facis, ut fiant, qui bona cuncta facis, pro Te faciente, fiunt, quo bona cuncta fiunt.* Absurdum certe non esset si Dracontius primam in *fiunt* cum Prudentio et aliis corripuisset: imo aliquando corripuisse ex libris de Deo colligi potest. Vide notata ad l. III, vers. 135. Verum ex hoc Elegiæ versu solum arguitur, interpolatorem Dracontii primam in *fiunt* brevem fecisse, quin Rivini correctio necessaria sit.

16. Libr. 1, vers. 10, etiam memorat *variis sub casibus iras, Et pia vota Dei*, quibus adversa et prospera tribuit. *Admitto* significationem habet concedendi, approbandi ac permittendi, et hoc loco communem utrique rei.

17. Libr. II, vers. 162, eodem modo *Moseo principe gentis.*

18. Hoc loco interpolator corrigere voluit Dracontium, qui verba Domini ad Moysen ita refert, *Quod duraturus cor Pharaonis eras.* Non placuit id interpolatori, qui propterea substituit, *Cor induratum cum Pharaonis ait.* Ac certe Exodi cap. VII, vers. 13, di-

bitur *induratum est cor Pharaonis.* Sed cum antea Dominus Moysi dixerit cap. IV, vers. 21: *Ego indurabo cor ejus, et non dimittet populum,* Dracontius hæc ipsa verba respexit quæ argumento ejus magis congruunt. Ostendit enim Deum cor hominis indurare, quod exemplo suo confirmat. Sæpe in sacris Litteris hujusmodi locutiones occurrunt. Apostolus ad Roman. cap. IX, vers. 17 et seq.: *Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra. Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.* Isaias cap. LXIII, vers. 17: *Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis; indurasti cor nostrum ne timeremus te.* Omitto innumera alia quæ tamen ita intelligi debent, ut nullo modo Deus auctor peccati credatur, quod Calvinus impie asserebat. Hieronymus ad loc. cit. Isaiæ col. 757 sic ait: *Non quo Deus erroris causa sit, et duritiæ, sed quo illius patientia nostram expectantis salutem, dum non corripit delinquentes, causa erroris duritiæque videatur.* Augustinus epist. 194, al. 105, num. 14, col. 719: *Nec obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam,* et tract. 55 in Joann. cap. XII, num. 6, col. 646: *Sic enim excæcat, sic obdurat Deus, deserendo, et non adjuvando.* S. Thomas in Epist. ad Romanos cap. IX, lect. 5, distincte ac præcise: *Dicendum quod Deus non dicitur indurare aliquos directe, quasi in eis causet malitiam, sed indirecte, in quantum scilicet ex his quæ facit in homine intus vel extra, homo sumit occasionem peccati et hoc ipse Deus permittit. Unde non dicitur indurare quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam.*

19. Rivinus scripturam Sirmondi sic emendabat: *Sic me, sancte Deus, lingua patrans reatum, Noxia culpa ligans traxit ad illicita.* Genuina lectio Vat. his quæ præcedunt ac sequuntur multo est congruentior, quam interpolator de industria mutavit, difficultate deterritus vers. seq. explicanda. Animadvertenda nunc est mutatio numeri *mea corda, nostro reatu*, quæ Christianis antiquis scriptoribus familiaris est. Victor Vitensis l. I, de Persecutione Vandalica, *Nobis, ad quem custodia pertinebat.* Plura exempla congerit Barthius l. XLII Advers., cap. 13, qui testatur optimis scriptoribus hanc mutationem numeri inusitatam non fuisse.

20. Suum temporis immodici reatum accusat Dracontius. Libr. III, vers. 576: *Hei mihi! quod facinus non uno tempore gestum, Ut mea facta luam, tempus convenit in unum.* Ait se a Deo compulsus ad illicita in pœnam inveteratorum scelerum. Sed potestne dici quod Deus *pellit ad illicita*? Potest eodem sensu quo Deus excæcare, obdurare, tradere in passiones ignominie dicitur. Augustinus de Grat. et Liber. Arb. cap. 21, n. 43, col. 742: *Satis, quantum existimo, manifestatur, operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates, quocunque voluerit, sive ad bona pro sua misericordia, sive ad mala pro meritis eorum, judicio utique suo, aliquando aperto, aliquando*

371 Ut qui facta ducum possem narrare meo- A
 rum, 50
 Nominis Asdingui bella triumphigera,
 Unde mihi merces posset cum laude salutis
 Munere regnantis magna venire simul,
25 Præmia despicerem, tacitis tot regibus almīs,
372 Et peterem subito certa pericla miser. 55
 Quis, nisi cœlesti demens compulsus ab ira,
 Aspera cuncta petat, prospera cuncta neget ?

Irascente Deo, mentes mutantur, et artus,
 Vertuntur sensus, vertitur et species.
 Persarum regem Babylonæ regna tenentem
 Post decus imperii quis neget esse bovem ?
 Et diademalem turparunt cornua frontem,
373 Mugitus pecudis verba fuere duci.
 55 Agricola timuit post Parthica regna bubul-
 cum,
 Submititque pavens regia colla iugo.

VARIÆ LECTIONES.

21. Sirm., n. tuorum. Azagr., meorum.
 22. Pro hoc versu et duobus seqq. in Sirm. hic est
 unicus : Unde mihi possent dona venire simul. Præ-
 mia despicerem, etc.
 25. Sirm., tacitis. Azagr., tactis.
 27. Sirm.; Quo nisi cœlestis Domini conspectus ad B
 æthram. Azagr., D. conceptus ab æthra.
 28. Sirm., Aspera cuncta premunt, prospera nulla

juvant. Az., premat pro premunt. Vat., negat pro neget.
 29. Sirm., Irascente Deo, membra mutantur, et
 artus. In Vat. videtur potius actus quam artus.
 31. Sirm., r. Babylonica r. Azagr., Babylonum.
 32. Sirm., P. d. i. novimus e. b.
 33. Sirm., tum diademalem.
 34. Sirm., fuere ducis.
 35. Hic versus cum seq. omnino deest in Sirm.

NOTÆ.

occulto, semper tamen justo. Cum autem ex Augustini
 dictis nonnulli tanquam absurdum colligerent, quod
 per potentiam Deus homines ad peccata compellat,
 Prosper Aquitanus pro Augustino respondit in
 Respons. ad capitul. calumn. Gallor. xi : Nullus ca-
 tholicorum dixit aut dicit quod Deus homines pie recte-
 que viventes per potentiam in peccata compellat. .. Cum
 vero aliquos a Deo aut traditos desideriis suis, aut ob-
 duratos legimus, aut relictos, magnis peccatis suis hoc
 ipsos meruisse profiteamur. Sed, ut distinctione
 S. Thomæ nuper exposita utamur, Deus pellit ad illi-
 cita in pœnam peccatorum præcedentium non directe,
 sed indirecte. Revera exemplum quod in se Dracon-
 tius exhibet ejusmodi est, ut explicationi S. Thomæ C
 egregie respondeat. Dracontius enim carmen edide-
 rat in laudem nescio cujus quo animus regis Vanda-
 lorum vehementer offensus est; quo carmine se co-
 ram Deo etiam fateatur peccasse. Ait ergo : Deus,
 qui crimina mea vetera punire voluit, eo me adduxit
 ut despicerem præmia quæ ex regis laudibus possem
 sperare, et certa pericula, alio laudato, peterem.
 S. Thomas loc. citat. sic rem hanc pulchre explicat :
 Ad bona inclinât (Deus) hominum voluntates directe,
 et per se tanquam actor (sâ. auctor) bonorum; ad ma-
 lum autem dicitur inclinare vel suscitare homines occa-
 sionaliter, in quantum scilicet Deus hominî aliquid pro-
 ponit vel interius vel exterius, quod, quantum est de se,
 est inductivum ad bonum, sed homo propter suam ma-
 litiâ perverse utitur ad malum.... Et hoc modo circa
 Pharaonem accidit, qui, cum a Deo excitaretur ad re-
 gni sui tutelam, abusus est hac excitatione in crudelita-
 tem. Patres doctoresque Ecclesiæ ita semper expo-
 nunt Deum inclinare ad bonum vel ad malum vo-
 luntates hominum, ut libertas indifferentiæ sarta D
 tecta homini relinquatur. Dracontius, qui hoc loco
 tradit Deum corda hominum quo vult inclinare, pel-
 lere ad illicita, indurare, de libero arbitrio quid sen-
 tiret aperte declaravit libr. ii, vers. 611 : Arbitrio
 posuit clemens Deus omnia nostro, Libera mens homi-
 num est peccare, aut vivere sancte.

22. Vandali Asdingui dicti, ut uberius disserui
 num. 94 prolegom. Triumphiger nomen vel sola Dra-
 contii auctoritate Latinis accensendum, ut belliger et
 similia.

23. Intelligo cum laude salutis cum prospero vitæ
 statu.

25. Reges Vandalorum plures præcesserant ante-
 quam Hispaniam occupassent.

27. Primigenia scriptura hujus versus difficultatem
 interpolatori creaverat, quod eandem doctrinam re-
 petat quæ in versibus præcedentibus declarata est,
 nempe Deum indirecte obdurare, excæcare, tra-

dere hominem suis desideriis, et ad illicita pellere in
 pœnam peccatorum. Rivinus, lectione Sirmondi mi-
 nime contentus, tentabat Quem nisi salvasset Domini
 conspectus ab æthra, Aspera cuncta premunt, prospera
 nulla juvant. Adeo fallaces sæpius sunt conjecturæ,
 et a vero scriptorum sensu aberrant.

28. Neget, recuset, neget sibi.

29. Libr. iii, vers. 591, Irascente Deo, solatia
 cuncta negantur.

30. Species, figura. Libr. i, v. 538, Species homi-
 nis. Hinc melius videretur vers. præc. actus quam
 artus : nam si dixisset, mutantur et artus, inutile
 esset addere Vertuntur sensus, vertitur et species. Non
 tamen male est artus, quia quod sequitur est expli-
 catio ejusdem sententiæ, ut sensus respondeant men-
 tibus, species artibus. Accedit Alcuinum carm. 178,
 quo Dracontium imitatur, ita habere, Sic ventura dies
 mentes mutabit et artus.

31. Facile est legere Babylonica, aut Babylonum,
 aut Babylonis. Sed non muto scripturam Vat.
 Libr. i, vers. 520 : Flammantes viridesque tulit Ba-
 bylonia crustas. Similiter Babylona, Babylonæ, dici
 poterit. Historia hæc Nabuchodonosoris indicata est
 l. iii, v. 646.

33. Rivinus in textu legit Tum diademalem, in no-
 tis Tum diadematum, sed discrepantiam non animad-
 vertit, ut dubitari possit, an in notis mendum sit
 diadematum. Sane diadematus magis Latinum est,
 cum a Plinio adhibitum fuerit; sed verius est in Dra-
 contio diadema'em, qua voce usus etiam est Theo-
 dulfus. Illud vero nimis acute objicit Rivinus Danie-
 lem non referre Nabuchodonosori enata fuisse cor-
 nua. Aliis verbis hæc controversia solet proponi, an
 Nabuchodono-or vere figuram bovis induerit, an so-
 lum a mente alienatus ipse se bovem credidit. Verba
 Danielis sunt cap. iv, vers. 30 : Sermo completus est
 super Nabuchodonosor, et ex hominibus abjectus est,
 et fenum ut bos comedit, et rore cœli corpus ejus in-
 sectum est : donec capilli ejus in similitudinem aquila-
 rum crescerent, et unguis ejus quasi avium. Calmetus
 in dissertatione præfixa ad Danielem de metamor-
 phosi Nabuchodonosoris varias hinc inde opiniones
 refert et refellit. Sententia fuit Bodini Nabuchodono-
 sorem in verum taurum forma corporis et men-
 te transiisse. Alii vulgo existimant non animam tauri,
 sed externam tantum speciem illum induisse. Com-
 muniior magisque probata sententia est Nabuchodo-
 nosorem in phrenesin incidisse : quo morbo turbata
 phantasia se bovem esse rex sibi persuaserit.

35. Lib. iii, vers. 646, Timuit post regna bubulcum.
 Aratro etiam subjectum fuisse Nabuchodonosorem
 credere Dracontius videtur.

Erravit per prata vagus, mala gramina pastus, A
Et qui homo bos fuerat, de bove factus homo
[est.

Liquit et antistes verus pater ille Joannis,
40 Elinguisque fuit voce tacente silens.
Ast ego peccando regi dominoque, Deoque,
Pejor sum factus, deteriorque cane.
374 Vulnere vexati curat sua lingua molossi,
Heu! mea quippe mihi vulnera lingua dedit.
45 Sed qui restituit pecudis post membra tyranni,
Ut fieret rediens ungula fissa manus,

Quique reformavit tacitæ modulamina lin-
[guæ,
Ne mutilante sono verba ligata daret,
Ipse meo domino Deus imperat, atque jubebit,
50 **375** Ut me restituat, respiciatque pius.
Servet, avi ut laudes dicam, patriasque, suas
[que,
Perque suas proles regia vota canam.
Culpa quidem gravis est, venia sed digna rea
[tus,
Quod sine peccati crimine nemo fuit.

VARIÆ LECTIONES.

38. Sirm., *Et qui bos fuerat, de bove factus homo est.*
41. Sirm. interpungit regi, dominoque Deoque.
43. Sirm., curat. Azagr., curant.
44. Sirm., heu me! quippe.
45. Sirm., membra tyrannum.
46. Sirm., *Ut fieret rediens in sua regna bonus.*
47. Sirm., *taciti m. verbi.*

48. Sirm., *Ut mutilata sonos lingua ligata daret.*
49. Sirm., *Ipse meis parcat erratis, atque jubebit.*
50. Sirm., *Ut me respiciat, restituatque pius.* In
B Azagr. videtur esse ut in Vat.
51. Versus 51 et 52 absunt a Sirm.
55. In Vat. nota in *venia* innuit legendum *veniam*,
aut esse in auferendi casu

NOTÆ.

37. Lib. III, vers. 647, *Inter prata pecus*. Lib. I, vers. 274, *Et per prata vagum sequitur sua bucula taurum*. Virgilius l. II *Æneid.*, vers. 471, *Coluber mala gramina pastus*.

39. Rivinus ex conjectura *Quid? quod et antistes, iterum pater ille Joannis Eloquitur, fuerat voce sed ante silens*. Sed retinenda est scriptura vetus, quæ etiam in exemplaribus interpolatis eadem conservatur. Lib. II, vers. 676, *Incurri culpam sancti pater ille Joannis*. Pro *deliquit* positum est *liquit*, nempe peccavit, incurrit culpam, defecit. Simplicia pro compositis sæpe sumuntur, ut *verto* pro *everto*, *fero* pro *aufero*. Linqui dicitur is quem vires deficient, et Curtius active in partic. præ. usus eo verbo est lib. VI, cap. 1: *Lingente spiritu, pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit*.

40. Rivinus notat tautologiam *elinguis, tacente, silens*. Verum in Dracontio sæpe hujusmodi verborum repetitiones occurrunt.

41. Sirmondus ita interpungit, ut *Deus dominus* dicatur: sed superflua tunc esset conjunctio *que* in *dominoque*. Dracontius regem vocat dominum, ut v. 107: *Post te, summe Deus, regi dominoque reus sum*, et vers. 110: *Rex dominusque meus semper ubique pius*.

42. *Cane pejor* proverbii genus, de quo vide comment. ad Prudentium, hymn. 5 *Perist.*, vers. 147, et *Apoth.*, v. 216, *Cane milite pejor*: nam *miles canis* molossus est. Hæc de libidine Eugenii non esse capienda, contra Barthium recte probat Rivinus. Sed ego pro Eugenio Dracontium verum Elegiæ auctorem intelligo: nam elegia, ut in ms. Vat. exstat, etiam a D correctione Eugenii omnino immunis est.

43. *Lingua vexati molossi curat sua vulnera*. Lectio Azagr. retineri nequit.

44. *Lingua vulnera dedit Dracontio*, quia recitaverat carmen, quod regi displicuit. Sæpe *lingua* pro eloquentia, interdum pro carmine ponitur. Lib. I, vers. 168: *Linguae taurus honos solvit donanda poetis*. Paulinus poem. 15, natal. 4: *Annua vota mihi remeant, simul annua lingue Debita*: et poem. 16, natal. 5: *Gaudia, quo famulæ rata debeo munera lingue*. Itaque etiam si Dracontius carmen illud non recitaverit, recte tamen culpam in linguam, nempe in carmen rejicit.

45. Clarior est lectio Sirmondi *tyrannum* quam *tyranni* in Vatic. Verum id ita explicari potest; qui post membra pecudis restituit, seu fecit, ut manus tyranni fieret ex sis a ungula: aut *post* est adverbium.

46. *Ungula* est calceus corneus eorum animalium quæ digitos non habent.

48. Rivinus confidenter legit *Ut mutata sonos lingua ligata daret*. Sirmondi lectio hunc sensum habet, ut lingua ante ligata et mutilata sonos ederet. Nostræ scripturæ sententia est: Deus reformavit linguam ne ederet verba ligata et truncata, hoc est ut clare loqueretur. Plinius l. VII, cap. 16: *Dentes serie structuræ atque magnitudine mutilantès mollientesque, aut hebetantes verba*. Ponitur *mutilante sono* pro *mutilato sono*, nam hujusmodi participia significationem passivam habere solent. Possis etiam legere *Ne mutilata sono*. Ac fortasse Dracontius ætatem senis Zachariæ repræsentat: in qua verba trunca et mutilata proferri solent, cum organa modulationi lingue servientia magna ex parte vitiata sint. Lib. III, v. 628, *at dentes cinxisse palatum, Ut lene verba sonent, ipsis modulantibus, ora*. Deus igitur ita reformavit modulamina lingue Zachariæ, ut, quamvis esset senex, distincte tamen et perspicue loqueretur. *Dare verba* pro loqui cum aliis usurpat Dracontius l. III, vers. 456.

49. Rivinus lectionem Sirmondi sic castigat: *Ipse meis parcat erratis, utque pudebit, Tum me respiciet, restituatque pius*. Vera lectio invenitur in codice nostro: *Deus ipse, qui has mutationes effecit, regi domino meo imperat ac jubebit ut libertati me restituat*.

50. Non displicet trajecti verborum in Sirmondo *Ut me respiciat, restituatque pius*. *Respicere* in sacris profanisque Litteris accipitur pro *aspicere* *juvandi causa*, ut notum est. Fortunæ respicientis fanum Romæ videtur fuisse, cui multi lapides inscripti exstant.

51. Quisnam sit is avus et pater regis, quorum laudes canere volebat Dracontius, disputatum est in prolegom. num. 106 et 111.

52. *Suas* pro *ejus*, ut sæpe Dracontius posuit. Fortasse legendum *Postque suas proles*, aut *Proque sua prole*. Potest retineri *per*, ut *vota regia sint per proles*. Inservit enim præpositio *per* ad jurandum, adeoque trahi etiam poterit ad *vovendum* et *desiderandum*.

53. Sirmondus interpungit *Culpa quidem gravis est, venia sed digna, reatus*. Malo *venia sed digna reatus, digna*, cui reatus venia concedatur.

54. Joann. ep. I, cap. I, vers. 10: *Si dixerimus quædam non peccavimus, mendacem facimus eum*. L. II, III Reg., c. VIII, vers. 46: *Non est enim homo qui non peccet*. In distichis Dionysii Catonis l. I, *Nemo sine crimine vivit*.

55 Nam Deus omnipotens potuit, dum cæderet A 65
 [orbem,
 Tristibus amotis gaudia sola dare.
 Sed diversa creans, et discordantia, junxit
 Et bona mixta malis, et mala mixta bonis.
 Sic elementa potens contraria miscuit auctor,
 60 **376** Humida cum siccis, ignea cum gelidis.
 Littera doctiloquax apibus cognata refertur,
 Queis datur, ut habeant vulnera, castra, fa-
 [vos.
 Cerat dat ingenium pueris, primordia sensus,
 Inde fit, ut prosit littera, vel noceat :

Aspis habet mortes, habet et medicamina ser-
 [pens,
 Vipera sæpe juvat, vipera sæpe nocet.
 Cervæ salutes pasto serpente medullas
377 Conficit, et pellunt ipsa venena neces.
 Materies ferri simplex, et noxia fertur,
 70 Impius inde nocet, rusticus inde placet.
 Ipsa parit gemmas pretiosos terra lapillos,
 Ipsa dat et vepres, spinea ligna, rosas.
 Delicias, mortesque parat mare fluctibus altum,
 Et generat pelagi conchula divitias.
 75 Aera temperies auris vitalibus aptat,

VARIÆ LECTIONES.

56. Sirm., *a. optima s.*

57. Sirm., *jussit. Azagr., jungit.*

61. Sirm., *cognata probatur.*

62. Vat. *scribit fabos. Sirm., vulnera mella simul.*

64. Sirm., *ut præstet l.*

65. Sirm., *mortem. Azagr., mortes.*

67. Vat., *medellas. Sirm., Cervæ salutaris pasto ser-
 B pente medella est.*

68. Sirm., *Conficiunt, pellunt i. v. n. Azagr., pel-
 luntque i.*

69. Sirm., *Materia f. s. e. n. constat.*

74. In Vat. *scribitur conchula.*

NOTÆ.

55. Rationem affert cur Deus peccata hominum permittat, cum possit impedire, nempe ut in peccati venia clementia Dei resplendeat. Ut enim in physico rerum ordinæ Deus ad majorem orbis pulchritudinem non solum bona et læta, sed adversa etiam et tristia creavit, ita in ordine morali bona præcipit et jubet, sed permittit mala, ut ex ipsis malis bona faciat, quæ sine malis fieri non possent. Augustinus Enchirid. cap. 11: *Illud quod malum dicitur bene ordinatum, et suo loco positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora sint, dum comparantur malis.* Vide etiam l. II de Ordine, c. 4.

56. Lib. I, vers. 18: *Omnia quæ veniunt, bonæ, gaudia, tristia, acerba.*

58. Vide l. I, vers. 294 et seqq., cum notis. In Galdoni comœdia *il Moliere* legi hunc versum.

59. Discors elementorum concordia explicata est lib. I, vers. 142 aliisque in locis.

60. Ovidius l. I Met., vers. 19: *Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.* Apuleius l. I de Mundo post med., *Uvidis arida, et glacialibus flammida (natura) confudit.* Aer est humidus, terra sicca, ignis calidus, aqua frigida.

61. *Doctiloquus* Ennius, Martianus Capella et alii dixerunt. *Doctiloquax* apud antiquiores Dracontio non invenitur. Lectio Sirmondi *cognata probatur* confirmari potest simili loquendi modo sæpe a Dracontio usitato, ut dixi ad l. II, vers. 26: *Cognata refertur* sapit etiam stylum Dracontii, ut vers. 69, *noxia fertur.* Litteræ cognitionem habent cum apibus, quia olim discebantur in tabellis cera illitis, et sicut apes spiculo nocent, melle et favis prosunt, sic etiam litteræ habent, unde prosint et noceant: nam litteras aliquando nocere expertus ipse Dracontius est. Nocent autem non solum iis qui imbuti illis sunt, sed etiam aliis.

62. Ut producitur ob aspirationem sequentis dictionis. Sirmondi scriptura probabilis est: sed verius videtur *vulnera, castra, favos*; nam ut sua sunt bella apibus, sic etiam litteratis.

63. Hic versus a S. Isidoro allegatus est, ut dicitur num. 8 prolegom. Primordia sensus sunt prima scientiarum elementa. Sensus pro intelligentia et cogitatione sæpe ponitur. Lib. I, vers. 567, nonnulli legunt *sensus primordia*, pro quo ego scripsi *sensu præcordia*. Lucretius l. IV, vers. 554, dixit *Primordia vocum*.

64. Rivinus in Sirmondi lectione *præstet* vidit nullo negotio scribi posse *prosit*. Sed nihil mutandum censuit, quia *præstare* pro *prodesse*, aut saltem pro *be-*

neficium præstare accipi solet, ut probat Barthius l. XXIX Advers., cap. 6. Verum cum in primigenia non interpolata elegia *prosit* legatur, hoc retinendum est.

65. Lib. II, vers. 258, *Aspidis obliquæ quid pinguis membra medentur, etc.* Vide notam ad vers. 291 lib. I.

66. Vide lib. II, vers. 256.

67. Scriptura Sirmondi commodum sensum habet, quo spectat etiam in Vat. *Cervæ salutes pasto serpente medellas Conficit.* Sed vera lectio est *medullas*. Lib. II, vers. 276: *Cervus ut occumbat, quærit medicina medullas.* Confer notam ad eum locum, ex qua constat medullas cervi a medicis salutes exitimari. *Cervæ* sæpe adhibetur a poetis nullo habito respectu generis, ut marem et feminam significant. Virgilius lib. IV Æn., vers. 69: *Qualis conjecta ce va sagitta.* Similia plura conguessit Broucksius ad Tibulum, l. IV, carm. 5, vers. 13.

68. Ausonius epigr. 10 in Eumpinam, vers. 12: *Et cum fata volun', bina venena juvant.* Conjunctio *que* in Azagr. non est necessaria. Sic v. 246, *Damna, vel augmentum dant elementa, ferunt.*

69. *Materies* sic Dracontius et alii poetæ frequentius quam *materia*. Pro *innocua* ponitur *simplex*, ut vers. 191, 223, et *simplicitas* vers. 173. Vide notam ad lib. II, vers. 804.

70. Ut pius Dracontio est clemens, mitis, ita impius crudelis, immitis. Rivinus de milite id dictum interpretatur, qui impius a Virgilio et Lucano dicitur.

71. Rivinus non male suspicatur *Ipsa parit gemmas, steriles et terra lapillos, Ipsa rosas, et dat, spinea ligna, vepres.* Interpolatori Sirmondi cum Dracontio convenit: quo magis vetus lectio confirmatur. Nec sane correctione indiget. Ipsa terra parit gemmas, pretiosos lapillos (accusativus appositionis), et ipsa dat vepres, spinea ligna, rosas.

72. Ovidius de Remed. amor. v. 45: *Terra salutaris herbas, eademque nocentes Nutrit, et urticæ pro-
 aima sæpe rosa est.*

74. Diminutivo *conchula* utuntur Celsus et Valerius Maximus. In conchis piscium nascuntur margaritæ, de quibus Plinius lib. IX, cap. 55. Propertius lib. III, eleg. 11, vers. 6: *Et venit e rubro concha Erycina salo.*

75. *Temperies* sumi solet pro temperata cœli constitutione. *Auris vitalibus*, vitæ, spiritui, quo videlicet respiramus et aspiramus.

Quæ corrupta dies eripit, atque animas.
 Aspera, vel facilis retinet natura volucres,
 Blanda columba avis est, aspera vultur avis.
378 Nubibus aggestis pluviae, nix, grando,
 [pruina
 80 Gignuntur vicibus, igne, vapore, gelu.
 Sol dat temperies, species gratissima mundi,
 Cuncta creanda parans, cuncta creata fo-
 [vens.
 Per quem fetat humus flores, et messis ari-
 [stas,
 Sole perustus ager putris arena jacet.

A 85 **379** Corpora sol reficit radiis et corpora ve-
 [nat,
 Solibus alternis itque, reditque salus.
 Omnia nec mala sunt, nec sunt bona sidera
 [caeli,
 Lucifer hoc docuit, Sirius hoc monuit.
 Temperies caeli medium nec possidet orbem.
 90 Nam de quinque plagis vix habet ipsa duas.
 Quod caelum, quod terra, fretum, quod purior
 [aer
 Non meruere simul, hoc homo quando ha-
 [beat?
 Culpa mihi fuerat dominos reticere modestos,

VARIÆ LECTIONES.

76. Sirm., *Q. c. d. corripit, atque animos.* Azagr., *B rans et fovens.*
 ut in Vat., *eripit atque animas.*
 77. Sirm., *Diras vel placidas retinet n. v.*
 79. Azagr., *grando pruinae.*
 80. Sirm., *Gignuntur vicibus, ordine, lege poli.*
 81. Sirm., *Solis temperie species g. m.* Azagr.,
sultat pro solis.
 82. Sirm., *parit, et fovet.* Azagr. cum Vat., *pa-*

85. In Vat. scribitur *fetat.* Sirm., *per quam foetat.*

88. Sirm., *L. h. d. sidus et hoc docuit.* Azagr., *L. h. d. Sirius hoc docuit.*

91. Azagr., *quod terra creat g.*

92. Sirm., *hoc modo quando habet.* Azagr., *hoc homo quando habet.*

95. Azagr., *reticere molestos.*

NOTÆ.

76. Temperies corrupta eripit hominibus dies atque animas, hoc est breviorē hominum vitam efficit. *Dies pro vita* Statius libr. II Theb., vers. 657: *Nunc arma, diemque Projice. Quid sequeris timidæ compendia vitæ?*

77. Libr. I, vers. 456, distinguit inter aves placidas et ore cruentas.

78. *Blanda columba* Ovidius libr. II Amor., eleg. 6, vers. 56.

80. Interpolator penitus sensum hujus versus invertit. *Vicibus* est per vices, alternatim. Columella l. II, cap. 2 initio: *Quæ qualitates inter s' mixtæ vicibus, et alternatæ plurimas efficiunt agrorum varietates.* Ait ergo Dracontius pluviam, nivem, grandinem, pruina gigni igni, vapore, gelu, seu frigore vicissim, vel ita ut hæc per vices misceantur et alternentur. Isidorus de Natur. rer. cap. 35: *Aquæ amarissimæ maris vapore subtili, calore aereo suspenduntur. Ibi igne solis decoctæ in dulcem pluviarum saporem vertuntur.* Et cap. 34: *Plerumque glacialibus ventorum flatibus rigentes aquæ solidantur in nivem.* Et cap. 35: *Aquæ nubium rigore ventorum stringuntur in glaciem, atque durescunt.* Vide Ambrosium libr. II Hexæm., cap. 3 et 4, quem sæpe Dracontius et Isidorus sequuntur, ut ipse Basilium secutus est.

81. Capella libr. II in hymno solis: *Nam medium tu curris iter, dans solus amicam Temperiem superis.* TEMPERIES in plurali, intelligo varias anni tempestates. Isidorus de Natur. rer. cap. 17: *Cui (sol) ideo Deus diversa cursus constituit loca et tempora, ne dum semper in iisdem moraretur locis, quotidiano ea vapore consumeret. Sed ut Clemens ait (libr. VIII Recognit., cap. 22), diversos accipit cursus, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur, et ordo vicissitudinum permutationumque servetur.* Ausonius in Eclogar. 2: *Omnia quæ vario rerum metimur in actu, Astrorum dominatus agit, terrenaque tantum Membra homini, e superis fortuna, et spiritus auris Septeno moderanda choro: sed præsidet ollis Sortitus regimen nitidæ sol aureus æthræ. Nec sola in nobis moderatur tempora vitæ, Dum breve solliciti spatium producimus ævi. Creditur occultasque satus, et tempora vitæ Materno ducenda utero formare videndo.* Hæc caute.

82. Vide l. I, vers. 24 et seqq., et vers. 224: *Qui fovet igne pio caelum, etc.* Libr. I, vers. 9, notavi, Dracontium cum aliis antiquis scriptoribus verbum creandi accipere pro educere, vel formare: quo

multi nunc utuntur ad significandam productionem ex nihilo. Animadvertit vero Mariana ad c. I Genes., v. 1, quæstionem esse ad theologos abigendam, an creatio sit ex nihilo productio: *Id contendam, addit, ex vi vocis et proprietate sermonis id non significari.* Peculiaris ergo significatio, qua creatio definitur a philosophis et theologis effectio rei ex nihilo, vetus quidem est, sed ad usum scholæ instituta.

85. Libr. II, vers. 217, *Fetat humus, e c.* Confer notam ad vers. 89 libr. II.

84. Isidorus de Natur. rer. cap. 17: *Et cum sit iste mini ter bonus (sol) genitus ad vicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum voluntatem Dei correptio mortalibus datur, incandescit acrius, et urit mundum vehementioribus flammis, et perturbatur aer, et plaga hominum, et corruptio terris injicitur, et lues animantibus, et pestilens per omnia mortalibus annus inducitur.* Quod autem ait Dracontius *putris arena*, hoc est arida et sicca, veteres secutus est duces. Propertius libr. IV, eleg. 5, vers. 59: *Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu.* Statius libr. IV Theb., vers. 728: *Tunc sole putris, tum pulvere tellus Exhalat calidam nubem,* et silv. III, libr. IV, vers. 126: *Qui sædum nemus et putres arenas.* Lucretius simili significatione libr. VIII, v. 83: *Totaque in Æthiopum putres solvaris arenas.*

86. *It pro abit.* Lucretius libr. III, vers. 527: *Denique sæpe hominem paulatim cernimus ire, Et membratim vitalem deperdere sensum.*

88. Rivinus, qui cum Sirmondo legit *sidus et hoc docuit*, interpretatur hoc *sidus* esse stellam Jacob, et *luciferum* Satanam. Dracontius aliud longe diversum cogitabat, qui de Sirio stella in ore caniculæ loquitur, cui *luciferum* opponit. Calores immodici sunt, cum Sirius conjungitur cum sole, quo tempore corpora morbo affici solent, ex quo caniculam seu canem hoc sidus dictum aliqui affirmant.

89. *Temperies caeli* zona seu plaga temperata. Ovidius libr. I Met., vers. 50, de zonis: *Nix tegit alta duas, tot dem inter utramque locavit, Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.*

91. Libr. I, vers. 554, *Non purior aer.*

92. Rivinus conjicit *Non meruere simul, hoc modo quartus habet.* Aer namque modo temperatus est ex humido et calido, caelum (id est ignis) siccum et calidum, terra sicca et frigida, aqua humida et frigida. Hæc ille totidem verbis. Sane in ndosa illico

380 Ignotumque mihi scribere, nec domi-
 [num.
 95 Qualis et ingratos sequitur, qui mente profana,
 Cum Dominum norint, idola vana colunt.
 Israelitarum populum sic culpa tenebat,
 Quando Deum oblitus flans vitulum coluit.
 Et tamen indulges veniam poscentibus, auctor,
 100 Si sceleris facti mens rea pœniteat.
 Te precor, Omnipotens, te, quem decet esse
 [benignum,
 Quem non ulla juvat ultio, sed venia,
381 Cujus sancta manus sustentat corda re-
 [gentum,
 Et pius inclinas mox, ubicunque jubes.

A 105 Te coram primum me carminis illius, au-
 Quod male disposui, pœnitet, et fateor.
 Post te, summe Deus, regi dominoque reus
 [sum,
 Cujus ab imperio posco gemens veniam.
 Imperet armato pietas tua, prospera mandet
 110 Rex dominusque meus, semper ubique pius.
 Nec mihi dissimilis, quam quod solet esse ca-
 [tervis,
 Sit pietate tua, sit bonus, et placidus.
 Nam tua sunt, quæcunque gerit, quæcunque ju-
 [bebit,
 Judiciumque Dei regia verba ferunt.
 115 Exorent hæc pauca Deum, qui mentis opertæ

VARIÆ LECTIONES.

94. Sirm., *Scribere nec dominum*. Vat., *scribere vel*
 aominum.
 97. In Vat. scribitur *Israhetitarum*.
 98. Sirm., *Quando oblita Deum plebs vitulum co-*
luit. In Vat. videtur esse *flens* pro *flans*.
 99. Sirm., *indulgens*. In Vat. etiam *indulgens*. Ex
 conjectura *indulges*.
 100. Sirm., *Contulit, et legem post mala facta*
dedit.
 101. Sirm., *O, quem sat decet*.
 102. Sirm., *Et quem nulla juvat v. s. v.*
 105. Vat., *carminis ullius ausu*. Sirm., *Coram te*

B *primum me, carminis illius orsa*.
 106. Sirm., *pœnitet, en fateor*.
 109. Azagr., *i. armata p.* Sirm. *distinguit mandet,*
Rex.
 110. Azagr., *Rex Deus omnipotens semper ubique*
pius.
 111. Sirm., *solet omnibus esse*.
 112. Sirm., *sit pi tate sua, sit*.
 113. In Sirm. pro hoc et aliis quatuor versibus
 seqq. solus est hic: *Te nunc summe precor, magnorum*
maxime regum, Pectore, etc.

NOTÆ.

apparet scriptura Sirmondi *hoc modo quando habet*.
 Sed conjectura Rivini vix ullum sensum admittit. Le-
 ctio Vat. confirmatur codice Azagr., ubi tamen men-
 dum e t *habet* pro *habeat*. Sententia Dracontii est:
 cum in rebus omnibus creatis mixta sint bona malis,
 quando aliquis erit homo, qui semper bonus et nu'lo
 crimine maculatus sit? Vide notam ad l. II, v. 458,
 et Synonyma S. Isidori, l. I.

94. Rivinus suspicatur legendum *Agnatumque mihi*
scribere nec dominum; sed neque ipse rationem sus-
 picionis affert, neque ego video ullam. In Vat. est
vel pro *nec*: hoc secundum magis placet. Culpa fuit
 Dracontii reticere suos dominos, atque alium laudare,
 qui ignotus illi, nec dominus erat. Poterit explicari
 scriptura Vat. hoc pacto: culpa fuit reticere domi-
 nos modestos, aliumque ignotum laudare, etiamsi
 fuisset dominus. De hac culpa Dracontii egi in pro-
 legom. num. 90.

96. *Idola* secunda correpta, ut libr. II, vers. 579.

97. Ut in hoc codice scribitur *Israhetitarum* cum
 aspiratione post primum *a*, sic in alio codice Vati-
 cano, ex quo tres libros de Deo extraxi, scribitur l.
 II, v. 166, cum aspiratione in principio *Hisraelita-*
rum. Hæc scriptura antiqua est, ut cernitur in veteri
 inscriptione basilicæ S. Clementis Romæ, quam vul-
 gavit Eduardus Vitry in diatriba de tumulo T. Flavii
 Clementis martyris.

98. Certum mihi est a manu Dracontii esse *flans*,
 quod alii non intelligentes versum corruerunt. Cap.
 XXXII Exod., vers. 4: *Quas cum ille* (A ron in aures)
accepisset, formavit opere fusorio, et fecit ex eis vitu-
lum conflatilem. Pro *conflare* seu *metalla igne mollire*
et fundere ponitur *flans*. Plinius libr. XXXVI, cap. 19:
Phrygius lapis utitur ante vino perfusus, flaturque fol-
libus, donec rubescat. Sic *flata pecunia, æs flatum, ære*
flando, feriundo.

99. Forte *Et tamen indulget veniam poscentibus*
auctor.

100. In fine carminis ad senatorem apotatam sub
 Tertulliani nomine: *Suffecit peccare semel, desiste ve-*
rei. Non erit in culpa, quem pœnitent ante fuisse. Pœ-
 nitent cum nominativo pro *mentem*. *ream pœniteat*.
 Vide libr. I, vers. 694, et infra vers. 394.

- 102. Ezechiel. cap. XVIII, vers. 23: *Nunquid vo-*
luntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, et
non ut convertatur a viis suis, et viat? Vide l. I, vers.
29 et seqq., et vers. 96 cum notis.

103. *Cor regis in manu Domini, quocunque voluerit,*
inclinabit illud. Proverb. cap. XXI, vers. 1.

105. In nostro codice *ullius* pro *illius* retineri pos-
 set, sed melius videtur *illius*.

109. Hic etiam legendum conjicit Rivinus *agnato*
 pro *armato*, ut vers. 94 *agnatum* pro *ignotum*.

110. Octavianus Augustus, ut refert Suetonius cap.
 55, *Domini appellationem, ut maledictum et oppro-*
brium semper exhorruit. Alii imperatores non solum
domini, sed *dei* etiam appellationem usu parunt. Inde
 ad Christianos imperatores et reges *domini* titulus
 permanavit. Procedente tempore hic honos sacerdo-
 tibus et nobilibus delatus est, postea quibusvis aliis
 hominibus sine ullo discrimine.

111. Adverte phrasim, *Dissimilis non sit mihi, quam*
quod solet, etc., videlicet non sit mihi alius quam qui
 solet esse catervis. Cicero l. II ad A tic., ep. 3, *Quod*
non est dissimile, atque ire in Solonium. Huc facit
 vers. 151 cum nota.

114. Ad Roman. cap. XIII, vers. 4, de principe: *Dei*
enim minister est tibi in bonum. Si autem malum fice-
ris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei eni
minister est, vindex in iram ei qui malum agit.

115. Prosper epigr. 95, *Linguantur secreta Deo,*
qui, si quid opertum est, Inspicit, et nullis indiget in-
diciis. Anonymus in carmine apologetico Romanæ
 curiæ tom. IV Anal. etor. Mabillonii v. 923: *Hic tibi*
nostra manus, cuinam secreta licabit Cernere corda
procul, non dabit artis opus. Solus habet secreta Deus
cognoscere mentis. Eru litum est hoc carmen, et supra
 captum sæculi XIII, quo exaratum est, elegans, nisi
 quod multis locis corruptum est, ut cum Aprilis Hi-
 spanus, alter ex interlocutoribus, de efficacia mune-
 rum loquens, ait: *Præterea video, quod si non jungi-*
tur axis, Tardius inceptum continuatur iter. Lege si
 non ungitur axis, ita enim habet adagium tritum Hi-
 spanorum.

382 Sensibus ætheriis condita vota videt. A
 Ad te nunc, princeps, mea vela retorqueo sup-
 [plex,
 Pectore, mente rogans, voce, manuque pe-
 [tens.
 Da dextram misero, veniam concede precanti,
 120 Tempore tam longo non decet ira pium.
 Namque inimicorum culpis veniale minaris,
 Captivosque tuos deliciis epulas.
 Puniat, ut sit, quod Christus, tu parcis iniquis,
 Vindice quo regnas, quo vigilante, viges.
 125 Qui pereunt bello, soli moriuntur ut hostes,
 Qui superest pugnae, vivat ut ipse, jubes.
 Captivus securus agit, solusque rebellis
383 Formidat mortem, præda quieta se-
 [det. B
 Conservas animas, victum super ipse ministras,
 130 Ne sit vita gravis, subripiante fame.
 Nemo cadet sub jure tuo, sub morte cruenta,

VARIAE LECTIONES.

119. Sirm., *concede fatenti*.
 121. Hic aliquæ novem versus seqq. omnino de-
 sunt in Sirm. usque ad v. 131, *Nemo cadet*. In Vat.
namque, obscure.
 125. Vat., *moriuntur in hostes*.
 131. Sirm., *c. de jure tuo*. Azagr. eum Vat., *sub*
jure.
 132. Azagr., *scit esse victurum*.

116. Conjiciat aliquis *Sensibus internis*, nempe
 hominis. Sed *ætheriis* positum est pro divinis, cœle-
 stibus. Deus divina sua et infinita intelligentia videt
 occulta vota hominum.

117. Vela orationis, carminis, allegoria oratoribus
 ac maxime poetis frequens. *Retorquere vela* Ovidius
 Trist. libr. i, eleg. 1, vers. 84 : *Semper ab Euboicis*
vela retorquet aquis.

121. Fortasse legendum *Nam qui inimicorum*, etc.,
 ut protrahatur hæc periodus usque ad vers. 124.
Veniale adverbii more, ut l. ii, vers. 486, *Veniale*
minatur. Contrarium est *Mortale minantes* l. ii, vers.
 154.

122. In usu communi est *epulor, epularis*; Priscia-
 nus tamen lib. viii de Verbis communibus refert ve-
 teres usurpasse etiam *epulo, epulas*.

123. Implicata syntaxis est hujus versus, ita expli-
 canda. Ut sit quod Christus puniat, tu parcis iniquis,
 nimirum non omnia crimina punis, sed quædam Dei
 judicio et vindictæ relinquis.

125. Non censeo scripsisse Dracontium *soli mo-*
riuntur ii hostes. *Lego moriuntur ut hostes*, nam *in*
hostes quid significet vix intelligi potest, nisi forte *in*
sumatur pro apud. Cicero in procem. Parad., *Cato*
autem perfectus mea sententia stoicus, et ea sentit quæ
non sane probantur in vulgus. Putabam *soli moriuntur*
in armis, vel in ense. Lucanus l. ii, vers. 263 : *Quis*
nolit in isto Ense mori? Sed alii legunt *ab isto*. Melior
 erit lectio *soli moriuntur in armis*, imitatione Cicero-
 nis pro Ligario, cap. 6 : *Cognita vero clementia tua,*
quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo
nisi armatus.

128. *Sedet*, scilicet captivi, qui quietem amant, tuti
 sunt, otiosi et nullo labore vexati.

129. Paulo ante vers. 122, *Deliciis epulas*. Pro *in-*
super non raro usurpatur *super* a Virgilio, Horatio et
 aliis.

130. *Subripiante*, paulatim consumente fame vitam.

133. Pro *foravit* nihil opportunius venit in mentem
 quam *duravit* : verum neque id penitus placet, neque
 hic et sequens versus satis inter se cohærent.

Scit se victurum qui volet esse tuus.

Turba rebellantum quoties duravit in armis,
 Vinceret, aut certe præda fuisset iners.

135 Securus sine morte manus dat hostibus hostis,
 Nam bene conservas colla subacta jugo.

Sic leo terribile fremit horridus ore cruento,

Unguibus excussis, dente minante neces :

Ærius iratus crispato lumine ferri,

140 Et mora si fuerit, acrius inde furit.

384 At si venator trepidans venabula ponat,

Territus et jaceat, mox perit ira cadens.

Temnit prædo cibos, quos non facit ipse cada-

[ver,

Ac ferus ignoscit, ceu satis accipiat.

145 Et dat prostrato veniam sine vulnere victo,

Ore verecundo dejiciens oculos.

Sic tua, regnator, non impia frangitur ira,

Cum confessus erit crimina gesta reus.

Ignoscendo pius nobis imitare Tonantem,

135. Hi quatuor versus usque ad vers. 137 desunt
 in Sirm. In Vat. *foravit* pro *duravit*.

357. Sirm., *leo terribilis fremit*.

139. Sirm., *Acrius ardescit crispato l. f.*

144. Sirm., *ceu atis*. Azagr. eum Vat., *ceu satis*.

145. Sirm., *vulnere victor*.

146. In Vat. et Sirm. scribitur *deiciens*:

149. In Vat., *non vis pro nobis*.

NOTÆ.

135. *Dat* est brevis ad regulas prosodiæ, sed hæc
 loco producitur ob aspirationem vocis sequentis.

C 136. In prolegom. num. 111 ex Orosio ostendi
 barbaros, qui Hispaniam occuparunt, post primas
 bellorum clades nonnullam clementiæ laudem obti-
 nuisse.

137. *Terribile* adverbii more, ut vers. 121, *veniale*
minaris. Sic *dulce, suave*, et similia passim occurrunt.
 Virgilius libr. i Æn. vers. 500, de furore bellico :
Fremet horridus ore cruento.

138. *Excussis, jactatis, concussis*. Virgilius l. xii,
 vers. 6 : *Tum demum movet arma leo, gaudetque co-*
mantes Excutiens cervice toros... et fremit ore cruento.

139. Servius ad loc. cit. Virgilii : *Hæc enim leonum*
natura est, ut nisi laces iii irasci nequeant. Lumen ferri
 est splendor e ferro venabuli emicans. Val. Flaccus
 l. iii, vers. 100 : *Seseque a lumine ferri Sustinuit præ-*
ceps. Statius libr. ix Theb., vers. 802 : *Sed ferri lu-*
mine diro Turbatus sonipes. Crispatur ferrum seu te-
 lum, cum quassatur, seu vibratur. Virgilius l. xii
 Æn., vers. 165 : *Bina manu lato crispans hastilia*
ferro; qui versus ex libr. i repetitus est.

D 140. *Mora*, scilicet pugnae, sive in resistendo.
 Prudentius Hamart. v. 210, *Pugnae nodumque moram-*
que post Virgilium l. x, vers. 428. Similiter Lucanus,
 Silius, alii.

142. Ovidius libr. iii Trist., eleg. 5, vers. 55 : *Cor-*
pora magnanimo satis est prostrasse leoni, Pugna suum
finem, cum jacet hostis, habet. Plinius libr. viii, cap.
 16, *Leoni tantum ex feris clementia in supplices : pro-*
stratis parcat.

145. Rivinus ex conjectura *Temnit prædo cibos, quos*
non facit ipse, cadaver Haud ferus agnoscit, hoc avis
accipiat; hoc est avis rapax.

146. *Dejicere oculos* Cicero, Quintilianus aliique
 dixerunt.

147. Scilicet frangitur ira non impia, seu non cru-
 delis.

149. Ovidius l. ii Trist., vers. 59 : *Tu quoque, cum*
patriæ rector dicare, paterque, Utere more Dei, nomen
habentis idem. Claudianus de iv cons. Honorii vers.

- 150 Qui indulget culpis. et veniam tribuit. A
Principis imperium simile est, ac regna polo-
[rum,
Ut canit ad populos pagina sancta Dei :
385 Sacrilegis referens cœlestia jura cateri vi,
Cinctus apostolica discipulante manu.
155 Nonne Dei præcepta jubent, ne sol cadat intrans,
Iraseente alio, sed pius exstet homo ?
Rex inimicorum populis mucrone pepercit
David, et hic sceleris certus adulter inest.
Confessus facinus, veniam pro clade meretur,
160 Noxius impune, vel sine morte reus.

- Insuper et Salomon eadem muliere creatus,
Quæ scelus admisit, munus honoris habet.
386 Non fit Abessalon hæres de conjuge natus,
Sed sceleris fructus sceptrâ paterna tenet.
165 Ecce, quid impendit patris clementia parcens,
Ut sibi regna daret, ut daret et soboli.
Ipse inimicorum Salomon non colla poposuit,
Dum peteret Dominum, sed sapientis opem.
Exstitit hic prudens, quia noluit esse cruentus,
170 Pacificusque fuit, consilii que tenax.
Stephanus, ante alios lapidum sub grandine
[martyr,

VARIÆ LECTIONES.

151. Vat., *ad regna polorum*. Sirm., *ad regna superna*.
154. Sirm., *Vinctus apostolica, discipulaque manu*.
Azagr., *Vinctus a discipulante m.*
156. Sirm., *I. a. ne malus exstet homo*.
158. Sirm., *David et sceleris certus adulter erat*.
160. In Vat. deest vox ultima reus.

162. In Vat. scribitur *ammisit*.
B 163. Sirm., *Non fuit hic Salomon casta de conjuge natus*.
166. Ita Sirm.; in Vat. desunt verba hæc *ut daret et soboli*; versus incipit *Ut sibi regna daret et sub. ..*
In Azagr., *Ut sibi regnaret, hæc daret et soboli.*
168. Sirm., *cum peteret*.

NOTÆ.

276 : *Sis pius in primis : nam cum vincamur in omni Munere, sola deos æquat clementia nobis*. Cicero pro Ligario in fin., *Homines enim ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando*.

151. *Lego simile est, ac regna* : quæ phrasî simili modo a Dracontio v. 114 usurpata, sed librariis ignota, occasionem errori dedit. Cicero libr. v Tuscul., cap. 3 : *Pythagoram respondisse, similem sibi videri vitam hominum et mercatum*. Livius libr. vi, cap. 28 : *Jactabant, similem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit*. Columella libr. vii, cap. 5 : *Ovem pulmonariam similiter, ut suam, curare convenit*. Poterit etiam legi *simile est, ut regna; simile est, et regna*.

152. Puto indicari parabolam quam affert Lucas cap. xix, vers. 12 et seqq. : *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti, etc.* Ex Evangelio certe hanc sententiam Dracontius sumit, ut ex vers. seqq. manifestum est. Clementiam virtutem principum maxime propriam esse ostendit Petrus Ribadeneyra libr. ii, cap. 18 egregii operis de principe Christiano, quod paucis ante annis Matrifi recusum est.

153. *Referens est Deus, non pagina* : nam vers. seq. est *cinctus*. Perinde quasi dixisset *ut canit Deus*, sic progreditur, quia *pagina sancta Dei* ponitur pro *Deus*. Hæc figura vocatur mutatio, seu varietas generis, aut etiam relatio ad rem potius quam ad vocem. Ennius lib. x Annal. apud Priscianum lib. i : *Insignita fere tum milia militum octo Duxit delectos bellum tolerare potentes*. Consule Gifanium in Lucretium verbo *Generis mutatio*, et Andream Schottum in D Vindiciis Ciceronis, cap. 8.

154. Latinius videtur *discipulaque*; sed non ausim mutare *discipulante*, quod non solum exstat in Vat., sed et in Azagrens. conservatur : quod verbum nescio quid sequioris antiquitatis præ se fert, ut *incipiente, abbatiente*, et similia. Isidorus in glossis indicat *discipulati pro edocti*.

155. Libr. iii, vers. 399, idem præceptum exponitur. Vide notam.

156. *Pius exstet homo*, pius et mitis sit homo, qui iratus fuerit. *Exstet pro sit*, ut dixi ad l. ii, vers. 731.

157. Notanda est phrasîs *populis mucrone pepercit*; ita populis veniam dedit, ut mucrone in eos non uteretur, *Parcere mucrone* est abstinere a mucrone, *parcere populis* est condonare.

158. *Sceleris certus adulter*, certo scelere adulterii inquinatus. Non male Sirmondus *certus adulter erat*; sed retineo *inest*, ut vers. seq. meretur. *Inest pro est*.

159. Libr. ii, vers. 654 seqq. Davidis crimen, et poenitentia enarratur.

160. Loc. cit. vers. 655, *Culpas impune fatetur* : et l. i, vers. 34, *Sic impune reis licuit peccasse fatendo*.

161. Lib. ii, v. 660, *Ex eadem muliere virum*, etc. De quantitate tertiæ in muliere vide Abbonem t. IV Annal. Bened. Mabillonii in append., num. 6.

163. Interpolator Sirmondi mutavit hunc versum, fortasse quia videtur eo indicari Salomonem adulterio genitum fuisse. Verum Dracontius salis inentem suam declarat, quod Salomon genitus eadem muliere, quæ scelus adulterii ante admiserat, adeoque hoc sensu fructus sceleris, regnum adeptus est, non Absalom, quamvis hic natus fuerit ex conjuge Davidis, quæ ad hujus conjugium non per adulterium pervenit : quod clarius loc. cit. l. ii asseritur, ubi Dracontius ait, factum regem eum qui ex Belhsabee, *ex eadem muliere post crimina* natus fuerat. Absalom vocatur etiam *Abessalon* aut *Abessalom*. In distichis, quæ de rebus diversis utriusque Testamenti in basilica Ambrosiana scripta sunt, tom V Collect. poet. Pisaur., pag. 158 : *Pendet Absalon astrictus in arbore guttur*. Melius scribitur *Abessalon* aut *Abessalom* cum Prudentio Hamart. vers. 577 et 580, ex LXX interpretibus, qui ita Græce id nomen efferunt.

164. *Sceleris* per metonymiam pro sceleratæ feminae, vel feminæ quæ olim scelere adulterii inquinata fuerat, ex quo tandem in conjugium Davidis vocata est.

165. *Impendit*, confert, ut vers. 191 : *Ecce, quid impendit homini clementia simplex*.

D 167. *Colla*, gladio secunda, vel quia dare collum est victum se fateri : nam bello captorum colla pedibus proterebantur, et vinculis constringebantur. Propertius l. ii, el. 8, vers. 19 : *India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho*.

168. *Peteret Dominum*, ut apud Ovidium l. vii Met., vers. 296, *Petit hoc Ætida munus*, ad quem locum plura similia proferunt Heinsius et Burmannus, qui tamen putant dubia hæc omnia esse. Hoc etiam loco reponi posset *Dum petit a Domino*. Rivinus legit in corrigendis *sed sapientiæ opem*. Venustius est *sapientis opem*, id est sapientiam.

170. *Consilii que tenax*. Sic tenacem propositi dicit Horatius, Ovidius, alii.

171. Libr. ii, vers. 572, *Martyrium Stephano*. Eadem quantitate posset hoc loco *Ante alios Stephanus*, quod fortasse verum est. Non tamen a ms. codice recedam, cum poetæ Christiani in nominibus propriis variare soleant.

387 Hostibus orabat sponte suis veniam. A
 Hæc bona simplicitas præstat jejuna cruoris,
 Vir sine morte furens nil habet ipse necis.
 175 Cæsar ubique potens hosti post bella pepercit,
 Et quod erat pejus, civis et hostis erat.
 Sponte s. eukatem redhibens reparavit honores
 Inde vocatus abit dignus honore Dei.
 Cujus ab imperio surgens et origine Cæsar
 180 Augustus meruit tempus habere piam.
 Tempore namque eodem est natus de virgine
 [Christus,

Cujus et emicuit stella per astra poli.
 Dux princeps Romanus erat de principe Titus,
388 Si non præstaret, dicere sæpe solens;
 185 Perdidimus hac luce diem, si nulla dedisset
 Non exoratus præstita supplicibus.
 Alter ait princeps modico sermone probatus
 Commodus Augustus, vir pietate bonus:
 Nobile præceptum, rectores, discite, post me,
 190 Sit bonus in vita, qui volet esse deus.
389 Ecce, quid impendit homini clementia
 [simplex,

VARIE LECTIONES.

172. Azagr., pro hostibus o.
 174. In Vat., gerens pro furens.
 177. Sirm., f. retinens reparavit h.; in Vat., redhibens paravit.
 178. Sirm., honore pater. Azagr., honore puer.
 181. Sirm., eodem natus sine est.

186. Sirm., mox exoratus.
 187. Sirm., Alter item princeps modico sermone probatur. Azagr., A. item p. m. s. profatur. Vat., A. ait p. m. s. poeta.
 190. Sirm., qui volet esse Dei.

NOTÆ.

175. *Jejuna* cum gignendi casu probum est, et a Cicerone usurpatum.

174. Vir qui non ita irascitur, ut inimicis mortem inferat, neque ipse ab aliis necabitur: quod tamen non semper accidere, exemplo Julii Cæsaris, quod sequitur, ostendi posset. In Vat. *gerens* fortasse positum est pro *regens*.

176. Venia minus dignus est civis, qui hostili animo erga alium se gerit.

177. In Sirm. *retinens* fortasse indicat, Cæsarem retinuisse imperium. Verius videtur *redhibens* hosti facultatem, vel potius facultates, id est restituens bona, patrimonium. Cicero ad Quintum Fratrem l. 1, ep. 5, post med., *Quasi vero nunc me non tuæ facultates sustineant*.

178. *Abit* pro *obit*. *Vocatus dignus honore Dei*, dignus a suis habitus, qui Deus vocaretur apotheosi ethnica: vel quem sui dignum honore Dei vocarunt, sive habuerunt.

180. *Tempus pium* propter pacem in universo orbe, et natum eo tempore Christum, ut vers. seq. explicatur. De hoc tempore Virgilius libr. 1 *Æn.*, v. 295, *Asperatum positis mitescent sæcula bellis, Cana fides, etc.*

181. *Eodem* dissyllabum per synæresin, ut *eadem* in ablativo. Quia mitis et pacificus fuit Augustus, ejus tempore nasci Jesum Christum voluisse colligit.

182. *Cujus*, Christi: nam quædam prodigia, et flammæ, quæ de Augusto referuntur, a Dracontio indicari non puto.

183. Ausonius in Cæsaribus corripit primam in *Titus*, *At Titus orbis amor rapitur florentibus annis cum Ennio*. Sed in Antholog. apud Burmannum, et tom. IV C. lect. poet. Lat. Pisaur. legitur epigramma, in quo prima in *Titus* producitur: *Orbis delicias, et Titum, et Vespasianum Ternarum dominos hæc capit urna duos*. Verba illa *de principe* videntur referenda ad *dicere*.

184. *Præstasset* pro *præstitisset*, ut *præstatum* pro *præstitum*, non esset inusitatum. Sensus est: si nihil præstitisset, si nullum beneficium contulisset, aut si non profuisset. Confer supra notam ad vers. 64.

186. Clarior est sententia in Sirm. script. *Mox*: sed in Vat. recte se habet *Non*; si non exoratus supplicibus nulla dedisset præstita aut dona: quamvis enim due sint negationes, tamen duo sunt verba quibus illæ commode aptantur. *Præstita* substantive ponitur. Eutropius l. vii: *Facilitatis tantæ fuit (Titus) et liberalitatis, ut nulli qui tyquam negaret.... Præterea cum quadam die in cæna recordatus fuisset, nihil se illo die cuiquam præstitisse, dixerit: Amici, hodie diem perdididi*.

187. In Vat. est *sermone poeta*, sed videtur legen-

dum *sermone probatus, vel profatus*. Lectio Sirmondi similibus exemplis indicatis lib. II ad vers. 26 comprobari potest.

188. L. Antoninus Commodus, qui Commodi nomine plerumque intelligitur, hostis humani generis judicabatur. Hujus pater fuit M. Aurelius Antoninus Philosophus nuncupatus, cujus clementia et bonitas summis laudibus ab ethnicis celebrata est. Vide ejus vitam, auctore Geo: Stanhope, præmissam libris ejus duodecim de rebus suis, et lib. II ejusdem Antonini, num. 47, cum commentariis Thomæ Gatakeri. Hujus enim imperatoris a Dracontio laudatur sententia.

189. *Rectores discite post me, qui post me regnaturi estis*.

190. Interpolator Sirmondi mutavit *esse Deus in esse Dei*. Rivinus errorem agnovit et correxit *esse Deum*: talem scilicet post mortem. Idem est sensus in Vat., *qui volet esse Deas*. Hoc sane Dracontius ex persona imperatoris gentilis pronuntiat. Nam post obitum imperatoribus, si meriti bene essent, honores divini a senatu decernebantur. Supra de Cæsare vers. 178, *Inde vocatus abit dignus honore Dei*. Præceptum ergo est bonum in vita esse debere, cui in obitu cælestes honores jure merito tribuantur: neque istiusmodi honores, si decernantur, illis convenire, qui in vita boni non fuerint. Alio sensu Ausonius edyll. 15 aiebat: *Quosdam Constat nolle deos fieri, ut ex sequentibus patet: Iturna reclamant: Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est Conditio?* Imperatores Christiani vanas et ridiculas ejuscemodi apotheoses sustulerunt. Quædam tamen vestigia in nonnullis vocabulis hæserunt, ut cum constitutiones Principum *divales* appellantur. In libris Carolini sæculo VIII Constantinus et Irene irridentur, quod rescripta sui divalia appellarent. Sed in Hispania idem usus antea vigeat, ut observavi in proleg. num. 26. Decretum enim legis dicebatur *decretum divale*, et *decretum divalis observantiæ*. Et Justinianus de emendatione codicis et secunda ejus editione ait: *Jussimus... eum (codicem) nostri numinis auctoritate nitentem in omnibus judiciis, solum quantum ad divales constitutiones pertinet, frequentari*. Illud vero mirum, imperatores ethnicos, etiam si nullum Deum esse crederent, tamen divinos honores affectasse. Similis est dementia quorundam nunc hominum, qui, cum templa omnia cum religione funditus everiti optent, tamen ægre ferunt, si sui gregales aut magistri, a quibus impietatem edocti sunt, post obitum honore sepulcri in templis priventur. Solemni ritu peracta nunc ipsum est translatio ossium Volteri ad templum Parisiense S. Genevæ: quam ridiculam apotheosin aliquis hoc tetrasticho

Ut præstet bona dans conferat atque animæ. A
 Ne facias populum mendacem, qui tibi clamat
 Vocibus innumeris, Rex dominusque pius.
 195 Ut vox vera sonet dominus, sic vera pius sit :
 Orbis in ore volat publica merx procerum.
 Fama ducum merx est bellis collecta cruentis,
 Ex quibus occurrit sæpe reatus atrox.
 Gloria bellorum ducibus, populisque; triumphos
 201 **390** In commune datos dividit Armipotens.
 Nam ducibus solis præstat clementia laudem,
 Non habet hæc comitem, participemque negat

Dicit, In arma pares fuimus cum principe, miles :
 Me pugnante, comes, victor ab hoste redis.
 205 Nunquid ut ignoscat rector, pars militis instat?
391 Soli, qui ignoscit, gloria laudis erit.
 Qui fovet adversus hostes certamina Martis
 Horrida concurrens, vincit in arma fremens.
 Rex, qui dat veniam subjecto, et temperat iras,
 210 Plus quam turba, facit, qui sua corda domat.
 Te Deus aspiciens effundere nolle cruorem,
 Ut sine peccato, non sine laude daret,
 Contulit absentem terræ, pelagique triumphos :

VARIÆ LECTIONES.

192. Sirm., *Ut præstet vitam, conferat atque animam; sic Azagr., sed animam.*

193. Hi quatuor versus non exstant in Sirm. usque ad *Fama ducum.* B

196. Scribitur in Vat., *publica.*

197. Sirm., *mors.* Vat., *mos.*

198. Azagr., *excurrit pro occurrit.*

199. Sirm., *populisque triumphus.*

200. Sirm., *In c. datum d. Omnipotens.*

201. Sirm., *d. tantum p.*

203. Sirm., *in arma simul fuimus.*

204. Sirm., *ab hoste redit.*

207. Hic versus et sequens desunt in Sirm. Pro fovet in Vat. est fodit.

213. Vat., *consultit absentem.*

NOTÆ.

prosecutus est: *Regia templa tenet Volterus, pellere reges Qui solio studuit, qui supera arce Deum. Impia sic hominum sibi sæx extorquet honores, Quos nec principibus vult dare, nec superis.*

192. Sententia in scriptura Sirmondi huic loco opportuna non est: in Vat. obscura est, sed ita explicatur. Homines qui boni mitesque sunt dum vivunt, post mortem digni sunt, qui honoribus decorentur etiam ex sententia imperatoris ethnici. Clementia igitur præstat et confert animæ bona. *Præstat bona dans* est idem ac præstat et dat bona.

195. Ut populi te vero cordis affectu dominum vocent, fac ut vere te *pium* vocare possint.

196. *Merx procerum*, intelligo famam principum. *Merx* est res quæ emitur et venditur. Sed de quavis re mala atque etiam de homine malo dicitur *mala merx*, quo sensu quævis res bona *bona merx* vocari potest, adeoque merx simpliciter hoc loco pro opinione bona vel mala sumi videtur, quæ scilicet in ore orbis volat, vel ab eo pendet. Hæc interpretatio ex sequentibus versibus evidentior redditur.

197. In Sirm. *mors*, et in Vat. *mos* nullam idoneam significationem habent. Lego igitur *merx*, ut idem verbum ex vers. super. repetatur.

199. Retineo scripturam Vat. Gloria bellorum ad duces et ad exercitum simul spectat. Posset interpungi *Gloria bellorum ducibus, populisque triumphos In commune datos dividit armipotens*, ut gloria armipotens dividat triumphos ducibus populisque. Prior explicatio magis arridet. Sententia expressa est ex Cicerone in oratione ad Cæsarem pro Marcello, ubi ait cap. 2: *Nam bellicas laudēs solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis (al. cum militibus), ne propriæ sint imperatorum. Et certe in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, contumeliam multum juvant: maximam vero partem quasi suo jure fortuna sibi vindicat, et quidquid est prospere gestum, id pene omne ducit suum. At vero hujus gloriæ, C. Cæsar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem, etc. Et cap. 4: Hæc enim res unius est propria Cæsaris, cæteræ, duce te, gestæ, magnæ illæ quidem, sed tamen multo magnoque comitatu: hujus autem rei tu idem et dux es et comes.* Loquitur, ut notum est, de clementia qua Cæsar Marcello pepercerat. Ovidius, ut alicubi notatum lego, hoc disticho eandem sententiam complexus est: *Gloria vincendi juncta est cum milite, Cæsar; Cæsar, parcendi gloria tota tua est.* Dracontius amplificationem Ciceronis imitatur, ut conferenti patebit.

200. *In commune* phrasis bene Latina. Cicero lib. II de Invent., c. 3, *Ex nostro quoque non nihil in commune contulimus.* Adde Livium, Tacitum, Phædrum, alios. In Sirmondo est *omnipotens*; sed *armipotens* melius huic loco convenit: quod verbum rursus legitur vers. 299, *Inclytus armipotens*, hoc tamen discrimine quod hic pro Deo ponitur, ibi epitheton est regis cujusdam Vandalorum.

202. *Negat*, recusat. Supra vers. 28, *Prospera cuncta neget.*

203. *In arma pares*, hoc est ad pugnandum pares, certare pares. Latinum etiam est *fuimus in arma*, vel *ad arma*. Varro apud Nonium cap. 2, num. 499, *Tum ad me fuerunt, qui libellionem esse sciebant.* Cicero ad Attic. l. x, ep. 4, post med.: *Curio fuit ad me sane diu; et ep. 18, Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit.* Hispanum idioma, Latinitatis retinentissimum, pro *vivi, vixit, vivimus*, etc., habet *sui, sue, fuimos*.

204. Interpungendum videtur *Me pugnante, comes, victor ab hoste redis*, et fortasse comitis dignitas innuitur. Sed potius *comes* innuit verba Ciceronis *magno comitatu... dux es, et comes.*

205. Libenter legerem *intrat pro instat*, et Hispanismum mihi videre videor, quo *intrare* is dicitur qui in re aliqua negotium suum gerit, aut vocatus accedit. Latine etiam *intrare* sumitur interdum pro *se insinuare*. Cicero pro Flacco cap. 10, *Intrabo etiam magis. Qui gessit, non adest.*

208. Fortasse distinguendum *Martis, Horrida concurrens vincit in arma fremens*, scilicet concurrens in horrida arma, vincit fremens.

210. Forte *facit, cum sua corda domet*. Proverbior. cap. xvi, vers. 32: *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Hinc divinabam *Plus quam turba facit, qui sua corda domat.*

212. Etiam in bello justo occisio hominis nonnullam maculam occisori infert, quam peccatum vocat Dracontius, non eo sensu quo peccatum crimen est, sed prout peccatum est quævis labes et infamia, aut, ut dicunt theologii, defectus lenitatis, ex quo irregularitas contrahitur. Ecclesia enim semper a sanguinis effusione abhorruit, ut multis probat Gonzalez ad cap. Petitiio de Homicidio v Decret. Eadem erat ethnico-rum opinio. Æneas apud Virgilium l. II, vers. 717: *Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates. Me bello e tanto digressum, et cæde recenti, Attractare nefas, donec me flumine vivo Abluero.* Vide Macrobius l. III Saturn., c. 4.

Ansila testatur, Maurus ubique jacet.
 215 Quod pereunt hostes, regis fortuna vocatur,
 Quod pereunt populi, temporis ordo regit.
392 Nam si debilitas faceret discurrere mor-
 [tes,
 Non eaderent pueri, aut femina sexus iners.
 Omnia tempus agit, cum tempore cuncta tra-
 [huntur,

A 220 Tempora eunt vitæ, tempora mortis eunt.
 Sex sunt ætates hominum procul usque sene-
 [ctam,
 Hæ distincta tenent tempora quæque sua.
 Nunquid adulterum strepitus infantia simplex
393 Vindicat, aut fremitus pigra senectus
 [habet?
 225 Non catulaster agit puerilia, non puer audet

VARIAE LECTIONES.

214. In Vat. scribitur *Marus*.
 216. Sirm., *ordo gerit*.
 217. Hoc distichum abest a Sirm.
 219. Hic versus non erat in Sirm., aut legi non poterat: eum habet Azagr., ubi *cuncta creantur*.
 220. Sirm., *T. sunt vitæ. t. m. erant*.
 221. Sirm., *h. cujus, ue senectæ*.

222. Sirm., *et distincta*.
 223. Sirm., *nunquid adulterii strepitus*.
 224. Sirm., *pigra senecta gerit*.
 225. Sirm., *non catulastra gerit puerilia*. In Vat. prius *catulaster*, non clare, ex quæ videtur factum *catulaster*.

NOTÆ.

214. Quisnam fuerit hic Ansila, et quænam prælia cum Mauris indicentur hoc loco, quæsitum est in prolegom. num. 100 et seqq.

215. Vide verba Ciceronis allata ad vers. 199 qui clementiam Cæsaris pergens laudare, ait cap. 2: *Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius societatem gloriæ se non offert*. Victoria in bellis fortunæ imperatoris tribui solebat. Barthius ad Statium l. ii Theb., vers. 197, plura exempla affert, et in his hunc Dracontii locum laudat, uti etiam in notis ad Claudianum pag. 507; ex Oliberto vero in Vita Henrici IV recitat *Regis tamen fortuna vicit*, quod imitatione veterum dictum putat. Plutarchus de fortuna Romanorum tractatum unum edidit, aliumque de fortuna et virtute Alexandri Magni.

216. Mutationes populorum et conversiones regnorum attribuit ordini temporis a Deo scilicet præfinito. Ecclesiastes cap. i, vers. 4: *Generatio præterit, et generatio advenit*. Franciscus Vallesius, Sac. Philos. cap. 62, putavit hoc loco significari generationum perpetuitatem per circulationem, quem Cornelius a Lapide in comment. refellit.

217. *Discurrere* sumi puto pro *alio abire*, nisi malis legere *discedere*. Sententia in id recidere videtur: si mors debilibus parceret, nec pueri, nec femina obirent. Nimirum non est potentium regum virtus, quæ populos sibi repugnantes evertit, sed ordo temporum a Deo stabilitus ejusmodi mutationes efficit aut exigit: pereunt enim etiam pueri debiles et sexus iners femineus, quibus bella non obsunt aut obesse non deberent. Hanc interpretationem ex loco alioqui difficili et fortasse corrupto eruere licet: sed aliam mallet.

218. Lib. iii, vers. 457, *Et quasi sexus iners de feminis*.

219. Ecclesiastes cap. iii, vers. 1: *Omnia tempus habent.... Tempus nascendi, et tempus moriendi*. Columbanus in ep. ad Hunaldum hunc Dracontii versum cum aliis ejusdem Dracontii inserit ac præmittit: *Pulchre veridici cecinit vox talia vatis, Tempora dinumerans ævi vitæque caducæ, Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur*. Quibus in verbis veridicum vatem Dracontium appellari, cujus alios versus in eadem sententiam Columbanus affert, probabiliter censeo. In Collectaneis sacris Patricii Flemingi nota ad versus Columbani hæc est, *VATIS, quis iste vates, scire non liquet, nisi eo sorte nomine Salomonem comprehendere voluerit, qui illam temporis partitionem, quam Sanctus hic commendat, tradidit*. Verum cum Columbanus septem Dracontii versus, eoque amplius illico proferat, in quibus quædam sunt a Salomone prætermissa, vix dubiandum est quin Dracontium veridicum vatem vocaverit, neque dubitasset adnotator Columbani, si, unde versus illi deprompti essent, intellexisset. Paulus ante dixerat idem Columbanus:

B *Sint tibi divitiæ divinæ dogmata legis, Sanctorumque patrum castæ moderamina vitæ, Omnia quæ dociles scripserunt carmine vates, ubi satis distinguit sacras Litteras, SS. Patres et poetas Christianos, quos vates appellat, et ex quibus multa promit.*

221. *Usque senectam sine ad* occurrit etiam l. ii, vers. 708, et lib. iii, vers. 652. Sed hominum ætates recenset Eugenius Toletanus in versibus recapitulationis Hexaemeri relatis in prolegom. num. 21, *Sex sunt ætates homini*, etc.

223. Eugenius loc. cit. dixit etiam *infantia simplex*. In Sirm. *adulterii mendum est*, aut correctio interpolatoris. Dracontius certe *adulterum* scripsit: opponit enim infantiam et senectutem juventuti. Sex ætates hominis ita ab Isidoro distinguuntur l. xi Orig., cap. 2, *Infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, gravitas, atque senectus*; infantia ad annum septimum, pueritia ad annum decimum quartum, adolescentia ad annum vigesimum octavum, juvenus ad annum quinquagesimum, gravitas, quæ est declinatio a juventute in senectutem, ad septuagesimum annum, senectus deinde usque ad obitum. Ab Eugenio Toletano quinta ætas vocatur senecta gravis, sexta senium. Idem tertiam ætatem appellat *adultam*; sed adulterum strepitus et fremitus, quos Dracontius memorat, juventuti magis conveniunt. Vide prolegom. num. 24.

224. *Senectus*, postrema correpta, ut *palus* apud Horatium, et *servitus* apud Paulinum. In elegiis sub Corn. Galli sive Galli Maximiani nomine vulgatis, eleg. 1, *Continuos gemitus ægra senectus habet*.

225. *Catulastra gerit* in Sirm. mendum est, quod nonnullorum exercuit ingenia. Rivinus ait Barthium ad marginem (puto in notis ad Claudianum, pag. 507) ascripsisse *catulastra* esse crepundia, sed locum pro derelicto labuisse. Baunius in editione operum omnium Sirmondi, quam Parisiis procuravit, interpretatus fuerat, *catulastra* esse catulos ex charta, vel ligno, quibus icunculis pueri oblectari consueverunt; sed in præfatione ad tom. II ait se postea in Philoxeni aliorumque veterum glossariis Latino-Græcis, a Carolo Labbeo collectis, invenisse *Catulaster* Βούπαις, *Catulester* πάλληξ, quod lectorum judicio relinquit. Forcellinus in Lexico verbo *Catulaster* observat hanc vocem Vitruvio restitutam fuisse a Turnebo libr. xxiv Advers., cap. 7, pro eo quod legebatur *catastos* l. vii, c. 4, et *catulastri* formam, quam habet Chari-us libr. i, contractam esse ex *catulaster*, quod in diminutivis ex catulis ponit Priscianus libr. iii. Forcellinus *catulaster* exponit *grandior puer, adolescentulus*, et inde formari ait *catulastra*, *æ, puella jam grandis et viri patiens*, atque ita intelligit hunc Dracontii locum, *Non catulastria gerit puerilia*. Verum Rivinus jam nullo antea correxerat *Non catulaster agit puerilia*, qui animadverit Desiderium Heraldum

Attrectare tener Mærtia tela manu. A
 Non furit in venerem nondum pubentibus annis,
394 Nec sub flore genæ marcidus est ju-
 [venis.
 Maturus tractat, gemit et tremebunda senectus,
 270 Nescia fervoris, vel levitatis inops.
 Nunquid mox natas segetes viror armat aristis,
 Floribus aut genitis fructus inest subito?
 Novimus astra poli confectos perdere cursus,
 Transactasque simul sic répetisse vias.
 255 Tempore luna suo crescit vel deficit orbe,
 Cujus ad ætatem plurima lege notant.

395 Nam, luna crescente, fretum crementia
 [resumit,
 Qua m'nuente polis, est minor unda maris.
 Cynthia dum crescit, fontes et flumina crescut,
 240 Hæc eadem minuunt, Cynthia dum minuit.
 Ipsa medulla latens observat cornua lunæ,
 Observant lunæ tecta cerebra globos.
 Sol, œculus cœli, radians fuscatur ab umbra,
 Et tamen ad solitas itque reditque plagas.
 245 Ac recipit facies priscas, lucesque resumit :
 Damna, vel augmentum dant elementa, fe-
 [runt.

VARIÆ LECTIONES.

228. Pro hoc versu in Sirm. est hic alius : *Nec fetum partus femina reddit anus.*

250. Hic est postremus versus in elegia a Sirmondo edita. Alii 22 adduntur in editione Matritensi ex cod. Azagr.

251. Azagr., *Nunquid nata seges homines mox ar- mat agrestes.*

256. Azagr., *plurima sæpe fiunt.*

257. Azagr., *f. incrementa r.*

258. Azagr., *m. poli est m. u. manus.*

259. In Vat. scribitur *Quintia pro Cynthia.*

B 240. Azagr., *Et minuuntur item, Cynthia dum minuit.*

241. In Vat. *obscurat*; correctum manu secunda *observat.*

242. Azagr., *Servant et lunæ t. c. g.*

245. Azagr., *Accipiunt facies crispas, lucemque re- sumunt.*

246. Azagr., *Ordine cuncta suo sidera fixa polo.* In Vat. sic scribitur hic versus : *Damnave lamentum dantque elementa ferunt.*

NOTÆ.

l. 1 Advers. in glossis Græco-Latinis Stephani recte restituisse Βούπαις, *catulaster*, cum legeretur *carula- ster*. Βούπαις est adolescens grandis et pinguis, quasi juveneus aut bovis filius : quod Latini *catulastri* nomine expriment. Hoc Dracontii versu pueritia et adolescentia inter se conferuntur.

226. Horatius l. iii, cd. 24, *Nescit equo rudis Hæ- rere ingenuus puer, Venarique timet, ludere doctior.* Modoinus episcopus in eleg. ad Theodulfum Aurelia- nensem : *Utiliter puer in primis non militat annis,* C *Digna sed expertus præmia tiro rapit.*

227. Qui nondum pubes est non furit in venerem, nec juvenis, cum primum pubescit, marcidus est, quales sunt senes. Pueritia, juvenus et senectus hoc disticho inter se comparantur. Ausonius edyll. 12 de membris : *Indicat in pueris septennia prima novus dens, Pubentes annos robustior anticipat vox.*

228. Libr. ii, vers. 622, de Abrahamo jam sene : *Nec solus steriles retinebat marcidus artus.* Valer. Ma- ximus lib. vii, c. 7, num. 4, *Marcidam senectutem tuam*, etc. Plerumque in numero plurali *genæ, gena- rum* dicitur. Dracontius singulari numero usus etiam est l. i, vers. 542, *Gena pulchra rubore*, imitatus antiquiores Ennium et Suetonium.

229. Columbanus in ep. ad Hunaldum : *In men- temque tibi veniat tremebunda senectus.* Matura ætas est gravitas seu declinatio a juventute in senectutem : tremebunda senectus est extrema et decrepita sene- ctus. sive senium. *Tractat*, intellige negotia, causas, res, rempublicam, quorum administratio ad viros jam graves potissimum pertinet.

250. Ad negotia gerenda necessaria sunt fervor, seu vigor animi, et levitas seu agilitas, quæ in seni- bus desiderantur. *Levitatis inops*, ut *pietatis inops* l. i, vers. 469.

251. Pro *viror* fortasse *vigor* legendum est. *Viror* vox Palladii, Apuleii, Vopisci. *Armat aristis*, ut l. iii, vers. 25. Ovidius de Remed. amor., vers. 189, *Tem- poribus certis maturam rusticus uvam Deligit, et nudo sub pede musta fluunt. Temporibus certis desectas al- ligat herbas, et tonsam raro pectine verrit humum.*

255. Sic de sole Salomon Ecclesiastæ cap. i, vers. 5, *Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur; ibique renascens, gyrat per meridiem, et flectitur ad aquilonem : lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos r. vertitur.* Quod ait *perdere cursus*, intellige quia vestigium cursus nullum superest post- quam sol recessit; vel quia ita sol cursus conficit, ut

quasi non confecerit, sic transactas vias denuo repe- tat. Similis est sententia v. 250, *Amitunt cursus per- pete lege poli.*

235. *Vel deficit*, hoc est vel decrescit; non enim sermo est de eclipsi, quæ defectus solet dici, ut col- ligitur ex exemplis quæ subjiciuntur.

236. Lunæ cursus menstruus in ætates dividitur. Sic dicitur *senium lunæ et luna senescens*. Hinc ætas lunæ, nisi intelligas, quod magis placet, lege lunæ plurima notari ad humanæ vitæ usus, ut vers. 250, *Lege poli.*

237. *Crementum* ex Yarrone apud Nonium c. 2, num. 767, verbo *Suctu*, et Plinio pro *incrementum* usurpant Juvenus l. ii, vers. 826, Arator et alii Chri- stiani scriptores. De æstu maris, dum luna crescit vel minuitur, dictum abunde est ad l. i, vers. 753.

238. Vide notam ad l. i, vers. 756, *Et minuantur aquæ, luna minuente, liquentes.*

239. In codice Vat. est mendum *Quintia pro Cyn- thia*, quod pro Diana et luna ponitur, ut *Cynthius* pro Apolline. Vide notam ad l. ii, vers. 559, *Illusirat Cynthia noctes.* Incrementum et decrementum fontium et fluminum, crescente vel decrescente luna, affir- matur eodem modo l. i, vers. 754.

240. *Minuunt, minuit*, neutrorum more. Vide no- tam ad l. i, vers. 756.

241. Quod medulla in ossibus latens et cerebrum observent cornua lunæ, explicatum et confirmatum est ad libr. i, vers. 755.

242. Libr. ii, vers. 49, *Lunaresque amplexa globos.*

243. Libr. i, vers. 674, *Sol oculus cœli*, etc., cum nota. *Fuscatur ab umbra* intelligo *occidit*, seu inter- posita terra lucem non emittit, ac libenti animo legerem *fuscatur ab unda* ex dicendis ad v. 245, sermo enim esse videtur non de eclipsi solis, sed de ejus occasu et ortu ex Ecclesiastæ loco allegato ad v. 235.

245. Scriptura codicis Azagr. clarior est; sed le- ctio primigenia exhibetur a nostro codice, quæ for- tasse, quia obscurior est, ab interpolatore fuit mu- tata. Dracontius sententiam repetit, quam sæpe am- plexus est, solem vires ab undis resumere; ex quo colligit ipsum elementum, aquam videli et, damnum et augmentum soli afferre, ut enim ait l. i, vers. 677 : *Occidit ipse dies, super æquora sole cadente, Æquore mersus obit, novus æquore mane resurgit.* Vide notam ad v. 676, l. ii.

246. *Dant, ferunt*, hoc est *dant, auferunt*: nam aqua maris soli dat damnum et augmentum, et ea-

396 Alternant elementa vices et tempora mu- A
 [tant,
 Tempus habent noctes, tempus et ipse dies.
 Accipiunt augmenta dies, noctesque vicissim,
250 Amittunt cursus perpete lege poli.
 Tempora sunt florum, retinet sua tempora
 [messis,
 Tempus et autumnum, tempus habet hiemes.
397 Ver, æstas, autumnus, hiems, redit an-
 [nus in annum,

Quatuor alternant tempora temporibus.
255 Omnia cum redeant, homini sua non redit ætas,
 Sed velut acris avis, sic fugitiva volat.
 Tempora sunt pacis, vel tempora certa cruoris,
 Otia tempus habent, militiæque labor.
398 Tempora gaudendi, sunt tempora certa
 [dolendi,
260 Tempora dant lucrum, tempora damna ferunt.
 Nubila tempus habent, et tempora certa sere-
 [num:

VARIAE LECTIONES.

247. Azagr., *Damna vel augmenta rebus elementa dederunt.*

250. Azagr., *Et minuunt cursus perpete lege poli.*

251. Azagr., *Tempora sic flores retinent, sic tempora messes.*

252. Azagr., *Et cum lege redit vitis amœnus honor: hic est postremus versus in Azagrensi codice.*

253. Hic et sequentes versus usque ad finem Elegiæ exstant in solo codice Vaticano.

B **255.** Vat., *hominis sua.*

NOTÆ.

dem aufert damnum et augmentum sensu explicato in nota præc. Fortasse legendum *Damna vel augmentum dant, quæ elementa ferunt*, sed ita ut eadem sit sententia. Dracontii stylum magis refert scriptura edita. Vide v. 68.

247. Ovidius l. xv Met., v. 409, *Alternare vices.* Vide l. ii Dracontii, v. 10 et 54, et l. iii, vers. 296, cum notis. Barthius l. lvi Advers., cap. i, explicans versus Claudiani l. i in Rufinum, initio, *Et lucis noctisque vices*, elegantissime et eruditissime id dictum affirmat, quia sunt de pensæ velut eæ successiones, nec unquam non servatæ; quod multis similibus exemplis confirmat et adducit hunc versum ex Columbano, quem auctorem veterem ac probum etiam inter poetas vocat, nisi cum tanto auctori aut spuria ascribuntur, aut genuina male corrumpuntur. Advertit perperam in vulgatis libris editum esse *elementa vices* pro *elementa vices*. Cæterum hunc ipsum versum cum multis aliis Columbanum a Dracontio accepisse, probatum est in prolegom. num. 8. Et Dracontius quidem sæpe verbum *vices* adhibet ad successiones rerum et temporum declarandas. Arnulfus Luxoviensis de innovat. vern. ex Dracontio aut ex Columbano (nam Luxoviense monasterium a Columbano fundatum fuit), *Alternant et opus, et opes elementa vicissim.* Vide etiam auctorem Panegyrici ad Pisonem, vers. 132, *Ipsa subit natura vices, variatque cursus Ordinat*, etc.

